JOANNIS CAROLI
ANTONELLI
DE
TEMPORE LEGALI.

JOANNIS CAROLI
ANTONELLI
PATRITII VELITERNI,

EPISCOPI FERENTINI, SACRÆ THEOLOGIÆ, ac J. U. D. Protonotarii Apoſtolici, olim ejuſdem Civitatis Vicarii Generalis, Vicegubernatoris, & Archipresbyteri,


TRACTATUS NOVISSIMUS, ET ABSOLUTISSIMUS,

DE TEMPORE LEGALI

In quo difficiliores, rariores, & nobiliores juris quæſtiones de tempore in genere, de Annis, Menſibus, diebus, horis, & momentis ſummo ſtudio enucleantur, & deciduntur.

OPUS MULTIPLICI DOCTRINA NERVOSE repletum, ſingulari methodo confectum, multis Supremarum Curiarum rebus judicatis, & deciſionibus comprobatum, diù deſideratum tam in ſcholis, quàm in foro, Theoricis, & Practicis utile, & Omnibus neceſſarium.

Summariis novo ordine, & fideli indice locupletatum.



VENETIIS, MDCCXVII.
Apud Nicolaum Pezzana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

INDEX
LIBRORUM, ET CAPITUM,

Quæ in præsenti tractatu continentur.

LIBER PRIMUS

De Tempore in genere.

psu

LIBER SECUNDUS

De Annis.

Quan-

LIBER TERTIUS

De Mensibus.

LIBER QUARTUS


De Diebus, Horis, ac Momentis.

decim

INDEX

Tractatuum in hoc Opere Contentorum.





JOANNIS CAROLI ANTONELLI SAC. THEOLOGIÆ, AC J. U. D. VELITERNI.

LIBER PRIMUS.

DE TEMPORE IN GENERE.



SICUT Medicus observat tempora, ità etiam Jurisperitus, *ut post Cyn. d. Bald. in l. 1. n. 8. C. de Caduc. tollen.* nam in omnibus ferè legalibus dispositionibus habetur ratio temporis, vel præsentis, vel præteriti, vel futuri, *latè Mantic. de Tacit. & Ambig. convent. lib. 3. tit. 15. per tot.* ubi etiam dicit, quod ex tempore varia sumitur interpretatio; Unde tempus rem maximi ponderis esse, scripsit *Menoch. de Arbitr. Jud. lib. 2. in princip.* illudque in tota rerum natura esse sapientissimum, respondit Thales, neque quicquam esse pretiosius tempore, dixit Abb. *in cap. dolentes, in prim. notab. de celebr. Miss. Mantic. loco cit. n. 11.* Quare nos, ut rectiori, quo possumus, ordine procedamus, in hoc Primo Libro de iis, Deo adjuvante agemus, quę ad tempus in genere referuntur: in subsequentibus Libris deinde ea trademus, quę ad annos, menses, dies, horas, & momenta spectant, prout instituta methodus postulare videtur.

SUMMARIUM.

1 *An detur tempus legale.*
2 *Tempus secundum Philosophos est numerus motus secundùm prius, & posterius.*
3 *Explicatur dicta definitio, & n. 4. & 7.*
5 *Motus nomine principaliter intelligitur motus primi mobilis, Solis, & Lunæ.*
6 *Sol dicitur temporum dispensator.*
7 *In quo differat continuum successivum à continuo permanente.*
8 *In quo differat tempus ab Ævo, & Æternitate.*
9 *Quomodo describatur tempus legale.*

CAPUT PRIMUM.

An sit, & quid sit tempus Legale.

1 QUæstionem, an sit, brevitati consulentes ultrò omittimus, cùm dari tempus legale Tyrones ipsi sciant; & ideò non est cur in hoc diutiùs immoremur.

2 Tempus autem secundùm Philosophos est numerus motus secundùm prius, & posterius, *ut ait Arist. in 4. Phys. c. 3. tex. 101. & ex nostris notat etiam Mant. de Tacit. & ambig. conven. lib. 3. ti. 15. n. 3.* idest fluxus,
3 & continuus tractus partium motus, continenter sese insequentium.

4 Dicitur autem tempus, numerus motus, non quidem numerus, quo numeramus, sed numeratus, seu numerabilis: temporis enim natura non ex eo pendet, quòd eo numeramus alia: sed ex eo, quòd numeratur, seu quod sit motus numeratus secundùm prius, & posteriùs, quem postea quædam affectio insequitur, esse scilicet mensuram aliorum.

Motus verò nomine præcipuè, & principaliter intelligi- 5
tur motus primi mobilis Solis & Lunæ, quorum motibus,
dies, noctes, menses, & anni describuntur. Unde Sol di- 6
citur temporum dispensator, ut qui adventu suo diem, recessu noctem efficiat.

Prius autem, & posterius hic nihil aliud significant, quàm 7
partes motus numeratas, quatenus durant, & una post aliam decurrit; in hoc enim differt continuum successivum a continuo permanente, quod continuum successivum sit ens, quod partes ejus nunquam possunt simul esse, nec una cum alia, nec cum indivisibili, quod eas continuat: sed semper una pars, succedit alteri, quamdiù ipsum est. Unde de tempore non est simul, & in actu, nisi instans, quod copulat præteritum cum futuro, è contra verò partes continui permanentis sunt simul cum indivisibili, quod eas continuat, ut partes lineæ sunt simul duratione una cum alia, & sunt simul in eadem mensura durationis cum ipso puncto.

Differt autem tempus ab ævo, & æternitate: quia tempus 8
est mensura durationis earum rerum, quæ initium, & finem habent; ævum verò est mensura durationis rerum, quæ habent initium, finem verò non habent; æternitas verò significat durationem, quæ initium, & finem non habet; Unde æternitas communiter definitur, interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio. Sed de hac re vide *S. Thom. in Sum. p. 1. q. 10. art. 1. & 5. & ibid. Cajet. & alior.*

Ut igitur ad nostram materiam redeamus, Tempus legale 9
describi potest, quod sit mensura civilium actuum, *ut colligitur ex Bald. in l. more Romano, n. 2. ff. de fer. Scacc. de Jud. lib. 2. c. 3. n. 309.* nam antiqui illi legum Conditores, ut necessitatibus hominum, ac bono publico consulerent, certum plerumque singulis humanis actibus tempus præfiniverunt; ali-

qoando verò incertum, ut Judex qui executor est legum, illud tempus sub arbitratu præscriberet, quod attentis circumstantiis rationabile, ac conveniens judicabit, *juxta textum in l.1.ff.de Jur.deliber. cum similibus*, prout ex serie hujus nostri Volumious clarius constabit.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus legale est duplex, aliud continuum, aliud utile, & n.2.*
3 *Tempus legale regulariter est continuum, non autem utile, nisi id in jure exprimatur.*
4 *Tempus ad eligendum non currit legitimè impedito.*
5 *Tempus hujusmodi propter bonum publicum à legibus concessum est.*

CAPUT II.

Quale sit, & propter quid sit tempus legale.

1 TEmpus legale duplex est: aliud continuum, aliud otile: cootinuum dicitur, quod juxta sonum verbi cootinuè currit diebus feriatis, & non feriatis, in præsentia, & in absentia, sive sit copia Judicis, sive non, *l.fin. C.de præsc. long.temp.* utile verò dicitur quod currit diebus feriatis, diebus absentiæ, & justi impedimenti, & diebus, quibus non est agendi copia, *ut tradunt DD.apud Fenzon.ad Stat.Urb.cap.197. de verb.& rer.signif.n.125.* item non currit ignoranti, *Dec.in l.si bonorum, n.3.C.qui admitti &c. Bald. de temp. util. & contin.c.2.n.7. Sebast.Montic.relat. in tract.var.de Inventar. q.236.n.93.* Unde, ut tempus utile currat, tria requiruntur, videlicet, quod non sit impedimentum agendi oec ex parte rei, nec actoris, nec Judicis, *ut inquit Balb.de præscript.in 2.p.3.princ. q.6.n.2.& 3.*

2 Item aliud est tempus continuum à principio alicujus rei factæ, seu faciendæ; & in ejus progressu, & sic continuè continuum: aliud utile à principio, & progressu, & sic continuè utile: aliud utile à principio, & continuum in progressu, & sic utile quoad quid, & quoad quid contiouum; aliud verò est tempus continuum à principio, & utile in progressu, & sic continuum uno respectu, & alio respectu utile, *gl. in Clem.un.ver.continuum, de Restit.in integr. Sylv.in ver.tempus, latè Bard.de Temp.util.& contin.c.7.per tot.Balb.de Præscr.in 2.p. 3.princ. d.q.6.n.2.*

3 Regulariter verò tempus legale est continuum, *Bart. in Auth.de Appell.n.1. & in Auth.de Her.& Falc. §.illud quoque, n.4.Surd.dec.204. num.6.* præsertim ob l'odiom consideratur, *Gom.in Reg.de Ann.poss.q.73. Surd.dec.189.num.1.& Balb.de Præscrip.in 2.p.3.princ.d.q.6.n.1.& seq.* ubi dicit, quod in omni præscriptione legali, vel Statutaria tempus est continuum: quemadmodum tempus philosophicè acceptum de sui natura est continuum, quia motus primi mobilis est uniformis, & continuus, *ut d.gl.in §.quod si frumentum, Inst.de Rer.divis.*

Quare ubi lex voluit, quod tempus sit utile, id expressit, *ut in c.ne pro defectu de elect. & in c.quia diversitatem, de concessione*
4 *preb.* ubi tempus ad eligendum non currit legitimè impedito.

5 Tempus autem hujusmodi propter bonum publicum à legibus concessum est, *ut constat præcipuè ex l.sicut, & l.omnes C.de Præscrip.30. vel 40.ann. & ex aliis passim*, prout infra singulariter declarabimus.

S V M M A R I V M.

1 *Partes temporis secundùm Philosophos sunt præteritum, & futurum.*
2 *In quot partes dividatur tempus legale.*
3 *Qualiter intelligendum sit tempus, vel tempora simpliciter prolata.*
4 *Dividuum tempus de sex mensibus intelligitur.*
5 *Quot mensibus annus constet.*
6 *Quot dies annus contineat.*
7 *Annus dividitur in usualem, legitimum, cæremonialem emergentem, & artificialem.*
8 *Siquis promisit dare hoc anno, intelligitur de anno emergenti à diè contractæ stipulationis.*
9 *Quando locantur bona, quæ fructus non reddunt quolibet anno naturali, sed de biennio in biennium, talis annus accipitur pro spatio 24. mensium.*
10 *Interstitia quomodo computentur.*
11 *Annus dicitur ab Annulo.*
12 *Quot diebus mensis constet, & n.15. 16. 17. & 18.*
13 *Currente anno bissextili illud biduum pro uno die computatur, & quando id procedit.*
14 *Favore Ecclesiæ, & libertatis duo dies non cōputãtur, pro uno.*
19 *Bimestre quot dies contineat.*
20 *Dies, & nox qualiter intelligantur.*
21 *Septem hebdomadæ dies a septem Planetis nomen sumpserunt.*
22 *Quonam ordine Planetæ affixi sint firmamento.*
23 *Dies Solis apud nos Dominicus vocatur.*
24 *Dies Dominicus a resurrectione Christi Domini dictus est.*
25 *Diem Dominicum loco Sabbati Ecclesia recepit.*
26 *Ecclesia retinuit nomen Sabbati in memoriam beneficii creationis.*
27 *Dies dividitur in naturalem, artificialem, & Ecclesiasticum, & n.30. 31.32. 33.37. & seq.*
28 *Prima dies Adventus, & feria 4. cinerum currunt à media noctè præcedentium dierum.*
Mensis à media nocte ultimi diei mensis præcedētis incipit, ac in media nocte ultimi diei mensis subsequētis terminatur ib.
29 *Citatus pro certa die, quando teneatur comparere.*
34 *Ubi in dispositione legis, vel hominis sit mentio de die, intelligitur de die naturali in favorabilibus, in odiosis verò de artificiali.*
35 *Factum de nocte propriè non dicitur factum de die.*
37 *An delictum commissum in Aurora, vel in crepusculo, censeatur commissum de die vel de nocte.*
38 *Quomodo numererentur dies in indulgentiis, & observatione festorum.*
39 *Dies jejunii incipit à media nocte, & finitur ad aliam mediam noctem sequentis Diei.*
40 *Horæ nomine quid intelligatur.*
41 *Momentum qualiter accipiatur.*
42 *Eodem momento dicitur fieri quod in continenti fit.*

CAPUT III.

De partibus temporis legalis.

PArtes temporis secundùm Philosophos suot præteritum, 1
& futurum: ipsum eoim nunc, seu momentum temporis pars non est, sicut nec punctum pars est lioeæ; nam ita se habet nunc ad tempus, sicut punctum ad lineam.

Quia verò legalibus dispositionibus fit mentio nontantùm 2
de tempore præterito, & futuro, sed etiam de præsenti, *ut in l. eum, qui calendis, §.1. ubi Bart.& alii, ff.de verb.oblig. cum similib.* ideo nos tempus in tres partes dividimus, præteritum videlicet, præsens, & futurum, quæ non solùm ad annum, sed etiam ad menses, dies horas, & momenta referri possunt, prout infra suo loco latius agemus.

Portò tempus simpliciter prolatum, de anno intelligēdum 3
est, quemadmodum tempora in plurali numero, de biennio,
& dividuum tempus, de sex mensibus *ut inquit Bald.in l.usu-* 4
ra, C.de usur.Tiraq.de Retr.lign.§.1.gl.10.n.7. obi etiam dicit, quod cùm annus omnes menses simul concludat, censetur tempus omnibus rebus agendis aptum, & sufficiens.

Annum autem priscis illis temporibus Populi, seu gentes 5
sibi pro arbitrio constituerunt: nam Ægyptii Lunæ senio annum terminabant, Arehades tribus mensibus, Iberi quatuor, Acarnanes sex, Romani ab initio decem similiter mensibus annum computaverunt, & alii aliter, *ut refert Plin.lib.7.Natur.Hist.c.48.Tiraq.de Retr.lign.§.1.gl.10.nu.1. Scac.de Judic. lib.2.c.3. nu.297.& seq.* nos verò anno solari utimur in duodecim menses deinde diviso à Numa Pompilio, *ut ex Macrob. observat Aym.Rival.tr.de Histor.jur.civil. lib.2.n.33. quem re-*
fert Scac. loc.cit.n.301. qui & oaturalis dicitur, continetque 6
365.dies, & ferè sex horas: tanto enim temporis intervallo Sol Zodiacum perlustrat, *l.cùm hæres §.Stichus si heredi, ff.de stat. lib.c.quadragesima, & ibi gl.in ver.dies, de Consecr.dist.5.Arch. in c.si propter, n.3.de Rescript.Mandos.in Annal.casib. n.1.quos refert, & sequitur Scac.d.lib.2.c.3.n.296.* quater autem sex horæ singulis quaternis annis diem constituunt: Unde annus ille intercalaris, bissextus, vel bissextilis dicitur, *l.cùm bissextus, ff.de verb.& rer.signif.c.quæsivit, §.Festum, extr.eod.tit.*

Item annus alius dicitur usualis, qui incipit a prima die Ja- 7
nuarii apud Latinos, alius dicitur legitimus, qui incipit ab Aprile io alium Aprilem apud Hæbreos, & Græcos: alius est
cæremonialis, qui incipit de festo in festū apud omnes Gen- 1
tes: alius est emergens, qui incipit ab ea die, in qua aliquid novi emergit, unde Græci per Olympiades annum supputabant, Romani olim ab Urbe condita: & nos ab Incarnatione, vel Nativitate Christi, *ut post Archid. in c.si propter, de Rescript. in 6. et alios observat Scac.de Judic.d.lib.2.c.3.n.361. Mantic.de Tacit. et ambig.convent.lib.14.tit.40.num.20.* ubi dicit, quod si
quis promisit dare hoc anno, non iotelligitur de anno cur- 8
renti à Nativitate, vel Incarnatione, sed de anno emergenti à die contractæ stipulationis: alius est artificialis, qui aliquando est plurium, aliquaodo pauciorum dierum, *ut no-*
tat Altograd. cons.20. num.1. ubi dicit, quod quando lo- 9
cantor bona, qoæ fructus noo reddunt quolibet anno naturali, sed de biennio in biennium, ut oliva, aut de quinquennio in quinquennium, ut nemora, mentio anni tam

in con-

in conventione solvendi affictum, quàm etiam in pacto pri-
vationis ob non factam tempore debito solutionem, intelligi-
tur de artificiali, non de naturali; Unde talis annus accipitur
pro spatio 24. mensium, vel etiam plurium, *juxta textum in l.*
divortio, §. quod in anno, ubi Bart. & alii, ff. sol. matrim.
10 Ita etiam temporum interstitia, quæ ex Concilio Triden-
tino servanda sunt in suscipiendis ordinibus, non sunt ma-
thematicè computanda ita, ut ordinandus nequeat ad ordi-
nes promoveri, nisi inter unum, & alterum ordinem traxe-
rit moram 12. mensium completorum, sed moraliter, &
juxta ritum Ecclesiæ, videlicet ab una quadragesima, à
Pentecoste ad Pentecostem &c. quamvis inter primam, &
secundam Pentecostis solemnitatem nondum elapsi fuerint
12. menses, *ut declaravit Xixtus V. & Sacra Cardinalium*
Congregatio, teste Bonacin. de Sacrament. disput. 8. qu. unic.
punct. 5. num. 51.
11 Dicitur verò annus, ab annulo, quia instar annuli in se
redeat; Unde Virgilius *Georgic. lib. 2. in se,* inquit *sua per ve-*
stigia volvitur annus.
12 Menses fuisse singulos divisos in dies à Numa Pompilio,
refert *Macrob. apud Scac. de Jud. lib. 2. c. 3. n. 360.* quilibet verò
mensis secundùm veritatem continet, 30. dies, & horas 10.
cum dimidia: quia sic computando 12. menses constituunt
13 dies 365. & horas sex, *ut observat idem Scac. loc. cit. n. 302.* sed
aliter apud nos menses enumerantur: alii enim habent 30. alii
31. dies excepto mense Februarii, qui habet 28. & currente
anno bissextili, 29. dies: *ut notatur in l. cùm bissextus, ff. de*
verb. & rer. signif. ubi etiam, quod illod biduum pro uno dic
habetur: quod intelligendum est in favorabilibus, non autem
in odiosis, *arg. l. cùm hæres, §. Stichus, 2. ff. de stat. liber. gloss. in*
cap. quæsivit, ver. quasi pro uno, in fine extr. eod. titul. de ver-
bor. signif. Tiraquell. de Retract. lignag. §. 1. gloss. 10. numer. 123.
Jordan. elucubr. divers. lib. 10. tit. 12. num. 40. Gennens. in tractat.
14 *de Eccles. quæst.* 512. ubi addit, quod Ecclesiæ favore non
computantur duo dies, pro uno, quemadmodum nec com-
putantur pro uno favore libertatis, *l. 4. §. Stichus, ff. de*
stat. liber.
15 Quamvis autem hæc vera sint, dissensio tamen est apud
Doctores, quot diebus mensis secundùm leges constare de-
beat: alii enim sentiunt, mensem constare 30. diebus, *ita*
Jo. Andr. in c. quàm sit, de elect. in 6. Dec. in l. ubi lex, ff. de Re-
gul. Jur. Alexan. consil. 114. col. fin. vol. 5. Tiraquell. in leg. si un-
quam, in ver. susceperit filios, num. 169. C. de Revoc. donat. &
alii apud Luc. Pet. in Prax. lib. 5. c. 12. n. 8. ubi dicit menses, qui
dantur a statuto Urbis ad prosequendam appellationem, tri-
ginta dierum intelligendos esse, *ut declaravit ejusdem Urbis*
Statutum, lib. 1. c. 197. vers. menses, quemadmodum compu-
tantur etiam sex menses, qui ab eodem statuto dantur debi-
tori ad reluendum bona creditori in solutum data, *ut d. idem*
Luc. Pet. lib. 8. c. 2. n. 53.
16 Alii verò asserunt, quod in mensibus fieri debeat compu-
tatio prout currunt, *ita gl. in d. cap. quàm sit, ver. mensem, de*
elect. in 6. Aret. in §. præterea, n. 2. Instit. Quib. non est permiss. &c.
Scac. de Judic. lib. 2. cap. 3. num. 359. ubi, quod mensis termina-
tur eadem die mensis sequentis, *Sanch. de matr. lib. 2. disp. 24.*
n. 15. & seq. Garz. de benef. p. 10. c. 2. nu. 42. Gonz. ad Reg. 8. Can-
cell. gl. 11. n. 7. & alii apud Jordan. Elucubr. divers. lib. 10. tit. 12.
n. 30. ubi dicit, quod si beneficium vacet v. gr. sexta die Mar-
tii, semestre, quod datur ad illud conferendum, comple-
bitur quinta die Septembris, *latè Menoch. de Arbitr. Jud. lib. 2.*
cas. 50. num. 21. & 22. ubi, quod mensis aliquando habet 30.
aliquando 31. dies habita relatione ad mensem, in quo inci-
pit dilatio concessa.
17 Alii has opiniones conciliare conantur, asserentes, quod
si a lege, constitutione, vel ab homine statutum fuerit, &
expresse dispositum, a quonam tempore mensis inchoari
debeat, tunc mensis computandus est, prout currit, ità,
ut si incipiat die decima Januarii, terminetur die 10. Februa-
rii, & si incipiat die 10. Februarii, compleatur die 10. Martii
subsequentis; si verò id dispositum, ac determinatum non
reperiatur, tunc quilibet mensis debeat esse 30. dierum, *ita*
Alex. in l. de divisione, n. 4. ff. solut. matrim. Roceb. de Curt. de ju-
repatr. in ver. honorificum, quæst. 52. n. 85. & alii, quos refert, &
sequitur Cenc. de Censib. p. 2. c. 2. q. 1. art. 2. num. 24. latè Altograd.
cons. 29. num. 10. & seq.
18 Ego sentio, ità prædictas opiniones conciliari posse, ut
prima procedat in mensibus utilibus, in quibus non sunt li-
mitati dies, cùm unus mensis utilis possit quandoque occù-
pare tres continuos: non enim reperitur, quod mensis Maii
habeat 31. dies utiles, vel mensis Junii 30. utiles; & ideò hu-
jusmodi menses intelliguntur de 30. diebus, *ut rectè ratioci-*
natur Alexand. consil. 114. num. 11. & seq. lib. 5. quem sequitur
Dec. in leg. ubi lex, num. 2. ff. de Reg. Iur. secunda verò opinio

procedat in mensibus continuis, qui habent metam limita- 19
tam, & pro majori parte habent 31. dies, & quidam 30. &
in istis fieri debet computatio prout menses currunt, *ut pro-*
batur ex d. l. ubi lex, ff. de reg. Jur. ubi bimestre 61. dies conti-
net: ex quo textu facilè intelligimus, in mensibus continuis
communem cursum spectandum esse, *ut rectè observat Me-*
noch. d. cas. 50. n. 20.
Dies nihil aliud est, nisi præsentia Solis super terram, sicut 20
nox est Solis privatio, *c. si perfodiens, de Homic. l. hæc verba,*
124. ff. de verb. & rer. signif. Bart. in leg. 1. §. hoc autem, n. 2. ff. ad
Syllan. Bald. in l. unic. C. de emend. Justin. C. Dec. in c. consuluit,
n. 41. de off. deleg. Tiraquell. de Retract. lign. §. 1. glos. 11. num. 16.
Joannes Bona de Divina Psalmodia, c. 3. §. 1. n. 1.
Septem verò hebdomadæ dies à septem Planetis nomen 21
susceperunt: primum enim diem à Sole appellaverunt Anti-
qui: secundùm à Luna: tertium à Stella Martis: quartum à
Stella Mercurii: quintum à Stella Jovis, sextum à Stella Ve-
neris, septimum à Stella Saturni; quamvis Planetæ hujusmo- 22
di alio ordine affixi sint firmamento: ex his enim Saturnus
summum locum obtinet, proximum Juppiter, tertium Mars,
quem deinde Sol ordine subsequitur, Solem Venus: sub Ve-
nere Mercurius situs est; Luna ultimum, terrisque eximum,
ideoque minimum orbem possidet; Nos verò diem Solis, Do-
minicum vocamus, & diem Saturni, Sabbatum *gl. in l. omnes* 23
judices, ver. die Solis, C. de fer. Scac. d. l. 2. c. 3. n. 315. dies autem 24
Dominicus à resurrectione D. N. Jesu Christi dictus est, quem
Ecclesia loco Sabbati mox Apostolorum tempore recepit, 25
& hactenus studiosè servavit, *de quo vide Lay. in Theol. Mor.* 26
l. 4. t. 7. de fest. obser. c. 1. n. 1. ubi etiam dicit, quod retinuit Ec-
clesia nomen Sabbati in memoriam beneficii creationis.
Dies autem alius est naturalis, seu vulgaris, alius artificia- 27
lis, seu civilis: alius Ecclesiasticus, naturalis in se etiam no-
ctes comprehendens, expletur spatio 24. horarum, toto anno
æqualium: incipitque secundum morem Romanum à media
nocte, & sequentis noctis media parte finitur, *l. more Romano,*
ubi gl. et DD. ff. de fer. Dec. in c. consuluit, n. 40. de off. deleg. Ric. in
prax. for. Eccl. p. 4. res. 563. ubi dicit, quod prima dies adven- 28
tus, & feria quarta cinerum, ex qua incipit matrimoniorum
celebrandorum prohibitio, currunt à media nocte præceden-
tium dierum; idemque dicendum de mense, qui similiter à
media nocte ultimi diei mensis præcedentis incipit, ac in
media nocte ultimi mensis subsequentis terminatur, *Gonz. ad*
Reg. 8. Cancell. gl. 11. n. 9. et 10. Jordan. Elucubr. divers. lib. 10.
tit. 12. n. 43. & seq. ubi, quod menses de quibus fit mentio, *in d.*
Reg. 8. Cancellar. similiter incipiunt à media nocte labentis
mensis, & durant usque ad mediam noctem subsequentis.
Ex quo infert *Surd. cons. 558. n. 9. lib. 4. et alii apud Grat. di-*
scep. for. c. 972. n. 5. quod citatus pro certa die, potest comparere
media nocte ejus diei; contrarium tamen est verius: tunc 29
enim citatus tenetur comparere ea hora, qua Judex pro tri-
bunali sedere, & jus reddere solet, *juxta text. in c. consuluit, ibi,*
ea hora, qua congruè possit procedere, ubi DD. de off. deleg.
Aliter tamen secundùm alias nationes dies naturalis nu- 30
meratur: nam Babylonii, Persæ, & Norimbergenses à Solis
exortu ad exortum ejusdem Astri diem statuerunt: Athenien-
ses, Silesii, Bohemi, Austriaci, & Marcomani ab occasu
ad occasum: Arabes, Umbri, Hetrusci, Ægypti, Galli,
Hispani, & magna pars Germaniæ à meridie ad meridiem,
ut referunt Var. in lib. rer. human. Aul. Gell. in Noctibus Attic.
lib. 3. c. 2. Bed. in lib. de Ration. temp. c. 2. & de Natur. rer. c. 5. &
alii apud Tiraq. de Retract. lign. §. 1. gl. 11. n. 1. Jo: Bona de Divi-
na Psalmod. c. 3. §. 1. n. 3.
Dies artificialis, seu civilis, quatenus a nocte distingui- 31
tur, 12. horas continet, & ab ortu Solis usq; in occasum nu-
meratur, *ut tradunt gl. & DD. in d. l. more Romano, Jo: Bona lo-*
co cit. d. c. 3. §. 1. n. 2. Dec. in d. c. consuluit, n. 36. de off. deleg. Quare
pro temporum varietate hujusmodi dies varii, & inæquales
sunt æstate quidem majores, hyeme verò minores; in utroque
verò æquinoctio æquales horis nostratibus diei naturalis, *ut*
observat etiam Laym. in Theol. mor. lib. 4. tr. 1. c. 3. n. 1. ubi etiam
dicit, quod de die artificiali intelligenda sunt verba Christi
Domini, *apud Io. c. 11. nonne duodecim sunt horæ diei.*
Dicitur verò dies artificialis; non quòd in hominis artifi- 32
cio consistat, sed quia artificio juris applicatur ad actus ho-
minum, ubicunque jus distinguit inter diem, & noctem, *ut in-*
quit Bald. in d. l. more Romano, sub n. 2. unde potest per statuta
locorum aliter præscribi, augeri, vel minui, ut scilicet dies
censeatur esse usque ad primum, vel secundum sonum cam-
panæ, *vide Tiraq. d. §. 1. gl. 11. n. 4.*
Item dies artificialis est duplex: alius uniformis, alius dif- 33
formis, seu emergens: uniformis semper incipit ab aurora,
& durat usque ad crepusculum noctis; alius est difformis,
qui potest incipere in qualibet parte diei, & in eadem parte

sequentis diei finitur; expletur enim 24. horis, quemadmo-
dum dies naturales: diciturque emergens, quia quaodoque
in vesperis, quandoque in meridie &c. *ut d. idem Bald. in d. l.*
more Romano, n. 3. Scac. de Jud. lib. 2. c. 3. n. 313. subdens, *n. 314.*
quod hic dies emergens, *secundùm Paul. de Castr. & Jas. in d.*
l. more Romano, vocatur legalis, & currit de momento in
momentum: *Tiraq. loc. cit. d. §. 1. gl. 11. n. 6.* ubi dicit, quòd si
hac hora, quęcunq; ea sit, promittas aliquid facere intrà unum
diem, siquidem dies definit die subsequente eadem illa hora.
34 Notandum tamen est, quod ubi in dispositione legis, vel
hominis fit mentio de die, in favorabilibus intelligitur de
die naturali: in odiosis verò, & pœnalibus intelligitur de
artificiali, non de naturali: Unde si statutum puniat gra-
vius delinquentem in die S. Laurentii, hujusmodi pœna non
haberet locum contra delinquentem in nocte præcedente,
vel subsequente dictam festivitatem, *Scac. ubi supra n. 357.*
ubi citat feud. de Sen. cons. 44. Paul. de Castr. in d. l. more Romano
35 *num. 4. & ibidem Jas. n. 6. ff. de fer.* quia factum de nocte, pro-
priè non dicitur factum de die, *ut not. Dec. in d. c. consuluit,*
n. 39. Gratian. discept. for. c. 972. n. 10. & seq.
36 An verò delictum commissum in aurora, vel in crepuscu-
lo, censeatur commissum de die, vel de nocte? Respond.
quod relinquitur arbitrio Judicis, qui considerabit, an fue-
rit tanta claritas, ut attribuendum sit diei; an verò tanta
obscuritas, ut sit attribuendum nocti, *ut sentiunt Canonistæ*
communiter teste Clar. in Pract. crim. §. fin. q. 82. statut. 9. vers.
quæro quomodo, & ita tenent alii apud Scac. de jud. l. 2. cap. 3.
n. 349. Viv. opin. 950. num. 17.
37 Dies verò Ecclesiasticus est tempus ab Ecclesia certis acti-
bus præfinitum: hic autem dies à Vespera usque ad Vesperam
regulariter sumitur, & numeratur, *c. 1. de Consecr. dist. 3. Scac.*
de jud. d. lib. 2. c. 3. n. 307. Marches. de Commiss. p. 2. c. 7. §. 4. n. 19.
38 Unde ita numeratur dies in indulgentiis, *clem. 1. in fin. de*
Reliq. & ven. Sanct. & quoad observationem dierum festo-
rum, *est textus in c. 1. extr. de fer.* ubi omnes dies Dominici à
Vespera in Vesperam cum omni veneratione observari de-
bent: quod tamen limitatur in iis locis, ubi aliter de consue-
tudine observatur, *c. 2. eod. tit.* ubi festorum principium, &
finis juxta eorum qualitatem, & diversarum regionum con-
suetudinem debet attendi, *Tiraq. d. §. 1. gl. 11. n. 13. in fin. Scac.*
d. lib. 2. c. 3. n. 307. Unde in Europa observatio festorum obli-
gat à media nocte usque ad alteram mediam noctem, *ut ob-*
servat etiam Abb. in c. 1. de fer. Azo. tom. 2. lib. 1. c. 26. q. 12. & alii
quos refert, & sequitur Laym. lib. 4. tr. 7. c. 2. n. 1. subdens, quod
ubi consuetudo viget festa inchoandi à vespera præcedentis
diei, post vesperam diei sequentis licitum erit servilia opera
39 exercere, *Bonac. de legib. disp. 5. q. un. punct. 1. n. 7.* idemque di-
cendum de die jejunii, qui similiter incipit à media nocte, &
finitur ad aliam mediam noctem sequentis diei, *gl. in c. 1. ver.*
usque ad Vesperam, de consecr. dist. 3. Felin. in c. consuluit, sub n. 6.
de offic. & pot. jud. deleg. quem refert Scac. loc. cit. d. c. 3. num. 319.
& 320. Joannes Bona de Divina Psalmodia, dict. cap. 3. §. 2.
num. 3. Bonac. ubi sup.
40 Hora verò nihil aliud est, quàm spatia quædam æqualia,
in quæ dies dividuntur; dictæ autem sunt horæ à Sole, quem
Ægyptii Horum vocabant; unde enim horæ ab Ovid. Solis
ministræ finguntur, *prout refert Joannes Bona de Divina*
Psalmodia dict. c. 3. §. 2. in princ.
41 Momentum autem hic accipitur pro qualicunque tempo-
ris spatio, *de quo vide gloss. fin. in l. cum bis sextus, ff. de verb.*
& rer. signif. ubi dicit, quod 10. momenta faciunt punctum,
& duo puncta faciunt dimidiam horam, *& in l. 2. ver. momen-*
to, C. Quæ sit long. consuetud. Contard. in l. unic. C. si de moment.
possess. fuer. appell. in Rubr. n. 3. & in opposit. 6. §. nota 1. n. 3. & in
42 *limit. n. 12.* ubi dicit, quod eodem momento dicitur fieri quod
in continenti fit, *per l. si cùm duas, ubi gloss. ff. commun. præd.*

S U M M A R I U M.

1 *Tempus a jure non præfinitum intelligitur arbitrio Judicis.*
2 *Tempus ad moram purgandam est Judici arbitrarium.*
3 *Ea, quæ statim fieri debent, Judicis arbitrio relinquuntur.*
4 *Tempus condemnatis concessum ad solvendum, Judicis arbi-*
trio statuitur: declaratur n. 5.
6 *In personalibus actionibus quatuor mensium spatium condem-*
natis conceditur.
7 *Judicis arbitrio relinquitur, quando fidejussor dicatur diù ste-*
tisse in obligatione.
8 *Verba indeterminata referuntur ad quodcumque tempus.*
9 *Fideicommissaria substitutio fœminarum facta deficientibus*
masculis, non restricta ad certum tempus, locum habet quo-
cumque tempore masculi deficiant.
10 *Tempus indefinitè prolatum ab homine, decennio terminatur.*

C A P U T IV.

Quomodo intelligendum sit tempus a jure non præfinitum.

TEmpus a jure non præfinitum esse intelligendum de 1
duobus mensibus, tradit *Bart. in l. qui Romæ, §. cohære-*
des, n. 2. ff. de verb. oblig. Roman. cons. 27. & cons. 182. in fin. Brun.
cons. 81. n. 2. quos refert, & sequitur Cacheran. dec. 173. n. 12. sed
verior est eorum sententia qui asserunt, id in Judicis arbi-
trio positum esse, *& ita tenent DD. communiter teste Menoch.*
de Arbitr. Judic. lib. 2. cas. 6. & seq. ubi etiam dicit, quod Judex
arbitrari debet juxta personarum, rei, operis, & similium
qualitatem.
Unde tempus ad moram purgandam Iudici arbitrarium es- 2
se, dixit *idem Bart. in l. si insulam, n. 3. ff. de verb. oblig. & prob.*
textus in l. si ita quis, 135. §. Seja, in fin. ff. eodem, & ea, quæ in- 3
continenti, seu statim fieri debent, Judicis arbitrio similiter
relinquuntur, *latè Menoch. loc. cit. cas. 7. & seq.* idem dicendum 4
de tempore concesso condemnatis ad solvendum: hoc enim
Judicis arbitrio statuitur, *secundum Alex. in l. debitoribus, n.*
19. ff. de re jud. quod intellige in realibus actionibus, *juxta tex.* 5
in §. 2. inst. de offic. Jud. nam in personalibus quatuor mensium 6
spatium condemnatis conceditur, *l. 3. C. de usur. rei judic. glos.*
in l. ult. ver. statutum spatium, C. de execut. rei judic. Boer. q. 45.
& alii apud Menoch. de Arbitr. Judic. lib. 2. cas. 28.
Itá etiam Judicis arbitrio relinquitur, quando fidejussor 7
dicatur diu stetisse in obligatione, ut petere possit, se eo nexu
liberari, *juxta l. Lucius Titius, ff. Mand. & c. ult. & ibi gloss. in*
ver. si diu, de solut. ut infra fusius agemus.
Notandum tamen est, quod verba indeterminata, seu non 8
restricta ad aliquod tempus, sunt referenda ad quodcumque
tempus, *Alex. cons. 101. n. 13. vol. 7. Peregr. de fideicomm. art. 29.*
n. 9. & seq. & ideò fideicommissaria substitutio fœminarum 9
facta deficientibus masculis, non restricta ad certum tempus,
seu indeterminata, habet locum quocumque tempore, &
quocunque casu masculi deficiant, *Alex. cons. 101. n. 13. lib. 7.*
Gabr. de fideicom. concl. 7. n. 8. Dec. cons. 583. n. 3. & 4. & cons. 594.
n. 5. & 6. & cons. 636. n. 6. Surd. cons. 110. n. 10. Mantic. de conject.
&c. lib. 11. tit. 6. n. 6. & alii apud Burat. dec. 689. n. 1.
Notandum 2. quod tempus indefinitè prolatum ab homi- 10
ne, decennio terminatur, putà si Judex aliquem damnave-
rit ad tempus, *l. sine præfinito, ff. de Pœn.* idemque dicendum
est in contractibus, *ut ait Jas. in l. ità stipulatus, num. 2. ff. de*
verb. oblig. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 15. n. 80. ubi dicit, quod si
in instrumento feudi, vel emphyteusis dicatur, ad tempus,
nec exprimatur certum tempus, intelligitur de decennio.

S U M M A R I U M.

1 *Permissum ad tempus censetur prohibitum post tempus.*
2 *Licentia ad tempus concessa, viribus caret lapso tem-*
pore.
3 *Ordinarius facultatem habens dispensandi una, vel alte-*
ra vice, non potest plures iteratis vicibus dispensare.
Facultas transferendi pensiones intelligitur de prima vice,
ibidem.
An, & quando elapso termino ad redimendum possit vendi-
tor rem venditam redimere, ibid.
4 *Prohibitum ad tempus, censetur permissum post illud tem-*
pus, declaratur n. 7.
5 *Fideicommissum limitatum intrà certum tempus, ultra il-*
lud non protenditur.
6 *Prohibitus postulare ad quinquennium, eo elapso potest po-*
stulare.
8 *Testator prohibens alienationem usque ad certum tempus,*
non censetur dedisse facultatem alienandi eo tempore elap-
so, quando constat de claro fideicommisso.
9 *Si testator in alienatione facienda requisiverit alicujus con-*
sensum, non poterit institutus liberè alienare defuncto eo,
cujus consensus requirebatur.

C A P U T V.

An præmissum ad tempus censeatur prohibitum post tempus.

REsp. affirmativè, *leg. si unus, §. si cum reo, ff. de Pact.* 1
Bertaz. claus. 15. gloss. 2. num. 21. Surd. dec. 203. n. 3. Ti-
raq. de retract. conven. §. 1. gl. 2. num. 46. Cacher. dec. 85. num. 13.
& alii apud Grat. discep. for. c. 755. n. 31. Unde licentia ad tem- 2
pus concessa, viribus caret lapso tempore, *Surd. dec. 204. n. 1.*
& seq.

3 *& seq. Giovagnon.conf.71.num.6.& seq.lib.*1. quemadmodum,
si ordinarius facultatem habeat dispensandi pro una, vel altera vice, non potest pluries iteratis vicibus dispensare, *arg.l. boves, §.hoc sermone, ff.de verb.signif.gl.in c.fin.ver.antiqui,33. q.2.& in c.si autem, ver.nisi, 36.q.2. Ciarl.contr.for.lib.2.c.211. n.55.& seq.* ubi dicit, quod affirmativa limitata ad tempus, inducit negationem post illud.

Item facultas transferendi pensiones, intelligitur de prima vice tantum, nisi aliud exprimatur, *Rot.in Oxomen.pensionis 20.Maii 1598.coram Litta*; & facultas retinendi pensionem non obstante matrimonio per pensionarium contracto, intelligitur similiter de primo, *Rota in Palentina pensionis 21. Nov.1596. coram Blanchetto, prout, refert Gonzal. ad regul.8. Cancel.gl.11. n.82. & 83.*

Ita etiam, elapso tempore ad redimendum, nulla datur facultas venditori rem venditam redimendi: nisi fortè pretium esset injustum, *Tiraq.de Retr.convent.§.1.gl.2.n.46.Surd.decis.34.in fin.Bellon.de Potest.cor.quę fiunt incontin.lib.1.c.48.n.2.*

4 E contra verò prohibitum ad tempus, censetur permissum
post illud tempus, *l.pater filium, §.fundum, ubi Bart.ff.de leg.3.*
5 unde fideicommissum limitatum intra certum tempus, ultra
illud non protenditur, *juxta communem DD. sententiam*; Quare si dictum fuerit, si hæres meus intra 25. ætatis suæ annum decesserit, substituo Cajum, decedente eo post annum 25. fideicommissum expiraret, *l.si ita quis, ff.de vulg.& pupil. substit.Soc.cons.76.col.3.vol.2.Paris.cons.14.n.12.lib.2.quos re-*
6 *fert, & sequitur Peregr.de fideicom.art.52.n.3.* Hinc etiam pro-
hibitus postulare ad quinque annos, finito quinquennio poterit postulare, *l.Imperator ff.de Postul.*
7 Hoc tamen procedit, quando adesset sola prohibitio ho-
minis; secus si concurret duplex prohibitio, hominis expressa, & legis tacita, quæ ex fideicommisso resultat, *l.fin.§.fin*
8 *autem sub conditione, C.comm.de legat.* & ideò testator prohi-
bens alienationem usque ad certum tempus, non censetur in tali casu dedisse facultatem alienandi eo tempore elapso, quando constat de claro fideicommisso, *latè Bellon. loco cit.d. lib.1.c.48.n.6.& seq.Gratian.discep.for.c.69.n.5. ubi citat Surd. conf.294. n.29. Rot.in Bonon.fideicommissi 14.Martii 1586.coram Rubeo.& in causa Montis Falisci, fideicommissi 10. Nov. 1602.cor.Pamphilio,& in Romana fideicommissi de Cenciis 17. Novembris 1597.coram Seraphino,& hæc est magis communis opinio:* quia prohibitio alienandi est ordinata ad utilitatem substitutorum, ut bona conserventur; unde non est capienda conjectura, ut post tempus testator voluerit permittere alienationem in interitum fideicommissi, *l.legata inutiliter, ff.de*
9 *leg.*1.idemque dicendum, si Testator in alienatione facienda
requisiverit alicujus consensum: nõ enim poterit institutus in tali casu liberè alienare defuncto eo, cujus consensus requirebatur, *Cephal.cons.153.n.42.& seq.lib.2. Peregr.de fideicom. art.40.n.63.& 65.* ubi dicit, quod tunc cessaret quidem expressa prohibitio, non tamen tacita legalis, quæ remanet ad favorem substitutorum, *Castr.cons.263.n.3.lib.2.Dec.cons.384. col.1.& 3.Gab.cons.123.n.41.lib.1. Soc.Jun.cons.130.n.6.& seq. lib.1.Gratian.d.c.69.n.3.& seq.*

S U M M A R I U M.

1 *Circa qualitates intrinsecas præsumptio ex præterito tempore trahitur ad præsens.*
2 *Quilibet præsumitur bonus, nisi probetur malus, & quando id procedat.*
Optimus, vel omni exceptione major nemo præsumitur, ibid.
3 *Semel malus præsumitur etiam nunc malus.*
4 *Emendatio per spatium trium annorum in criminoso præsumitur.*
5 *Exceptio contra testem probari debet de tempore depositionis.*
6 *Crimen ad excludendum testem debet esse manifestum, & notorium, vel per sententiam.*
7 *In dubio quilibet præsumitur idoneus quoad bonitatem, puritatem, & alias qualitates intrinsecas.*
Nobilitas an, & quando præsumatur, ibid.
8 *Circa qualitates, extrinsecas ex statu præterito non præsumitur præsens.*
9 *Tam paupertas, quàm divitiæ in casu contingenti probari debent.*
10 *Approbator fidejussoris tenetur probare, fidejussorem fuisse tempore approbationis idoneum.*
11 *Si fidejussor receptus, facultatibus postea lapsus sit, id approbatori imputari non debet.*
12 *In quo statu quis hodie reperitur, præsumitur in eo fuisse in præteritum.*
13 *Qui hodie est pauper, præsumitur fuisse semper pauper.*
14 *Pupillus tenetur probare, debitores fuisse idoneos tempore administrationis, & susceptæ tutelæ, ut periculum pertineat ad Tutorem.*
15 *Requiritur dissoluta negligentia, ut Tutor teneatur de non exactis.*
16 *Circa qualitates mixtas, qualis est scientia, prudentia &c. nemo præsumitur idoneus, nisi probetur.*
17 *Semel approbatus pro idoneo præsumitur etiam nunc idoneus, fallit num.20.*
18 *Admissus ad sacros ordines præsumitur idoneus ad beneficia simplicia in posterum obtinenda.*
19 *In Curia semel examinatus, & approbatus ad beneficium simplex, Canonicatum, vel dignitatem, non amplius examinatur ad simile: fallit n.seq.*
20 *Qui alias approbatus fuit ad beneficium parochiale, si ad aliud simile cõcurrat, debet iterũ examinari, & approbari.*
21 *Qui nunc idoneus est, non pręsumitur talis fuisse in pręteritũ.*
22 *Ex possessione de præterito præsumitur possessio de præsenti: fallit num.26.*
23 *Ex possessione præsentis temporis non præsumitur possessio temporis præteriti.*
24 *Ex possessione præteriti, & præsentis temporis præsumitur possessio medii temporis.*
25 *Probatis extremis media præsumuntur.*

C A P U T VI.

An præsumptio ex uno tempore trahatur ad aliud.

PRo faciliori intelligentia notandum est quod aliæ sunt qualitates intrinsecæ, aliæ extrinsecæ, aliæ mixtæ, hoc est partim intrinsecæ, & partim extrinsecæ, his præmissis

Dico 1. quod circa qualitates intrinsecas, quales sunt mo- 1
res, pręsumptio ex pręterito trahitur ad pręsens, *l.non omnes §. à barbaris, ff.de re milit.* ubi, si quis ante bonus existimatus fuit nunc etiam bonus præsumitur: atq; hęc præsumptio dicitur
juris, & naturæ, quia quilibet pręsumitur bonus, nisi probetur 2
malus, *juxta l.omnimodo, C.de inoff.test.* non tamẽ præsumeretur optimus, aut omni exceptione major, *Mascard. de Prob. vol.1.concl.222. n.1. & 14.* ubi dicit, quod si statuto caveatur, ut ad probationem alicujus negotii testes debeant esse optimæ conditionis, vel omni exceptione majores, tunc illa qualitas probari debet, *Alciat.de præsump.reg 3. præsump.2. n.9. & 10.ubi citat. Ang.in l.2.§.diem, ff. Quemadm.test. aper. Alex.consil.82.n.3.vol.1.& alios.* Subdit tamen *idem Alciat.loc.cit.n.11.* quod si pars non articulaverit, neque probaverit hujusmodi qualitatem, posset Judex ex officio recipere informationem, quas redigere debet in actis: nam aliàs teneretur in syndicatu, *per doctrinam Bart.in l.Lucius, ff.de His, qui not.infam.*

Notandum est etiam, quod in præjudicium tertii talis pręsumptio bonitatis non attenditur, *ut d.gl.in c.sicut, de sent.excom. Dec.in c.prudentiam, n.92. & seq.de offic. deleg. Alciat.loco cit.n.6.* ubi addit, quod quando agitur de aliquo promovendo, tunc lex non est contenta sola præsumptione, sed ulterius requirit aliquas informationes super bonitate vitæ promovendi *secundùm Card.in clem.1. de concess. Præb.*

E contra semel malus præsumitur etiam nunc malus, *c.se- 3
mel malus, de reg.jur. in 6.* quia tunc accidens naturæ contrarium removet effectum præsumptionis naturę; & ideo ex tempore huiusmodi accidentis semper judicari debet tan-
quam constitutus in quasi possessione malitiæ, *ut inquit Dinus 4
ibid.n.3.Alciat.reg.3.pręsumpt.2.n.7.* nisi emendatio postea sequuta sit, quæ per spatium trium annorum in criminoso pręsumitur, *Mascard. de probat. d.concl.222.n.12. vers.sublimita &c.& n.22.vol.1. Barbos.in c.testimonium, de testib. Alex.cons. 149.n.5.lib.5.* ubi dicit, quod in civilibus, dato quod convinceretur testis de aliquo crimine, non tamen notorio, seu ma-
nifesto, pręsumitur in dubio emendatus, nisi aliud probetur, 5
unde exceptio contra testem probari debet de tempore depositionis, secundùm quod inhabilitas consideratur, *Bart.in l.3.§.duæ, n.6.ff.de Carbon.edict.Gratian.discep.for.c.469.n.19.
& seq.* ubi etiam, quod crimen ad excludendum testem debet 6
esse manifestum, & notorium, vel per sententiam.

In dubio autem quilibet præsumitur idoneus quoad boni- 7
tatem, puritatem, & alias qualitates intrinsecas *c. dudum, ubi Doctores, extra de Præsump.* Nobilitas verò non præsumitur, quia hæc qualitas paucis inest, *Bald.in l.non ignorat, C.qui accusar.non poss.& in l.in action. §.planè ff. de In lit.jur. Tiraq.in tract.de Nobil.c.10.n.13. Rip.lib.2.respons.c.26.n.2. Cassan.cons. 64.n.9. Curt.Jun.cons.197.n.35. Roland.cons.67.n.26. lib.3. & alii apud Menoch.lib.6. præsumpt.60.* ubi declarat, hoc non procedere in eo, qui habet qualitatem inhęrentem, ex qua insurgit nobilitas, ut si habeat Ducatum, Marchionatum, Comitatum, vel aliam similem dignitatem.

Dico 2. quod circa qualitates extrinsecas, qualis est pau- 8

pertas, divitiæ, & similes, ex statu præterito non præsumi-
tur præsens, cùm status facilè varietur; & ideò tam pauper-
9 tas, quàm divitiæ in casu contingenti probari debent, *juxta
gl. communiter receptam in l.si vero §. qui pro rei qualitate, ff.
Qui satisd.cog. Alciat.in Reg.3.præsumpt.3. num.5.Mascard.de
Probat. d.concl.222.n.17.*
10 Hinc infertur, quod is, qui fidejussorem aliquem appro-
bavit, tenetur probare, fidejussorem fuisse tempore appro-
bationis idoneum, *Odofred. in l.cum ostendimus, §. fidejusso-
res, ff. de fidejuss.tut. Cephal.cons.437.num.54.Vermigl. cons.*
11 *crim.*405. ubi etiam dicit, quod si fidejussor receptus, po-
stea facultatibus lapsus sit, id approbatori imputandum non
est, *juxta l.1. §.1.post med.vers.quod si satis exegit, ff. de ma-
gistrat. conven.*
12 Verùm ex statu præsenti præsumitur in præteritum; in quo
enim statu quis hodiè reperitur, præsumitur in eo fuisse, ni-
si contrarium probetur, *l.ex persona, ubi Paul. de Castr. C.*
13 *de Prob.* & ideò qui hodiè est pauper, præsumitur fuisse
semper pauper *Cancer.var.res.p.1.c.7. num.45. Grat. discept.
forens.c.125.num.31.*
Ex quo infertur, quod si debitores sint non solvendo tem-
pore, quo tutor officium deposuit, præsumitur, eos fuisse
14 tales tempore susceptæ tutelæ; unde tenetur pupillus pro-
bare, illos fuisse idoneos tempore administrationis, & susce-
pti officii, ut periculum pertineat ad Tutorem, *gl. in l.2. ver.
susceptæ C.Arbit.tut. Imol.cons.75.n.2. Fulgos.cons.25.n.6. quos
refert, & sequitur Gratian.* qui loquitur etiam in quolibet alio
Administratore, *discept.for.c.125. n.1.& seq.* ubi etiam dicit,
15 quod requiritur dissoluta negligentia, ut Tutor teneatur de
non exactis.
16 Dico 3. quod circa qualitates mixtas, qualis est scientia,
prudentia, & similes, quæ longo labore, longaque expe-
rientia acquiruntur nemo præsumitur idoneus, nisi probe-
tur, *gl.in l.2.ff.de Prob.Alciat.loco cit. Gratian.d.c.125. nu.28.
& tradunt Doctores communiter in d.c. dudum, de Præsumpt.*
probari autem debet ex actuali examine, non autem per te-
stes, aut famam, *gl. in d.c.dudum, ver.præsumatur Barbos.
de off.& pot.Episc.p.2.alleg.*10.n.18. ubi dicit, quod nec regu-
lares excusantur, quo minus de doctrina possint examinari
*ut constat ex Conc.Trid.sess.23. de ref.c.*12.
17 Si verò quia semel idoneus legitimè judicatus fuerit præsu-
mitur etiam nunc idoneus, *Menoch.lib.6.præsumpt.91.n.22.*
18 Hinc admissus ad sacros ordines præsumitur idoneus ad be-
neficia simplicia in posterum obtinenda ita, ut novo exami-
ne opus non sit, *c.accepimus, de ætat.& qual.* & in Curia se-
19 mel examinatus, & approbatus ad beneficium simplex, Ca-
nonicatum, vel Dignitatem, non amplius examinatur ad
simile, *ut observat Ricc. in Prax. p.4.res.*70. quod tamen lo-
20 cum non habet in eo, qui aliàs approbatus fuit ad benefi-
cium parochiale, hoc enim casu si ad aliud simile concur-
rat, minimè censetur idoneus, nisi per novum examen ap-
probatus fuerit, *Quarant.in ver.Benef.Paroch.collatio,Ricc.
in Prax. d.p.4.res.74.* quia hujusmodi examen requiritur pro
forma à Conc.Tridentino *sess.24.de ref.c.*18.
21 Qui verò nunc litteratus, idoneus, vel prudens est, non
præsumitur talis fuisse in præteritum, *Bald.in l. ex persona,
n.2.C.de Probat. Menoch. d.lib.6. præsumpt.91.n.18.*
22 Dico 4. quod ex possessione de præterito præsumitur pos-
sessio de præsenti, *ut tradunt DD. in l.sive possidetis, C. de
Prob. Alex.cons.133.n.3.lib.1. Alciat.reg.2.præsumpt.21.* quam-
23 vis ex possessione præsentis temporis non præsumatur posses-
sio temporis præteriti, *Bald.in d.l.ex persona, C. de prob. Al-
ciat.reg.2.d.præsumpt.21.n.15. Menoc.lib.6.præsumpt.64.et 65.*
verùm ex possessione præteriti, & præsentis temporis præsu-
24 mitur possessio medii temporis, quia probatis extremis me-
dia præsumuntur *Alciat.d.reg.2.præsumpt.22.n.1.Menoch.ubi
supra præsumpt.66.n.1.& seq.*
25 Limita in rei mobilis possessione: nam tunc ex præterita
possessione non præsumitur præsens, *secundum Bellon.de po-
test.eor.quæ incontin. fiunt &c. lib.1.c.199.num.4. Menoch.lib.6.
præsumpt.641. n.27. Polii. Rip. lib. sing.obser.c.292.*

S V M M A R I V M.

1 *Tempus præsens non comprehendit futurum, limitatur, n.18. & seq.*
2 *Tempus præteritum non trahitur ad futurum, limitatur similiter n.18. & seq.*
3 *Tempus futurum non includit præsens, nec præteritum.*
4 *Testator relinquens, seu legans omnia credita quomodocumque contracta, non censetur reliquisse, seu legasse credita, quæ post testamentum conditum acquisivit, sed ea tantùm quæ habebat tempore testamenti: limitatur n.18. & seq.*
5 *Quid si testator dixerit, lego pecunias, quas mihi debet Titius, vel lego argentum meum, vel vestem meam &c.*
6 *Pronomen meum, cùm sit possessivum, præsens, non futurum tempus ostendit.*
7 *Quid si testator legavit bona ad ipsum spectantia.*
8 *In dubio legatum censetur factum de eo, quod testator habebat tempore testamenti: declaratur n.9. & seq.*
10 *In dubio illud videtur legatum, quod est minus.*
11 *Quid, si Testator legaverit conjunctæ personæ, & n.17.*
12 *Legatum ujusfructus omnium bonorum intelligendum est de bonis existentibus tempore testamenti.*
13 *Quando tempus mortis Testatoris, & quando tempus conditi testamenti attendatur.*
14 *Verba Testatoris interpretanda sunt secundùm tempus prolationis ipsorum verborum.*
15 *Legatum relictum famulis intelligitur de his, qui erant tempore testamenti.*
16 *Legatum relictum Ecclesiæ, Parochiali debetur Ecclesiæ, in cujus Parochia testator habitabat tempore testamenti.*
18 *Quando constat de contraria mente testatoris etiam tacitè, legatum potest futura continere.*
19 *In legato facto ad pias causas comprehenduntur futura.*
20 *Item in legato modici præjudicii.*
21 *Item quando legatum conceptum esset per verba subjunctivi modi.*
22 *Quando verba sonant in futurum, comprehenduntur acquisita post testamentum non obstante pronomine, possessivo.*
23 *Quando legatum relinquitur sub aliquo nomine appellativo de sui natura collectivo, ut Grex, peculium &c. comprehendit etiam futura.*
24 *An in legato podèris comprehendantur alii agri empti post conditum testamentum.*
25 *Augmentum ex causa alluvionis proveniens ad legatarium spectat, etiamsi sequatur post factum testamentum.*
26 *Quid si Testator ipse rei legatæ aliquid adjecit, & n.31.*
27 *Et quid in contractibus.*
28 *Donatis domibus omnia, quæ adjiciuntur pro ipsis domibus perficiendis, & illis reddendis ad meliorem usum, veniunt in donatione.*
29 *Si post aream legatam, in ea ædificetur, totum ædificium ibid. constructum censetur legatum.*
30 *Res legata decrescit, si partem rei legatæ Testator post testamentum detraxit, & alteri fundo adjecit.*
32 *In dispositione hominis quando fit mentio de re particulari non comprehenditur incrementum superveniens separabile ab antiquo, & præterito jure.*
33 *Legatum relictum per verba geminata, prægnantia, & ampla, comprehendit etiam futura.*
34 *Quid si Testator dixerit, lego pecunias, seu argentum, quod meum erit.*

C A P. V I I I.

An tempus præsens comprehendat futurum.

RESp. negativè, sive loquamur in contractibus, *ut in l.si* 1
à colono, & l.cùm stipulamur, ff.de verb.oblig. sive in ul-
timis voluntatibus, *ut in l.si ità ff.de Aur.& arg.leg.* nisi agatur
de modico præjudicio, *ut d. Aret.cons.111.n.2. Mantic. de Ta-* 2
cit.& ambig.convent.lib.3.tit.15.num.27. Ita etiam nec tempus
præteritũ trahitur ad futurum, *Bart.in l.his verbis, ff.de leg.3.* 3
quemadmodum neque futurum includit præsens, vel præteri-
tum, *secundum Curt.Jun.cons.277.Menoch.lib.4.præsumpt.127.
n.3.vers.cæterum, Gratian. discept. for.c.497. num.12. & seq.*
Ex quo infertur, quod si testator reliquerit omnia credita 4
quomodocunque contracta, non censetur relinquere credi-
ta, quæ post testamentum conditum testator acquisivit, sed
ea tantùm, quæ habebat tempore testamenti; quia verbum
illud contracta, cùm sit præteriti temporis, non includit fu-
turum, *Curt.Jun.d.cons.277.n.11. Menoch.loc.cit.* quod etiam
procedit, si testator dixerit, lego pecunias, quas mihi debet
Titius: in hoc enim legato non includuntur pecuniæ, quas
post testamentum Titius Testatori cœpit debere, *l.si ita scrip-
sisset, ff.de l.2.l.Julianus, §.ult.& l.uxorem, §.testamento ita pue-
ros, ff.de leg.3.ubi DD.communiter.* Idem esset, si testator dixe- 5
rit, lego argentum meum, vel vestem meam &c. quia id
legatum videtur, quod testamenti tempore extabat: illud
enim pronomen, meum, cùm sit possessivum, præsens,
non futurum tempus ostendit, *d.l.uxorem, §.testamento ita
pueros, & l.si ita ff. de Aur. & argen.leg.* idemque dicendum 6
si testator reliquerit massaritias suas, *Corn. cons.14. numer.5.
lib.1. Capr.cons.45.num.5. Paris. cons.80. num.41.lib.2. Neviz,
cons.72.in fin. Menoch.d.præsumpt.127.num.13.* vel si lega-
verit

7 verit bona ad ipsum spectantia, & pertinentia: hæc enim
verba præsens tempus demonstrant, *Thesaur.dec.168.n.5. in fin.& alii apud Menoch.d.præsumpt.127.n.13.*
8 Immò in dubio legatum censetur factum de eo, quod testator habeat tempore testamenti, nisi aliud fuerit dictum,
sive legatum sit particulare, sive generale, *ut notatur in d.l.*
si ità ff.de Aur.& arg.leg.& ita tenet Bald. in l.fin.§.1. ff.de leg.
2. Honded.consl.63.num.17.& seq. vol.1.& alii apud Castil. de
9 *usufr.c.44.n.2. & seq.* quorum sententia sequenda est, quando
10 agitur de magno præjudicio: quia in dubio illud videtur legatum, quod est minus, *l.idem Julianus scribit, 41. §. scio,*
11 *ff.de leg.1.* quod locum habet etiam in legato facto conjunctæ
personæ, *secundum Cagnol. in l.ult.num.252.C.de Pact. Bero.*
consl.44.num.45. lib.2.& alios apud Menoch.d.lib.4. præsumpt.
127.n.18.Put.dec.20.in fine lib.3.Penia dec.19.nu.1.& seq.Honded.d.consl.63. n.48.et seq. ubi dicit, quod conjunctio nihil
operatur, quando agitur de magno præjudicio.
12 Hine nonnulli Doctores arguunt, legatum ususfructus
omnium bonorum, de bonis existentibus tempore testamenti intelligendum esse, nec extendi ad ea, quæ post factum testamentum testator acquisivit, sive legatum hujusmodi relictum fuerit extraneo, sive conjunctæ personæ, quia
verba etiam generalia debent ad tempus testamenti referri,
l.fin.§.1.ff. de leg.2. Alex.consl.171.num.1.& 2.lib.6. Gratian.
discept.forens.c.98.num.8.Castil.d.c.44.num.9.& seq. quamvis
13 enim respectu validitatis, & roboris testamenti attendatur
tempus mortis testatoris, tum ad interpretandam voluntatem testatoris, & ad cognoscendum, quæ bona in legato contineantur, non tempus mortis, sed tempus conditi testamenti attendendum est: cùm verba testatoris interpretanda
14 sint secundùm tempus prolationis ipsorum verborum, *Gof-*
fred.in l.intervenit, ff. de legat. præstan. Soc.sen.consl.6.num.2.
lib.2. Simon. de Pret. de Interpret. ult. volunt. lib.4. interpr.1.
dub.9.n.35.& alii apud Honded.d.consl.63.n.51. vers. primum
15 *quidem, & n.71.* unde legatum relictum famulis, intelligi-
16 tur, de his, qui erant tempore testamenti: quemadmodum
legatum factum Ecclesiæ parochiali, debetur Ecclesiæ, in
cujus parochia testator habitabat tempore testamenti, *Capel.*
Tholos.dec.191. Roman. in auct.similiter, n.91.C.ad l.falc. prout refert Cancer.var.lib.3.c.20.num.118.& seq.
17 Contrariam tamen sententiam tenuit *Bart.in d.l.si ità, n.4.*
vers.aut in testamento, ff. de Aur.& arg.leg. quam communem
dicit Menoch. loco cit.n.28. ubi citat Bero q.30.n.5. Thesaur.decis.168. Coccin.dec.48.n.11. ubi dicit, quod quando legatum
relictum fuit personæ conjunctæ, tunc attenditur tempus
mortis, non testamenti.
18 Predicta verò conclusio limitatur 1. ubi de contraria mente testatoris appareret, sive expressè, *ut in d.l.si ità scripsisset,*
ff. de leg.2.& l.Julianus, §.fin. ff.de leg.3. sive tacitè, *dict. l. si*
ità, ff.de Aur.& argen. leg. hoc enim casu legatum poterit futura continere, *ut in dictis juribus, & trad. Bart.in l.2.n.1.ff.*
de alim.& cibar. legat. ubi dicit, quod verba quamvis sint
præteriti, vel præsentis temporis, referuntur ad futura in
his, quæ ex mera voluntate Testatoris dependent, *Coccin.*
dec.48.n.9.Thesaur.d.dec.168.n.4.& alii apud Castil. d.c 44.
n.12. Gratian.d.c.98.n.14.& c.782.n.5. ubi dicit, quod tunc
non attenditur pronomen possessivum, si potest colligi contraria mens disponentis.
19 Limitatur 2. in legato facto favore piæ causæ: in hoc enim
comprehenduntur futura, *Bero consil.44. lib.2. quem refert,*
& sequitur Menoch.d.l.4. præsumpt.127.n.18.
20 Limitatur 3. quando agitur de modico præjudicio: hoc
enim casu legatum etiam futura comprehendit, *Bart. communiter receptus in d.l.si ità, n.4. ff.de aur.& arg.leg.*
21 Limitatur 4. ubi legatum conceptum esset per verba subjunctivi modi, sive sint præsentis temporis, sive præteriti
imperfecti: tunc enim semper comprehenderet futura, *Dec.*
consl.41.n.3. Pereg.de fideicom.art.46 n.29. Surd. consl.362.n.27.
lib.3. Coccin.dec.48.n.7.& seq.& alii apud Gratian. discept.for.
22 *c.98.n.12.& 13.* ubi etiam dicunt, quod quando verba sonant in futurum, comprehenduntur acquisita post testamentum non obstante pronomine possessivo.
23 Limitatur 5. quod legatum relinquitur sub aliquo nomine
appellativo de sui natura collectivo, ut grex, peculium,
hæreditas testatori obventa, & similia: hæc enim recipiunt
augmentum, & diminutionem, & comprehendunt etiam
futura, *l.grege, ff.de leg.1.l.peculium legatum, ff.de leg.2.Bart.*
loco cit. d.num.4. Dilect.de Art.testan.tit.de legat.cant.10. Me-
24 *noch.dict.præsumpt.127.n.26. lib.4.& alii communiter,* idem
dicendum secundùm aliquos, quando legato podère, alii
agri ei adjunguntur, & pro unico podère possidentur: nam
tunc agri empti post conditum testamentum ad legatarium
pertinent: quia legatum podèris continet universitatem
quamdam agrorum ex vulgare significatu; contraria tamen
sententia verior videtur, hoc enim legatum censetur potius
particulare, & ideò non extenditur ad ea, quæ Testator
post testamentum acquisivit; quia hoc nomen, podère cùm
non sit nomen juris: recipit limitationem secundum dispositionem Testatoris, qui non præsumitur cogitasse de futuris, sed tantùm de præsentibus, ut suprà diximus, *& ita tenet Bart.in l.1.n.7.ff.de Reb.dub.Bursat.consl.246.n.19.lib.3.Jas.*
consl.91.n.1.lib.1. Honded.d.consl.63.n.20. ubi dicit, quod legatum rei particularis, ut fundi, seu podèris, comprehendit
illud tantùm, quod testator habebat tempore testamenti.
Limitatur 6. quando ex causa alluvionis fuisset factum 25
augmentum; tunc enim augmentum hujusmodi etiam post
testamentum factum debetur legatario, *l. quod in rerum, §. si*
quis post, ff. de leg.1. l.sæpe legatum ff. de leg.3. ita etiam, si
testator rei legatæ aliquid adjecit, vel ex altero fundo, 26
quem ipse tempore testamenti possidebat, vel ex eo quem
postea acquisivit, hujusmodi augmentum legato cedit, *d.l.* 27
quod in rerum, §. si quis post, quod etiam ad contractus extendit *Gratian.discep.for.c.782.n.6.& seq.* ubi dicit quod donatis domibus, omnia, quæ adjiciuntur pro ipsis domibus per- 28
ficiendis, & illis reddendis ad meliorem usum, veniunt in
donatione, *per tex.in l.si areæ, 40. ff.de leg.2.* ubi, si post a- 29
ream legatam, in ea ædificetur, totum ædificium ibid.con- 30
structum censebitur legatum: quemadmodum res legata decresceret, si partem rei legatæ testator post testamentum detraxit, & alteri fundo adjecit cùm nostra destinatione fundorum nomina, & domus, non natura, constituatur, *ut*
in d.§.si quis post, ubi Bart.& alii, & hoc quidem procedit, 31
quoties augmentum accessoriè accedit rei legatæ, ut quoddam additamentum ad rem legatam, *l.cum fundus ff. de leg.2.*
secus esset, si bona post testamentum acquisita, sunt æquè
principalia, nec sunt adjecta, neque accedunt rebus legatis:
quia tunc illa non includuntur in legato *Barto.Socin. in l.servi electione, §.fin.col.pen.ver.secunda ratio, ff.de leg.1.Bero consil.44.num.46.lib.2.& alii apud Honded. d.consl.63. n.34.& seq.*
et apud Menoch.d. lib.4. præsumpt.127.n.31. sicuti in disposi-
tione hominis, quando fit mentio de re particulari, non 32
comprehenditur incrementum superveniens separabile ab
antiquo, & præterito jure, *ut dicit, Alex.consl.25. n.2. lib.7.*
per tex. in l.item si fundi, §.huic vicinus, ff.de usufr.
Limitatur 7. quando legatum fuit relictum per verba ge- 33
minata, prægnantia, & ampla: hoc enim casu comprehenderet etiam futura, putà si fuit dictum omnium, singulorum,
cujuscumque generis, *ut post Crot.consl.34.& seq. Dec.consl.69.*
num.3. Cephal.consl.763. num.25. lib.5. tenuit Rota coram Coccino dec.48.num.13.& seq.
Limitatur 8. si Testator dixerit, lego pecunias, seu ar- 34
gentum, quod meum erit: tunc enim in legato continebitur
argentum, quod Testatoris erit non solùm tempore conditi
testamenti, sed etiam mortis ipsius testatoris. *Dilect.de Art.*
testan.tit.de legat.d.caut.10. in fin. Bellon.consl.5.num.16.& alii,
quos refert, & sequitur Menoch.citat.num.37.

SUMMARIUM.

1 *Si Testator relinquat legatum, seu fideicommissum suis consanguineis, censetur reliquisse iis consanguineis, qui nati erant, vel concepti tempore testamenti, vel mortis Testatoris: declaratur n. 2.*
3 *Si Testator vocavit expressè nascituros, admittuntur nati postquam cessit dies fideicommissi.*
4 *Quando dicatur Testator expressè vocasse nascituros.*
5 *Cui debeatur legatum relictum familiæ.*

CAP. VIII.

Quibusdam debeatur legatum, seu fideicommissum, si fuerit relictum consanguineis ipsius Testatoris.

RESP. quod debetur iis tantùm cognatis, vel Consangui- 1
neis, qui jam nati erant, vel concepti tempore testamenti, vel mortis Testatoris, & sic eo tempore, quo legatum defertur: non autem iis, qui posteà concepti sunt, *l.si cognatis,*
ubi Doctores, ff. de Reb.dub. nisi aliud appareret de voluntate
Testatoris, *ut inquit Tiraq. de Retr. lignag.§.1.gl.9.nu.24. &*
85. ubi etiam dicit, quod in legato, aut fideicommisso relicto
propinquis, sive consanguineis, intelligitur de his tantùm, qui
sunt intrà decimum gradum, *de quo vide gl. in c.postremo,*
ver.consanguineus, extr.de Appell. ubi id intelligit de iis, qui
sunt intrà septimum gradum, *Paul. de Castr.consl.383.libr.1.*
Dec.consl.321.& consl.323. & hoc quidem procedit in legato, 2
seu fideicommisso puro; secus in conditionali, in quo suffi-

cit, substitutos in rerum esse natura eo tempore, quo legati, seu fideicommissi dies cedit, & sic tempore purificatæ conditionis, *l.intervenit, ff. de leg. præstan. Ang.cons.38. Alex. cons.26.in fin.lib.3.Corn.cons.17.l.3.Cur.Jun.cons.3.nu.19.& cons. 113.n.11.& alis apud Cephal.cons.16.nu.62.& 63.*

3 Observa tamen, quod si testator vocavit expresse nascituros,
tunc admittuntur nati, postquam cessit dies fideicommissi,
Ruin.cons.22.n.12.lib.2.Natt.cons.675.n.4. Rolan.cons.70.nu.47.
& seq.lib.3.Surd.cons.125.n.34.l.1.quos refert, & sequitur Gra-
4 *tian.discept.for.c.776.n.20.& 21.* subdens, quod tunc dicitur
testator expresse vocasse nascituros, quando tempore conditi testamenti nullos habebat nepotes.

5 Observa 2. quod licet legatum relictum familiæ deferendum sit illi, qui reperitur proximior tempore mortis gravati, *jux.text.in leg. Peto, §.Fratre, ff.de leg.2.* tamen si postea alius nascatur in eodem gradu, ei quoque communicabitur successio *gloss.Bald.& alii in d.l.Peto, §. Fratre hærede, ff.de leg.2. Gratian.loco cit.c.776.n.16.& seq.*

S U M M A R I U M.

1 *Oratio indefinita regulariter refertur ad tempus præsens: limitatur n.4. & seq.*
2 *Testator relinquens Titio pecunias suas, censetur reliquisse eas pecunias, quas tempore testamenti habebat.*
3 *Nomina possessiva, meum, tuum, suum, præsens tempus significant.*
4 *Institutio posthumi, si simpliciter fiat, non solum comprehendit posthumum nasciturum ex uxore, quam testator habet tempore testamenti, sed etiam ex alia.*
5 *Locatio indefinita trahitur etiam ad tempus futurum ex mente contrahentium.*
6 *Ubi tractatur de modico præjudicio, comprehenduntur etiam futura.*
7 *Obligans bona sua intelligitur obligasse etiam bona futura.*
8 *Constituens procuratorem his verbis, Titium ad causas meas constituo, censetur illum constituisse etiam ad lites futuras.*
9 *Quid si mandatum fuerit restrictum ad causas in Romana Curia devolutas.*

C A P. IX.

Ad quod tempus oratio indefinita referatur.

1 RESp. quod regulariter refertur ad tempus præsens, *Bart. in l. Medico, ff.de Aur.& arg.legat. Mantic. de Tacit. & ambig.convent.lib.7.tit.16.nu.46.*

2 Unde, si ita legatum esset, pecunias meas relinquo Titio,
hoc legatum intelligitur de iis pecuniis, quas tempore testamenti Testator habebat: quia nomina possessiva, *meum,*
3 *tuum, suum,* præsens tempus significant, *l. si ita legatum,*
& d.l.Medico, ubi DD.ff. de Aur.& arg.leg.

4 Limita 1. in institutione Posthumi, quæ si simpliciter fiat, non solum comprehendit posthumum nasciturum ex uxore, quam Testator habebat tempore testamenti, sed etiam ex alia *juxta l.placet, ff. de liber. & posthum.* quod est speciale favore testamenti conservandi, *ut dicit gloss.& Bart. ibid.*

5 Limita 2. in locatione indefinita; hæc enim trahitur etiam ad tempus futurum ex mente contrahentium, *ut notat Mantic.de Tacit.& ambig.convent.lib.7.tit.16.num.46.per text. in leg.si servitus, ff.de servit. Urban. præd.*

6 Limita 3. ubi tractatur de modico præjudicio, quia tunc etiam comprehenduntur futura, *ut dict.Bart.in d.leg.si ita legatum, nu.4.vers. si verò esset, &c.* & ideò si quis bona sua sim-
7 pliciter obligaverit, intelligitur etiam de bonis futuris: quia
de modico agitur præjudicio, *l.ult.C. Quæ res pig.oblig. poss.*
8 eadem ratione, si quis constituat procuratorem his verbis,
Titium ad causas meas constituo, hujusmodi mandatum ad futuras etiam lites porrigitur, *Put.decis.37. lib.3. quem refert Mantic.loco cit. ubi de communi.*

9 Idem dicendum, si mandatum fuerit restrictum ad causas in Romana Curia devolutas: quia extenditur etiam ad devolvendas, seu movendas, *Rot.de Procur.in nov.dec.3.nu.3. quam refert Gratian.discept.for.c.274.n.21. Mantic.d.l.7.tit.16.n.45.*

S U M M A R I U M.

1 *Longum tempus dicitur decennium: modicum verò tempus dicitur infra decennium usque ad novem annos: contrarium num.6.*
2 *Quinquennium est modicum tempus.*
3 *Locatio ad novennium non dicitur ad longum tempus: declaratur num.4.*
5 *Locatio bonorum Ecclesiasticorum ultra triennium est prohibita.*
6 *Arbitrio Judicis remittitur, quodnam dicatur longum, vel modicum tempus.*
7 *Locatio ad vitam locantis, vel conducentis dicitur ad longum tempus.*

C A P. X.

Quodnam dicatur modicum, & longum tempus.

ALii dicunt, quod longum tempus dicitur decennium, *ex* 1
Rubr.C.de Præscript.long.temp.10.vel 20. ann. & ita tenet Bart.in l.1.§.quod autem, n.3.ff.de superfic. Quarant. in ver. Alienatio rerum Ecclesiæ, num.17. Bertaz.claus.15.gl.2.num.6. Tiraq.de Retract.lignag.§.1.glos.6.nu.9.in fin. & alii communiter, modicum verò tempus dicitur infra decennium usque ad novem annos: cùm enim tempus decem annorum dicatur longum, sequitur, quod minus tempus non est longum, secundùm *glos.in clem.monasterium, ver. ad tempus modicum, de reb.Eccl.non alien.Jo:de Amic.cons.125.vers.Nihilominus, vol.1.Caroc.de Locat.& conduct.p.2.tit.de locatione ad longum tempus, q.1.nu.7.& seq.Greg.decis.344.nu.12.* quod etiam videtur
probari ex doctrina *Bart.in d.l.1.§. quod autem,* ubi dicit, 2
quod quinquennium est modicum tempus, *per l.si filiosfam.§.*
fin.ff.solut.matr.& ita etiam tenet Mantic.de Tacit. & ambig.
convent.lib.5.tit.4.n.10. ubi dicit, quod locatio ad novennium 3
non dicitur ad longum tempus; quod intellige de locatione
rei prophanæ: nam locatio bonorum ecclesiasticorum ultra 4
triennium tanquam nimis longa prohibetur *per extrav. Am-* 5
bitiosæ de Reb.Eccles.non alien. & ita intelligendos esse testes deponentes de longo, vel modico tempore, dicit *Jo:de Amic. loco cit.*

Alii verò sentiunt, id remittendum esse arbitrio Judicis, 6
l.1.ff.de Jur.deliber.& ita docet glos.in leg.1.§. quod autem, ff. de superfic.& in l.etsi post tres, ff.si quis caut.Bart.in l. si insulam, n.3.ff.de ver.oblig.Alex.cons.219.nu.21.lib.6. Menoch.de Arbitr. Jud.lib.2.cas.4.n.5.Seraph.dec.580.n.5.Afflict.dec.241.n.3.Coccin.dec.100.n.2.Caroc.loc.cit.nu.5. ubi dicit, quod statur arbitrio Judicis, quando dicatur locatio ad longum tempus, *Rosenthal.de feud.c.6.concl.59.*

Notandum tamen est, quod locatio ad vitam locantis, vel 7
conducentis, proculdubio diceretur ad longum tempus: quia habet naturam perpetuæ locationis, *gloss. in c. fin.ver. perpetuas, de Rescript.in 6.Feder.de Sen.cons.143. Lap.all.31. Jas.in l.si non sortem, §.si centum, nu.9.ff.de condict.indeb.Pontan.de Spol.lib.2.nu.137.Covar.var.resol.lib.2.c.16.n.3. & alii apud Caroc.de locat. & Conduct.p.2.q.2.tit. de locatione ad vitam.num.1.& seq.*

S U M M A R I U M.

1 *Ea, quæ incontinenti fiunt, censentur inesse: limitatur nu. 12. item declaratur n.15.*
2 *Error non præsumitur, nisi probetur.*
3 *Ubi confessio incontinenti revocatur, non est opus aliter probare errorem: limitatur nu.4.*
5 *Testis a perjurio excusatur, si incontinenti se corrigat.*
6 *Vim vi incontinenti sine intervallo repellere licet.*
Quando percutiens Clericum in excommunicationem non incidat, ibidem.
7 *Potest Episcopus pro defensione suorum jurium incontinenti excommunicare subditos nulla præcedente monitione, & ordine judiciario.*
8 *Regularis in delicto deprehensus extra claustra, potest ad carceres Episcopales duci: sed Ordinarius statim illum remittere debet ad suum superiorem etiam nemine instante.*
9 *Ordinarius detinens carceratum Regularem in casibus à jure non permissis, excommunicationem incurrit.*
10 *Quomodo intelligatur hæc dictio, statim, vel incontinenti, & num.11.*
Ad inducendam correspectivitatem dicitur incontinenti fieri si fiat intrà unum diem, ibid.
Qui offert, se probaturum incontinenti, probando infra triduum, non censetur probasse extra terminum, ibid.
Dolor justus in actibus successivis dicitur semper adesse, & respectu ultimi doloris censetur actus fieri incontinenti ibid.
13 *Quando præcisè tempus appositum est alicui dispositioni, qui permittit, illud, labi censetur ei renunciare.*
Tempus limitatum continet contrariam dispositionem post tempus, ibid.
14 *Instrumenta possunt produci usque ad sententiam exclusivè.*

CAP. XI.

Quæ dicantur fieri incontinenti.

EX resolutione hujus dubii non mediocres juris quæstio-
nes explicantur; nam ea, quæ incontinenti fiunt cen-
1 sentur inesse, *l. lecta, ff. si cert. pet.* item licèt error non præ-
2 sumatur, nisi probetur, *ut notatur in l. si post divisionem, C. de*
3 *Jur. & fact. ignor.* tamen ubi confessio incontinenti revoca-
tur, non est opus aliter probare errorem, *ut post gl. in c. fin.
ver. justa causa, de Jurejur. in 6. dicit Alc. in Reg. 3. præsumpt.
21. n. 3. Jordan. Elucubr. divers. lib. 14. tit. 16. num. 261.* ubi id li-
mitat, quando confessio fuit acceptata à parte. Similiter
4 testis à perjurio excusatur, si incontinenti se corrigat, *ut
5 est tex. in cap. præterea, de Testib. cogen.* quemadmodum vim
vi incontinenti sine intervallo repellere licet ita, ut si quis
6 in tali casu percusserit Clericum, excommunicationem non
incurrat, *juxta cap. 3. ubi DD. de sent. excomm. glossa in cap. si
perfodiens, ver. legibus sæcularib. de Homic. Ricc. in Prax. for.
Eccl. p. 3. res. 497. nu. 1. & 2. Gratian. discept. for. c. 837. nu. 6.* ubi
dicit, quod licitum erit prævenire ante tempus quando quis
probabiliter timet, ne à Clerico percutiatur.
7 Item posse Episcopum pro defensione suorum jurium in-
continenti excommunicare subditos nulla præcedente mo-
nitione, & ordine judiciario, *probat Ricc. d. p. 3. resol. 497. n.
3. & seq. & alii communiter,* similiter Regularis in delicto de-
prehensus extra claustra potest quidem ad carceres Episco-
pales duci: sed Ordinarius statim illum remittere debet ad
suum superiorem, etiam nemine instante, *juxta decretum
Sac. Congreg. apud Sperell. dec. 38. n. 13. vers. Cæterum, Piasec. in
Prax. Episc. p. 2. c. 3. n. 43. Fusc. de visit. lib. 2. c. 17. n. 11.* aliàs non
9 evitaret excommunicationem tanquam detinens carceratum
Regularem in casibus à jure non permissis, *juxta gl. in clem.
un. ver. capiunt, de excess. Prælat.*

Quare nobis videndum est, quomodo intelligatur hæc
dictio, *statim, vel incontinenti:*
10 Quo in dubio *Ricc. in Prax. for. eccl. p. 3. res. 497.* videtur
sensisse, illud fieri incontinenti, quod fit intrà mensem;
alii asserunt, id incontinenti fieri, quod fit paulò ante vel
paulò post, *gl. & Bart. in l. contractus, n. 5 C. de fid. Instrumen.
Rip. lib. 3. resp. c. 1. nu. 4. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 15. nu. 45.* ubi
dicit, quod illud pactum dicitur apponi incontinenti, quod
apponitur in ingressu contractus, vel nascente contractu,
vel statim post nativitatem contractus: alii verò id intelli-
gunt de spatio 20. horarum, *juxta glossam in c. cum non ab ho-
mine, de Judic. Cened. pract. qq. canon. q. 26. n. 31.* quibus vide-
tur favere *textus in l. cap. 5. ff. Ad l. Jul. de adulter.* alii de spa-
tio unius diei, *ut post Anchar. consil. 434. n. 3. dixit Rota dec.
323. nu. 76. par. 6. Recent.* ubi quod ad inducendam correspe-
ctivitatem dicitur incontinenti fieri, si fiat infrà unum diem,
& dec. 61. n. 6. apud Genc. de Censib. ubi incontinenti fieri di-
citur quod fit die sequenti, *& ita tenent alii apud Mascard.
de probat. concl. 687. n. 21. vers. At ipsi &c. vol. 2.* alii putant, hoc
intelligendum esse, si fiat intrà duos dies, *Sperell. dec. 38. n.
13. & 14. Vulp. in prax. judic. c. 42. nu. 23. Barbos. de offic. & po-
test. Episc. par. 3. alleg. 105. nu. 20.* alii hoc intelligunt de spatio
trium dierum, *juxta, l. fin. C. de judic. ita Jas. ibid. n. 3. Vul-
pell. de Dictio. in ver. incontinenti, ante nu. 1. & alii apud Ma-
scard. ubi supr. d. concl. 687. nu. 21. vers. Alii verò, &c.* unde qui
offert, se probaturum incontinenti, probando infra tri-
duum, non censetur probasse extra terminum, *Bald. in l.
ult. Cod. de Judic. Fel. in cap. licet causam, nu. 18. de probat. Abb.
in cap. litteras, de Restit. spol. & alii apud Jordan. Elucubr. di-
vers. lib. 14. titul. 17. de Probat. nu. 71.* alii quoque existimant,
id fieri incontinenti, quod fit etiam post longum interval-
lum, si durat causa, ita *Farinac. q. 125. n. 403. & q. 126. num.
214. & cons. 66. nu. 6. vol. 1. quem refert, & sequitur Ciriac. contr.
for. 105. n. 72. & seq.* ubi, quod dolor justus in actibus succes-
sivis dicitur semper adesse, & respectu ultimi doloris cense-
tur actus fieri incontinenti. Alii etiam dixerunt, id fieri
incontinenti, quod fit infra decem dies, vel intrà duos men-
ses, vel etiam intrà annum, *ut refert Ludov. 24. n. 6. vers. &
licèt fuerint Bellon. de potest. eor. quæ incontinenti fiunt &c. li. 1.
c. 119. nu. 1. & seq* ubi dicit, quod naufragium statim probatur,
si intra anni curriculum probetur: subdens *nu.* 5. quod debet
mercator certiorem facere socium de naufragio, vel furto,
aliove casu intra annum, aliàs præsumeretur contra non de-
nunciantem.
11 Quamvis autem supradictæ opiniones, excepta prima, &
ultima, probabiles sint: probabilior tamen videtur senten-
tia aliorum, id remittentium arbitrio Judicis, qui ex tem-
poris quantitate, & qualitate facti, & aliis circumstantiis id
judicabit, *ut post Alciat. reg. 3. præsumpt. 21. & alios tradit
Jordan. Elucubr. divers. li. 14. tit. 16. de Conf. n. 261. Pacif. de Sa-
lu. interd. inspect. 2. c. 2. n. 267. in fin. Ludov. d. dec. Lucen. 24. nu. 6.
Cancer. var. lib. 2. c. 16. num. 33. & hanc magis communem dicit
Mascard. de Probat. concl. 687. n. 22. Menoch. de Arbitr. Jud. cas.
7. n. 13. ubi alios refert Gratian. discept. for. c. 768. n. 10.* ubi, quod
hæc verba verificantur etiàm in pluribus diebus arbitrio Ju-
dicis, *Thesaur. decis. 77. n. 3. & 4. Cephal. d. cons. 221. nu. 17.* ubi
quod quando dictio, *statim, vel incontinenti,* refertur ad
actum executivum, importat magnum, vel parvum tempo-
ris intervallum Judicis arbitrio.

Observa tamen, quod quando est quæstio de tempore, 12
ea quæ fiunt incontinenti, non censentur inesse, *l. Thais, §.
intra, ff. de fideicom. libert. Jas. in l. lecta, num. 15. ff. si cert. pet.
Bald. in cap. cum dilectus, nu. 4. de fid. instrum. quos refert, & se-
quitur Gratian. disc. for. cap. 710. nu. 18. & seq.* ubi etiam dicit, 13
quod quando præcisè tempus appositum est alicui dispositio-
ni, qui permittit, illud labi, censetur ei renunciare, cùm
tempus limitatum contineat contrariam dispositionem post
tempus, *latè Tiraq. de retract. lign. § 3. glos. 4. num. 2. Surd.
dec. 203. nu. 1. & seq.*

Ex quo infertur, quod licèt instrumenta possint produci 14
usque ad sententiam exclusivè, non poterunt tamen produ-
ci incontinenti post sententiam, *ut post Bald. in d. cap. cùm
dilectus, scripsit, idem Tiraq. de retract. conu. § 1. glos. 5. n. 23.*
ubi, *nu. 26.* addit, quod regula prædicta, *quæ incontinenti* 15
fiunt, censentur inesse, procedit quantum ad ipsos contrahen-
tes principales, non etiam quantum ad tertios, etiamsi id re-
spiciat principalem contractum: quod etiam notavit *Cagnol.
in d. l. lecta, nu. 110. ff. si cert. pet. Becc. cons. 92. n. 7. & alii apud
Grat. discept. for. c. 730. nu. 37. et 38.*

SUMMARIUM.

1 *Quando tempus est fundamentum intentionis alicujus, debet ab eo præcisè probari: limitatur n. 5. et 6.*
2 *Is, qui appellavit, debet probare, se in tempore legitimo appellasse.*
3 *Qui se fundat in præscriptione, tempus certum suæ possessionis probare debet.*
4 *Testes deponentes super tempore, non probant, nisi de certo tempore deponant.*

CAP. XII.

Quando tempus probandum sit ab eo, qui se fundat in tempore.

REgula est, quod quando tempus est fundamentum in- 1
tentionis alicujus, debet ab eo præcisè, & explicitè
probari, parte opponente, *leg. eum actum, ubi glos. Bart. et
omnes scribentes, ff. de negot. gest. latè Mascar. de Probat. vol. 2.
concl. 1351. per tot.* unde is, qui appellavit, debet probare, 2
se in tempore legitimo appellasse, *cap. Romana, §. si verò,* 3
*ubi DD. de Appell. in 6. c. quod ad consultationem, de Sent. et
re jud.* & qui se fundat in præscriptione, tempus certum, ac
determinatum suæ possessionis probare debet, *glos. et Bart.
in l. ob carnem, §. 1. ff. de testib.* item testes super tempore de- 4
ponentes, quando est fundamentum intentionis alicujus,
debent de certo, ac determinato tempore deponere, aliàs
si non concordant in tempore, nihil probarent tanquam te-
stes singulares, *Bald. in l. cum te, C. de probat. Alex. cons. 150.
num. 12. vol. 6. Menoch. de Arbitr. Jud. cas. 46.* ubi dicit, quod
is, qui deponit, aliquem possedisse 20. annis, vel circa,
non probat.

Limitatur tamen prædicta conclusio, quando is, qui se 5
fundat in tempore reperitur in possessione; hoc enim est
commodum possessionis, ut relevet ab onere probandi, *Bart.
in l. 1. § non autem, nu. 1. vers. primo &c. ff. de bon. poss. secun. tab.
& tradunt omnes in Rubr. C. qui admitt. Masc. de prob. concl.
135. num. 21. et seq.*

Limitatur 2. quando concurreret diuturnitas temporis: 6
nam tunc omnia in tempore facta præsumuntur, *arg. l. qui in
aliena, §. sed, & si non adierit, ff. de Acquir. hæred. latè
Mascar. de probat. d. concl. 1351. nu. 26. ubi citat Barbat. in d.
Rubr. C. qui admit. n. 9. et ibid. Cagnol. nu. 66.*

SUMMARIUM.

1 *Dispositio facta tempore prohibito valet, si illius exequutio conferatur in tempus licitum: limitatur nu. 13. declaratur nu. 14.*
Non inspicitur initium, sed tempus collatæ executionis, ibidem num. 1.

2 *Nulla est dispositio, si fiat tempore permisso, & conferatur in tempus prohibitum.*
3 *Concessio feudi, vel emphyteusis facta purè, ac simpliciter in favorem alterius vivente primo investito, est invalida.*
4 *Quid si fuerit collata in tempus habile post ejusdem investiti obitum.*
5 *Quid operetur clausula, ex nunc prout ex tunc.*
6 *Ex investitura facta per laicum tenentur etiam successores, & heredes.*
7 *Quid si fuerit facta ab Ecclesiastico.*
8 *Donatio facta sponsæ, in tempus matrimonii collata, non valet.*
9 *Quid si conferatur in tempus soluti matrimonii.*
10 *Inter eos, qui matrimonium contracturi sunt, ante nuptias donatio facta subsistit, etiamsi eodem die nuptiæ fuerint sequutæ.*
11 *Valet institutio, vel legatum factum incapaci, dum erit capax.*
12 *An, & quando valeat præsentatio ad beneficium ecclesiasticum, si fiat de minore 14. annorum.*
15 *Puberes testamentum facere possunt.*
16 *Quid si sint in potestate Parentum.*
17 *Et an possint donare causa mortis.*
18 *De iure canonico filiusfam.cum consensu Patris in illis adventitiis, in quibus Patri non quæritur usufructus, potest facere testamentum ad pias causas.*
19 *Tam de iure canonico, quàm civili filiusfam. testari potest de peculio castrensi, vel quasi, etiam sine consensu Patris.*
20 *Non potest tractari de electione successoris, nisi post tres dies positionis Prælati defuncti.*
21 *Conjugi durante conjugio non licet pacisci de novo matrimonio contrahendo.*
22 *Beneficium ecclesiasticum non potest promitti, aut conferri, antequam vacet.*

C A P. X I I I.

An valeat dispositio facta tempore prohibito, si illius exequutio conferatur in tempus licitum.

1 RESp. affirmativè, quia non inspicitur initium, sed tempus collatæ exequutionis: quemadmodum nulla erit,
2 si fiat tempore permisso, & conferatur in tempus prohibitum, *ut tradunt DD.communiter in l.quod sponsæ, C. de donat. ant.nupt.*
3 Ex quo infertur 1. quod licèt concessio feudi, vel emphyteusis facta purè, & simpliciter in favorem alterius vivente primo investito sit invalida, *c.1.de Cler. qui investit.fac.* valeret
4 tamen, si fuerit collata in tempus habile post ejusdem investiti obitum, sive fiat à Principe, sive ab inferiore, *c.1.§.moribus si de feud.Defun.content.c.1.§.si quis investierit, de feud. dat.in vic.l.commiss.* quod intelligendum est in vasallis, qui successionem non habent, *c.1.qui success. tenean. Paris. consil. 22.nu.41.& seq.lib.2.Signorol.de Homod.consi.60.n.4.Gail.lib.2. observ.155.n.2.& 3. Zasi.de feud.p.6.n.2.Rol.consil.2.nu.44. & seq.lib.1.Fachin.lib.2.controv.jur.c.28.colum.1.in fin. Cavalc.de usufr.nu.155.Soccin.jun.consil.76.nu.119.et 120.lib.1.Schrader. de feud.p.3.c.2.n.17. et 18. Beron.consi.106. lib.1. & alii, quos*
5 *refert, & sequitur Gratian. discept. for.c.818. per tot.* & hoc magis procederet, si addita fuerit clausula, *ex nunc prout ex tunc*: hæc enim operatur, ut dispositio, quæ nunc fit, conferatur in illud tempus, quo contigerit obitus ipsius investiti, ita, ut ante illius mortem nihil actum censeatur, *Paris. d.cons.22.nu.41.et 44.lib.2. Rim.iun.cons.592. nu.21. et 22.lib.3. Felin.in c.licet causam, nu.6. de Probat.& alii apud Gratian. loco cit.nu.6.& 7.*
6 Observa tamen, quod ex hujusmodi investitura facta per laicum, tenentur etiam successores, & hæredes; secus esset, si fiat ab ecclesiastico: nam si contingat, investitum dece-
7 dere in vita ipsius investientis, tenebitur quidem Prælatus investituram servare: sed si idem Prælatus prius obierit, quam investitus, non tenebitur successor, cui non potuit præjudicari, *cap.1. Qui success. feud. dar. tenean.c.1. de Cler. qui invest.fac.*
8 Infertur 2. quod etsi donatio facta sponsæ in tempus matrimonii collata, non valeat, *iuxta text.in d.l. quod sponsæ*: si tamen confertur in tempus soluti matrimonii, valebit ut donatio causa mortis, *l.si eum, ff.de Donat.int.vir. & uxor. & notat gl.in d.leg.quod sponsæ versic.sine effectu, & alii apud Gratian.discept.for.c.712.nu.3.*
10 Notandum verò est, quod inter eos, qui matrimonium contracturi sunt ante nuptias donatio facta jure subsistit, etiamsi eodem die nuptiæ fuerint secutæ, *l.inter eos, ff.eod. tit. de Donat.int.vir.& uxor.*
Infertur 3. quod valet etiam institutio, vel legatum fa- 11
ctum incapaci, dum erit capax, vel capere poterit, *l.in tempus, ubi DD.communiter, ff.de hæred.inst.Cevall.in spec.opin. commun.cons.commun.q.472.* ubi, quod spurius potest hæres institui in tempus, quo fuerit legitimatus.
Infertur 4. quod valeret etiam præsentatio, si fiat de mi- 12
nore 14. annorum cum conditione, si impetraverit à Papa dispensationem: dummodò verificetur conditio infra tempus à jure datum ad præsentandum, *Alphon. de Leone, de offic.Capellani, q.4.praxi 6.n.49.quem refert, & sequitur Barb. de offic.& pot. Episc.p.3.alleg.60.nu.77. in ultim. impres.& nos etiam diximus in tract.de Regim.eccles. Episc.l.3.c.6.num.70.*
Limita supradictam conclusionem, quando lex resisteret 13
initio actus propter imbecillitatem consilii contrahentium, ut in minore, & similibus conferentibus effectum, & exequutionem in tempus licitum, & permissum: tunc enim non valeret talis dispositio, quia principium est de substantia actus, qui gerit, *l.si minor.ff.de verb.oblig.leg. si minor. Cod. Qui manumitt.non poss.leg.si minor, ubi Bald.ff. de Ser.expor. cap.si eo tempore de Rescript.in 6. Bart.in leg.1.§.nunciatio,num. 30.ff.de oper.nov.nunc. Aym.consil.97.nu.8. Cacheran.decis.130. n.8.& alii apud Gratian.d.c.712.nu.2.* quod procedit in acti- 14
bus inter vivos; nam si puberes sint, testamentum facere 15
possunt, ac de bonis disponere, *iuxta l.qua ætate, ff.de Testam.auct.sed hodie, C.Qui manum non poss.* nisi essent sub 16
potestate parentis: tunc enim haud possent testari etiam Patre permittente, *l.qui in potestate, ff. eod.tit. de Testamen.* quamvis donare possint causa mortis Patre volente, *juxta tex.in l.tam is, §.filiusfam.ff.de mortis caus.donat.* & hoc ve- 17
rum quidem est secundùm jus civile; sed de jure canonico filiusfam.cum consensu Patris in illis adventitiis, in quibus 18
Patri non quæritur usufructus, potest facere testamentum ad pias causas, *ut d.Bart.in d.l.qui in potestate, ff.de Testam. per tex.in c.licet, de Sepult.in 6.* item tam de jure canonico, quàm civili potest filiusfam.testari de peculio castrensi, vel quasi castrensi etiam sine consensu Patris, *d.c.licet, & l.fin.C. qui testam.fac.poss.l.filiusfam.in fin.ff. de Don.*
Item, quandiu vivit Prælatus ecclesiæ licèt ejus vita de- 20
sperata sit tractari non potest de electione successoris, nisi post tres dies dispositionis Prælati defuncti, ita ut tractatus antea factus invalidus sit: quemadmodum irrita est etiam citatio, seu vocatio ad electionem peragendam, emissa ante mortem Prælati, quia lex resistit initio actus, *ut est textus in c.nullus 7.dist.79.latè Laym.in qu.canon.de Prælator.ecclesiast. elect.c.4. q.30.* ubi etiam dicit, quod eadem ratione conjugi durante conjugio non licet pacisci de novo matrimonio contrahendo post mortem conjugis, *& in Theol.lib.5.tr.10.p.4.c.10.nu. 7. ubi citat Abb.in c.ult.nu.2.de eo, qui duxit, &c. Lancellot. in instit.jur.canon.lib.2.de Divor.§.cum ea autem, Sanch.lib.7. disp.79.n.40.* quemadmodum nec beneficium ecclesiasticum alicui promitti, aut conferri potest, antequam vacet, *c.2. de concess.præb.*

S U M M A R I U M.

1 *Si quid fieri debet post certum tempus, ante illud fieri non potest: limitatur n.2.& seq.*
Hæres gravatus distribuere bona inter pauperes post mortem suam, non potest ante mortem ea distribuere ibid.
2 *Si quis jussus fuerit post mortem suam hereditatem restituere certæ personæ, potest etiam in vita restituere.*
3 *Si debitor promisit solvere pecuniam certa die, statim solvere potest: limitatur, quando tempus appositum fuit favore creditoris, nu.4.*

C A P. X I V.

An, si aliquid fieri debeat post certum tempus, ante illud tempus fieri possit.

RESp. negativè, *l.statu liberum, §. Stichum ff. de leg.2.* 1
Dec.cons.460.col fin.quem refert, & sequitur Cravet.consil.156.n.5.& ita tradunt DD.in l.post mortem, C.de fideicomm. nam permissum uno tempore, censetur alio prohibitum, *ut ex d.l.statu liberum, §.Stichum, probat Fontanell. dec.249. nu.9.* unde hæres gravatus distribuere bona inter pauperes post mortem suam, ante mortem distribuere non potest, quia agitur de præjudicio pauperum supervenientium, *Bart. in l.cum pater, §. à filia, ff.de leg.2.*
Limita 1. si certæ personæ post mortem suam quis hære- 2
dita-

ditatem restituere fuerat jussus; tunc enim posset in vita restituere, cùm in tali casu voluntas testatoris non adversetur, *dict.leg.post mortem, C.de fideicom.glos.in d.l.cùm pater, §. à filia, & in l.uxorem, §.Scævola, ff.de leg.3.*

3 Limita 2. si debitor promisit solvere pecuniam, vel quid aliud certa die, quia statim date potest; totum enim medium tempus ad solvendum liberum est promissori, *l. stipulatio ista, §. inter certam, ff.de verb.oblig.* nisi tempus appositum
4 fuerit favore Creditoris: quia tunc eo invito ante tempus solvi non potest, *l.qui Romæ, ubi Bart.& alii, ff.eod.tit.*

S V M M A R I U M.

1 *Tempus tam legale, quàm conventionale non currit impedito: limitatur n.7.& seq.*
2 *Dies impedimenti non computatur in termino.*
3 *Nemo ex sua fraude commodum reportare debet.*
4 *Explicatur textus in cap.fin. de elect.*
5 *Tempus in compromisso præfixum non currit stante impedimento, & donec litigatur.*
6 *Quid si adsit juramentum.*
7 *Debitor non excusatur, quando impedimentum ex sua culpa processit.*
8 *Quid si debitor per tertium injustè impediatur absque culpa creditoris.*
Explicatur textus in l.quibus diebus, ff. de Cond. & dem. ibidem.
9 *Præscriptiones currunt non obstante quocunque impedimento.*
10 *Tempus in præscriptionibus est continuum, nisi aliter caveatur per legem, vel statutum.*

C A P. XV.

An tempus legale, & conventionale currat impedito.

1 NOnnulli Doctores putant, quod tempus conventionale præfixum à partibus currat etiam impedito, non autem tempus legale, *ita Car. in cap.exceptionem, col.3. de except.Fel.in cap.cùm inter eo l.11.vers.limita 2.eod.tit. de except.Tiraq.de Retr.convent.§.1.gl.2.nu.56.quos refert, & sequitur Surd.dec.189.nu.27.per text.in c.fin.de elect.* sed verior est opinio, quod tempus tam legale, quàm conventionale regulariter non currat impedito, *l.quibus diebus, ff. de cond.*
2 *& demon.* unde dies impedimenti non computantur in termino, *ut ibid.notat Bart.& alii communiter*: alioquin, si liceret parti impedire aliam partem, & ex tali impedimento obtinere, ut tempus currat impedito, ex sua fraude commo-
3 dum reportaret, quod non est permittendum, *§. item si quis in fraudem, inst.de Act.l.3.§. quanquam, ff. de condict.caus. dat.*

4 Nec obstat *ten.in d.c. fin. de elect.* quia ibi tantùm dicitur, quod electoribus impeditis currit tempus, si possint impedimentum tollere, *ut ibid.notat gl.& Doctores.*

5 Ex his infertur, quod tempus in compromisso præfixum non currit stante impedimento, & donec litigatur, *c.significante, 7. de pignor.Roman.cons.435.n.2.Dec.in l.quod te, nu. 56.in 2.lectur.ff.si cert.pet. & alii apud Gratian.discept.for.cap.*
6 *929.nu.9.* etiamsi adesset juramentum; quo non obstante impeditus excusatur, cùm ei tempus non currat, *d.cap.significante, de Pign.*

7 Limita, quando impedimentum processit culpa debitoris, quia tunc non excusatur, *Bart.in l.2. §.si quis in judicio, ff. si quis caut.Dec.in d.l.quod te, in 2.lectur.nu.56.ff.si cert.pet.*

8 Limita 2. quando pars per tertium injustè impeditur absque culpa creditoris, quia neque tunc excusatur, *secundum Bart.in l.in testamento, ff.de cond. & demon.* ubi etiam dicit, quod in tali casu datur actio contra impedientem; nec obstat *textus in d.l.quibus diebus*, ubi sermo est de impedimento per tertium præstito, & tamen dies hujusmodi impedimenti non computantur: quia hoc debet intelligi, quando impediens non erat solvendo, *ut ibid. notat Bart. nu.2. vers. Unde puto.*

Ego tamen censeo, quod, etiamsi impediens sit solvendo, debitor excusetur à pœna, vel mora, si non solvat propter hujusmodi impedimentum: tum quia *d.l. quibus diebus*, non loquitur cum hac limitatione, sed simpliciter: tum quia ita videtur decidere *textus in d. cap. significante de Pignor.*

9 Limita 3. in præscriptionibus: istæ enim currunt non obstante quocunque impedimento, quia tempus in præscri-
10 ptionibus est continuum, nisi aliter caveatur per legem, vel statutum, *gl. communiter recepta in Rubr. ff. de divers. præscript. Hond. cons.83.num.54.lib.1.Alex.consil.4.nu.19.lib. 2. Gratian. discept. for.cap.475.num.16. & seq. & cap.929. num.9. & seq.*

S V M M A R I U M.

1 *Tempus dilationis à jure concessæ est continuum, & ideò in eo computantur etiam dies festivi.*
2 *Quid si feriæ absorberent totam dilationem, vel majorem partem.*
3 *Si in Sabbato Palmarum concederetur dilatio dierum 15. talis dilatio curreret post octavam Paschæ.*
4 *Quid si ex statuto assignetur certum tempus ad probandum coram Arbitris, & Arbitri ante hebdomadam sanctam acceptaverint compromissum.*
5 *In causis pecuniariis una tantùm dilatio regulariter datur, nisi extaret legitimum impedimentum in prima dilatione, vel alia rationabilis causa concurrat.*
6 *In causis criminalibus dantur duæ dilationes accusatori, & tres Reo.*
7 *Solent Judices facilè concedere Reis plures dilationes.*
8 *Ad defensionem Rei possunt quandocunque etiam post conclusionem in causa recipi testes ad probandam innocentiam.*
9 *Dilatio data absenti currit à die, quo fuit ei intimata.*

C A P. XVI.

An tempus dilationis à Jure concessa sit continuum, vel utile.

RESp. quod est continuum: & ideò in eo computantur etiam dies festivi, *l. sive pars, ubi DD.C. de Dilat.* 1

Observa tamen, quod si feriæ absorberent totam dilatio- 2
nem, vel majorem partem, non computarentur in dilatione, *Host in c.licet causam, de Probat.Bald.in l.si quando, q.4.nu.6. C.de Testib. Lanfranc.in c.quoniam contra, in ver. dilationes, col.2.de Probat.quos refert, & sequitur Gravat.ad vestr.l.5.c.*
4.nu.7. & ideò si in Sabbato Palmarum concederetur dilatio 3
dierum 15. hujusmodi dilatio curreret post octav. Paschæ, quia omnes illi 15. dies sunt feriati, *l. omnes dies C. de fer. Bald.in d.l.si quando, n.6.C.de Testibus Marant. de ord. Judic.p.6.tit.de Dilatione, nu.18.*

Ita etiam, quia in statuto Urbis *l.1.c.*100. præfiguntur 15. 4
dies ad probandum coram Arbitris, si Arbitri ante hebdomadam Sanctam acceptaverint compromissum illi 15.dies sequentes feriati non computantur unde alii 15. subsequentes post octav. Paschatis intelliguntur assignati à statuto ad probandum, *Scacc.de Judic.lib.2.c.3. de Dilat.ad proband.num. 157. vers.extende istam limitationem.*

Quæres, an Judex dare possit plures dilationes in una 5
causa? Resp. quod in causis pecuniariis, unam tantùm dilationem regulariter dare potest, *l.fin.ff.de fer.l.1.C. de Dilat.* nisi extaret legitimum impedimentum in prima dilatione, vel
alia rationabilis causa concurreret, quia tunc potest dari se- 6
cunda *l. oratione, ff.de fer.* In causis verò criminalibus dantur duæ dilationes accusatori, & tres reo, *ut in d.l.fin. ubi gl.& DD.ff. de fer.*

Solent tamen Judices facilè concedere plures dilationes 7
Reis, præsertim, quando sunt in carceribus: nam materia dilationum in causis criminalibus est Judici arbitraria, *Innoc. in cap.ad petitionem, n.4.de Accus. quem communiter sequuntur Canonistæ, Alex.in l.2.n.8.ff.de Re jud.Clar.in Pract. crim. §.fin.q.48.vers.quæro quot.*

Addit *Bart.in l.1.§.fin.ff.de Quæst.& in l. Divi fratres ff.de* 8
Pæn.Paul.de Castr.in consil.325.Alex. in auct.jubemus, C. de Judic.& alii apud Marant. de ord.judic.p.6.tit. de Dilat.nu.3. quod ad defensionem Rei possunt quandocunque etiam post conclusionem in causa recipi testes ad probandam innocentiam.

Quæres 2. quando currat dilatio data absenti? Resp. quod 9
currit à die, quo fuit absenti intimata, *Bart.& alii in l.Labeo, ff. de jurejur.*

S V M M A R I U M.

1 *Tempus à statuto præfixum ad retrahendum bona alienata currit etiam ignoranti à die alienationis: declaratur nu.10.& 13.*
Tempus præscriptionis introductæ per statutum, aut jus civile est continuum, ibid. nu.1.
2 *Regulariter omnis præscriptio currit contra ignorantem, sed, aliquando datur restitutio in integrum.*
3 *An concedenda sit restitutio, quando lapsum est tempus ad retrahendum.*

4 *Præ-*

4 *Prædictum statutum est odiosum, & contra jus commune.*
5 *In odiosis non datur restitutio in integrum.*
6 *Restitutio in integrum datur quando agitur de damno vitando, secus si agitur de lucro captando: declaratur n.9.*
7 *Post lapsum tempus ad accusandum, & inquirendum non datur restitutio in integrum.*
8 *Tempus, quod datur ad accusandum, & inquirendum, à die maleficii computatur non autem à die scientiæ.*
9 *Minores possunt petere restitutionem, ac prætendere læsionem respectu lucri.*
10 *Consanguineis non currit tempus retractus à die venditionis factæ ab alio nomine Domini: sed tantum à die ratificationis.*
11 *Ratihabitio non retrotrahitur in præjudicium tertii.*
12 *Quando currat tempus præfixum retractui.*

C A P U T XVII.

An tempus à statuto præfixum ad retrahendum bona alienata currat ignoranti.

1 RESp. affirmativè, quia tempus præscriptionis introdo-
ctæ per statutum, aut jus civile, est continuum, ex-
ceptis casibus in quibus contrarium deciditur, *juxta glos.*
Bart. & alios in rubr. ff. de Divers. & temp. præscript. ideò cur-
rit etiam contra ignorantem, *leg. fin. ubi Alex. C. de Dol. Grav.*
cons. 271. num. 5. & quidem à die alienationis, non autem à die
scientiæ, *Barbat. cons. 50. n. 1. in fin. Crot. cons. 31. n. 4. & alii apud*
2 *Altograd. cons. 44.* ubi etiam dicit quod, regulariter omnis
præscriptio currit contra ignorantem, sed aliquando datur
restitutio in integrum.
3 An autem concedenda sit restitutio in integrum, quan-
do lapsum est tempus ad retrahendum? Resp. negativè,
tum quia prædictum statutum est odiosum, & contra jus
4 commune: in odiosis verò non datur restitutio in integrum;
5 tum quia in tali casu agitur de lucro captando, non autem
6 de damno vitando, *Soccin. cons. 106. col. 4. lib. 4. Dec. cons. 261.*
col. penul. Alex. cons. 7. n. 20. lib. 7. Ang. Aret. in §. si quis agens,
n. 18. inst. de Act. & alii quos refert, & sequitur Cravet. d. con-
sil. 361. n. 7. & seq ubi etiam dicit, quod post lapsum tempus
7 ad accusandum; vel inquirendum non datur restitutio in
integrum, quia hoc etiam est odiosum, & pœnale; quod
8 quidem tempus non à die scientiæ, sed à die maleficii com-
putabitur, etiamsi maleficium esset occultum, *arg. l. fin.*
Cod. de Dol.
9 Hoc autem procedit in majoribus, quibus non subveni-
tur in lucro, *l. 2. C. de jur. & fact. ignor.* secus esset in minori-
bus, qui possunt petere restitutionem, ac prætendere læsio-
nem respectu lucri, *ut dict. Cravet. loco citat. num. 8. per text.*
in l. quamvis, C. eod. tit. de jur. & fact. ignor. cap. constitutus ex
de rest. in integr.
10 Notandum tamen est, quod consanguineis non currit
tempus retractus à die venditionis factæ ab alio nomine
Domini, sed tantum à die ratificationis: quia ratihabitio
non retrotrahitur, quando tertio præjudicium afferret, *Ti-*
raq. de Retract. lign. gl. 10. n. 66. §. 1. Honded. cons. 38. n. 25. lib. 1.
Cacheran. dec. 119. num. 28.
12 Notandum. 2. quod tempus præfixum retractui, currit
statim post venditionem ante traditionem rei; quia cùm lex
disponit de tempore respectu actus, incipit id tempus cur-
rere statim à die illius actus, ut post Signo. *cons. 71. & Alber.*
in l. si filiusfam. §. cum fundum, ff. de verb. oblig. not. Tiraq. loc. cit.
d. §. 1. glos. 10. n. 115. & seq.

S U M M A R I U M.

1 *Conductores perpetui, vel ad longum tempus ratione vicinitatis præferuntur in materia juris congrui, sicut præferuntur emphyteutæ.*
2 *Idem jus competit habentibus fundum vectigalem, & superficiariis, ac censuariis.*
3 *Locatio, quæ fit ad longum tempus, transit in emphyteusim.*
4 *An ex re locata ad longum tempus debeantur laudemia, & num. seq.*
5 *An valida sit alienatio facta à conductore ad longum tempus. Quando emphyteusis præsumatur, & quando locatio ad longum tempus, ibid.*
In censu regulariter solutio solet respondere fructibus. ibid.
6 *In concursu habentis rem emphyteuticam cùm habente rem liberam, præferendus est minus gravatus alteri magis gravato.*
7 *Dominus directi Dominii præfertur vicino non obstante statuto.*
8 *Consanguineus, cui statutum concedit jus retractus, ne res exeat de familia, an possit petere à Conductore rem locatam ad longum tempus.*
9 *Quando quis dicatur colonus perpetuus.*
Colonus perpetuus à Colonia removeri non potest, ibid.
10 *In Colono partiario censetur facta tacita reconductio de anno in annum, limitatur n. 11. declaratur n. 12.*
12 *In bonis Ecclesiæ perpetua locatio prohibetur.*
13 *Quando intelligatur contracta emphyteusis.*

C A P U T XVIII.

An conductores perpetui, vel ad longum tempus ratione vicinitatis præferantur in materia juris congrui.

RESp. affirmativè, sicut præferuntur emphyteutæ: ra- 1
tio est, quia habent utile dominium: Unde idem
jus competit habentibus fundum vectigalem, ac Superficia-
riis, & Censuariis, cùm isti etiam habeant utile dominium,
Affl. de Jur. Prothom. in princ. n. 38. vers. item quæro, an locata-
rius, notab. 10. Carpan. ad Constit. Mediolan. cap. 417. n. 497.
& seq. Mut. sup. consuet. Panorm. cap. 28. num. 4. & 5. & alii
apud Gratian. discept. forens. cap. 416. num. 1. & seq. ubi etiam 2
observat, quod ratio statutorum concedentium hujusmodi
jus retractus, est ut vicini pacificè vivere possint, & ne co-
gantur habere vicinos infestos, *Tiraq. de Retract. lignag. §. 1.*
glos. 14. num. 79. & seq. ubi addit, quod hæc locatio ad longum 3
tempus transit in emphyteusim, ita ut ex ea debeantur lau- 4
demia, sicut ex emphyteusi, & conductor non possit aliena-
re inscio Domino.
Contrarium tamen in hoc videtur sensisse *Rota decis. 64.* 5
num. 3. p. 4. tom. 1. in Recent. ubi, quod caducitas, de qua *in l. 2.*
C. de jur. emphyt. locum non habet in locatione ad longum
tempus, *latè Mantic. de Tacit. lib. 22. tit. 2. num. 55. & seq.* sub-
dens, *num. 56. in fin.* quod alienatio facta in tali casu à Con-
ductore, nullius est momenti, *ut sensit etiam Gratian. c. 378.*
num. 31. & quod re locata ad longum tempus non debeatur
laudemium ob illius alienationem, *notat Menoch. præsumpt.*
105. num. 8. lib. 3. Burg. de Laudem. p. 1. inspect. 5. num. 17. Sera-
phin. decis. 288. num. 11. Rota decis. 14. per tot. p. 6. Recent. ubi
etiam quod regulariter emphyteusis præsumitur, quando
solvitur modica pensio; locatio verò; quando solvitur ma-
gna pensio; vel correspondens fructibus attento tempore
concessionis, & statu in quo res concessa tunc reperiebatur,
& *decis. 110. num. 3. eadem par. 6. Recent.* ubi additur, quod
in censu regulariter solutio solet respondere fructibus, *latè*
Marescott. var. lib. 2. cap 76. num. 1. & seq. subdens *num. 27.*
quod non subvertitur natura emphyteusis, si concedatur
pro magna pensione.
Observa tamen quod in concursu habentis rem emphy- 6
teuticam cum habente rem liberam, præferendus est minus
gravatus alteri magis gravato, *Mut. super consuet. Panorm.*
c. 20. n. 2. Gratian. d. c. 460. n. 4.
Observa 2. quod Dominus emphyteusis, si velit retrahere, 7
præfertur vicino, aut consanguineis non obstantibus hujus-
modi statutis, *latè Tiraq. de Retract. lignag. §. 21. gl. unic. n. 3.*
& 4. Capic. dec. 99. n. 1. quia dicta statuta intelligi debent, ut
non præjudicent Domino; cui jus commune tribuit privile-
gium prælationis, *ut in l. fin. C. de Jur. Emphyt. & notat Alex.*
cons. 27. n. 6. lib. 6. per text. in l. 2. C. de Noxal. l. 2. §. si quis à Prin-
cipe, ff. Ne quid in loc. publ.
Observa 3. quod consanguineus, cui statutum concessit 8
jus retractus, ne res exeat de familia, non posset petere à
Conductore rem eidem Conductori locatam ad longum
tempus; tum quia, cùm talis locatio non sit in perpetuum,
res aliquando reditura est in familiam venditoris, finito sci-
licet tempore ipsius locationis, tum etiam quia non censetur
per hujusmodi locationem translata proprietas, sed domi-
nium tantùm utile, *l. 1. ff. si ager. vectig. l. si domus, §. ult. ff. de*
l. 1. Tiraq. de Retr. lign. §. 1. glos. 14. n. 85.
Observa 4. quod si Colonus per 30. annos solverit unifor- 9
miter eamdem pensionem, censetur Colonus perpetuus ita
ut à Colonia removeri non possit, *Bald. communiter receptus*
in l. malè agitur, in 2. lect. num. 7. vers. si verò conductio, C. de
præscript. 30. vel 40. ann. cujus opinio procedit tantùm in Co-
lono, qui nummis colit, vel aliquid certum quolibet anno
locatori solvit, non autem in Colono partiario, qui socius
appellatur, *Rim. sen. cons. 100. n. 37. & seq. lib. 1. Ruin. cons. 151.*
n. 13. lib. 4. Anchar. q. 24. num. 12. & seq. par. 1. Ludov. dec. Pe-
rus. 106. n. 26. & seq. Bursat. cons. 430. n. 46. & seq. lib. 3. quos re-
fert, & sequitur Honded. cons. 85. lib. 1. ubi etiam notat, quod 10
licèt talis Colonus partiarius longissimo tempore fundum
coluerit, censetur tamen facta tacita reconductio solùm de
anno in annum, *juxta l. item quæritur, §. qui impleto, ff. de*
locat.

locat. & ideò finito tempore locationis, & conductionis est
in libertate Coloni ab ea discedere: quemadmodum Domi-
11 nus potest eum expellere, *l. si quis conductionis, juncta gl. C.*
locat. nisi fortè constet, quod talis colonus mutuaverit cau-
sam possessionis, & cœperit retinere bona uti Colonus per-
petuus, & ex illa causa expressè solverit uniformem respon-
sionem per longissimum tempus: tunc enim non posset ex-
pelli, *Magon. dec. 2. idem Honded. d. cons. 85. nu. 33. & seq. ubi,*
12 *nu. 37. cum seq.* addit, quod prædicta opinio Baldi procedit
in bonis privati, quæ in perpetuum locari possunt, non au-
tem in bonis Ecclesiæ, quorum perpetua locatio prohibe-
tur *ex c. nulli, de reb. Eccles. non alien. & extravagant. Am-*
bitiosæ, eod. tit.

13 Observa 5. quod emphyteusis, non autem locatio contracta intelligitur, ubi concessio est facta ad livellum, quia livellus secundùm communem usum loquendi accipitur pro emphyteusi, *Bart. in l. 1. nu. 7. C. de Jur. emphyt. Alex. cons. 117. nu. 12. lib. 4.* idem dicendum, quando res conceditur ad meliorandum: quia iste effectus propriè congruit emphyteusi, quæ à meliorando nomen accepit, *l. 2. & l. ult. C. de Jur. emphyt. Alex. loc. cit. d. num. 12.* vel si in instrumento conventum fuerit, quod certa annua quantitas pro canone solvatur; quia canon ab Emphyteuta præstari consuevit, *auct. qui rem, C. de Sacros. Eccles. laté Marescot. var. l. 2. c. 76. n. 20. & seq.*

S V M M A R I V M.

1 *Judex ex justa causa potest dilationes a lege concessas minuere, vel augere, & n. 5. limitatur n. 6.*
2 *An id procedat in causis criminalibus.*
3 *An tempus decem dierum datum ad appellandum possit a Judice arctari.*
Et quid in anno à jure præfinito ad prosequendam appellationem, ibidem.
4 *An Judex possit quadriennium datum ad petendam restitutionem in integrum minuere, & prorogare.*
6 *Judex non potest terminos a lege assignatos prorogare, quando lapso termino imponitur alicui pœna privationis vel alia similis.*
An Patrono, qui scienter præsentavit indignum, possit Episcopus tempus prorogare, ibid.
7 *An Judex possit dilationem legalem omninò tollere.*
8 *Si Judex statuit terminum trium dierum ad comparendum, vel ad producendum instrumentum, potest ad ulteriora procedere intrà illas tres dies, si citatus prima die comparuerit.*
9 *Quando currat secunda dilatio concessa, durante prima.*

C A P. X I X.

An Judex possit dilationes a lege concessas minuere, vel augere.

1 RESp. Affirmativè, modò id faciat ex causa justa, & ra-
tionabili *cap. pastoralis, de except. cap. cum sit Roma-*
na, de Appell. Spec. in tit. de dilat. §. nunc videmus, nu. 7. & alii
communiter: sive dentur a lege cum ministerio Judicis, sive
sine ejus ministerio, *Bart. in l. 2. nu. 4. ubi etiam Alban. num. 2.*
Bald. nu. 14. ff. de Re jud. quicquid in contrarium senserit *gl.*
in c. si tibi absenti, ver. terminum, de Præb. & Dignit. Tiraq.
de Retract. lignag. §. 1. gl. 10. n. 63. Post. de subhast. insp. 30. nu. 30.
2 *& 38.* quod procedit etiam in causis criminalibus, cùm in
iis procedatur ad instar civilium, *l. absentem, ff. de Pœn. A-*
lex. in d. l. 2. nu. 8. ff. de Re jud.

3 Ex quo infertur 1. quod tempus decem dierum datum ad appellandum, ratione publicæ utilitatis, vel scandali vitandi arctari potest *Bart. in d. l. 2. n. 4. & ibid. Alex. n. 6. & seq.* idemque dicendum de anno à jure præfinito ad prosequendam appellationem, qui ex causa minui, & prorogari potest, *juxta tex. in d. c. cum sit Romana, &c. ad aures de Appell. Alex. loc. cit. ubi ita intelligit tex. in l. nemo, C. de Tempor. Appell.*

4 Infertur 2. quod Judex potest similiter ex justa causa minuere quadriennium datum ad petendam restitutionem in integrum, *secundùm Bart. in d. l. 2. nu. 4. ff. de Re jud. quem alii communiter sequuntur teste Cavall. in Spec. opin. commun. con. comm. q. 892.* ubi etiam dicit, quod hujusmodi quadriennium ex justa causa potest prorogari, *per text. in l. petendæ, C. de Temp. in integr. restit.*

5 Justa autem causa, ex qua minui potest dilatio, desumitur, vel ex qualitate causæ, putà si lis esset de alimentis, vel de re minima, vel de respectante ad utilitatem publicam, ut supradiximus; vel ex conditione temporis, ut quia res esset tempore peritura, vel inutilis redderetur, vel evanesceret jurisdictio, vel quia causa ita instructa sit, ut nil aliud agendum supersit, quàm ferre sententiam; vel etiam ex conditione personarum, putà si ageretur de causis miserabilium personarum, carceratorum, &c. quemadmodum justa causa subesset prorogandæ dilationis, quando ageretur de re magni momenti, vel de causis spectantibus ad collegia, universitates, &c. quæ consilium congregare debent, ut actus communi omnium voto, ac consensu peragatur, *auct. nisi breves, ubi glos. C. de sent. ex per recit. Bart. in d. l. 2. n. 5. ubi etiam Rip. n. 26. ff. de Re jud. Abb. in c. 1. de Dilat. Felin. in c. nonnulli, de Rescript. Zas. in l. continuus, §. cùm ita de verb. oblig. & alii apud Menoch. de arbitr. Jud. lib. 2. cas. 52. per tot.*

Limitatur supradicta conclusio, quando lapso termino 6
imponitur alicui pœna privationis, vel alia quæcunque similis: tunc enim non potest Judex dilationem prorogare, *Molin. de Hispan. primog. l. 2. c. 14. n. 19. Cancer. var. res. c. 16. de Tertiis oppositor. n. 37. p. 2.* unde si patronus scienter præsentavit indignum, non potest Episcopus tempus ad præsentandum a jure præfixum prorogare: quia Patronus in tali casu privatur jure præsentandi pro illa vice, *c. cùm vos, de offic. ordin. Barb. de offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 72. nu. 170. Jordan. var. Elucubr. vol. 2. l. 10. tit. 7. de jurepatr. nu. 325.*

Observa tamen, quod Judex dilationem legalem omni- 7
nò tollere non potest, aliàs daretur appellatio, *gl. communiter recepta in l. quod jussit, ff. de re jud. Alex. in d. l. 2. nu. 10. ff. eod. tit.*

Observa 2. quod si Judex statuit terminum ad comparen- 8
dum intrà tres dies, & citatus prima die compareat, potest Judex ad ulteriora procedere intrà illos tres: quia statim ac comparuit, finita est causa dilationis *Bart. in l. a filia, §. alumno, ff. ad Trebell.* idemque dicendum, si data fuit dilatio plurium dierum ad producendum aliquod instrumentum: nam si productum fuerit prima die, Judex expectare non tenetur lapsum aliorum dierum, *ut post Bald. in l. fin. ff. de fer. & alios trad. Aret. in §. si minus, nu. 17. instit. de Action.*

Observa 3. quod si Judex concesserit dilationem ver. gr. 9
unius mensis, & deinde durante hac dilatione, alium mensem dederit, secunda dilatio non à die Datæ, sed à die ultima primi mensis concessi computatur, *Vinc. de Ann. sing. 227. Oldrad. cons. 50. Soc. cons. 39. nu. 44. vol. 1. Felin. in cap. eam te, in fin. de Rescript. & alii, quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. par. 2. res. 154.* subdens hoc intelligendum esse in rescriptis gratiosis; secus in rescriptis ad lites, & aliis odiosis, in quibus attenditur tempus Datæ, *juxta textum in cap. si eo tempore, de Rescript. in 6.*

S V M M A R I V M.

1 *Testes non possunt post terminum assignatum examinari: limitatur num. 2.*
2 *Examen trahitur ad tempus præstiti juramenti: limitatur numer. 3.*
3 *Juramentum præstitum post examen non retrotrahitur ad diem examinis.*
4 *Quid si juramentum in tali casu præstitum fuerit in continenti.*

C A P. X X.

Quando testes possint post tempus præfixum examinari.

TEstes regulariter non possunt post terminum assigna- 1
tum examinari, sive terminus statutus fuerit ab homine, seu à judice, sive à lege, vel statuto: alioquin non probant etiam parte non opponente, *l. facta, §. si quis bonorum, ff. ad Senatusc. Trebell. Boss. in tit. de opposit. contr. test. num. 33. & alii apud Jordan. Elucubr. divers. lib. 14. tit. 18. nu. 678. & seq.*

In multis tamen casibus testes validè examinari possunt 2
post terminum, videlicet quando producuntur ad defensam. Secundo quando pars in continenti post terminum testes produceret. Tertiò, quando testes venerunt ad notitiam producentis post lapsum termini. Quartò, quando causa esset commissa de æquitate veluti inter mercatores. Quintò, ubi Judex officio vellet testes post terminum elapsum examinare, *Crot. de test. nu. 270. Pract. Conrad. tit. de Test. rub. de recept. post term. n. 47. Imol. in c. licèt causam, ubi etiam Felin. de Prob. Farin. de test. qu. 80. nu. 71. & seq. & alii apud Jordan. loco cit. nu. 679. & seq.* ubi addit, quod etiam in causis summariis, beneficialibus, & aliis, in quibus proceditur de plano, sine strepitu, & figura judicii possunt testes de æquitate canonica validè examinari post lapsum termini, idem dicendum,
quan-

quando pars fecit quod potuit, ut testes in termino examinarentur, quia tunc etiam recipi possunt post terminum, *secundum Alex. in addit. ad Bart. in l. si quando, C. de Testib.* quemadmodum possunt etiam post terminum examinari, quando testes jurarunt ante lapsum termini, quia examen trahitur ad tempus præstiti juramenti, *Bart. in d. l. si quando n.3. Alex. in cons. 42. n. 17. vol. 3. Seraphin. dec. 857. nu. 21. Card. Cavaler. dec. 349. n. 5. Burat. dec. 726. n. 4. ubi etiam Ferentill. nu. 12. Rota in causa Civitatis Castelli beneficii 16. Martii 1629.*
3 *Coram Card. Virili.* quod procedit, etiamsi terminus datus fuerit ad recipiendum, & examinandum testes, *Rot. dec. 27. de Probat. in antiq. Beltram. ad Greg. dec. 327. n. 17.*

4 Observa tamen, quod si testes deponerent, antequam jurarent, juramentum deinde præstitum non retrotraheretur ad diem examinis, & ideò examen esset nullum ex defectu juramenti, *Cost. de Retrotract. c. 8. cas. 34. n. 10. Ant. Sol. ad Decret. Sabau. l. 3. tit. 18. gl. 4. n. 1. & 2. Gravat. ad Vestr. in Pract. l. 6. c. 2. n. 36.* quod procedit, quando juramentum fuit ex intervallo præstitum, secus si incontinenti, *Fenzon. de stat. Urb. l. 1. c. 71. n. 17. Post. in tr. mandat. de manuten. observ. 90. n. 4.*

S V M M A R I V M.

1 *Quando tempus censeatur adiectum causa differendæ solutionis, & num. 2.*
3 *Quando tempus censeatur adiectum causa finiendæ obligationis.*
4 *Venditor lapso termino ad redimendum præfixo amplius non auditur.*

C A P. XXI.

Quando tempus dicatur adiectum causa differendæ solutionis, & quando causa finiendæ obligationis.

1 RESp. quod tempus censetur adjectum causa differendæ
solutionis, quando dies adiicitur obligationi mero favore
debitoris, ita scilicet, ut creditor ex parte sua nihil debeat
adimplere, *ut notatur in l. qui Romæ, ff. de verb. obligat.*
Honded. cons. 62. n. 43. lib. 1. ubi, quod in dubio tempus præ-
2 sumitur adjectum causa differendæ solutionis, *Gratian. discept. forens. cap. 26. nu. 31. & seq.* ubi dicit, quod in hoc casu datur petitio post tempus.

3 Secus esset, si creditor etiam aliquid debeat adimplere, & aliter debitor non teneatur satisfacere, quia tunc tempus censetur appositum causa finiendæ obligationis; & ideò si debitor intrà tempus præfinitum, non satisfaciat, non poterit post tempus agere, *l. si creditor, §. illud, ff. de Distract. pignor. per quem textum ita tenuit Tiraq. de Retract. convent. §. 1. glos. 2. n. 43. & 53. post Angel. quem allegat, Gratian. d. c. 26. n.*
4 *29. & 32.* ubi ex hoc infert, quod venditor lapso termino ad redimendum præfixo, ampliùs non auditur: de quo vide quæ supra diximus *c. 5. n. 3. vers. ita etiam, &c.*

S V M M A R I V M.

1 *Tempus adjectum actui, qui dependet ex futuro eventu, vel facto alterius, non incipit currere, nisi prius purificata conditione, vel in esse deducto ipso effectu.*
2 *Tempus, quod adiicitur ad aliquid faciendum respectu certæ causæ, non incipit currere nisi prius existente dicta causa.*
3 *Quando tempus currat, si Testator jusserit, pecunias hereditatis impendi in emptionem bonorum stabilium, & eorum fructus distribui pauperibus per decennium.*
4 *Non præsumitur negligentia, sed diligentia.*
Quando hæres argui possit de negligentia, ibidem.

C A P U T XXII.

Quando incipiat currere tempus, si adiiciatur actui, qui dependet ex futuro eventu, vel facto alterius.

1 RESp. quod non incipit currere, nisi prius purificata conditione, vel in esse deducto ipso effectu, *l. 3. §. si quis heredi, ff. de stat. lib. gl. in l. in illa stipulatione si calendis, ff. de verb. oblig. Socin. cons. 76. lib. 1. quem refert, & sequitur Tiraq.*
2 *de Retract. lignag. §. 1. gl. 10. num. 49. & seq.* quemadmodum si tempus apponatur ad aliquid faciendum respectu certæ causæ, non incipit currere, nisi prius existente dicta causa, *idem Tiraquel. de Retr. Convent. §. 1. gl. 1. num. 57. Ciriac. contr.*
3 *for. 290.* ubi dicit, quod si Testator jubeat, pecunias hæreditatis impendi in emptionem bonorum stabilium fructiferorum, & eorum fructus distribui pauperibus per decem annos immediatè sequentes post mortem ipsius Testatoris, hujusmodi decennium non currit, nisi postquam sequuta fuerit emptio bonorum stabilium, *juxta l. si mihi, & tibi §. 1. ff. de leg. 1.* quia talis dispositio intelligitur, postquam adimple-
ri potuerit, *d. l. 3. §. si quis hæredi, ff. de stat. liber.* nec potest 4
hæres argui de negligentia, nisi probetur, ipsum habuisse occasionem emendi bona stabilia, & non emerit: non enim præsumitur negligentia, sed diligentia, *ut d. Bart. in l. Tutor qui repertorium 8. §. post depositionem, ff. de Admin. Tutor. Ciriac. loco cit. n. 18. & seq. Mascard. concl. 1093. nu. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Si Testator legavit pecunias solvendas intrà certum tempus, legatum solvi debet in fine termini: limitatur n. 3. & 6.*
2 *Quid si legavit corpora, vel species consignan. similiter intrà certum tempus: & nu. 5.*
3 *Legata ad pias causas semper solvi debent in principio termini.*
4 *Libertas relicta Sticho anno duodecimo post mortem Testatoris, intelligitur legata in principio duodecimi anni.*
5 *Dilatio indefinitè data heredi ad solvendum legata, intelligitur etiam de legatis specierum, & corporum existentium in hæreditate.*
6 *Quid si legatum partim consistat in pecunia, & partim in speciebus.*
Et quid si principalis intentio Testatoris fuit legandi mobilia valoris scutorum centum, & pecuniam in subsidium, si videlicet mobilia ad dictam summam non ascenderent, ibidem.

C A P U T XXIII.

An legata, quæ Testator jussit solvi intrà certum tempus, debeantur in fine, vel in principio termini.

RESp. quod aut Testator legavit pecunias, & tunc lega- 1
tum solvi debet in fine termini; aut legavit corpora,
vel species, & tunc debentur in principio termini, *glos. &* 2
DD. in l. Talis scriptura, ff. de leg. 1. Ciriac. contr. 362. num. 16. & 17. & contr. 363. nu. 1. & seq. lib. 2.

Limita in legatis ad pias causas, quæ semper solvi debent 3
in principio termini favore piæ causæ, non autem in fine, *l.*
si ita fuerit, 41. ff. de manum testam. ubi libertas relicta Sticho 4
anno duodecimo post mortem Testatoris: intelligitur legata in principio duodecimi anni, per quem textum ità tenet *Roman. in auct. similiter, n. 55. & 89. C. ad l. falc. Tiraq. de privileg. piæ caus. privileg. 22. & alii apud Ciriac. de contr. 363. num. 1. & seq.*

Limita 2. quando dilatio indefinitè data fuit hæredi ad 5
solvendum legata, quia tunc intelligitur etiam de legatis specierum, & corporum existentium in hæreditate, *glos. in d. l. talis scriptura, ver. continentur, ubi etiam Bart. sub nu. 1. vers. Nota ex hac glos. ff. de leg. 1. Ciriac. d. contr. 362. nu. 16. & seq. libr. 2.*

Limita 3. quando legatum consistit partim in pecunia, 6
partim in speciebus: quia tunc potentior qualitas prævalet, *Ciriac. d. contr. 363. num. 6. & seq.* ubi dicit, quod si principalis intentio Testatoris fuit legandi mobilia valoris scutorum centum, & pecuniam in subsidium, quatenus mobilia ad dictam summam non ascenderent, pars mobilium tanquam potentior debet prævalere, *juxta text. in l. quæritur, 10. ff. de stat. homin.*

S V M M A R I V M.

1 *Judex diffamanti alienum statum potest præfigere tempus, intra quod agere debet.*
2 *Diffamans alienum statum, ultra tempus præfixum non auditur: limitatur n. 8. & seq.*
3 *Talis præfixio termini est peremptoria, & non expectat aliam sententiam.*
4 *Summariè constare debet Judici de diffamatione, antequam assignet terminum ad agendum.*
5 *Quid si quis jactet, se habere jus contra alium.*
6 *Et an ad hunc effectum sufficiant jactationes extrajudiciales.*
7 *Qui petit, imponi silentium Adversario, docere debet de interesse, & jure suo, aliàs non auditur.*
8 *Post assignationem termini admittitur quis ad agendum, antequam sibi à Judice silentium imponatur.*
9 *An à tali decreto detur appellatio.*

10 *Etiam*

10 *Etiam post impositum silentium potest quis ex novo jure supervenienti habere actionem contra victorem.*
11 *Quando ad hujusmodi sententiam perpetui silentii procedi possit.*
12 *Diffamatus potest convenire diffamantem coram Judice proprio ipsius diffamati.*
13 *Clericus trahere potest laicum diffamantem ad Ecclesiasticum tribunal.*
14 *Creditorem recusantem recipere pecuniam, Debitor convenire potest in foro ipsius Debitoris, ibique depositum facere.*

CAPUT XXIV.

An Judex diffamanti alienum statum possit præfigere tempus, intrà quod debeat agere.

1 RESp. affirmativè, *ut constat ex l. diffamari, C. de Ingen. & Manum.* ubi additur, quod ultra tempus præfixum
2 non audietur, *ut ibi notat Bald. Sal. & alii communiter, Gabr. commun. concl. lib. 2. tit. de action. concl. 6. nu. 28. vers. contrarium,*
3 ubi dicit, quod talis præfixio termini est peremptoria, ita, ut non expectet aliam sententiam, *Ciarlin. controv. for. lib. 1. cap. 34. n. 9. et 10.* ubi, quod summariè constare debet Judici de diffamatione, antequam assignet terminum ad agendum:
5 quod etiam procedit in aliis casibus, in quibus aliquis jactat, se habere jus contra alium, *juxta tex. in l. si eo tempore, C. de Remiss. pign. & ita tenet gl. in d. l. diffamari, Abb. in cap. si quis contra Clericum, de for. compet. Rom. cons. 412. Fel. in c. venerabilis, col. 3. de Judic. Boer. decis. 255. & alii apud Gabr. loco*
6 *cit. nu. 1. Ciarlin. d. c. 34. quibus adde Ludov. dec. Lucen. 32. num. 11.* ubi dicit, quod ad id non requiruntur jactationes judiciales, sed sufficiunt extrajudiciales.
7 Observa tamen, quod is, qui petit imponi silentium Adversario, debet docere de interesse, & jure suo, aliàs non audietur, *Gabr. commun. concl. d. lib. 2. tit. de Action. concl. 6. nu. 37. & seq. ubi alios refert.*
8 Observa secundò, quod post assignationem termini admittitur quis ad agendum, antequam sibi à Judice silentium
9 imponatur, *Baldus in dicta l. diffamari, n. 15.* subdens, quod ab hujusmodi decreto interlocutorio datur appellatio.
10 Observa 3. quod etiam post impositum silentium potest quis ex novo jure superveniente habere actionem contra victorem, *glos. in cap. licèt in B. Petro, ver. de cætero, ubi Abb. Anch. Fel. & alii, de Accus. Gabr. ubi supr. d. concl. 6. nu. 39. ubi citat etiam Innoc. in c. cum nostris col. 3. de Concess. Præb.*
11 Observa 4. quod ad hujusmodi sententiam perpetui silentii procedi non potest, nisi præcedat bina monitio, *secundum Cepoll. cautel. 110. Alex. cons. 108. in fin. vol. 1.* quorum tamen opinionem reprobat *Ludov. dec. Lucen. 32. num. 6. Afflict. dec. 264. n. 4.* ubi dicit, quod sententia lata cum una monitione, non esset annullanda, *sequitur Gabr. loco cit. d. concl. 6. n. 23.*
12 Observa 5. quod diffamatus potest convenire diffaman-
13 tem coram Judice proprio ipsius diffamati; unde si diffamatus sit Clericus, trahere potest laicum diffamantem ad Ec-
14 clesiasticum tribunal: quemadmodum creditorem recusantem recipere pecuniam debitor convenire potest in foro ipsius debitoris ibique depositum facere; quia in his casibus tam diffamatus, quàm debitor judicem adit uti reus, non uti actor, *secundum veriorem, & receptiorem sententiam, Abb. in cap. si quis contra nu. 2. de for. compet. Felin. in cap. ea, quæ, de Re jud. Nat. in clem. sæpè, de verb. signif. Butr. in cap. quinta vallis de Jurejur. Bal. cons. 173. l. 2. Alex. consil. 103. volum. 5. Card. Paris. cons. 83. lib. 2. Rom. cons. 412. Covar. var. resol. cap. 18. n. 6. lib. 1. Gabr. commun. concl. lib. 2. tit. de Action. concl. 6. num. 41. Scac. de Judic. lib. 1. c. 34. n. 44. vers. & juxta Ciriac. contr. 161. n. 2. & seq. lib. 1. Ciarlinus contr. 34. n. 4. & seq. to. 1.*

SUMMARIUM.

1 *Refertur statutum urbis cap. 158. lib. & statutum Veliternum cap. 134. lib. 5. certum præfigentia tempus creditoribus ad petenda debita, & motus proprius Pauli Tertii circa salaria famulorum.*
Præscriptio statutario Urbis succedit loco præscriptionis 30. annorum, ibidem.
2 *Præscriptiones statutariæ non prosunt, nisi allegentur.*
3 *Si conventus fateatur debitum, condemnatur non obstante statuto: & an, si solverit, possit solutum repetere, num. 5. & 6.*
4 *Ex præscriptione inefficax redditur actio, sed non omninò extinguitur.*
5 *Tales præscriptiones statutariæ sunt merè odiosæ.*
6 *Ubi ageretur de præscriptione 30. vel 40. annorum, solvens per errorem potest repetere; secus si sciret, debitum esse præscriptum.*
Præscriptio 30. vel 40. annorum inducta est in favorem publicum, ne rerum dominia sint in incerto, ibid.
7 *Liberatus præscriptione, dando fidejussorem ex certa scientia, videtur se obligare.*
8 *An Judex de præscriptione rationem habere debeat, quando à Parte non fuit allegata.*
9 *Præscriptiones locum non habent, quando debitor est in mala fide.*
Confirmatio non trahitur ad statuta invalida, & peccatum inducentia, ibidem.
10 *Potest dari bona fides, quando quis se obligavit ministerio procuratoris habentis speciale mandatum, nulla tamen habita notitia, quod exequutus fuerit mandatum.*
11 *Quando præscriptiones statutariæ locum habeant.*
12 *Creditor admittitur ad probandum malam fidem debitoris & scientiam debiti.*
13 *Quid si statutum dirigeret verba ad creditorem.*
14 *An Civitas, quæ statutum condidit, comprehendatur sub eo.*
15 *Præscriptiones statutariæ non comprehendunt debitum juratum: limitatur nu. 16.*
17 *Quid si juramentum aliundè probetur, quàm ex instrumento.*
18 *Debitor, qui prætendit solvisse, potest cogi ad jurandum.*
19 *Præscriptio inducta contra famulum non petentem salarium, currit a die recessus.*
20 *Præscriptiones statutariæ inceptæ contra creditorem non perficiuntur contra Ecclesiam eidem creditori succedentem ante lapsum tempus in statuto præfixum.*
21 *Statuta laicorum non ligant Ecclesiam.*
22 *Tales præscriptiones non habent locum contra creditorem, qui justam habuit ignorantiam sui crediti.*
Hæres non cadit a jure suo, si intrà tempus statuti contra debitorem non egit. ibidem.
23 *Minor lapso tempore restituitur in integrum.*
24 *Statuta contra creditores negligentes in exigendo, præscriptionem inducentia, non extenduntur ad actiones reales: limitatur in statuto Urbis nu. 25.*
26 *Præscriptio statutaria non comprehendit annuos census.*
27 *Præscriptio inducta contra mercatores non exigentes intrà tempus a statuto præfixum, non habet locum, quando debitor continuavit recipere merces ex officina creditoris.*
28 *Quid circa hoc servetur in urbe.*
Quando currat contra Aromatarios præscriptio quinquennalis, ibidem.
29 *An dicta præscriptio quinquennalis locum habeat in districtu urbis.*
30 *Statutum certum statuens tempus creditoribus ad deducendum jura sua, an arctet etiam creditores in diem, & conditionales.*
An creditor conditionalis teneatur jus suum opponere adversus subhastationes intrà tempora statuti, ibid.
Ubi non est negligentia, non debet esse pœna, ibid.
31 *An possit quis consequi per viam exceptionis id, quod jure actionis petere non potest ob lapsum temporis.*
32 *Temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum.*
33 *Quid si præscriptio statutaria interrumpatur.*

CAPUT XXV.

De statuto præfigente certum tempus ad petendum debitum.

IN multis locis per particularia statuta creditoribus ad debita petenda certum præfigitur tempus, quo elapso creditum intelligitur præscriptum ita, ut creditores nequeant amplius contra debitores agere: & in Urbe præsumitur juris præsumptione facta solutio, quando creditor ex causa mutui, depositi, vel cujuscunque generis contractus, per annos sexdecim negligens fuerit in petendo debitum, nisi de judiciali, vel extrajudiciali interpellatione creditor legitimè docuerit; & tunc instrumenta tam publica, quàm privata, & Codices quarumcunque rationum post cursum 16. annorum nullam fidem faciunt, exceptis dotibus, donationibus propter nuptias, tributis, & censibus; similiter solutio facta præsumitur, quando creditor in vim chirographi, aut schedulæ, sive apocæ privatæ per decennium post mortem debitoris in petendo debitum in dicta apoca contentum negligens fuerit, *ut ex Stat. Urbis cap. 158. lib. 1.* quæ quidem 1
præ-

præscriptio cùm succedat loco præscriptionis 30. annorum,
ut tenuit Rota in Romana census de Caffarellis 9. Decembris
1587. *coram Gypsio, quæ apud Cenc. de Censib. est dec.*230.
currit contra creditores etiam ex quasi contractu, contra fi-
lium, qui intra tempus 16. annorum non petiit supplemen-
tum legitimæ, & contra hæreditatem jacentem, quatenus
inchoata sit contra defunctum, *Rota coram Seraph. dec.*730.
ubi etiam, quod statutum hujusmodi tollit officium Judicis,
tam nobile, quàm mercenarium, *latè Marescot. var. lib.*2.
*c.*67.*nu.*1.*& seq. ubi citat Tiraq. de Retract. lignag.*§.35.*glos.*4.
*nu.*41.*Socin. jun. cons.*86.*nu.*5.*lib.*3.*Paris. cons.*32.*nu.*16. *& cons.*
93.*nu.*20.*lib.*3.*Gozad. cons.*64.*nu.*13.*& cons.*80.*nu.*5. *Castr. in l.*
ea, quæ §. *si quando n.*5.*Castr. de Temp. in integr. restit. Duran.*
*caut.*6.*sub tit. de Acquir. vel repud. hæred.*

Simile statutum viget Velitris, ubi natus sum, in quo di-
sponitur, quod Aromatarii, & alii Artifices post bionium
non possint quidquam petere aut exigere pro mercibus ven-
ditis, ac descriptis in eorum libris; sed tunc censetur facta
vera, & integra solutio pro rebus emptis ante dictos duos an-
nos, *prout in statuto dictæ Civitatis lib.*5.*c.*134.

Addit *Caroc. de Locat. & conduct. par.*4.*tit. de Quarto*
*grad. acciden. qu.*2.*q.*13.*principal. num.*15. quod famuli Cleri-
corum, & Prælatorum, vivente Domino intrà bionnium,
eo verò mortuo, intrà annum salaria petere possunt: aliàs
præsumuntur satisfacti, *ex motu proprio Pauli Tertii, quem*
ibidem refert.

2 Observa tamen, quod tales statutariæ præscriptiones non
prosunt, nisi allegentur, *Guid. Pap. dec.*221. *Duen. reg.*306.*n.*
3 10.*Surd. dec.*24. ubi etiam dicit, quod si Cor. ..ntus fateatur
debitum, erit condemnandus non obstante statuto, *ut sensit*
*etiam Giurb. dec.*13.*nu.*4. nam ex præscriptione inefficax qui-
dem redditur actio non tamen omninò extinguitur, *Rot. dec.*
4 941.*p.*3.*lib.*3 *Divers. Boss. in tit. de Proclam. quod sit &c. nu.*16.
quemadmodum si solveret, non posset solutum repetere:
5 quia hujusmodi præscriptiones sunt merè odiosæ, utpotè in-
ductæ in odium Creditorum non petentium *l. naturaliter, ff.*
de condict. indeb. Bart. *Jas. & alii in l. si pœna, causa, ff. eod. tit.*
*et alii DD. apud Cancer. var. lib.*1.*c.*15.*num.*29. ubi *num.*30. id
6 limitat, quando ageretur de præscriptione 30. vel 40. anno-
rum: tunc enim per errorem solvens potest repetere, quia
hæc præscriptio inducta est in favorem publicum, ne rerum
dominia sint incerta, *l. qui exceptionem, ff. de Condict. indeb.*
nisi fortè debitor sciens, creditum esse præscriptum, illud
recognosceret; quia tunc videretur renunciare commodo
præscriptionis, *l. si quis postquam, ff. de fidejuss.* ex qua per
7 argumentum à contrario sensu colligitur, quod liberatus
præscriptione dando fidejussorem ex certa scientia, videtur
se obligare.

8 Addit *Boer. dec.*344.*nu.*6. *quem refert, & sequitur Cancer.*
*d. l.*1,*c.*18.*n.*28. quod si de præscriptione in actis constet, Ju-
dex, licèt non cogatur, potest tamen, si velit de ea rationem
habere, etiamsi à parte non fuerit allegata.

9 Observa 2. quod prædictæ præscriptiones, sicut & quælibet
alia, non habent locum, quando debitor est in mala fide e-
tiamsi statutum à Principe confirmatum sit: quia confirma-
tio non trahitur ad statuta invalida, & peccatum inducen-
10 tia, *Boss. loco cit. latè Surd. dec.*158. *per tot.* ubi etiam dicit,
quod potest dari bona fides, quando quis se obligavit mini-
sterio procuratoris habentis speciale mandatum, si nullam
habuerit notitiam, quod exequutus fuerit mandatum, *Balb.*
de præscript. in 2.*p.*3.*princ. qu.*14. *post princ. & nu.*6. ubi, quod
quando esset debitum pœnale, valeret statutum, quod pœ-
na peti non possit post certum tempus, *Cancer. d. lib.*1.*c.*15.
11 *nu.*22. *et seq.* ubi dicit, quod præscriptiones hujusmodi lo-
cum habent tantùm in eo, qui nescit, an debitum sit solu-
tum: quia mens statuentium videtur esse ne quis ob defe-
ctum probationis solutionis bis debitum solvere cogatur,
*Ciarlin. contr. for. c.*32.*per tot. lib.*1. *& cap.*196.*nu.*37. *et seq. lib.*2.
12 ubi, quod creditor propterea admittitur ad probandum
malam fidem debitoris, & scientiam debiti; quod procede-
13 ret, etiamsi statutum dirigeret verba ad creditorem, quia
neque tunc operaretur cum mala fide, *Rot. in Auximana*
tutelæ 23. *Januarii* 1593. *coram Gyptio, et in Recanaten. pe-*
cuniaria 27. *Junii* 1579. *coram Robusterio, prout refert Grat.*
14 *discept. for. c.*52.*nu.*9. *et seq.* ubi addit, quod Civitas, quæ hu-
jusmodi statutum condidit, non comprehenditur sub eo, *&*
*c.*403.*num.*19. *et seq.*

15 Observa 3. quod tales statutariæ præscriptiones non com-
prehendunt debitum juratum, *Balb. de Præscript. in* 2.*par.*3.
*princ. q.*14.*nu.*11. *et* 12. *pluries resolvit Rota Rom. teste Mare-*
*scot. var. lib.*2.*c.*67.*nu.*31. *et seq. Gabr. commun. conclus. lib.*5.*tit.*
*de Præscrip. concl.*4.*num.*18. *Cancer. lib.*1.*cap.*15.*num.*11 *Veral.*
16 *dec.*191.*p.*3.*Surd. dec.*158.*num.*17. *Galganet. ad statut. Urb.*
*lib.*1.*cap.*159. ubi id limitat, quando statutum procederet
ulterius auferendo vim probatoriam ab instrumento, putà
si in eo caveatur, quod instrumentum nullius sit momenti,
vel quòd nullam faciat fidem: quia tunc, cum ex tali in-
strumento non possit probari, quod intervenerit juramen-
tum, statutum comprehenderet etiam instrumenta jurata,
*Rot. decis.*8.*p.*3.*lib.*1. *Divers. & in Romana pensionis domus.*
16. *Januarii* 1598. *coram Lancelloto*, quamvis secus esset, 17
si juramentum aliunde probaretur, quàm ex instrumento,
ut subdit Galganet. loco cit. vers. non obstat, quod in præ-
cedenti, &c.

Observa 4. quod debitor, qui prætendit solvisse, potest 18
cogi ad jurandum, *Roder. de Ann. redit. lib.*1. *q.*13.*nu.*17. *Flor.*
*de Men. lib.*1.*var. q.*8.§.2.*nu.*42. *quos refert, & sequitur Canc.*
*d. c.*15.*num.*12. ubi etiam dicit, ad id sufficere juramentum
credulitatis.

Observa 5. quod præscriptio inducta contra famulum non 19
petentem salarium regulariter non currit à die servitii præ-
stiti: sed à die recessus, iniquum enim esset, si dum in ser-
vitio continuat famulus, pro præterito allegetur præscriptio,
*Surd. d. dec.*24.*num.*13. *Giurb. dec.*13.*nu.*13. ubi, quod non
singulorum annorum præscriptio necessaria est, sed una tan-
tum pro omnibus.

Observa 6. quod præscriptiones hujusmodi inceptæ con- 20
tra creditorem, non perficerentur contra Ecclesiam eidem
Creditori succedentem ante lapsum tempus in statuto præfi-
xum: quia statuta laicorum non ligant Ecclesiam, *Germon.* 21
*de Sacr. immun. lib.*3.*c.*18.*nu.*111. *Mier. p.*2.*col.*6.*c.*12. *de caus.*
*nullit. nu.*20. *et seq. Avend. de exeq. mand. c.*30.*post nu.*14. *et alii*
*apud Cancer. d. lib.*1.*c.*15.*num.*36.

Observa 7. quod tales præscriptiones nòn procederent 22
contra Creditorem, qui justam habuit ignorantiam sui cre-
diti, putà si esset hæres, & ideò non caderet a jure suo, si intrà
tempus statuti contra debitorem non egerit: eique succurri-
tur saltem per restitutionem in integrum ex clausula genera-
li, si qua mihi justa causa, *Dec. cons.*38.*nu.*7. *Mencha lib.*2. *contr.*
*illust. c.*76. *in fin. Rebuff. in tr. de famu. sala. gl.*10.*num.*2. *& alii*
*apud Ciarl. contr. for. lib.*2.*c.*196.*n.*48. *et seq. Cancer. d. l.*1.*c.*15 *n.*
26. *et seq.* ubi etiam dicit quod minor lapso tempore restitui- 23
tur in integrum, *Tiraq. de Retract. lignag.*§.35.*gl. n.*34. *Alex.*
*cons.*71.*lib.*1. *& ita pluries resolvit Rota Romana teste Mare-*
*scot. var. lib.*2.*c.*67.*nu.*38. *& seq.*

Observa 8. quod statuta hujusmodi, quæ contra Credito- 24
res negligentes in exigendo, præscriptionem inducunt,
non comprehendunt eum, qui habet actionem realem, vel
in rem scriptam nisi aliter per dicta statura caveatur, *ut in d.* 25
*statuto Urbis cap.*158.*lib.*1. cum enim sint odiosa, & juris
communis correctoria, non debent extendi ad actiones rea-
les: sed habent tantùm locum in actionibus personalibus, &
iis hypothecariis, quæ personalibus adhærent, *Felin. in cap.*
*fin. de Præscrip. ubi Doctores communiter Bal. cons.*485.*lib.*1.*&*
*communem etiam dicit Bovius de statut præscript. Urb. gloss.*23.
*num.*8. *et seq. Grat. consil.*41.*num.*7. *Rimin. jun. cons.*37.*nu.*67.
*Covar. var. resol. lib.*2.*cap.*14.*num.*1. *Gabr. de Præscrip. concl.*4.
*num.*17. *& alii apud Ciarlin. loco cit. d. c.*196.*nu.*53. *&* 54. ubi 26
ex hoc infert, quod præscriptio statutaria non comprehen-
dit annuos census, *latè Maresc ot. var. lib.*2.*cap.*67. *num.*26.
*& seq. Rot. dec.*727.*nu.*5.*p.*1. *Divers. et dec.*230. *apud Cenc. de*
Censib. ubi etiam, quod hujusmodi præscriptio dormit du-
rante pupillari ætate: quemadmodum neque currit contra
mulieres pro re dotali, vivente marito, *Bal. Novell. in tract.*
*de Dot.*7.*p. princ. Soc. jun. cons.*144. *numer.*56. *et* 63. *libr.*1.
*Silvan. cons.*1. *num.*130. *& alii apud Marescot. var. lib.*2.*c.*
57.*num.*43. *& seq.*

Observa 9. quod si statuto caveatur, ut Pharmacopolæ, 27
aut mercatores teneantur sua credita petere infra biennium,
seu triennium, alias præscripta intelligantur, non haberet
locum hujusmodi præscriptio, ubi debitor continuavit re-
cipere medicamenta, seu merces ex officina creditoris; quia
illa continuatio interrumpit præscriptionem *Cancer. var. res.*
*lib.*1.*c.*15.*nu.*8. *& lib.*3.*c.*3.*n.*460. *ubi citat. Lauren. dec.*86. *Surd.*
*dec.*24. *in fin. & alior.*

In Urbe verò pro pretio rerum Aromatariæ servatur præ- 28
scriptio quinquennalis non obstante quavis interruptione
etiam per receptionem partis pecuniarum, aut per dationem
aliarum rerum Aromatariæ, *ex constitutione Pauli V. super*
Reformatione Tribunalium dictæ urbis tit. de Protomedico,
& Aromatariæ, quam refert Fenzon. Ad statut. urb. post Tra-
*ctatum fol.*378. nisi forte interruptio sit judicialis, vel ali-
ter, quàm per proprios ipsorum libros Aromatarii suum
creditum probaverint: tunc enim dispositio statutorum Ur-
bis servanda est, *ex motu proprio ejusdem Pauli V. incip.*
Cùm post aliquas declarationes, &c. ut refert Fenzon. ubi
supra

ubi supra fol. 772. Jordan. Elucubr. divers. lib. 14. tit. 24. nu. 333.
29 ubi addit, quod dicta præscriptio quinquennalis habet lo-
cum etiam in Districtu Urbis per 40. milliaria.

30 Observa 10. quod statutum certum statuens tempus Credi-
toribus ad deducendum jura sua, arctat etiam creditores in
diem, & conditionales; videtur enim statutum hujusmodi
habilitare creditorem ad agendum, non quidem ad effe-
ctum exigendi suum creditum, sed ut adveniente die sibi
solvatur, secundum Affl. dec. 279. in fin. Bursat. cons. 84. n. 3. &
alios, quos refert, et sequitur Surd. dec. 151. num. 6. & seq. quibus
adde Tiraq. de Retr. Lignag. §. 1. glos. 10. n. 45. ubi dicit, quod
creditor conditionalis tenetur jus suum opponere adversis
subhastationes intra tempora statuti non expectata conditio-
ne, ne excludatur posteà ea conditione adveniente.

Mihi verò contraria sentētia videtur verior, quia regula il-
la, quod impedito agere non currit præscriptio, est regula natura-
lis: ubi enim non est negligentia, non debet esse pœna; &
ideò habet locum etiam in statutis, Bald. in auct. nisi tricen-
nale, C. de bon. matern. Dec. in l. 1. in prima lectura, n. 27 C. qui
admit.

31 Observa 11. quod ii, quibus ex statuto præfixum est cer-
tum tempus ad credita perenda, licèt jure actionis ea petere
non possint ob lapsum temporis, possunt tamen ea consequi
32 per viam exceptionis: quia temporalia ad agendum, sunt per-
petua ad excipiendum, l. licet ubi Bart. Bald. & alii, C. de ex-
cept. et ita tradunt Rebuff. in tr. de fam. sala glos. 20. n. 9. Due. reg.
366. limit. 7. & alii apud Marescot. var. lib. 2. c. 67. n. 42. Cancer.
lib. 1. c. 15. n. 6. & seq.

33 Observa 12. quod si præscriptio statutaria interrumpatur
absque litis contestatione, tunc incipit currere alia nova præ-
scriptio ejusdem temporis, quanti erat prima; si verò fuit
interrupta per litis contestationem, tunc non erit locus novæ
præscriptioni statutariæ, sed actio perpetuatur usque ad 40.
annos, l. nam posteaquam, §. si is, qui ff. de jurejur. & tradunt
Bart. Alex. et alii in l. ex hoc edicto, ff. de Eo, per quem fact. erit,
&c. Salicet. in l. fin. C. de Præscript. 30. vel 40. ann. Tiraq. in l.
boves, §. hoc sermone limit. 9. ff. de verbo, signif. et alii, quos re-
fert, & sequitur Marescot. var. lib. 2. c. 67. n. 8. & seq.

S U M M A R I U M.

1 *Temporis angustia vitiat stipulationem, & quando id proce-
dat num. 2.*
2 *In contractibus bonæ fidei temporis angustia rejicitur.*
3 *In testamentis, legatis, & aliis ultimis voluntatibus angustiæ
temporis subducuntur.*
4 *Quid in sententiis, & gratiis Pontificum.*

C A P U T XXVI.

An temporis angustia vitiet stipulationem.

1 RESp. affirmativè, & ideò si quis Romæ ita stipulatur,
hodie Venetiis dare spondes, stipulatio non valet: quia
impossibilis est repromissio, l. non utique §. si quis ita, 2. ff. de eo,
2 quod cert. loc. Jas. in d. §. si quis ita, n. 3. Mantic. de Tac. lib. 14. tit.
38. n. 7. hoc tamen procedit in contractibus stricti juris: tunc
enim vitiatur contractus: secus est in contractibus bonæ fidei:
quia in his propter bonam fidem, quæ exuberare debet, tem-
poris angustia rejicitur, l. insulam, §. 1. ubi Bart. ff. de loc. et con-
duct. Bald. in c. 1. §. 1. n. 4. in tit. Hic finitur lex dom. Feder. Man-
tic. de Tacit. lib. 3. tit. 15. n. 71. quemadmodum nec habet locum
3 in testamentis, & in legatis, atque aliis ultimis voluntatibus,
in quibus angustiæ temporis subducuntur, l. si mihi, et tibi,
§. 1. ubi etiam Bart. ff. de leg. 1. & tunc officio Judicis tempus
prorogatur pro rei præstandæ opportunitate; idemque di-
cendum in gratiis Pontificum, & in sententiis, in quibus
pariter conceditur prorogatio temporis, ut substineantur,
& executioni debitæ demandentur, Roman. cons. 348. Gig. de
pension. q. 27. et alii quos refert, & sequitur Jordan. Elucubr. di-
vers. lib 14. tit. 8. n. 130. & seq.

4 Sed quæres, qui sint contractus bonæ fidei, & qui stricti ju-
ris? Resp. quod contractus bonæ fidei sunt qui pariunt a-
ctiones bonæ fidei: tales sunt emptio, venditio, locatio,
conductio, mandatum, depositum, Societas, pignus, com-
modatum, permutatio, cum aliis enumeratis per textum, &
glos. in §. actionum, instit. de Act. contractus verò stricti juris
sunt qui pariunt actiones stricti juris, qualis est stipulatio, mu-
tuum, & alii similes, Sylv. in ver. contractus, q. 2. n. 2. latè Ang.
in d. §. actionum, ubi dicit, quod omnes actiones exceptis iis,
quæ in d. sex. & glos. enumerantur, sunt stricti juris Mantic.
de Tacit. et ambig. convent. lib. 1. tit. 9. per tot. ubi quod ea dif-
ferentia, quæ intercedit inter æquitatem, & jus strictum, est
inter contractus bonæ fidei, & stricti juris: nam æquitas be-
nignam admittit interpretationem; sed jus strictum eam pror-
sus excludit, quippe quod verborum figuram sequitur, &
juris subtilitatem amplectitur, l. Pantonius ff. de acquir. hered.
l. si ita scriptum, ff. de liber. et posthum. l. 1. §. qui operas, ff. ad Ter-
tull. l. Thais, §. libertatem, in fin. ff. de fideicom. libert. l. inter eos,
§. 1. ff. de fidejuss.

S U M M A R I U M.

1 *Prima obligatio non novatur per secundam etiamsi in secun-
da fuerit additum, vel tractatum tempus.*
2 *Hodie non fit novatio, nisi hoc expressè agatur: limitatur
num. 4.*
3 *Ex prorogatione termini data debitori principali ad solven-
dum, fidejussores non intelliguntur obligati.*
4 *Si ex manifestis conjecturis constet de animo novandi, intel-
ligitur facta novatio, etiamsi specialiter non exprimatur.*
5 *Tacitum idem operatur, quod expressum.*
6 *Quando prima obligatio censeatur novata.*
7 *Quid si campsor pro debitore promittat creditori promissio-
nem acceptanti.*
8 *Quando secunda obligatio est penitus nulla, prima non
novatur.*
9 *Pendente prorogatione temporis debitor non potest molestari.*
10 *Adveniente die posterioris stipulationis est in electione acto-
ris, ex qua velit experiri.*
11 *Quando pactum, conditio, vel dies adjecta in prima obli-
gatione cen[s]eatur repetita in secunda, quæ novat primam:
& num. seq.*
13 *Conditio adjecta institutioni, non videtur repetita in substi-
tutione.*
14 *Substitutiones sunt magis favorabiles, quàm aliæ disposi-
tiones.*

C A P U T XXVII.

*An prima obligatio per secundam novetur si in secunda fuit
additum, vel detractum tempus.*

RESp. negativè, per l. fin. C. de Novat. ubi, quod hodie non 1
aliter fit novatio, nisi hoc expressè agatur: nec evane- 2
scit prior obligatio, nisi expressè & specialiter remittatur, latè
Gabr. commun. concl. lib. 3. tit. de fidejussor. concl. 3. Mascard. de
probat. concl. 1106. n. 1. vol. 2. Merlin. de Pignor. lib. 5. q. 31. ubi
quod per prorogationem temporis non receditur a prima ob-
ligatione, sed removetur debitori, ejusque fidejussori obsta-
culum moræ jam contractæ per lapsum temporis, Mantic. de
Tacit. & ambig. convent. lib. 17. tit. 4. n. 6. ubi etiam dicit, quod 3
ex prorogatione termini data debitori principali ad solven-
dum fidejussores non intelliguntur liberati.

Observa tamen, quod si ex manifestis conjecturis constet de 4
animo novandi, intelligeretur facta novatio, etiamsi speciali-
ter non exprimatur: quia tacitum idem operatur, quod ex- 5
pressum, l. triticum, ff. de verb. oblig. l. cum quid ff. si cert. pet.
Quare si dico, pro decem, quæ mihi debes, promittis quinde- 6
cim, vel è contra: prima obligatio censetur novata, quia ex ta-
cita mente contrahentium prima transfertur in secundam,
Alex. cons. 13. n. 8. lib. 2. Aret. in §. præterea, n. 6. instit. quib. mod.
toll. oblig. Mascard. de Probat. d. concl. 1106. num. 20. Fulgos. cons.
130. Soc. sen. cons. 21. n. 3. lib. 1. Dec. cons. 400. col. 2. Affl. dec. 44. nu.
15. Paris. cons. 107. col. 2. lib. 3. Loffred. cons. 24. col. 4. & alis apud
Menoch. lib. 3. præsump. 134. n. 3. quorum sententiam sequuta fuit
Rota dec. 562. n. 1. p. 1. divers. & tum licèt maneat prior obliga-
tio, tollitur tamen per exceptionem, glos. singularis in d. l. fin. in
ver. naturalibus, Thesaur. dec. 125. n. 9. ubi dicit, quod novatio
facta censetur, quando primus contractus esset alteratus, nisi
facta fuerit protestatio, ut observat ibid. Gasp. An. Thesaur. in
addit. lit. a. quemadmodum etiam præsumeretur novatio,
quando secundus contractus esset incompatibilis cum primo,
Bald. in d. l. fin. n. 1. C. de novat. & cons. 318. concl. 2. lib. 1. Dec. in l.
pacta novissima, col. 1. C. de Pact. & cons. 409. col. pen. cons. 464. n.
4. & cons. 564. n. 15. Crav. cons. 167. n. 5. vel quando debitor dele-
gavit alium etiam non debitorem suum, & creditor accepta-
vit delegatum illum: quia tunc etiam novatio censetur facta,
Aret. cons. 5. Comens. in l. delegare, ff. de Novat. Afflict. dec. 353.
n. 4. Menoch. d. l. 3. præsump. 134. n. 38.

Idem dicendum si campsor pro debitore promittat credi- 7
tori promissionem acceptanti, tunc enim debitor statim libe-
ratur ita ut si campsor officiatur non solvendo, periculum sit
creditoris: quia hujusmodi promissio cedit loco solutionis,
Aret. in d. §. præteread n. 7. per tex. in l. si pupilli ff. de Solut. Afflict.
dict. dec. 353. num. 5.

8 Hæc tamen intellige, quando secunda obligatio esset valida; nam si esset pœnitus nulla prima non novaretur, *ut notant communiter DD. in d. §. Præterea*.

9 Observa 2. quod pendente prorogatione temporis debitor minimè potest molestari non in vim novationis, sed virtute ipsius prorogationis, aliàs dilatio esset superflua, *Surd. consil. 345. n. 21. lib. 3. Mascard. concl. 1107. n. 13. Gabr. lib. 3. tit. de Novat. concl. 1. num. 64. & alii apud Grat. discep. forens. cap. 290. num. 32. & seq.*

10 Observa 3. quod adveniente die posterioris stipulationis est in electione actoris, ex qua velit experiri; potest enim stipulatoris interesse, si velit potius ex secunda experiri, veluti si in ea fidejussores intercesserint, *Paul. de Castr. in l. Valerianus, n. 4. ubi etiam Raph. Cuma. n. 4. et 5. ff. de Prætor. stipul. Fulgos. in l. ult. n. 4. & 5. C. de Novat. Alex. in cons. 72. nu. 8. vers. nec obstat, lib. 6. Mantic. de Tacit. lib. 17. tit. 14. n. 4.*

11 Quæres, an dies adjecta in prima obligatione censeatur repetita in secunda, quæ novat primam? Resp. quod aut in sequenti obligatione nulla fuit deducta quantitas, sed sic dictum, quod ex prima obligatione debes, promittis? & tunc dies intelligitur repetita; aut fuit expressa quantitas, ut centum quæ mihi debes, promittis? & tunc dies non intelligitur repetita, *ita Bart. in l. si stychum, §. legata, ff. de Novat. per l. Nesennius, & l. si prior, ff. sol. matrim.* & quod de die dicitur, idem de conditione, vel pacto intelligendum, ut *dict. Aret. cons. 17. num. 10. Mantic. de Tacit. & ambigua. convent. lib. 3. tit. 3. num. 15.*

12 Notandum tamen est, quod repetitio conditionis, aut alterius qualitatis locum non habet, quando in actu subsequentis specialis conditio, seu qualitas adjicitur, *Roman. cons. 53. n. 4. Alex. cons. 158. n. 4. et 5. lib. 6. Soc. sen. cons. 22. num. 2. lib. 3. Cuma. cons. 122. col. 2. post med. & alii apud Mantic. loc. cit. numer. 18.*

13 Notandum 2. quod conditio adjecta institutioni, non vi-
14 detur repetita in substitutione; quia substitutiones sunt magis favorabiles, quàm aliæ dispositiones, *l. sub conditione, ff. de Hæred. instit. Bart. ubi supra n. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Fidejussor, qui se obligavit ad certum tempus, eo transacto liberatur, etiamsi deinde tempus principali debitori fuerit prorogatum.*
2 *Quid si purè, ac simpliciter se obligavit.*
3 *Fidejussor non tenetur ad pensiones, vel usuras temporis prorogati.*
4 *Si in compromisso facto ad tempus dati sint fidejussores, & postea tempus compromissi fuerit prorogatum, an fidejussores ab obligatione eximantur.*
5 *Fidejussio data pro electo ad officium ad certum tempus, eo elapso expirat, etiamsi officialis ultra illud tempus in officio permaneat.*
6 *Quando dilatio concessa dibitori, prosit etiam fidejussori.*
7 *Dilatio præstita a majori parte creditorum, an impediat alios non consentientes.*

C A P U T XXVIII.

An Fidejussor liberetur, si tempus prorogetur debitori.

1 Resp. quod si fidejussor se se obligavit ad certum tempus, puta ad annum, transacto eo tempore liberatur, etiamsi deinde tempus debitori, pro quo fidejussit, prorogetur, *l. si cùm Hermes, C. Locat. latè Mascard. de Probat. conclus. 1106. n. 12. vol. 2. Gabr. commun. conclus. lib. 3. tit. de fidejus-*
2 *sor. concl. 3. n. 7.* secus est, si purè, ac simpliciter se obligavit; quamvis enim dilata fuerit solutio in certam diem, fidejussor tamen adhuc remanet obligatus, neque liberatur facta prorogatione, *Host. in cap. constitutus, de fidejuss. Bart. in l. Labeo 30. §. 1. ff. de Recept. Arbitr. & alii apud Grat. discep. for. tom. 1. cap. 68. n. 37. & seq. Barbos. in cap. ult. nu. 19. de fidejuss. Thesaur. decis. 125. n. 4. & est communis opinio.*

3 Non tamen teneretur fidejussor de his, quæ eveniunt tempore prorogato, *Bart. in l. Lucius, §. Paulus, ff. de admin. & peric. Tut. Soc. cons. 21. col. 4. vol. 1. Tiraq. de retract. convent. §. 1. glos. 7. n. 32. & seq. Jo: Andr. in addit. ad Spec. in tit. de fidejuss. §. 1. in ver. illud etiam quæritur, & alii apud Gabr. loco cit. n. 4.* ubi dicit, quod non tenetur ad pensiones, nec ad usuras temporis prorogati, *Thesaur. d. dec. 125. n. 12.*

4 Ex his infertur, quod si in compromisso facto ad tempus dati sint fidejussores, & posteà tempus compromissi fuerit prorogatum, fidejussores ab obligatione eximuntur, si prorogationi non consenserunt, *ut d. Alex. in cons. 72. n. 2. per tex. in d. l. Labeo 30. juncto §. fin. ff. de Recept. Arbitr.*

Infertur 2. quod si quis eligatur ad aliquod officium ad an-
num, vel aliud tempus limitatum, & pro eo alius fidejubeat, 5
talis fidejussor non remaneret obligatus, si officialis ultra
annum in officio permaneret, *Jo: Andr. in addit. ad spec. in tit.
de fidejuss §. 1. n. 19. ver. constitutus, Alex. ubi sup. n. 2. & 5.*

Quæres, an dilatio concessa debitori prosit fidejussori? 6
Resp. quod aut conceditur a Creditore, & tunc prodest
fidejussori; aliàs dilatio esset elusoria, quia posset debitor
a fidejussore molestari, *Bald. in l. quotier, num. 5. C. de Precib.
imper. offer. Gratian. discept. forens. c. 12. num. 1. & seq.* aut con-
ceditur a Principe, seu a Judice, vel alio Superiore, &
tunc non prodest fidejussori, nisi de eo fiat mentio, *Fari-
nac. de Carcer. q. 29. num. 25. & 26. quem refert, & sequitur Jor-
dan. Elucub. divers. lib. 14. tit. 8. num. 123.* ubi etiam dicit, quod
dilatio debitori præstita a majori parte creditorum, non im- 7
pedit alios non consentientes, quin agere valeant adversus
ejus fidejussorem.

S V M M A R I V M.

1 *Ad incurrendas pœnas contra duellantes inflictas requiritur, quod duellum spontè, ac deliberate, & ex pacto ab utraque parte fuerit acceptatum: item assignatio loci, & temporis, & n. 4.*
2 *Pactio respectu loci non est sufficiens; si eligatur Civitas non expresso alio loco magis certo, & particulari.*
3 *Item non sufficeret assignatio temporis incerti, sed specificari debet dies certa.*
4 *An requiratur specifica acceptatio provocationis.*
5 *Quid si juvenes calore iracundiæ se invitarent ad duellum, & incontinenti accederent ad aliquem locum, ibique dimicarent.*
6 *Quando dicatur aliquid fieri calore iracundiæ.*
7 *Et quid si pugna sequatur eodem die, quo facta fuit rixa, & conventio.*
8 *Provocatio ad duellum simpliciter prohibetur sub pæna excommunicationis ex constit. Clementis VIII. declaratur num. 9.*

C A P U T XXIX.

Quando pœnæ impositæ contra duellantes locum habeant.

AD incurrendas pœnas contra duellantes inflictas requi-
ritur primò, quod spontè, ac deliberatè; & ex pa- 1
cto invicem inito, seu ex prævia conventione ab utraque
parte duellum susceptum fuerit. Secundò requiritur assigna-
tio loci, & temporis, ut colligitur ex constitut. *Greg. XIII.
incip. Ad tollendum, quam refert Quarant. in ver. duellum,
& ita tradunt recentiores communiter.*

Observa tamen, quod pactio respectu loci non videtur suf- 2
ficiens, si eligatur Civitas non expresso alio loco magis cer-
to, & particulari: quemadmodum nec sufficeret designatio 3
temporis incerti, sed specificari debet dies certa, *Joann. de
Castill. in tract. de Duell. lib. 3. cap. 4. & 5. quem refert, et sequi-
tur Vermigliol. cons. crim. 194. n. 4. & seq.* ubi addit, quod requi- 4
ritur etiam specifica acceptatio provocationis.

Observa 2. quod duellum non dicitur, quando juvenes 5
calore iracundiæ se invitarent ad duellum, & incontinenti
accederent ad aliquem locum, ibique dimicarent: hæc enim
censetur pura rixa, cùm non fuerit pugna deliberata, nec
animus deliberatus; non enim attenditur verbum illud,
duellum, ubi vere non est duellum, *Plot. in repet. l. si quando,
§. 42. num. 3. 4. & 5. C. Unde vi. Joseph. Ludovic. dec. Lucen. 11.
num. 10. & 11.* subdens quod tunc dicitur proprie fieri calore 6
iracundiæ, quando non devenitur ad aliquem actum inter-
medium, *Mascard. de Probat. concl. 98. n. 28. Menoch. de Ar-
bitr. jud. cas. 363. Dian. res. mor. p. 6. tract. 6. res. 21.* ubi dicit, quod 7
si pugna sequatur eodem die, quo facta fuit rixa, & conven-
tio, præsumitur commissa ex eodem calore iracundiæ.

Observa 3. quod ex constitutione Clementis VIII. *incip.* 8
Illius vices, quam similiter refert Quarant. loco citat. sub pœ-
na excommunicationis simpliciter prohibetur provocatio ad
duellum: hoc tamen intelligi debet de provocatione delibe- 9
rata, ac præmeditata, nec sufficeret provocatio, quæ fit ex
rixa: quia dicta constitutio intelligenda est juxta commu-
nem usum loquendi, & juxta sensum aliarum constitutio-
num, *Bonac. de Censur. in partic. disput. 2. q. 3. punct. 48. num. 5.
et seq. Dian. p. 3. tract. 6. res. 1.*

SVM

S V M M A R I V M.

1 *Quando mandatum præsumatur ob diuturnitatem temporis.*
2 *Præsumitur mandatum, si in instrumento, antiquo illud enuntiatur.*
3 *Quid si mandatum a Judice enuntietur in sententia.*
4 *Ex verbis narrativis Papæ probatur mandatum.*
5 *Quando in Vicario Episcopi mandatum præsumatur.*
6 *Mandatum præsumitur, quando intervenit scientia, & patientia Principalis: declaratur num. 7.*
8 *Quando universitas præsumatur ratificasse factum syndicorũ. Paria sunt ratificare, vel verbo, vel facto, ibidem.*
9 *Præsumitur mandatum, quando agitur de modico præjudicio.*
10 *Ex lapsu temporis ratihabitio nunquam facta intelligitur si dolus vel metus intercessit, & causa metus perseveravit.*
11 *Præsumitur pro mandato, quando constaret, litem cum aliquo tanquam procuratore fuisse contestatam.*
12 *Præsumitur mandatum in actu, qui verisimiliter exerceri non potest sine mandato: limitatur num. 13.*
14 *Præsumitur mandatum, quando concurreret quasi possessio, & diuturna patientia.*
15 *In sententia antiqua præsumitur commissio, seu mandatum Judicis delegati.*
16 *Ex diuturnitate temporis præsumitur mandatum arbitrandi in compromisso, & facultas laudandi.*
17 *An præsumatur mandatum, ex antiquitate temporis, quando ageretur de commodo, & favore allegantis mandatum.*
18 *Præsumitur mandatum in eo, qui in judicio produxit instrumenta ad causam facientia.*
19 *Præsumitur mandatum custodiæ ex lapsu longi temporis.*
20 *Ex spatio 30. annorum mandatum præsumitur legitimum, etiamsi agatur de præjudicio alterius.*
21 *Qualitas facilius præsumitur, quam substantia.*
22 *In qualitate probanda sufficiunt leviores probationes, immò etiam conjecturæ, & præsumptiones.*
23 *Ex diuturnitate temporis non præsumitur facta revocatio procuratoris: limitatur n. 24.*
25 *In mandato ad delinquendum præsumitur delictum commissum in executionem illius mandati.*

CAPUT XXX.

An mandatum præsumatur ob diuturnitatem temporis.

1 OMissa longa disputatione Doctorum breviter Respondeo, quod præsumitur, quando ultra diuturnitatem
temporis concurrit aliqua alia præsumptio, vel conjectura,
ita DD. apud Gab. commun. concl. lib. 2. tit. de Procurat. concl. 1.
n. 2. & 10. & apud Cravet. de Antiq. temp. p. 2. nu. 69. Honded.
2 *cons. 38. n. 14. lib. 1.* unde præsumitur mandatum, si in instru-
mento antiquo illud enuntiatur, *Mantic. de Tacit. lib. 7. tit. 11.*
n. 13. & seq. Sarmien. in Compend. utriusque Signatur. q. 16. vers.
sed ista omnia limitantur, fol. 167. ubi dicit, ita judicasse Ro-
tam per tres instantias in causa Tridentina confinium coram
Simoneta.
3 Idem dicendum, quando enuntiatur mandatum a Judi-
ce in sententia, ut si condemnaret aliquem tanquam procu-
ratorem partis: talis enim assertio Judicis operatur, ut pro-
betur mandatum quoad ipsas partes litigantes, *ut post Anch.*
in clem. 1. de Probat. voluit. Gabr. d. tit. de Procurat. concl. 1. n. 22.
4 subdens, *n. 25.* quod etiam ex verbis narrativis Papæ proba-
tur mandatum.
5 Secundò præsumitur mandatum in Vicario Episcopi, si
ultra diuturnitatem temporis probatur nominatio, & com-
munis reputatio, *juxta tex. in l. Barbarius, ubi DD. ff. de offic.*
Prætor. & decisum refert Gabr. d. tit. de Procurat. concl. 1. n. 11.
6 Tertiò præsumitur mandatum, quando intervenit scien-
tia, & patientia Principalis, etiamsi non concurrat diutur-
nitas temporis, *Bald. in l. Julianus, q. 5. ff. Qui satisd. cog. Innoc.*
in cap. ex parte Decani extra de Rescrip. Rom. cons. 270. & *alii*
7 *apud Afflict. dec. 308. num. 6.* quod quidem procedit in actibus
judicialibus; secus in extrajudicialibus *Gabr. d. tit. de Procur.*
concl. 1. num. 12. ver. sublimita, Alex. cons. 80. n. 11. & 13. lib. 4.
subdens *n. 14.* hoc intelligendum esse in favorabilibus, non
autem in odiosis.
8 Addit *Alc. de Præsump. reg. 2. præsump. 13. n. 3.* quod si per
syndicos alicujus Communitatis fuerunt positi certi termi-
ni, seu lapides finales censetur Universitas ipsa ratificasse
factum Syndicorum, si diu permisit illos terminos, & tacuit,
etiamsi non constet, quod tales essent syndici; paria enim
sunt ratificare, vel verbo, vel facto, *l. Paulus respondit, ff.*
Rem rat. hab. hoc tamen intelligendum est, quando ageretur 9
de modico præjudicio: secus si de magno: hoc enim casu
præsumeretur ratificatio ex antiquitate temporis, nisi con-
curreret alia præsumptio, *Cravet. ubi sup. p. 2. n. 66. Gabr. d. tit.*
de Procurat. concl. 1. n. 13. & seq. Mantic. de Tacit. lib. 7. tit. 12.
n. 2. & seq. ubi etiam dicit, quod ex lapsu temporis ratihabitio 10
nunquam facta intelligitur, si dolus, vel metus intercesse-
rit, & causa metus perseveraverit.
Quartò præsumitur pro mandato, quando constaret, li- 11
tem cum aliquo tanquam procuratore fuisse contestatam,
Imol. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. Goz. ad cons. 96. Cravet. de
Antiqu. temp. p. 2. n. 60.
Quintò præsumitur mandatum in actu, qui verisimiliter 12
exerceri non potest sine mandato, putà si quis solvit pensio-
nem nomine alieno: hic enim præsumitur solvere de manda-
to ejus, pro quo solvit; quia verisimile non est, quod velit
jactare suum, *Rot. dec. 23 in antiq. Soc. cons. 46. col. 2. lib. 3. Dec.* 13
cons. 36. col. 5. & alii apud Cravet. loc. cit. n. 65. ubi etiam adver-
tit, quod hoc procedit etiam in factis recentibus, cessante
antiquitate temporis, *Mantic. de Tacit. lib. 7. tit. 12. n. 10.* hoc
tamen intellige, dummodò ex tali solutione non inducatur
probatio alicujus criminis: quia tunc mandatum non præsu-
mitur *Gabr. d. tit. de Procurat. concl. 1. n. 7. & alii communiter.*
Sextò præsumeretur mandatum, quando concurreret qua- 14
si possessio, & diuturna patientia, *Alex. cons. 1. n. 19. et seq.*
lib. 4. Cravet. loc. cit. n. 67.
Septimò præsumitur in sententia antiqua commissio, seu 15
mandatum Judicis delegati: quia valdè verisimile est, quod
sine mandato non processisset; unde eadem ratione ex diu- 16
turnitate temporis præsumitur mandatum arbitrandi in
compromisso, & facultas laudandi, *Gabr. d. tit. de Procurat.*
concl. 1. num. 19. & 20. ubi citat Felin. in c. sicut col. 18. de Re jud.
Curt. sen. cons. 77.
Octavò præsumitur mandatum ex antiquitate temporis, 17
quando ageretur de commodo, & favore allegantis manda-
tum *ut post Aret. cons. 42. col. 2. sensit Crav. de Antiq. temp. p. 2.*
num. 79. quamvis de hoc dubitet *Mantic. de Tacit. lib. 7. tit. 12.*
numer. 15.
Nonò præsumitur mandatum in eo, qui in judicio pro- 18
duxit instrumenta ad causam facientia, *Bar. in l. 3. §. causa,*
n. 2. ff. de Carbon. Edict. Alex. in l. 1. num. 7. C. de Procur. Cra-
vet. cons. 80. num. 5.
Decimò præsumitur mandatum custodiæ ex lapsu longi 19
temporis, *Afflict. dec. 345. n. 8. Mantic. de Tacit. d. lib. 7. tit. 12.*
n. 1. subdens *n. 5. cum seq.* quod ex spatio 30. annorum man- 20
datum præsumitur legitimum etiam si agatur de præjudicio
alterius: quia qualitas facilius præsumitur, quàm substantia, 21
ut sentiunt etiam Cephal. cons. 170. n. 27. Grat. discep. for. c. 577.
n. 20. et seq. ubi dicit, quod in qualitate probanda sufficiunt 22
leviores probationes, immò etiam conjecturæ, & præsum-
ptiones, *juxta c. per tuas, de Probat.*
Quæres, an ex diuturnitate temporis præsumatur facta re- 23
vocatio procuratoris? Resp. negativè etiamsi procurator per
multos annos nihil gesserit; & ideò expressè constare debet
de mutatione voluntatis, aliàs mandatum non extinguitur;
nisi fortè supervenerit justa causa revocationis, ut quia pro-
curator effectus sit inimicus Domini, quia tunc censetur re-
vocatum mandatum, *Jas. in l. sancimus, 27. nu. 4. ubi etiam Ca-*
stren. n. 3. C. de Testam. Alex. cons. 189. in fin. lib. 7. Probat. in add.
ad Monach. in c. licet, 15. de Procur. in 6. Anchar. cons. 63. in fin.
Rot. in Anconitana de Rinaldinis 29. Jan. 1598. coram Orano,
prout refert Grat. discep. for. c. 22. n. 6. et seq. ubi etiam observat, 25
quod in mandato ad delinquendum præsumitur delictum
commissum in executionem illius mandati, etiamsi longum
temporis intervallum intercesserit, *de quo latè Menoch. lib. 3.*
præsump. 49. n. 12. & lib. 2. præsump. 36. in prin.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus, et ultimæ voluntates possunt fieri etiam de nocte.*
2 *Omnia de nocte fieri possunt, nisi specialiter probibita sint.*
3 *Testamentum noctu conditum non valet, si non fuerint accensa tria luminaria, & num. 7. & quid in testamentis ad pias causas num. 8. & 9.*
4 *Contractus inter vivos celebratus de nocte absque tribus luminaribus est nullus: declaratur num. 5.*
6 *In testamentis testes debent esse in præsentia, & conspectu Testatoris.*
10 *Solutio invito creditore non potest fieri de nocte.*
11 *Actus judiciales debent fieri de die, aliàs non valent: limitatur num. 12. 13. 14. 15. 16. & 21.*
17 *Quando Arbitri, & Arbitratores possint causas decidere de nocte, & num. 18.*

An sententia interlocutoria fieri possit de nocte, ibidem n. 17.
19 *Citatus ad comparendum certa die, debet comparere ante tenebras noctis.*
20 *Judex regulariter denegare potest audientiam de nocte.*
21 *Dispositio Auct. de judic. §. sedebunt, ex communi stylo non servatur.*
22 *Resignatio, & collatio beneficii facta de nocte, valida est.*
23 *An electio fieri possit de nocte.*
24 *An examen, & juramenta testium possint recipi de nocte.*
25 *An appellatio recipi possit de nocte.*
26 *An inventarium fieri possit de nocte, & die feriata.*

CAPUT XXXI.

An, & quando ea, quæ de nocte fiunt, valida sint.

1 DIco 1. quod contractus & ultimæ voluntates, quales sunt testamenta, & codicilli, possunt fieri etiam de nocte *l. non minorem C. de Transact. l. ad testium §. signum ff. de*
2 *Testam.* & regulariter omnia de nocte fieri possunt, nisi specialiter prohibita sint, *ut inquit Dec. in c. consuluit, n. 34. & 35. de offic. deleg.* quicquid dicat *Dilect. de art. testan. tit. 2. de testam. caut. 8. num. 3.*
3 Observa tamen, quod testamentum noctu conditum non valeret, si constaret, quod non fuerint, accensa tria lumi-
4 naria, nam si contractus inter vivos celebratus de nocte absque tribus luminaribus esset nullus, *l. 1. §. si omnes, vers. tria lumina, ff. de Ventr. inspic.* multo magis in testamentis tria luminaria requiruntur: tum quia in his de majori præjudicio,
6 ac periculo tractatur: tum etiam quòd in testamentis testes debent esse in præsentia, & conspectu testatoris, *juxta l. si non speciali, & l. si unus, C. de Testam.* Unde ita tenet *Jas. cons. 50. lib. 3. Dilect. de art. testan. tit. 2. de Testam. Ordin. caut. 8. n. 3. Petr. Jo: Anch. in q. famil. lib. 2. q. 11. n. 4. et seq. Simon. de Prat. de interp. ult. volunt. lib. 2. interp. 2. dub. 1. solut. 3. n. 9. Rim. jun. cons. 259. n. 16. & seq. lib. 3. & alii apud Honded. cons. 47. num. 6. & seq.*
7 *lib. 2.* ubi id extendit etiam ad codicillos, & alias ultimas voluntates, *Menoch. lib. 4. præsump. 12. n. 5. Grat. discep. for. c. 849.*
8 *n. 40. & seq.* ubi addit, quod hoc procedit etiam in testamentis ad pias causas: quamvis in hoc contrarium teneat *Dilect. de art. testan. tit. 2. de testam. caut. 3. n. 4. & caut. 8. in fin.* ubi dicit,
9 quod solemnitates juris civilis in testamentis ad pias causas locum non habent.
10 Observa 2. quod solutio invito creditore non potest fieri de nocte: illud enim tempus non videtur congruum, *ut d. gl. in l. more, ver. lucis, ff. de fer. quam sequitur Bart. & alii ibid.* tenetur tamen creditor si recusat, expectare in sequentem diem, *Jas. in d. l. more, n. 11. Mar. Ant. Eugen. cons. 48. n. 41. & 48. Cancer. var. lib. 2. c. 6. n. 60.*
11 Dico 2. quod actus judiciales debent fieri de die, aliàs non valent, *ut in auct. de judic. §. sedebunt, c. consuluit, ubi DD. de*
12 *offic. jud. deleg.* quod etiam procedere in Judice delegato dicit Scaccia *de judic. lib. 2. c. 3. num. 331. & seq.* ubi etiam, quod actus expediendi, Judice sedente pro tribunali, non possunt
13 noctu expediri; nisi de partium consensu eo tempore fierent, vel nisi lis esset de re tempore peritura, quia tunc actus valeret etiam de nocte, *Bald. in l. cos, §. ult. in fin. C. de appell. Felin. in c. consuluit, de offic. deleg. Soc. trac. fal. reg. 359. fal. 3. Menoch. de arbitr. jud. lib. 1. q. 62. n. 3. & seq.* idem dicendum, ubi
14 ageretur de causis ad favorem carceratorum, *Alex. in dict. l. more, n. 9.* vel si Judex adeò fuisset negotiorum multitudine
15 gravatus, ut de die pronunciare non potuisset, *Scacc. loc. cit. d. lib. 2. c. 3. n. 338. Menoch. ibid. n. 3.* vel si jurisdictio Judicis ex-
16 piraret, *Bart. in d. l. more, in fin. ff. de fer. Jordan. Elucubr. divers. lib. 14. tit. 25. de Senten. num. 185. & seq. Cabal. resol. crim. cas. 208. n. 28. & seq.* unde etiam Arbitri, & Arbitratores, qui-
17 bus fuit assignatus certus terminus ad causam decidendam, si malitia, vel cavillationibus litigantium fuerunt arctati, possunt causam decidere ultima die, etiam de nocte, *Bald. in dict. l. cos §. fin. C. de appell. Dec. in d. c. consuluit, num. 31.* ubi dicit, quod laudum Arbitratoris indistinctè ferri potest etiam de nocte.
18 Item potest etiam Arbiter compromissarius indistinctè sententiam ferre de nocte, si est arbiter voluntarius; quamvis secus esset, si sit necessarius, idest electus ex forma statuti: hujus enim sententia lata de nocte non valeret, quia, hic assimilatur Judici ordinario, *Blanc. tr. de compromiss. q. 9. princ. q. 14. n. 47. fol. 195. prout refert Scaccia de Judic. l. 2. c. 3. numer. 344.* ubi etiam dicit, quod quilibet Judex ferre potest sententiam interlocutoriam de nocte.
19 Ex dictis infertur, quod citatus ad comparendum certa die, debet comparere ante tenebras noctis ut Judex actum perficere possit in luce, etiamsi in citatione hora certa expressa non fuerit, *Bart. in d. l. more, n. 1. Dec. in d. c. consuluit, n. 23. & seq. de offic. deleg.* quicquid dicat *gl. in d. l. more, ver. lucis in princ.* potest enim Judex regulariter denegare audien- 20
tiam de nocte, *per d. tex. in auct. de Judic. §. sedebunt, & not. Alex. in d. l. more, n. 8. ff. de fer.*
Notandum tamen est, quod dispositio *d. Auct. de judic. §.* 21
sedebunt, ex communi stylo non servatur, præsertim in Romana curia *Barbos. in d. c. consuluit, n. 12. Menoch. d. q. 62. nu. 1. Scacc. d. c. 3. n. 336. 338. 340. & 341.* ubi etiam dicit, quod valet consuetudo, ut Judices pedanei, & damnorum datorum audiant de nocte causas pactorum, & similium operariorum.
Notandum 2. quod resignatio, & collatio beneficii facta 22
de nocte, valida est, cùm id non reperiatur specialiter prohibitum, *Decius in d. c. consuluit, n. 32. Menoch. de Arbitr. cas. 48. n.* 23
22. lib. 2. Paris. de Resignat. lib. 12. q. 8. n. 39. & 40. Electio verò in qua servari debet forma *cap. quia propter de Elect.* noctu fieri non potest, *Dec. in d. c. consuluit, n. 24. ubi etiam Barbos. n. 10. de offic. deleg. & alii communiter.*
Notandum 3. quod testium examen, & depositio potest 24
recipi de nocte quia est actus, qui exercetur parte non citata, & sine certa hora audientiæ, *Felin. in d. c. consuluit n. 15. de offic. Jud. del. quem refert, & sequitur Scacc. de judic. lib. 2. c. 3. n. 333.* subdens, quod eorum juramenta non possunt recipi de nocte, quia debent recipi parte citata.
Notandum 4. quod appellatio potest recipi etiam de no- 25
cte, *secundùm Jas. in l. more Romano, n. 13. ff. de fer. Scacc. loc. cit. n. 329. Dec. in d. c. consuluit n. 29. & seq.*
Notandum 5. quod etiam inventarium fieri potest de no- 26
cte, ac die feriato, *secundùm Graff. relat. in tract. var. de inventar. benefic. q. 251. num. 3.*

SUMMARIUM.

1 *Pro tempore infirmitatis non tenetur Dominus famulo præstare salarium.*
2 *Promissio salarii illam traditam conditionem habet, si famulus operas præstabit.*
3 *An Dominus famulo infirmo teneatur præstare alimenta.*
4 *Advocato debetur salarium etiam in infirmitate.*
5 *Quid si non fuerit conventum.*
6 *Salarium, quando non est conventum, taxari debet arbitrio Judicis.*
7 *Vicario constituto ab Episcopo, vel Capitulo, Assessori, Medico, ac Præceptoribus liberalium artium debetur salarium etiam non conventum: limitatur n. 14. & 15.*
8 *Successor Episcopi non tenetur ad salarium Vicarii: limitatur num. 10.*
9 *Successor non tenetur ad debita voluntaria, sed tantùm ad necessaria: declaratur num. 11.*
12 *Famulis, Procuratoribus, negotiorumque gestoribus non debetur salarium, nisi sit promissum: limitatur ibid.*
13 *Quando nihil actum fuit a principio de salario, judex illud constituit.*
14 *Salarium, si Dominus illud præstare consuevit, debetur usque ad summam ab ipso aliis præstitam.*
15 *Salarium non conventum regulariter non debetur.*
17 *Procurator, qui a Domino habuit victum, & vestitum, & habitationem in urbe aliud salarium habere non debet.*
18 *Salarium promissum Procuratori, vel Advocato solvendum est initio anni.*
19 *Et an possit repeti, si Procurator, vel Advocatus decesserit ante finitum officium.*
20 *Et quid in Prætore, Assessore, Doctore legente, ac Medico ab universitate conducto.*
21 *Quando hæredibus mortui debeatur integrum salarium anni cæpti: & num. 22.*
23 *Famulo Salarium solvendum est pro rata temporis, quo servivit.*
24 *Quando hujusmodi salarium solvi debeat.*
25 *Salarium promissum procuratori intuitu laborum, pro modo laborum præstari debet.*
26 *Quid si procurator nihil fecerit.*
27 *Ratione Salarii in aliqua Curia debiti, vel expensarum factarum in causa per procuratorem, clientuli efficiuntur de jurisdictione illius curiæ.*
28 *Salarium spatio trium annorum præscribitur.*
Et quid servetur in Curia Romana, ibidem.
29 *Pro salariis famulorum competit hypotheca super bonis Domini.*
30 *Judex potest augere, & moderari salarium etiam certum, promissum Advocato, Procuratori, Sollicitatori, ac Medico.*

CAPUT XXXII.

An tempore infirmitatis teneatur Dominus famulo salarium præstare.

1 RESp. negativè *glos. & Bart. in l. operæ ff. de usufr. leg. &*
hanc communem dicit Ceval. in spec. opin. commun. con.
commun. q.288. num.3. Vivius commun. opin.275. ubi observat,
2 quod promissio salarii illam tacitam conditionem habet, si
famulus operas præstabit, & *hanc esse de jure veriorem dicit*
Garocc. de locat. & conduct. tit. de famulis, & pedissequis, quæst.
3 10.*n.*24. unde nec tenetur famulo infirmo alimenta præstare
*Ursell. conclus. 60. n.19. & conclus. 89. n.*459. ubi dicit, hoc pro-
cedere in foro fori: nam in foro conscientiæ tenetur Dominus
ægrotantes servos alere, si aliunde non habeant, unde vivant,
vel non adsit Hospitale, ad quod remitti possint, & ita vi-
detur sensisse *Bart. in l. si cùm dotem, §. Si autem, num.8. ff. solut.*
matrim. ubi dicit, quod Dominus facere tenetur expensas
famulo infirmo, si expensa est modica.

4 E contra verò Advocato debetur salarium etiam in infir-
mitate, *glos. in l.1. §. Divus, ver. repeti, ff. de var. & extraord.*
cogn. Galganett. ad statut. Urb. lib.1. c.118. versus fin. Ursell. d.
conclus. 60. n.8. & 19. ubi citat Capell. Tholos. decis. 269. n.1. & 2.
& dec. 360. Gayl. pract. observat. lib.1. observat. 44. n.11. etiam-
si non fuerit conventum, *Put. dec. 11. l.3. Gratian. discep. for.*
c.257. num.6. & seq. ubi, quod in tali casu taxari debet arbi-
trio Judicis juxta causæ qualitatem, modum laboris, & loci
consuetudinem.

7 Idem dicendum est in Vicario constituto ab Episcopo, vel
a Capitulo, Assessore, Medico, & aliis qui honestioribus di-
sciplinis & muneribus vacant, ut sunt Præceptores libera-
lium artium, his enim debetur salarium etiam non conven-
tum, *Grat. discep. for. c.257. n.4. Seraph. decis. 74.* subdens quod
8 successor Episcopi non tenetur ad salarium Vicarii, quia
constitutio Vicarii est voluntaria, cùm possit Episcopus ca-
9 rere opera Vicarii, & successor non teneatur ad debita vo-
luntaria, sed tantùm ad necessaria, *ut d. Put. d. dec. 11. l.3.* quod
10 tamen de consuetudine non haberet locum nisi in Episcopa-
tibus parvis; secus in Episcopatibus insignibus, & numero-
sis, in quibus Episcopus non potest commodè in omnibus
causis peragere officium Judicis ordinarii, & Vicariis & ideò
in tali casu salarium hujusmodi censetur debitum necessa-
rium, non voluntarium, & ad illud tenebitur successor in
Episcopatu, *Flor. Diaz. var. qq. lib.1. q.8. n.4. Franch. Marc.*
dec. 341. n.19. p.1. Gabr. cons. 32. n.22. lib.2. & alii apud Grat. di-
11 *scep. for. c.94. n.35. & seq. c.561. n.17. & seq. & cap. 655. n.52. cum*
seq. ubi etiam dicit, quod debita necessaria solvenda sunt à
Successore immediato, non autem mediato, cùm de primo
sit intelligendum, ne res procedat in infinitum.

12 Famulis verò, ac procuratoribus negotiorumque gestori-
bus regulariter non debetur salarium, nisi sit promissum, vel
consuetum, *Alex. cons. 109. l.6.* ubi id limitat, quando famu-
lus esset consuetus locare operas suas & Dominus conducere
operas ministrorum, *Penia dec. 413. n.7. et seq. Caroc. de locat.*
& conduct. tit. de famul. & pedisseq. n.3. et seq. ubi etiam dicit,
quod conclusio prædicta non procedit de æquitate, secun-
dùm quam famulo debetur aliquod salarium, *Cevall. in spec.*
opin. commun. con. comm. q.288. n.5. et seq. ubi etiam dicit, quod
si famulus fuerit affinis, vel consanguineus Domini, nullum
ei salarium præstari debet mortuo Domino: quia de consue-
13 tudine neque ipse, nec Dominus circa consanguineos solent
locare, vel conducere operas suas, subdens, *n.8.* quod Advo-
catis, cùm quibus nihil actum fuit a principio de salario, de-
bet Judex salarium constituere arbitrio boni viri, *ut sensit*
etiam Alex. d. cons. 109. n.2. lib.6. latè Cancer. var. lib.2. cap.14.
n.116. & seq. ubi addit, quod salarium, si Dominus illud sol-
14 vere consueverit, debetur usque ad summam ab ipso aliis
præstitam, *Surd. de Alim. tit.4. q.23. n.18.*

15 Observa tamen, quod salarium hujusmodi non debetur,
ubi probaretur consuetudo, quod aliis Vicariis nullum fuit
salarium persolutum, præsertim si Vicarius ab Episcopo ha-
buisset victum, & vestitum pro se, & famulo, & commo-
dam habitationem, vel Ecclesiastica beneficia: vel si esset
Diœcesanus, cum sæpè in Patria hujusmodi honorifica of-
ficia absque salario exerceantur *Seraph. dec. 849. num.3. Penia*
dec. 413. n.7. & seq. Grat. discep. for. c.257. n.14. & seq. ubi, quod
16 neque salarium debetur quando extraordinaria Vicariatus
emolumenta essent pinguia, *Ursell. d. concl. 60. n.9. &* 27. ubi,
17 quod Procurator, qui a Domino habuit victum & vestitum
& habitationem in Urbe, aliud salarium habere non debet,
Cevall. d. q.288. n.5.

18 Observa 2. quod salarium promissum Procuratori, vel
Advocato solvendum est initio anni, *secundùm gl. in l.1.*
§. Divus, ver. repeti, ff. de var. & extraord. cognit. ubi etiam
Bart. n.16. vers. ulterius quæro, Alex. in l. diem functo, ff. de offic.
Assess. cùm in tali casu annus inceptus habeatur pro com- 19
pleto, *l. qui operas, ubi Bart. ff. locat.* nec potest repeti, etiam-
si decesserint ante finitum officium, quia per eos non stetit,
ut est textus in d. §. Divus, idem dicendum est de Prætore, 20
Assessore, Doctore legente, ac Medico ab universitate
conducto, *gl. in d. §. Divus, ver. repeti, Bart. ibid. n.7. 10.*
& 12. & in l. diem functo, in princ. & n.7. ubi etiam Alex. n.16.
vers. tamen puto, ff. de off. Assess. Cephal. cons. 70. & 71. ubi, 21
quod si salarium istis viventibus persolutum non fuerit, ad-
huc possunt hæredes in tali casu illud integrum petere, quia
hujusmodi salarium non debetur intuitu laboris tantùm, sed
principaliter propter probitatem intellectus, & ideò inte-
grum persolvendum est, *Vivi. commun. opin. 494. Caroc. de lo-*
cat. & conduct. p.4. tit. de Quarto gradu accident. q.3. q.13. princ.
n.1. & in tit. de remissione merced. q.8. n.195. & seq.

Et hoc quidem procedit, quando obligatio, seu promis- 22
sio facta fuit pro singulis annis, & ad rationem anni: tunc
enim hæredibus mortui debetur integrum salarium anni cœ-
pti, ut supra diximus; secus si unica solutio pro toto tem-
pore conductionis esset facienda, quia tunc etiam totius
conductionis salarium deberetur, *Bart. in d. §. Divus, nu.7.*
Cephal. cons. 71. num.17. et 18. Contrarium tamen, videlicet
quod salarium promissum Advocato, seu procuratori sol-
vendum sit in fine litis dicit *Jas. in l. diem functo n.11. ff. de offic.*
Assess. quem refert Ceval. in spec. opin. comm. con. comm. q.598. ubi
de communi testatur.

Famuli verò salarium solvendum est pro rata temporis, 23
quo servivit, quia in famulis labor principaliter considera-
tur, *l. si uno, §. item cùm quidam ff. locat. Bart. in §. Divus, n.5.*
& 6. Cephal. d. cons. 71. n.2. & debet solvi in fine, *Alex. in d. l.* 24
diem functo n.4. & 5.

Notandum est autem, quod si constet salarium Procura- 25
tori, vel advocato fuisse promissum intuitu laborum, tunc
illud pro modo laborum præstandum erit: & ideò si nihil 26
fecerint, eis salarium non debetur, *Rota dec. 291. p.1. in Re-*
cent. & in Valentina Mercedis 3. Junii 1602. coram Card. Lan-
celloto, & in Romana mercedis 22. Maii 1624. coram Rem-
boldo, prout refert Ursell. conclus. 60. num.22. & seq.

Observa 3. quod ratione salarii in aliqua curia debiti, vel 27
expensarum factarum in causa per procuratorem, clientuli
efficiuntur de jurisdictione illius Curiæ, etiamsi non essent
subjecti, *Mandos. form. 11. comm. in ver. validitate jurisdictio-*
nis, Grat. discep. for. c.56. n.7.

Observa 4. quod salarium spatio trium annorum præ- 28
scribitur, *Duen. reg. 206. Bov. de stat. urb. præscrip. gl.19. in*
ver. contra omnes creditores n.47. Grat. decis. March. 53. n.6. ubi
etiam dicit, quod in Curia Romana salarium quoad famulos
Cardinalium & Prælatorum biennio tollitur, *ex constit. S.*
Pii V. 33. incip. Cupien.

Observa 5. quod pro salariis famulorum, præsertim in 29
testamento relictis, competit hypotheca super bonis Do-
mini defuncti, illaque sunt ante omnia deducenda, *Rota*
apud Merlin. de Pignor. dec. 33. num.34. Tiraq. de Retract. lign.
§.15. gl.1. num.7.

Observa 6. quod Judex potest agere, & moderari sala- 30
rium etiam certum, promissum Advocato, Procuratori,
Sollicitatori, ac Medico *Sarmient. lib.1. select. c.11. nu.9. Ce-*
val. q.288. Gratian. discep. for. c.56. num.4. subdens, quod ne-
que scriptura publica de salario confecta, aut quarantigia
est valida, nec executioni mandari potest, nisi pro justo
salario, & per Judicem taxato.

SUMMARIUM.

1 *Non debetur salarium Advocato, vel procuratori, qui malè se gessit, vel excessit fines mandatis contrarios numer. 2.*
3 *Et quid in Præside, vel alio officiali sua culpa remoto ab officio.*
4 *Et quid si officialis fuit toleratus, & servivit.*
5 *Et quid si nunquam fecit quod debuit.*
6 *Si servitium a die culpæ fuit inutile: ex tunc amittitur salarium, non autem a die remotionis.*
7 *Culpa, & negligentia probari debet.*
8 *Vicario amoto ab officio culpa Episcopi, integrum salarium debetur.*

CAPUT XXXIII.

An, & pro quo tempore debeatur salarium Advocato, vel Procuratori, qui malè se gessit.

1 ALii sentiunt, quod nullo modo debetur salatium Advocato, vel Procuratori, qui male se gessit, vel excessit fines mandati ita, ut etiam privetur salario pro tempore anteacto, quo benè administravit, *argum.tex. in l.Judices, C.de Annon.& Tribut.lib.10.ita Guid.Pap.q.68.nu.5. Bald.in l.Nesennias, in fin.ff.de Excusat.Tutor.* ubi etiam dicit, quod stipendiatius, vel famulus, qui non obedit, perdit stipendium.
2 Verior tamen videtur opinio, quod salatium debeatur pro parte temporis, quo benè se gessit, licèt non debeatur pro tempore futuro, quia labor, & tempus recipiunt divisionem, *Bart.in l.1.§.Divus, nu.19.ff.de var.& extraord.cognit.& in l. Mevia Nepotem, n.3.ff.de Ann.leg.& in l.diem functo, n.3.ff.de offic.Assess.Surd.de Alim.tit.7.q.41.nu.7. Grat.discep.for.c.55. n.21.& seq.& est communis opinio.*
3 Ità etiam, quamvis Vicario Episcopi, vel Præsidi sua culpa remoto ab officio non debeatur salatium, seu stipendium pro tempore futuro, debetur tamen pro tempore, quo servivit, *Bart.in d.l.diem functo, n.3.ubi etiam Alex.n.31.Surd.de Alim.*
4 *d.q.41.n.7.&* 8. accipiendo tamen pro tempore futuro tempus remotionis, non tempus culpæ: nam postquam fuit toleratus, & servivit, non debet gratis servivisse, *Paul.de Castr. in dict.l. diem functo, n.2.ubi etiam Cagnol.n.213.Curt.Jun.n.45.& aliä, quos refert, & sequitur Honded.cons.62.n.8.& 9.lib.2.*subdens
5 *n.24.* quod officiali, seu Administratori, qui nunquam fecit
6 quod debuit, neque pro tempore præterito debetetur salarium; idem dicendum, si servitium à die culpæ fuit inutiles
7 quia ex tunc amitteretur salatium, non autem à die remotionis, *Honded.ubi sup.d.n.24.ubi citat Bart.in d.l.1.§.Divus, n.19. ff.de Var.& extraord.cognit.Jo:Bapt. a Sancto Sever.in repet. d.l.diem functo, n.35.Sebast.Sapi. in repet.ejusdem legis, nu.25.* probari tamen debet culpa, vel negligentia, *l.Prætor, ff.de Injur.c.ut circa, de Electione in 6. Mascard.de Prob.concl.467.numer.25.& alii apud Menoc.de præsump.lib.5. præsump.3.n.137.*
8 Observat tamen Ricc.*in prax.for.Eccl.p.2.res.169.* quod si Vicarius amotus fuerit ab officio culpa Episcopi, tunc ei integrum salarium debetur.

S V M M A R I U M.

1 *Inspecto jure communi donatio etiam post 30. annos insinuari potest: limitatur num.2.*
2 *Donatore defuncto non potest Donatarius insinuare donationem.*
3 *Donans sine insinuatione non potest cogi, ut insinuet, & numer. 13.*
4 *Quid si constitutus fuerit procurator irrevocabilis per Donantem ad insinuandam donationem.*
5 *Mandatum morte expirat.*
6 *Quid si mandatum factum fuerit ad donandum alicui ex causa remunerationis.*
An talis procurator possit revocari, ibid.
7 *Donatio facta ultra legitimam summam, ante insinuationem est imperfecta.*
8 *Quid si fuerint res traditæ ante insinuationem.*
9 *Insinuatio a jure introducta est, ne Donantes per metum, & fraudem graviter lædantur.*
10 *Quid si quis donaverit alicui præsenti bona sua coram testibus.*
11 *In terminis statuti Urbis lib.1.cap.150. non valeret donatio nisi fiat in scriptis.*
An de jure requiratur scriptura in donatione, ibid.
12 *An in pacto, seu promissione de donando requiratur insinuatio.*
14 *An donator possit donatario dare facultatem insinuandi donationem.*
15 *An ex spatio 30. annorum præsumatur insinuatio intervenisse.*
16 *Quando requiratur insinuatio in donatione.*
17 *An donatio non insinuata sit nulla ipso jure.*
18 *Donatio non insinuata interim est sine effectu, nec competit exercitium actionis donatario.*
19 *Quingenti solidi æquivalent septingentis scutis hujus temporis: secundùm alios faciunt summam octingentorum aureorum.*
An valeat donatio intrà dictam summam absque insinuatione, ibid.
20 *An requiratur insinuatio in donatione tacita, vel præsumpta excedente summam 500. solidorum.*
21 *Concessiones, quas mariti faciunt de dotibus receptis, habent vim donationis tacitæ, seu præsumptæ.*
22 *Quando requiratur insinuatio in liberatione debitoris, pacto de non petendo, renunciatione bonorum, seu hæreditatis, jurium cessione, ac similibus dispositionibus gratuitè factis, & num.60. & 62.*
23 *In quibus casibus donatio excedens summam 500. solidorum valida sit absque insinuatione, & num.seq.*
In donatione facta Ecclesiæ non requiritur insinuatio, ibidem.
Statutum disponens, ut testamenta insinuentur, non habet locum in testamento Clerici, vel in quo Clericus est institutus, ibid.
24 *Insinuatio non requiritur in donatione facta in redemptionem captivorum, vel in refectionem domus, aut ædificii incendio, seu ruina corrupti.*
25 *Donatio facta a Principe, vel in favorem Principis non eget insinuatione: declaratur num.26.*
27 *Quid si donatio fiat à Magistro militum in militem suum, vel è contra.*
28 *Donatio propter nuptias non eget insinuatione: declaratur num. 29.*
30 *Donatio causa mortis, & ultima voluntas non indiget insinuatione, & num.31.*
32 *Donatio inter virum & uxorem morte confirmatur: limitatur n.33. & 34.*
35 *Explicatur textus in l.fin. C.de Jur.dot. & l.ult.C.de donat. ante nupt.*
An donatio ex causa dotis facta a Patre vel ab extraneo, indigeat insinuatione, ibid.
36 *Donatio inter virum, & uxorem de jure probibita est: limitatur num. 76.*
37 *An requiratur insinuatio in donatione, quæ fit ex causa ingressus in Religionem.*
38 *Non requiritur insinuatio in donatione, quæ fit coram Judice: limitatur n.43. & 44.*
39 *An in insinuatione requiratur decretum Judicis.*
40 *Et quid si insinuatio fiat coram Judice incompetente.*
41 *Et quid si donatio non fuit registrata in actis.*
42 *An insinuatio fieri possit die feriata in honorem Dei.*
45 *Non est necessaria insinuatio in solutione indebiti facta scienter, excedente summam a jure permissam.*
Solutio indebiti non dicitur proprie donatio, ibid.
46 *Donatio jurata non indiget insinuatione: limitatur n.47.*
Juramentum etiam simpliciter præstitum supplet defectum insinuationis, ibidem.
47 *Quid si statutum disponat, quod infra certum tempus post donationem debeat fieri insinuatio.*
48 *Statutū laicorum etiam confirmatum a Papa non ligat Clericos, si in eo nulla fiat mentio de personis Ecclesiasticis.*
49 *Defectus subscriptionis requisitæ a statuto Urbis lib. 1. cap. 149. suppletur per juramentum.*
50 *Non requiritur insinuatio in donatione ob causam.*
51 *Donatio facta ob causam respicientem conservationem familiæ sub certa lege primogenituræ in infinitum, non eget insinuatione.*
52 *In donatione reciproca non est necessaria insinuatio.*
53 *In donatione remuneratoria non requiritur insinuatio: declaratur num. 54.*
55 *Non statur confessioni donantis super benemeritis.*
Quid si adsit juramentum, ibidem.
56 *In donatione remuneratoria expressio causæ non requiritur, si merita postea probentur a Donatario.*
57 *Insinuatio non requiritur in donatione, quæ a Patre facta fuit filio, ut ad sacros ordines promoveri possit.*
58 *Quid si donatio fiat ob causam finalem matrimonii contrahendi cum persona particulari.*
59 *Insinuatio non est necessaria, ubi plures res, vel summæ diversis temporibus eidem donatæ fuerint.*
60 *In remissione, seu condonatione usurarum non requiritur insinuatio.*
Et quid in donatione, vel in remissione ejus, quod debetur nomine pœnæ, ibidem.
61 *Donatio ultra quingentos solidos non eget insinuatione, si detracta gabella remaneant tantùm quingenti.*
62 *Donatio debiti non liquidi, vel juris, seu actionis similiter non liquidæ, vel difficilis exactionis, insinuatione non indiget.*
Donatio facta filio in potestate usque ad legitimam cum pacto, quod ea in legitimam imputetur, valet sine insinuatione, ib.
63 *Donatio, vel remissio geminata valet sine insinuatione.*
Consensus geminatus tantùm, valet, quantum juratus, ibid.
64 *Insinuatio non est necessaria stante confessione judiciali.*
Confessio judicialis habet vim insinuationis, ibidem.

65 *Absque*

65 *Absque insinuatione valet donatio ejus, qui indebitè, in judicio conventus, scienter fatetur, se debere.*
66 *Donatio a Donante approbata non eget insinuatione.*
67 *Quando Testator legat promittendo non revocare, & casu quo revocaret, ex nunc donat inter vivos, talis donatio, non indiget insinuatione.*
Et an valeat talis dispositio, ibidem.
68 *Donatio causa mortis potest revocari per pœnitentiam.*
69 *Donatio causa mortis si fiat cum promissione non revocandi, transit in donationem inter vivos.*
70 *Donatio facta ad vitam Donatoris, vel Donatarii de certa annua quantitate non excedente legitimam summam, non indiget insinuatione: limitatur num. 72.*
71 *Positis in esse duobus possibilibus, quorum unum suadet, contractum valere, aliud, non, sumendum est illud, per quod contractus valet.*
73 *Stipulatio annua in dubio transit ad hæredes, etiamsi illorum mentio facta non fuerit.*
Et an debeat insinuari; ibidem.
74 *An si fiat donatio cum qualitate, ut duret usque ad Donatarii vitam, censeatur ista qualitas repetita in substituto.*
75 *In renunciatione juris quærendi non requiritur insinuatio.*
76 *Si maritus institutus repudiaverit hæreditatem animo donandi uxori, quæ sibi fortè erat substituta, repudiatio, seu donatio valet.*
77 *Læsio considerari non potest in renunciatione juris quærendi ex fideicommisso conditionali.*
78 *Hæreditas jam delata sine solemnitatibus repudiari potest.*
Qui repudiat hæreditatem, vel legatum, fingitur, nunquam habuisse, ibidem.
79 *In renunciatione juris perfectè quæsiti requiritur insinuatio.*
80 *Item requiritur insinuatio in renunciatione juris futuri ex causa de præsenti.*
81 *An, & quando jus futurum, seu conditionale, vel in diem renunciari possit, & n. 82.*
83 *In transactione non requiritur insinuatio.*
84 *Dans de nullitate donationis ex defectu insinuationis tenetur probare, insinuationem non intervenisse.*
Item tenetur probare, rem donatam excedere summam 500. solidorum, ibidem.
85 *Donatio non dicitur perfecta, si donans suspenderit dispositionem in tempus futurum confectionis instrumenti.*
86 *Si partes convenerint, ut de conventione, seu contractu jam firmato, et perfecto fiat instrumentum, tunc scriptura non perficeret contractum, sed erit ante scripturam perfectus.*
87 *Conditionalis donatio pendente conditione non potest revocari, etiamsi conditio esset suspensiva.*
88 *Donatio conditionalis, purificata conditione retrotrahitur ad diem stipulationis contractus.*

CAPUT XXXIV.

An a jure præfixum sit tempus ad insinuandas donationes.

1 Resp. quod inspecto jure communi facultas insinuandi
est perpetua, & ideò etiam post 30. annos donatio
insinuari potest, *Canar. de Insin. q.3. Rimin. Jun. in §.1. Inst.
de Don. & alii, quos refert, & sequitur Grat. discep. for. c.531.
num.20. & c.783. num.33. Fenzon. ad statut. urb. lib.1. c.150. ante num.37. Bellon. de Potest. eorum, quæ incontinen. fiunt &c.
lib.1. c.95. num.3. Card. Cavaler. dec.575. nu.11.* nisi fortè Do-
2 nator decesserit, tunc enim non posset Donatarius invitis hæ-
redibus Donantis insinuare donationem, quemadmodum
non posset invito ipso Donatore vivente, *Rot. dec.456. n.10.
3 p.4. tom.2. in Recen.* ubi, quod donans sine insinuatione non
potest cogi, ut insinuet, *& ita tenet Bald. consil.167. num.5.
lib.5. Corn. cons.71. lib.2. Aret. consil.122. Ann. alleg.125. nu.29.
par.2. & alii apud Gratian. loco cit. d. cap.783. num.10. & seq. &
cap.887 num.15. & seq. Cancer. var. par.1. cap.8. num.18.* quod
4 procedit, etiamsi constitutus fuerit Procurator irrevocabilis
etiam cum juramento per Donantem ad insinuandam dona-
tionem, quia neque post mortem Donatoris talis procura-
tor posset donationem insinuare, cùm mandatum tunc ex-
5 piraverit, *l. mandatum C. Mand. latè idem Gratian. d. c.373.
num.1. & seq.* etiamsi mandatum factum fuerit ad donandum
6 alicui ex causa remunerationis, *Gabr. commun. conclus. lib.2.
titul. de procurat. conclus.2. numer.7. Mantic. de Tacit. lib.7.
tit.23. num.12.*

An verò procurator constitutus irrevocabiliter & in rem
propriam, ad insinuandum, revocari possit? negativè respondit *Rota coram Burat. dec.640. n.10. per l. illam, & ibi DD.
C. de Donat.*

7 Addit *Gratian. loco cit. d. c.887 num.17.* quod donatio facta
ultra legitimam summam, ante insinuationem est imperfecta ita ut dominium non censeatur translatum; nec Donatarius aliquos fructus acquirat, cùm solùm incipiat valere à die insinuationis: insinuatio enim respicit perfectum consensum Donantis, & deliberatum animum illius ad donandum & ejus perseverantiam: & ideo deficiente insinuatione deficit dictus perfectus consensus, quem lex fingit abesse donec insinuatio superveniat, *ut post Bald. in l. Sancimus n.7. C. de donat. Oltrad. cons.253. num.3. Canar. de insin. q.9. n.18. Gab. con-
sil.158. num.6. lib.1. & alios dixit Rota decis.356. num.2. & seq.* 8
p.4. tom.2. in Recen. Unde si fuerint res traditæ, Donator potest repetere conditionem sine causa: & si interim donans obligat omnia bona sua, dicitur etiam obligasse ista bona donata ante insinuationem, *Bellon. loc. cit. n.4.* ubi etiam dicit, quod potest donans ante insinuationem alteri rem donare, *Rebuff. de insinuan. donat. artic 1 gl.6. et 7. per tot. tom.2. fol.378.
& 379. Surd. de Alim. tit.9. q.42. num.18.* ubi dicit, quod quan- 9
do resolvitur talis actus ob defectum insinuationis, extinguitur omnis obligatio, *Neguf. de Pignor. membr.1. p.5. num.43. ut refert Gratian. discep. for. c.854. n.36. vide Bald. in l.2. nu.17. C. de Rescind. vend.* quod ea ratione à jure inductum est, ne Donantes per metum, & fraudem graviter lædantur, *ut inquit Jo. Andr. ad Spec. in tit. de instrum. edit. §. porrò n.7. lit. G. vers. minus.*

Quare si quis donaverit alicui præsenti bona sua coram te- 10
stibus, debet instante donatario prævia citatione coram Judice interrogari, an donaverit dicta bona: & si dicat, se donasse, & non pœniteat, conscribi debet talis donatio: & tunc Donatarius instare poterit, ut illa insinuetur, & in acta redigatur ad hoc, ut probet tanquam insinuata, *juxta textum
in c. significavit, de Testib. & post Rebuff. observat. Gratian. d.* 11
c.887. n.8. & seq. ubi etiam dicit, quod in terminis statuti Urbis, *lib.1. c.150.* mandantis, ut donatio insinuari debeat infra sex menses per acta alterius Notarii actuarii, non valeret donatio, nisi fiat in scriptis ad hoc, ut possit registrari: quamvis de jure non requiratur ista scriptura, *leg. si quis argentum, §. si autem, ubi Bald. C. de donat.*

An verò in pacto, seu promissione de donando requiratur 12
insinuatio? Resp. affirmativè ita ut non possit agi contra promittentem, nisi sequuta insinuatione, *Bart. in l. jurisgentium, ubi etiam Alex. num.11. ff. de Pact. & alii apud Gratian. discep. for. c.887. n.20. & seq.* ubi etiam dicit, quod si talis
ante insinuationem opponat, se pœnitere, non poterit cogi ad 13
implementum.

Sed quæres, an donator possit Donatario dare facultatem 14
insinuandi donationem? Resp. affirmativè; & ideò tunc solus donatarius instare potest, ut insinuetur *Cephal. cons.170. num.47. lib.2. Aret. cons.123. num.5. & alii apud Grat. discep. forens. c.531. num.64.*

Quæres 2. an ex spatio 30. annorum præsumatur insinua- 15
tio intervenisse? Resp. affirmativè, dummodò, concurrat possessio donatarii, observantia donationis, *Gabr. commun. concl. lib.1. tit. de Præsump. concl.1. num.74. Menoch. de præsump. lib.3. presump.132. n.89. Rot. dec.682. n.18. & seq. p.4. tom.3. in Recen. Card. Cavaler. dec.354. n.6. Surd. dec.231. n.19. latè Grat. discep. for. c.474. n.12. & seq. & c.869. n.4.* ratio est, quia in tali casu non agitur de substantia actus, sed de qualitate, in qua sufficiunt probationes leviores, & præsumptivæ, *latè Cephal. cons.170. n.22. & seq. lib.2.*

Quæres 3. quando requiratur insinuatio in donatione? 16
Resp. quod requiritur, ubi donatio excedit summam 500. solidorum; aliàs esset nulla; secus si non excederet dictam summam, quia tunc valeret sine insinuatione, *l. penult. juncta lege sancimus, C. de donat.* quod procedit etiam in donatione facta inter virum, & uxorem quæ morte confirmatur usque ad dictam summam 500. solidorum, etiamsi non fuerit insinuata, *Bellon. cons.4. post n.11. quem refert, & sequitur Clar. in §. Donatio q.17. vers. sed hic incidenter,* ubi ita intelligit *textum in l. donationes, quas parentes, C. de Donat. inter vir. & uxor.* dummodò ante mortem mariti interveniat traditio vera, vel ficta, & sic aliquid, quod fungatur vice traditionis, quia aliàs si intervenisset sola promissio non confirmaretur morte, *ut declarat Bart. in l. Papinianus, ff. de Donat. inter vir. & uxor. Paul. de Castr. cons.138. n.1. lib.1. Corn. cons.124. lit. B. lib.4. Cepoll. consil. civil.8. num.3. & alii apud Clar. ubi supr. q.9. versic. sciat autem.*

Notandum tamen est, quod donatio non insinuata, non 17
est nulla ipso jure, cùm non sit necessariò adhibenda in ipso actu, sed sufficiat, illam ex intervallo intervenire, *Bart. in l. Modestinus, num.5. ff. de donat. Gab. cons.158. num.15. lib.1.
Grat. discep. for. c.531. n.21. & seq.* ubi etiam notat, quod inte- 18
rim est sine effectu, nec competit exercitium actionis Donatario, cùm detur exceptio vel donanti, vel ejus hæredibus,

si non fuerit insinuata, *Bellon.de Potest.eor.quæ incontin.fiunt &c.d.l.1,c.95.n.3. Rot.dec.682.n.3.p.4.tom.3.Recen.*

19 Notandum 2. quod isti quingenti solidi faciunt summam mille aureorum, & ultra hujus temporis, *secundùm Duen. in reg.224.limit.19.in fin.quem refert Clar. in §.donatio, q.15.in princ.* vel aureorum 706.*secundùm Bellon.de Potest. eor. quæ in contin fiunt &c. lib.1.c.95.n.1.* vel aureorum 744.*secundum Seraph.de Privil.juramen.privil.73. n.2.& 3.* vel aureorum 800. *secundùm Soc.cons.48.col.fin. vol.1. Corn.consil.54.vol.4.& consil.127.col.2. vol.2.Jas.in l.2.§.ex his, col.pen.ff.de verb.oblig.& in l.in eum ff.de in jus voc. Paul.de Castr.in l.fin.C.comm.de leg. Dec.consil.239. col.2. & alios apud Gabr.commun.conclus.lib..3. tit.de donat.conclus.1.n.59.*vel faciunt summam scutorum 700. *secundùm Bellon.cons.74.n.22.quem refert, & sequitur Clar.loco cit.d.quæst.15.ubi etiam de communi testatur*: & ideo intrà dictam summam valida esset donatio absque insinuatione: quia hodie etiam attendi debet pretium, sive valor solidi, idest aurei antiqui, *ut sensit Bald. in l.illud, n.13. C.de Sacros.Eccl. Fenzon ad stat.urb.lib.1.c.150.n.35.quicquid liceat,Gratian.discep.for,c.51. n.6.& seq.*

20 Notandum 3. quod *textus in d. l. sancimus, & in l.penul. C. de Donat.* locum habet etiam in donatione tacita vel præsumpta excedente summam 500. solidorum, *Greg.decis.15. num.6. Gabr.dict.lib.3.tit.de Donat.concl.1.num.17.& seq.Clar.*
21 *in §.Donatio, q.16.* ubi infert ad confessiones, quas mariti
22 faciunt de dotibus receptis, quæ habent vim donationis tacitæ, seu præsumptæ. Idem dicendum in liberatione debitoris, & pacto de non petendo, vel renunciatione bonorum, seu hæreditatis, vel jurium cessione, & similibus dispositionibus gratuitè factis, si ea spes communi æstimatione excederet 500. solidos, *Bart.in l.Modestinus, num.1. ff. de Donat. Gratian. discept. for.c.409. n.19.ubi plures cumulat, Clar. in §. Donatio, q.16.vers.item quæro & vers.seq. Gab.concl.1.num.84. tit. de Donat.*

23 Notandum 4. quod in multis casibus donatio excedens dictam summam 500. solidorum valida est absque insinuatione: & primò si donatio facta fuerit Ecclesiæ: nam cùm necessitas insinuandi proveniat ex dispositione juris civilis, illa attendi non debet in præjudicium Ecclesiæ, vel piæ causæ, *l.sancimus, C.de don.& ibi Bald.in §.fin. Galganet.ad stat. Urb. lib.1. c.250.limit.4.Clar.loc.cit.q.17. Seraph.de privil.Juram. privil. 73.n.78. late Gabr.d.tit.de Dot.concl.1. nu.28. & 29.* ubi etiam dicit, quod statutum disponens, ut testamenta insinuentur, non habet locum in testamento, in quo est Clericus institutus, nec in testamento clerici, quicquid dicat *Bald. in d.l. illud, n.9. C. de Sacros. Eccles.*

24 Secundò si donatum fuerit in redemptionem captivorum, vel in refectionem domus, aut ædificii, incendio, seu ruina corrupti, *ut in l. si quis pro redemptione captivorum, C. de donat.*

25 Tertiò si fiat donatio a Principe, vel in favorem Principis, *juxta l.sancimus, & auth.item & a privatis, C.eod.tit.Seraph.*
26 *loco cit. n.78.* quod intelligendum est de Principe non recognoscente in suis terris Superiorem, *Rom. cons.59. in 5. dub. Old.consil.231. Corn.cons.127.col.2. vol.2. Bertrand.cons.160. col.2.vol.1. Alex in l.Centurio, n.26.ff.de vulg. & pup. & alii apud Gabr.dict.conclus.1. numer.22.* idem dicendum, si do-
27 natio fiat à magistro militum in militem suum, vel è contra, *ut in dict.l.si quis pro redemptione, C.de Donat.Gabr.ubi supra num.24.*

28 Quarto donatio propter nuptias non eget insinuatione, etiamsi ab illo detur, *auth.eò decursum est, C.de Don.ante nup.*
29 nisi additum fuerit pactum de lucranda dote: quia tunc talis donatio valeret absque insinuatione quoad mulierem, non autem quoad virum, *ut ibidem notat gloss. & Doctores, latè Mantic.de Tacit.lib.20.tit.5.n.29.*

30 Quinto neque indiget insinuatione donatio causa mortis, quia hæc non est dissimilis ultimæ voluntati, *ut in l.fin.C.de*
31 *Donat.caus.mort.* ultima verò voluntas non est insinuanda, *Bart.in l.fin.C.de donat.caus mort. Seraph.loc.cit.n.78.Gratian. discept.for.c.273.n.42.& c.975.n.37. & seq.*

32 Observa tamen, quod donatio inter virum & uxorem, licèt ab initio non valeat, confirmatur tamen morte, si non
33 excedat summam 500. solidorum: si verò dictam summam excedat morte non confirmatur, nisi fuerit insinuata, vel expressè confirmata in testamento per ipsum Donantem, *l. donationes, quas parentes, C.de donat.int.vir. & uxor.l.2. ubi gl.C.de Dot.caut.non numer.*

34 Observa 2. quod si talis donatio, vel confessio mariti ad favorem uxoris excedat summam 500. solidorum, neque intrà quingentos confirmaretur morte, ubi non fuerit insinuata: quia in tali casu esset nulla non solùm ratione rei, cùm sit ultra legitimam summam, sed etiam ratione personæ, cui à jure talis donatio est interdicta, *Salic.in dict.l. donationes, quas parentes, n.3. Curt.Jun.cons.95.n.6. Paris.cons.62.n.30 lib. 1.Menoch.præsump.12.n.39.& 40. lib.3. Rol cons.93.n.15. et 16. lib.1.Burat.decis.108.n.13. & alii apud Grat.discep.for. c.693. num.6. et seq. addit, quod textus in l.fin.C.de jur.dot. et l.ult.C. de Don. ant. nup.* loquuntur: quando donatio ex causa dotis 35
fit à Patre, seu ab extraneo, & sic à personis de jure non prohibitis: tunc enim non requiritur insinuatio; unde non debet fieri extensio ad donationem ex causa dotis factam per 36
maritum prohibitum donare, *l.1.cum sequ. ff. de donat. inter vir. et uxor.*

An verò requiratur insinuatio in donatione, quæ fit ex 37
causa ingressus in Religionem? Resp. negativè, quia talis donatio æquiparatur donationi causa mortis, *ut post Jo. Andr. Host. Anch.& alios in c. statuimus de Regular. scripsit Grat. discep.for.c.975.n.23.& seq.Burat.dec.461. per tot.*

Sextò non requiritur insinuatio, si fiat donatio coram Ju- 38
dice, quia insinuatio nihil aliud est, quam intimatio facta Judici, *latè Gabr.d.lib.3.tit.de don.num.46.& 47.Gregor.decis.391.num.8. Clar.in §.donatio, q.15.* ubi etiam dicit, quod 39
in insinuatione non requiritur decretum Judicis: quia, cùm donatio ipsa dependeat ex sola Donantis voluntate, non est opus causæ cognitione, neque decreto, sed sufficit sola præsentia Judicis etiam incompetentis, *Bart.in leg. Modestinus,* 40
numer.3. ff.de don. Papien.in form.libell.quo agitur pro donat. in glos. Solemniter, num.9. Ang in §.aliæ autem, num.4. Inst.de don. Gratian. discep.forens.cap.827.num.4. et 5. Imol.in c. cum contingat, numer.89. versic. sed juxta prædicta, de Jurejur. Corn.in cons.36.vol.3. quos refert, & sequitur Gabr. loco citat. n.55. ubi addit, quod insinuatio non est registranda in actis, 41
sed sufficit, quod coram Judice publicetur, & *hæc est communis opinio, teste Fenzon. ad stat. Urb. lib.1.c.150.n.5.& seq.* 42
ubi etiam notat, quod insinuatio fieri potest die feriata etiam in honorem Dei: quia cùm insinuatio causæ cognitionem non requirat, potest qualibet die expediri, *l.2.§. dies, ff. Quis ord. in bonor.possess.servet.& ità etiam sensit Jo: Andr. ad Spec. tit.de Instrum.edit.§.porrò, ver.subscribat, Cancer.var. par.1.c.8. num.10.*

Limita supradictam conclusionem, ubi contractus seu 43
donatio fieret coram Judice propter aliam solemnitatem, quàm propter insinuationem, quia fortè ex forma statuti deberet fieri coram Judice: tunc enim donatio non censetur insinuata, cùm non propter insinuationem, sed ob aliud fuerit aditus Judex, *Bald.in cons.385.n.4.& 5.lib.3.Tiraq.de Retr.lignag.§.36.gl.2.n.22.& alii apud Gratian. discept.forens. cap.827. num.6.& 7.*

Limita 2. ubi ex statuto requiritur registratio insinuatio- 44
nis in actis, vel pro solemnitate contractus: *ut post Aret.in l. si tibi pecuniam, in fin.ff.si cert.pet. Tiraq.de Retr.lign.dict.§.36. gl.2.sub n.22. Rim.Jun.in §.1. n.155. Instit.de don.dixit Rota coram Greg. dec.260. num.6.& 7.*

Septimò non erit necessaria insinuatio in solutione inde- 45
biti facta scienter, excedente summam à jure permissam, quia licèt solvens indebitum scienter censeatur donare, tamen, quia hæc solutio indebiti non dicitur propriè donatio, ideò solemnitas insinuationis in hoc casu omitti potest, *Rot. in Romana Pecuniaria 20. Aprilis 1607. coram Manzanedo, quam refert Fenzon.ad Stat.Urb. lib.1.c.150.n.57.*

Octavò nec doatio jurata indiget insinuatione quia jura- 46
mentum supplet hujusmodi defectum, latè *Gabr. d. titul. de don. concl.1. n.72. Fenz.ad Stat.Urb. d. lib.1. cap.150. num.49. Galgan.ibidem lim.12. Crav. cons.118. n.1. Grat.discept.forens. c.231.num.11.* subdens, hoc esse intelligendum, quando in specie fuit renunciatum insinuationi, aliàs donatio non confirmaretur juramento: contrarium tamen in hoc tenet *Cancer.var.par.1.c.8.n.6.& par.1.cap.8.num.6.& par.3.cap.7. n.308.& seq.Clar. in §.donatio, quæst.18. vers.retenta &c.* ubi dicit, quod hæc restrictio rejicitur *per text.in cap. cùm contingat, de Jurejur.& c.2.de Pact.in 6.* ubi omne juramentum servandum est, quod non vergit in æternæ salutis dispendium, *& ita tenuit Rota apud Fenzon.ad Stat.Urb. dec.6.vers.secundò fuit responsum &c. ubi citat Menoch.cons.1.n.377. Aym.consil.118. Bec.cons.62.num.41.Decian.cons.60.num.5.lib.4.Peregr. decis.91.numer.7.Caputaq. decis.286. par.1. Seraphin dec.472. num.14.& decis.801. numer.5.& decis. 1184. numer.14. Gregor. decis.391.num.5. Mantic. decis.166. num.17. Rot. decis.588. n.2. & decis.669. num.6.par.1.Recent. & in Narnien. bonorum 16. Februarii 1616. coram Cardin. Sacrat. & in Viterb. Terræ Vetrallæ 10. Junii 1613. coram Pirovano, & in Signina Castrorum 13. Novembris 1623. coram Coccino, & apud Pic. dec.4.num.8.& dec.378.num.2.par.4.tom.2.in Recept.Burat.decis.76.num.11. Seraph.de Privil.juram. privil.73.num.4. vers. Tamen &c. & num.49.63. & 64. Cevall. in spec. opin. commun.*

num.q.222.num.13.verf.fed contrarium, jus enim non videtur
consistere in eo, quod quis renunciaverit juris solemnitati,
sed potius in eo, quod promissio sub juramento est facta Deo:
talis autem promissio Deo facta, includit virtualiter om-
nem renunciationem ad omnia contraria, Rot. dec 681.nu.5.
& seq.p.4.tom.3.Recen. ubi etiam, quod impuberes jurantes
servare contractum, obligantur absque solemnitatibus ju-
ris, seu statuti, Theodos.Rub.in Singular.tom.2. ver.insinua-
tio, ubi dicit, quod insinuatio donationis suppletur per ju-
ramentum etiam simpliciter præstitum: cui quidem senten-
tiæ uti magis communi, & veriori ego etiam accedo: præ-
sertim ubi juramentum amplissimis verbis, vel æquipollen-
tibus esset conceptum, putà si quis juraverit omnia, & sin-
gula attendere, & non contravenire ex quavis causa: tunc
enim juramentum simpliciter præstitum eo magis defectum
insinuationis supplet, etiamsi illi expresse renunciatum non
fuerit, quia ea verba operantur ac si in specie esset renuncia-
tum insinuationi, Alex.cons.4.num.10.lib.1. Corn.cons.69.nu.
17. & seq.lib.2.Capic.dec.159.num.21. Surd. dec.154.num.12.
& 14. & alii apud Grat.discept.for.c.27. num.38. et c.531.n.35.
Gug.dec.391.nu.5. et seq. & ibi Beltram.num.11. idem dicen-
dum, si fuerit cum juramento renunciatum omni juri, ac
legum auxilio, Gabr.d.lib.3.de Donat.concl.1.nu.91. Seraph.
d.privil.73.num.48. quibus adde Bart.in l. Modestinus, nu.9.
ff.de Donat.Papien.in form.libell. quo agitur pro Donatione, nu.
12. Ang.in §. alia autem, num.5. Institut. de Donat.& alios
apud Gratian.discep.forens.cap.474.num.7.

47 Limita, si statutum disponat, quod infra aliquid tempus
post donationem, debeat fieri insinuatio ut in statuto Urbis
c.150.lib.1. quia virtus juramenti non trahitur ad nullitatem
supervenientem, Seraph.d.priv.73.nu.76.Rot.dec.125.nu.14.
p.1.Diver.Clar.in §. Donatio, q.18.vers.scias etiam, Gabr.d.
tit.de don.concl.1.nu.75. & ita decisum refert, Galganett. ad
Stat.Urb.d.c.150.limit.12.

48 Observa tamen, quod prædictum statutum Urbis, etiam-
si confirmatum fuerit à Papa non ligat Clericos, cùm in eo
nulla fiat mentio de personis Ecclesiasticis, latè Rot.decis.6.
apud Fenzon.ad Stat.Urbis vers.neque obstat, & ver. Secun-
do fuit responsum.

49 Observa 2. quod etiam defectus subscriptionis requisitæ
a Stat. Urbis lib.1.cap.149. suppletur per juramentum,
Rota in Romana prætensæ donationis 29. Martii 1599. co-
ram Orano, quam refert Fenzon. dec.126. ubi alia decisio-
nes allegantur.

50 Nono nec requiritur insinuatio in donatione ob causam,
Oldrad.cons.139.Aret.cons.2.Alex.cons.12.vol.1. & alii apud
Gabr.loco cit.d.concl.1.nu.65.Rot.coram Coccino decis.240.nu.2.
& dec.192.nu.1.p.6.Recent. ubi, quod donatio facta ob cau-
sam respicientem conservationem familiæ sub certa lege
Primogenituræ in infinitum, non eget insinuatione; un-
51 de in donatione reciproca necessariam nò esse insinuationem
52 dixit Fenzon.ad Stat.Urb.d.cap.150.nu.54. ubi refert, ita
decisum fuisse in Rota in Romana viridarii 23. Februarii 1590.
coram Orano, & in Romana rescissionis contractus 1. Decem-
53 bris 1608. coram Coccino, & est communis Doctorum opinio:
Idem dicendum in donatione remuneratoria, l.Attilius Re-
gulus, ubi gloss. et Doctores, ff.de donat. sive fiat ex causa de
præterito, sive de futuro, ut dicit Bart.communiter receptus
in d.l. Attilius Regulus, num.3. quicquid dicat Papien.in for.
libell.quo agit.pro donat. in gloss.solemniter, nu.6. quod proce-
54 dit usque ad concurrentem quantitatem meritorum; non
autem in eo, quod dictam quantitatem excedit: in hoc enim
excessu requiritur insinuatio, Rot.dec.200. num.12.p.5.tom.1.
Recent.Gab.loco cit.nu.60. et seq. ubi etiam dicit, quod merita
55 debent verificari; non enim statur confessioni Donantis
super benemeritis, nisi adesset juramentum, quod supplet
probationem meritorum, Seraph.dec.1084.nu.4.& seq. ubi
etiam, quod quando concurrunt adminicula, statur in hoc
assertioni donantis, Grat.disc.for.c.27.num.34. & seq. Mas.
56 ad Papien.loco cit. ubi dicit, quod in tali donatione expres-
sio causæ non requiritur, dummodò merita posteà pro-
bentur à Donatario.

57 Hinc etiam fit, ut neque insinuatio requiratur in dona-
tione, quæ à Patre facta fuit filio, ut ad sacros ordines pro-
moveri possit, ut d.Barbos.de off.et pot. Episc.p.2. alleg.20.nu.
18. Mar.Anton. var.resol.lib.1.resol.88. nu.4. idemque dicen-
58 dum, si donatio fiat ob causam finalem matrimonii con-
trahendi cum persona particulari, Bald.in l.ult.num.5. C.de
Jur. dot. Alex.cons.113.nu.22.lib.6. Menoch.cons.94.num.31.lib.
10.Soc.cons.77. numer.152. libr.1. Monter.dec.10.numer.1.et 2.
juncto nu.15.cum seq. & alii, quos refert, & sequitur, Grat.
discept.for.cap.984.nu.25. & 26.

59 Decimò insinuatio non est necessaria, ubi plures res, vel
summæ diversis temporibus eidem donatæ fuerint: quia
tunc quot sunt summæ, tot sunt donationes, nec fit cumu-
latio, l. sancimus, §. si quis autem per diversa, C. de donat.

Undecimò insinuatio non requiritur, ubi usuræ à credi- 60
tore remissæ, vel condonatæ fuerint, l. Modestin.ubi gl.et Bar.ff.
de donat. quod etiam procedit in donatione, vel remissione
ejus, quod debetur nomine pœnæ, Dec.in c.veniens, n.13. in
fin.de Testib.Gabr.lib.3.tit.de donat.concl.1. nu.86.

Duodecimò valet etiam donatio ultra 500. solidos sine 61
insinuatione, si detracta gabella remanent tantum quingen-
ti, Bart.communiter receptus in l.quoties, ff. ad l. Falcid.Se-
raph.d. privil.73.nu.79.

Decimotertiò donatio debiti non liquidi, vel juris, seu 62
actionis similiter non liquidæ, vel difficilis exactionis, insi-
nuatione non indiget, Cancer.var.lib.1.c.8.nu.4. Buratt.dec.
649.Grat.loc.cit.nu.43.et seq. ubi etiam dicit, quod absque
insinuatione valet donatio facta filio in potestate usque ad
legitimam, cum pacto, quod ea in legitimam imputetur;
quamvis alii id arbitrio Judicis relinquant, qui consideratis
circumstantiis facti, & rei litigiosæ, judicabit de validita-
te, vel nullitate talis remissionis, seu donationis debiti, aut
jurium, ita Tiraq.in l.si unquam, n. 198.et seq.C.de revoc.donat.
quem refert, et sequitur Grat. discept.for.c.409. nu.25.

Decimoquartò valet etiam absque insinuatione donatio, 63
ac remissio geminata, tum quia consensus geminatus tantum
valet, quantum juratus, tunc etiam quia insinuatio à lege in-
ducta fuit ad tollendas fraudes, ut in l. Data, C. de donat.ces-
sat autem omnis fraus ex actu geminato, ita Bertran.cons.30.
num.1.lib.3.p.2.Aym.cons.54.num.7. Fel.in cap.si cautio, 14.nu.
39.de fid.instr. et alii apud Grat. disc.for.c.531. num.31. et seq.
Burat.decis.640.

Decimoquintò neque est necessaria insinuatio stante con- 64
fessione judiciali, quia talis confessio habet vim insinuatio-
nis, Bald.in l.illud, n.12.C.de Sacros. Eccles.et alii apud Gabr.
ubi supra nu.88.Papien.in form.libell.quo agit.pro donat. in glos.
solemniter, num.9. ubi dicit, quod absque insinuatione va- 65
let donatio ejus, qui indebitè in judicio conventus, scienter
fatetur, se debere. Idem dicendum, si donatio fuerit a 66
Donante approbata, quia tunc tollitur omnis defectus in-
sinuationis, ut post Dec.cons.409.nu.13.Alex.cons.9.lib.3.trad.
Grat.disc.for. c.869.nu.5.

Decimosextò, quando Testator legat promittendo non 67
revocare, & casu, quo revocaret, ex nunc donat inter vivos
donatio illa non eget insinuatione, cùm ultima voluntas in-
sinuatione non egeat, ut supra diximus, debemus enim in-
spicere primam originem legati, non autem donationis in-
ter vivos quam legatum transivit Honded.consil.44. num.107.
& seq.lib.2.Grat.discept.for.273.nu.42. & seq. ubi etiam dicit,
quod tunc valet talis dispositio, etiamsi restringatur legan-
tis potestas respectu revocationis legati; quia dispositio hu-
jusmodi non remanet in finibus ultimæ voluntatis, sed trans-
funditur in donationem inter vivos exemplo donationis cau-
sa mortis, quæ licèt similis sit legato, & ultimæ voluntati, 68
& ideò possit revocari per pœnitentiam, leg.Seja, ubi Bart.
ff.de Donat.caus.mort. si tamen fiat cum promissione non re- 69
vocandi, transit in donationem inter vivos, & fit irrevocabi-
lis, leg.ubi ita donatur, ff.eod.

Decimoseptimò donatio facta ad vitam Donatoris, vel 70
Donatarii de certa annua quantitate, non excedente legiti-
mam summam, indiget insinuatione, quia possibile est u-
trumque, vel alterum primo anno mori, l.sancimus, §.ult.ubi
Salic.C.de Donat. & licèt possint etiam ultra supervivere, 71
tamen positis in esse duobus possibilibus, quorum unum
suadet, contractum valere, aliud non, sumendum est illud,
per quod contractus valet, ut d.Bald.ibid. subdens, secus es-
se, quando ex utraque parte, vel altera mentio hæredis fie-
ret, putà, si tu donasti per te, & tuos hæredes mihi centum
quolibet anno, donec vivam: hoc enim casu talis donatio 72
requireret insinuationem: nam tunc non est possibile ex par-
te illa, ex qua facta est mentio hæredis: donationem pro fu-
turis annis evanescere, & ita sensit Capic.dec.203. num.5. &
seq.Grat.discep.for.c.355.n.3. & seq. ubi etiam observat, quod 73
stipulatio annua in dubio transit ad hæredes, etiamsi illorum
mentio facta non fuerit, præsertim si facta esset pro perpe-
tuis futuris temporibus, & censetur unica, & erit insinuanda,
Papien.in form.libell.quo agitur pro donat.§.solemniter, num.4.
latè Alex.in l.si Stichum, §.stipulatio, n.4.ff. de verb.oblig.

An verò si fiat alicui donatio cum qualitate, ut duret us- 74
que ad ejus vitam, censeatur ista qualitas repetita in substi-
tuto? Resp.negativè; unde respectu substituti donatio erit
perpetua, non temporalis, cùm sint diversæ donationes,
& diversæ personæ, & non adsit uniformitas unius cum
alia, prout esse debet ad hoc, ut sit locus repetitioni, juxta
doctri-

*doctrinam Bart. in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, column.
2. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 158. nu. 2. lib. 6. Ruin. consil. 176. nu.
5. lib. 2. Socin. Jun. consil. 143. per tot. lib. 3. Bero. consil. 121. per tot.
lib. 2. Gratian. discept. forens. c. 554. nu. 13.*

75 Decimoseptimò in renunciatione juris quærendi non est
necessaria insinuatio, putà si quis renunciaverit fideicom-
missum conditionale: talis enim renunciatio non est dona-
tio, sed potiùs omissio lucrandi, cum obviet principio ac-
quisitionis, *l. si sponsus, in fin. ff. de Donat. int. vir. et ux.* ubi
76 si maritus institutus repudiaverit hæreditatem animo donan-
di uxori, quæ sibi fortè erat, substituta, repudiatio, seu
donatio valet quia non dicitur maritus pauperior fieri, qui
non acquirit, sed qui de suo patrimonio diminuit, *ut decla-
rat Mant. de T ac. et ambig. convent. lib. 21. tit. 4. num. 57. et seq.
latè Rot. decis. 292. nu. 23. & seq. p. 6. Recent.* ubi etiam, quod læ-
77 sio considerari non potest in renunciatione juris quærendi
ex fideicommisso conditionali, *& dec. 320. ead. p. 6.* ubi ad-
ditur, quod hæreditas jam delata sine solemnitatibus repu-
diari potest: quia qui repudiat hæreditatem, vel legatum,
78 fingitur nunquam habuisse, *ut rectè advertit Rot. decis. 323.
num. 31. & seq. d. p. 6.* Secus esset quando renunciatio tollit jus
79 confirmatum, & perfectè quæsitum: quia tunc si est gra-
tuita, est quædam species donationis, *l. si quis delegaverit,
ff de Novat. Rot. d. dec. 320. ead. p. 6. in Recent.* & in hoc casu lex
non fingit, renunciantem nunquam habuisse jus renuncia-
tum, prout fingit, repudiantem nunquam habuisse hære-
ditatem, vel legatum repudiatum: & ideò in tali renuncia-
tione necessaria est insinuatio, *latè Rot. decis. 323. par. 6. in
80 Recent.* ubi etiam, quod requiritur insinuatio in renuncia-
tione juris futuri ex causa de præsenti.

81 An verò jus futurum, seu conditionale, vel in diem re-
nunciari possit? Resp. quod regulariter talis renunciatio
non valet, quia id non pertinet ad renunciantem, antequam
conditio existat, vel dies veniat, *l. si ita scriptum §. si sub
conditione, ff. de l. 2.* nisi talis renunciatio facta fuerit cum
82 juramento, vel parte, seu hærede præsente, vel Notario,
seu altero pro eodem hærede recipiente, & acceptante, vel
etiam in judicio in pręsentia Judicis similiter acceptantis no-
mine absentis, seu cujuscumque interesse habentis: his enim
casibus talis renunciatio valet, *ut latè probat Peregr. de fidei-
com. art. 52. nu. 11. Rot. d. decis. 320. nu. 1. & seq. & dec. 323. n. 41.
& seq. p. 6. Recent.*

83 Decimo octavò neque requiritur insinuatio in transactio-
ne, *Bal. cons. 265. n. 4. vol. 1. Put. dec. 224. circa fin. vers. tamen ad-
verte, lib. 1. in correct. Rot. coram Burat. decisio 640.*

84 Notandum 5. quod dans de nullitate donationis, ex defe-
ctu insinuationis, tenetur probare, insinuationem non in-
tervenisse, *Rota decis. 294. num. 1. & seq. p. 4. tom. 2. in Recent.*
quemadmodum tenetur probare: quod res donata excesse-
rit summam 500. solidorum de tempore factæ donationis, *l.
sancimus, § alias verò, C. de donat.*

85 Notandum 6. quod donatio non dicitur perfecta, si donans
suspenderit dispositionem in tempus futurum confectionis
instrumenti, *Dec. Cons. 11. nu. 1. Aret. cons. 159. nu. 10. cum seq.
& cons. 128. in fin. Gabr. lib. 3. tit. de Pact. & conven. concl. 3. quos
refert, & sequitur Grat. discep. for. c. 899. num. 13.* subdens *n. 14.*
86 quod si partes convenerint ut de conventione, seu contractu
jam firmato, & perfecto fiat instrumentum, tunc scriptura
non perficeret contractum, sed erit ante scripturam perfe-
ctus: quia tale instrumentum ad solam probationem requi-
ritur: Unde licèt instrumentum non sit factum, non prop-
tereà licebit contrahentibus a conventione recedere, *The-
saur. dec. 197. num. 7.*

87 Notandum 7. quod donatio conditionalis, pendente con-
ditione, non potest revocari, etiamsi conditio esset suspen-
siva, *Rot. dec. 174. n. 7. & seq. p. 6. in Recent.* ubi *nu. 23.* addit, quod
hujusmodi donatio conditionalis, postquam fuit purificata
conditio, retrotrahitur ad diem stipulationis contractus.

S V M M A R I V M.

1 *Inspicitur tempus factæ alienationis, cùm quæritur, an melior sit conditio Ecclesiæ alienantis, & quid in fideicommissis, nu. 4.*
2 *Si res data Ecclesiæ post permutationem sit facta deterior, vel si res ab Ecclesia tradita melior sit effecta, permutatio rescindi non potest.*
3 *Futuræ calamitates non evertunt contractum jam factum.*
4 *An bona fideicommisso subjecta possint permutari in alias res utiliores, & magis commodas non obstante prohibitione Testatoris.*
5 *An Ecclesia restituatur, si casualiter damnum contingit post contractum, & quid in minore, ibid.*
6 *Quid si contractus fuerit nullus, & postea sequatur ratihabitio.*
7 *Permutatio facta ab Ecclesia cum privato non valet, nisi sit utilis Ecclesiæ.*
8 *Quid si permutatio fiat cum Principe.*
9 *Quando res unius Ecclesiæ permutatur cum bonis alterius Ecclesiæ requiritur, quod permutatio fiat cum utriusque Ecclesiæ utilitate.*
10 *Assensus Papæ supplet defectum solemnitatum, quæ in alienatione rerum Ecclesiæ exiguntur.*
11 *Et an suppleat defectum causæ.*
12 *Permutatio damnosa Ecclesiæ potest non obstantibus solemnitatibus adhibitis revocari, ac rescindi per beneficium restitutionis, & tunc res cum fructibus debet Ecclesiæ restitui.*
13 *An is, qui adhibitis debitis solemnitatibus emit rem Ecclesiæ, teneatur probare pretium fuisse versum in ejusdem Ecclesiæ utilitatem.*
An contrahens cum minore teneatur probare versionem, ibidem.
14 *Census factus per Ecclesiam ad septem pro extinguendo censu ad octo, vel decem, non dicitur ex causa necessaria.*
15 *An probari debeat versio, si conventum fuerit, quod debitor census in casu extinctionis teneatur pecunias convertere in emptionem bonorum stabilium, seu alterius census.*
16 *Quando debitor per solutionem minimè liberetur.*
17 *An, & quando in mutuo probari debeat versio.*

C A P U T XXXV.

Quodnam tempus inspiciatur, cum quæritur, an melior sit conditio Ecclesiæ alienantis.

RESp. quod inspicitur tempus factę alienationis, seu per- 1
mutationis, *c. cum causa, & ibi gl. in ver. tempore de Te-
stibus.* Unde si res data Ecclesię post permutationem sit fa- 2
cta deterior, vel si res ab Ecclesia tradita melior sit effecta,
permutatio rescindi non potest, *Cald. cons. 5. de rer. permut.
Mant. de T ac. et ambig. convent. lib. 3. tit. 15. nu. 23. et seq. et lib.
25. tit. 6. nu. 61. Surd. de Alim. tit. 7. q. 34. nu. 6. et tit. 8. privil. 56.
num. 78. Grat. discept. for. c. 45. nu. 8 et 13.* nam futurę calamita-
tes non evertunt contractum jam factum, *Peregr. de fidei- 3
commiss. art. 40 num. 32.* ubi etiam notat, quod majoris utili-
tatis ratio, ex qua bona fideicommisso subjecta possunt per- 4
mutari, seu converti in alias res utiliores, vel magis com-
modas non obstante prohibitione testatoris, inspicitur simi-
liter de tempore contractus, *ut observat etiam Cancer. var.
lib. 3. c. 12. nu. 208.* nec restituitur Ecclesia, si casualiter dam- 5
num contingit post contractum, quando contractus potest
esse utilis, & damnosus a principio, ut de minore tradunt
*Castr. Alex. Jas. Dec. & alii in l. de fideicommisso, C. de transact.
Natt. cons. 181. nu. 9. quos refert, & sequitur Surd. in d. tract. de
Alim. tit. 9. q. 11. n. 10. & seq.*

Prędicta tamen intelligenda sunt, quando contractus 6
fuit a principio validus: nam si fuerit nullus, & postea se-
quatur ratihabitio, novus contractus intelligitur: & ideò
tempus ratihabitionis, quo solemnitas adhiberi debet, in-
spiciendum est, *ut subdit Mantica loco cit. d. lib. 25. tit. 6. nu. 61.
Grat. discep. for. c. 416. nu. 12.*

Notandum est autem, quod licèt permutatio facta ab Ec- 7
clesia cum privato non valet, nisi sit utilis Ecclesię, *cap. ut
super, in fin. de Reb. Eccles. non alienan. cap. cum Apostolica,
vers. è contrario, de his quæ fiunt à Prælat.* tamen si permu- 8
tatio fiat cum principe, non requiritur, quod melior sit Ec-
clesię conditio, sed sufficit, quod sit par, *juxta auth. sed
& permutare, C. de Sacros. Eccles. c. 1. de Rer. permut.* quia si
requireretur Ecclesię utilitas, nullum esset Principis privi-
legium. *Abb. in d. c. 1. n. 2. 4. & 5. de Rer. permut. Host. in summ.
de Rer. permut. in §. quis possit permutare. Mantic. d. lib. 25. tit.
6. nu. 63. et seq.*

Notandum 2. quod quando res unius Ecclesię permuta- 9
tur cum bonis alterius Ecclesię, requiritur, quod illa per-
mutatio fiat cum utriusque Ecclesię utilitate, alioquin una
contra alteram restitueretur, *auth. item sibi invicem, C. de
Sacros. Eccles. § hoc verò, in Auth. de alien. et empyt. Vulp. in
Prax. for. Eccles. c. 6. nu. 15.* ubi dicit, validam tunc esse per-
mutationem, si pro utriusque Ecclesię commoditate fiat.

Notandum 3. quod etsi auctoritas, sive assensus Papę 10
suppleat defectum solemnitatum, quę in alienatione rerum
Ecclesię exiguntur, *ut d. Vulp. in Prax. d. c. 6. num. 9. & alii
communiter:* tamen supplet defectum causę; & ideò si per- 11
muta-

mutatio facta sit in casu non permisso, quamvis solemnitas fuerit adhibita, non subsisteret, *Gem. in cons.48. Mantic. loco cit.d.lib.25.tit.6.num.68. Grammat.dec.79. Ric. in collect. decisio.46.part.1.Guid.Pap.decisio.159.& ibi Ad.* ubi, quod si
12 alienatio, vel permutatio est damnosa Ecclesiæ, potest non obstantibus solemnitatibus adhibitis revocari, ac rescindi per beneficium restitutionis, & tunc res cum fructibus debet Ecclesiæ restitui, *idem Mant.d.lib.25.tit.6.num.68.in fin. ubi refert, ita fuisse resolutum in Rot. in Pisanen. liquidationis fructuum die* 15.*Octobr.*1571. *coram Orad.*

13 Quæres, an is, qui adhibitis debitis solemnitatibus emit rem Ecclesiæ, teneatur probare, pretium fuisse versum in ejusdem Ecclesiæ utilitatem? Negativè respondet *Ciriac. contr.219.num.39.Corn.cons.71.nu.6. & cons.72. nu.9.lib.3.Soc. cons.15 num.22.lib.1.Natt.cons.631. nu.5.lib.3. Rim.Jun.cons.5. num.76. Menoch.lib.3. præsump.84. num.3. et seq. & alii apud Ciarlin.contr.for.lib.2.c.196. num.16. & seq.* ubi dicit, quod contrahens cum minore tenetur probare versionem, quando contractus factus à minore est nullus: non autem quando contractus est validus. Sed alii rectiùs distinguunt, aut enim alienatio rei Ecclesiæ, vel minoris fit ex causa necessaria, putà pro solvendo ære alieno, & tunc emptor tenetur probare versionem; aut alienatio fit ex causa non necessaria, sed voluntaria propter utilitatem Ecclesiæ, vel minoris, & in tali casu emptor non tenetur probare versionem: quam distinctionem sequuta fuit *Rot. in Rom. census* 23. *Januarii* 1591. *coram Bubalo, & in alia Rom. censuum de Romulis* 18. *Junii* 1599. *coram Penia, ut refert Grat. qui etiam de communi testatur, discept.for.c.45.num.34. & seq.* ubi etiam dicit,
14 quod census factus per Ecclesiam ad septem pro extinguendo censu ad octo, vel decem, non dicitur ex causa necessaria.

15 Item probari debet versio stante pacto, putà si conventum fuerit, quod debitor census in casu extinctionis teneatur pecunias convertere in emptionem bonorum stabilium, aut alterius census: unde si debitor pecunias restitutas convertere non curaverit in hujusmodi causam, per talem solutio-
16 nem minimè liberatur, sed adhuc ad solvendos fructus census teneretur propter nullitatem extinctionis, *Dec.in l. Civitas in fin. ff.si cert.pet.Alex.cons.4. in fin.lib.3.Surd.cons.* 181. *nu.*11.*&* 12.*lib* 2. *& alii apud Grat.d.c.45.nu.2. & seq.*

17 Similiter probari debet versio in mutuo: nam si creditor, qui mutuo dedit pecuniam, non probaverit, eam in ipsius Ecclesiæ utilitatem fuisse conversam, proculdubio succumbet, *arg.d.l.Civitas, ff.de reb.cred.* ubi ex mutuo dato administratori Civitatis, convenitur Civitas, si est in utilitatem ejus conversum, aliàs ipse administrator: & in Ecclesia *est textus in c.1. ubi ita tenent omnes, extr.de Depos.* quod quidem procedit, quando creditor agere vellet ad pecuniam mutuatam, tunc enim ex eo tenetur probare versionem; secus si creditor non agat ad pecuniam, sed Ecclesia ad revocationem rei alienatæ, volens ex hoc capite revocare, quia quod ille solvit, non fuit versum in utilitatem ipsius Ecclesiæ: hoc enim casu tenebitur Ecclesia id probare, *l.ei incumbit, ff.de Probat.& ita declarat. Socin. in consil.15.numer.26. vers.sextò probatur, volum.1. quem refert, & seq. Masc.de Probat.conclus.1160.nu.36.vol.3.*

SUMMARIUM.

1 *Quando quis nomen debitoris cessit sub conditione, & ea pendente debitor effectus est non solvendo, periculum contingens post cessionem spectat ad cedentem.*
2 *Quid si tale nomen redderetur minus idoneum ex facto ipsius cedentis.*
3 *Et quid si cedens promittat, nomen cessum semper vel omni tempore futurum bonum, & exigibile.*
4 *Et quid si quis promiserit, nomen debitoris verum, & bonum manutenere.*
5 *Qui affirmat, aliquem esse idoneum, habetur loco fidejussoris.*
6 *Quando creditori datur facultas exigendi contra debitorem principalis debitoris, periculum spectat etiam ad cedentem: declaratur nu.7. & 8.*
7 *Cessio in dubio præsumitur simplex, & facta causa solutionis.*
Quando inducatur novatio, & delegatio, ibid.
Delegans tenetur solum ostendere, debitorem delegatum fuisse verè, & efficaciter debitorem delegantis, non autem tenetur eum præstare locupletem, & solvendo, ibid.
8 *Si deterioratio nominis cessi provenerit propter culpam, seu negligentiam cessionarii, tunc periculum spectaret ad ipsum Cessionarium.*
9 *Ut Cessionarius regressum habeat contra cedentem, requiritur excussio nominis debitoris cessi, ac sententia Judicis declarantis, debitorem cessum fuisse excussum.*
10 *An, & quando cedens nomen debitoris, possit eumdem debitorem convenire, & ab eo exigere.*
11 *Quando cedens nomen debitoris simpliciter promittit, illud esse bonum, seu exigibile, si post cessionem sequatur deterioratio, ad Cessionarium periculum spectat.*
12 *Qualitas adjecta verbo, debet intelligi secundùm tempus verbi.*
13 *Periculum rei venditæ non pertinet ad venditorem, nisi de tempore venditionis.*
14 *Quid si creditum fuit cessum tale, quale &c.*
15 *Et quid si nomen debitoris simpliciter venditur, aut datur in solutum.*
16 *An decoctio Campsoris, qui recepit ordinem solvendi, cedat damno creditoris, & nu.17.*
17 *Quid requiratur ad inducendam delegationem debitoris, & num.18.*
19 *Pactum nudum de jure Canonico producit actionem.*

CAPUT XXXVI.

Quando periculum nominis debitoris cessi contingens post cessionem spectet ad Cedentem, & quando ad Cessionarium.

PLures in hac quæstione casus distinguunt Doctores; Pri- 1
mus est, quando quis nomen cessit sub conditione, & ea pendente debitor effectus est non solvendo: tunc periculum spectat ad cedentem, *Felician.de Censib.tom.2. lib.2.c.1.n.16. quem refert, & sequitur Cenc.de Censib. in Additio. ad part.2.*
capitul.2.quæstion.2.art.6. ubi etiam dicit, quod periculum 2
spectat ad Cedentem, quando tale nomen redderetur minus idoneum ex facto ipsius Cedentis.

Secundus casus est, quando cedens, vel vendens promit- 3
tit, nomen cessum semper, vel omni tempore futurum bonum, & exigibile: quia tunc etiam periculum contingens post cessionem, seu venditionem spectat ad cedentem; & ideò cedens, seu vendens tenetur illud quandocumque præstare idoneum, & exigibile, factis tamen diligentiis per cessionarium contra dictum nomen debitoris, *Barz. dec.*110. *nu.22. Eugen.cons.73.nu.9. & seq.lib.1. Menoch. cons.778.nu.3. & 4.lib.8. & alii apud Cenc.loco cit.nu.65.& 71.*

Idem dicendum, si quis promiserit annuum redditum, 4
vel nomen debitoris verum & bonum manutenere: quia tenetur illud præstare exigibile futuris temporibus, *Gratian. disceptat.forens.cap.527.n.53.* ubi addit, quod is, qui affirmat, aliquem esse idoneum, habetur loco fidejussoris, *Duran.dec.* 404.*n.8. & 9. Merlin.de Pignor.lib.5.q.21.nu.71.*

Tertius casus est, quando creditori fuit data facultas exi- 6
gendi contra debitorem principalis debitoris: tunc enim periculum spectat etiam ad cedentem; *Rot.decis.9. apud Cenc. post Addit.Merlin.de Pignor.lib.5.q.5.nu.4. & seq. Duran.dec. 99.num.2. et seq. & dec.266.num.16. &* 17. ubi dicit, quod hæc cessio non habetur loco solutionis, & satisfactionis, sed solùm importat simplex mandatum ita, ut nullo modo sequatur liberatio ante factam solutionem, *l.3.in prin.C.de Novat. & ita etiam sensit. Aret.in §.præterea, nu.7.Inst. Quib. mod. toll.oblig. Altogr.cons.37. num.24. et seq.* ubi, quod cedens in tali casu tenetur præstare, debitorem, cujus nomen cessit, fuisse locupletem, & solvendo: quia hæc cessio habet hanc tacitam conditionem, ut creditor cessionarius habeat regressum contra cedentem, si a debitore cesso non potuerit summam debitam consequi.

Hæc tamen conclusio procedit, quando fit traditio ce- 7
dulæ contra debitorem absentem cum prædicta facultate exigendi, *ut d.Altogr.ibid.nu.24. et seq. Merlin. de Pign.lib.5.d.q. 5.nu.6.Duran.d.dec.266. nu.16. et* 17. subdens *num.*18. quod cessio in dubio præsumitur simplex, & facta causa solutionis; secus esset, si creditori acceptanti præsente, ac consentiente debitore cesso fit traditio cedulæ, cum expressa facultate exigendi: quia tunc inducitur novatio, & delegatio: & hæc cessio habetur eo ipso, loco solutionis, ita, ut ex tunc debitor cedens liberetur, cùm creditor nominis cessioni consensit, *ut d. Merl.loc.c.nu.5. Altog.d.cons.37. num.22.ver. moveor, &c. et num.23.et 27.* ubi addit, quod delegans tenetur solùm ostendere, debitorem delegatum fuisse verè & efficaciter debitorem delegantis; non autem tenetur eum præstare locupletem, & solvendo, *Durand.d. decis.266.nu. 17.vers.Alia verò &c.Greg.decisio.217.nu.3.* unde periculum nominis post concessionem contingens in tali casu ad Cessionarium pertinet, *Altograd. ubi supra nu.28.*

Item supradicta conclusio locum habet, si hujusmodi 8
ces-

cessionarius diligentiam adhibuerit pro exactione talis nominis debitoris, ejusque statim excussionem fecerit, tunc enim periculum, seu deterioratio nominis spectat ad cedentem; secus si periculum, seu deterioratio provenerit propter culpam, seu negligentiam cessionarii, ut quia debitor initio erat solvendo: quia tunc periculum spectaret ad Cessionarium, *Scac. de Comm. & Camb. §. 2. gl. 5. num. 253. & seq.*
9 ubi etiam dicit, quod ut Cessionarius regressum habeat contra cedentem, requiritur excussio nominis debitoris cessi tàm in bonis, quàm in persona, ac sententia Judicis declarantis, debitorem cessum fuisse excussum, & repertum non solvendo *ut sensit etiam Ruin. cons. 44. num. 6. et seq. lib. 1. Menoch. d. cons. 778. num. 4. Bec. cons. 105. num. 25. vers. hoc idem li. 1. & alii apud Altogr. d. cons. 37. num. 28. & seq.*

10 Notandum est etiam, quod licèt debitor cesserit suo creditori nomen debitoris, potest tamen debitorem cessum convenire, & ab eo exigere, antequam creditor litem contestatus fuerit, vel aliquid ex debito acceperit, vel debitori cesso denuntiaverit, ne solveret cedenti, *l. 3. ubi DD. C. de Novat.* quod quidem procedit, quando cessio est facta ad commodum cedentis, & ejus periculo; tunc enim debitor cedens agere potest non obstante exceptione cessionis; secus si cessio facta fuit ad commodum cessionarii, & ejus periculo; quia in tali casu agere non potest cedens, eique obstat exceptio cessionis alteri factæ, *ut rectè declarat Osasch. dec. 62. num. 1. Scac. d. §. 2. gl. 5. num. 264. et seq.*

11 Quartus casus est, quando cedens, aut vendens nomen debitoris simpliciter promittit, illud esse bonum, seu idoneum, seu exigibile: & tunc si post cessionem, vel venditionem, contingat deterioratio, non ad cedentem vel venditorem, [illegible] ad cessionarium, & emptorem periculum spectat: nam idoneitas, & exigibilitas nominis cessi est consideranda de tempore venditionis, & cessionis: & propterea promissio venditoris, & cedentis debet restringi ad tempus
12 cessionis, & venditionis, tum quia qualitas adjecta verbo debet intelligi secundùm tempus verbi, *l. in delictis, §. si damnum extraneus, ff. de Noxal. act.* tum etiam quia peri-
13 culum rei venditæ non pertinet ad venditorem, nisi de tempore venditionis, *l. si vina. in prin. ff. de Peric. et com. rei vend. & ita tenet Bec. d. cons. 105. num. 19. et 25. Ruin. cons. 45. num. 4. & 5. lib. 5. Bozzad. cons. 38. num. 11. Dec. cons. 99. num. 4. Garz. d. dec. 110. num. 12. & alii apud Cenc. de Censib. d. p. 2. c. 2. q. 2. ar. 6. num. 60. et seq. Merl. de Pign. lib. 5. q. 21. nu. 69.* Unde si emptor fuit in mora exigendi, & debitor post venditionem lapsus est facultatibus, talis deterioratio cedere debet damno ipsius emptoris, *Mantic. de Tacit. & ambig. convention. lib. 4. titul. 13. num. 8. & alii communiter.*

14 Quintus casus est, quando ab initio fuit cessum creditum tale, quale, &c. & Cessionarius etiam tale, quale, acceptavit; tunc cedens non tenetur creditum cessum præstare exigibile post tempus cessionis, *Ut post. Paul. de Castr. in l. pupilli debitor, §. soror, ff. de solut. dixit Rot. coram Penia dec. 663. num. 4. ubi ita intelligit textum in d. l. pupilli debitor §. Soror.*

15 Sextus casus est, quando nomen debitoris, simpliciter venditur, aut datur in solutum, nam tunc etiam periculum dicti nominis contingens post cessionem spectat ad cessionarium, non autem ad cedentem, *Rot. d. dec. 9. nu. 5. et seq. apud Cenc. ut supra*, ubi etiam, quod ex tali datione in solutum cum acceptatione creditoris, debitor liberatur, *de quo vide Duran. d. dec. 266. num. 17. vers. Alii verò.*

16 Quæres, an decoctio campsoris, cui debitor dedit ordinem, ut solveret creditori, cedat damno creditoris, vel debitoris? Resp. quod cedit damno ipsius debitoris, etiamsi ordo à creditore præsentatus fuerit, & à campsore acceptatus: quia non propterea censetur inducta liberatio principalis debitoris, nisi sequuta fuerit solutio, *l. si litterarum, ubi Bal. C. de solut. Rot. in Bonon. pecuniaria 13. Januarii 1581. Card. Lancellotto, et in Romana pecuniaria 24. Novembris 1595. coram Card. Millino, quæ in impressis est decisio 136. ubi aliæ decisiones allegantur.*

17 Limita, quando fuit facta delegatio, quia tunc debitor liberatur, *gl. in l. quamvis, §. si mulier, 2. ubi Castren. ff. ad Vellejan. Dec. in l. singularia, num. 27. ff. si cert. pet. latè Gabr. lib. 3. de Novat. concl. 1. num. 20. et seq. Greg. decis. 117. num. 3.* ubi dicit, quod ad inducendam delegationem requiritur, quod delegans sit creditor nominis debitoris delegati, & quod mandet dicto debitori delegato, ut tanquam suus debitor se obliget ad favorem sui creditoris: item quod sequatur talis obligatio, & acceptatio dictæ obligationis; his enim, vel aliquo eorum deficientibus non fit delegatio, & consequenter liberatio delegantis non inducitur, *Mascard. de Probat. vol. 2. concl. 1107. nu. 5. Marescot. var. lib. 2. c. 11. num. 3. & seq.* ubi *num. 5.* addit, quod cessante hujusmodi delegatione, creditor, qui litteras præsentavit campsori, non tenetur de negligentia, nec potest ei imputari aliqua mora, *& ita sensit Rot. apud Pacif. de Salu. interd. dec. 50.*

Addit *Ferret. cons. 129. nu. 5. lib. 1. quem refert, & sequitur* 18
Gennens. in tract. de Eccles. q. 765. quod licèt de jure civili, ut delegatio debitoris inducat novationem, requiratur stipulatio, non tamen ea requiritur de jure canonico, *arg. textus in c. 1. extr. de Pact.* ubi pactum nudum producit actionem. 19

S U M M A R I U M.

1 *Alimenta, quæ debentur jure actionis, peti possunt pro tempore præterito: limitatur num. 3.*
2 *Alimenta censentur relicta, quando aliquid legatur pro necessitatibus.*
3 *Alimenta peti non possunt pro tempore præterito, quando debentur Judicis officio ex dispositione juris, vel statuti.*
4 *Officium Judicis datur, quandocumque suggerit æquitas.*
5 *Filius, qui de suis operis, vel aliunde se aluit, non potest alimenta a Patre repetere: limitatur nu. 11.*
6 *Alimenta, quæ officio Judicis petuntur, non debentur, nisi in subsidium.*
7 *Si uxor soluto matrimonio intrà annum restituendæ dotis habuit alimenta ab alio, quàm ab hæredibus viri, non poterit a dictis hæredibus aliquid petere pro alimentis: limitatur num. 0.*
8 *An, & quando petere possit ab Episcopo alimenta is, qui sine titulo ordinatus fuit, & num. 9.*
10 *An mulier, quæ à marito discessit sine causa, possit repetere alimenta præteriti temporis.*
11 *An filius, qui mutuas pecunias accepit, ut se aleret, agere possit contra Patrem pro alimentis præteritis.*
Et quid si filius, Patre agente, alteri se obligaverit, ibidem.
Et an mutuans possit Patrem convenire, ibid.
12 *Quando alimenta debentur non solo jure sanguinis, sed etiam contemplatione alterius rei, peti possunt etiam pro tempore præterito.*
13 *Pater duplici jure tenetur filium, Nurum, & Nepotes alere, videlicet jure sanguinis, & etiam propter dotem à Nuru acceptam.*
14 *Quando alimenta petuntur officio Judicis, non ex dispositione legis, sed ex dispositione hominis, tunc datur exactio pro tempore præterito.*
15 *An pro legato detur officium Judicis.*

C A P U T XXXVII.

An, & quando alimenta peti possint pro tempore præterito.

DIco 1. quod quando alimenta debentur jure actionis, 1
ut quia fuerunt promissa, vel legata in testamento, tunc peti possunt pro tempore præterito, *l. libertis, quos, §. 1. ubi Doctores, ff. de alim. & cib. leg. Affl. dec. 10. num. 4. latè Surd. de alim. tit. 5. q. 1. num. 40. & seq.* ubi etiam dicit, quod 2
alimenta videntur relicta, quando aliquid legatur pro necessitatibus.

Dico 2. quod alimenta peti non possunt pro tempore præ- 3
terito, quando debentur Judicis officio ex dispositione juris, vel statuti, *Bart. communiter receptus in d. l. liberis, quos, §. 1. num. 3. Alex. in l. de alimentis, ubi etiam Dec. num. 5. C. de Transact. Thesaur. dec. 44. num. 1. vers. pro negativa*, ubi dicit, quod pro alimentis futuris, non pro præteritis Judex officium suum impartitur, *latè Surd. d. q. 1. num. 43. & seq.* ubi 4
addit, quod officium Judicis datur, quandocunque suggerit æquitas, *juxta l. planè, & l. fin. ff. de Pet. hæred. l. Quintus Mutius, §. Pomponius, ff. de Ann. leg.*

Hinc infertur, quod si filius se aluit de suis operis, vel de 5
rebus sibi donatis, non potest repetere; quia tunc potest petere alimenta a Patre, quando non habet, unde se alat, *Bart. loco cit. num. 3. per text. in l. si quis a liberis, §. si vel parens, ff. de liber. agnosc. & ita etiam sensit Dec. in d. l. de alimentis, num. 5.* ubi dicit, quod alimenta, quæ officio Judicis 6
petuntur, non debentur nisi in subsidium, quando quis aliunde alimenta habere non potest.

Idem dicendum, si uxor soluto matrimonio intrà an- 7
num restituendæ dotis habuit alimenta ab alio, quàm ab hæredibus viri: tunc enim non poterit aliquid petere a dictis hæredibus pro alimentis, quia non debet ali ab eis, nisi quando

do non habet aliunde, *ut post Paul. de Castr. in l. divortio, ff. sol. matr. scripsit Alex. in d. l. de Alimentis, C. de Transact.* quia hæc alimenta debentur ex dispositione legis, *Dec. loco cit. nu. 6. Surd. d. q. 1. num. 43.* ubi dicit, quod neque poterit
8 ab Episcopo præterita alimenta petere is, qui sine titulo ordinatus fuit, si ex arte, vel operis, vel aliter se aluit: quia similiter Episcopus non tenetur eum alere, nisi quando non habet unde se alere possit, *juxta c. cùm secundum, juncta gl. in ver. successores de Præb.*
9 Limita, quando mulier interpellavit hæredes viri ad præstanda alimenta, & in defectum alimentorum non præstitorum æs alienum contraxit: quia in tali casu poterit petere alimenta pro tempore præterito, *secundum Alex. loco citat. Capic. decis. 24. num. 9. Thesaur. d. decis. 44. num. 1. in fin.* quemadmodum Clericus ordinatus sine titulo petere potest ab Episcopo ordinante alimenta præteriti temporis, si ipse alteri se obligavit, eo quòd Episcopus fuit in mora solvendi, *ut dicit Dec. in c. Episcopus, in fin. de Præb.*

Alii tamen verius sentiunt, satis esse quoad hoc interpellationem, licèt æs alienum mulier minimè contraxerit: cùm in tali casu alimenta Viduæ debeantur non tantùm ex charitate, & Judicis officio, sed etiam ob non restitutam dotem, *ita Decian. in d. l. de alimentis num. 6. Cancer. variar. lib. 1. capit. 16. num. 36. Surd. loco cit. num. 69.*
10 Ita etiam, licèt mulier, quæ à marito discessit sine causa, non possit repetere alimenta præteriti temporis: secus tamen esset si uxor vult redire, & maritus recusat eam admittere, *gl. in cap. significasti, de Divor. Spec. in tit. de Sponsal. & matrimon. §. postremò, num. 4. ubi etiam Jo: Andr. in addit. lit. C. quicquid in contrarium sentiat Surd. de Alim. tit. 6. quæst. 10. num. 6.*
11 Idemque dicendum, si filius mutuas pecunias accepit, ut se aleret: quia tunc non solùm mutuans convenire potest patrem, *ut voluit Bart. in d. l. libertis, quos §. 1. num. 3. ff. de Alim. & cibar. legat. per l. fin. ff. de in rem verso*, sed poterit etiam agere filius contra Patrem, qui fuit in mora, *secundum Surd. d. tit. 5. q. 1. num. 52. & seq.* nisi Patre agente, filius alteri se obligaverit, quia tunc non cogitur pater eidem præteriti temporis alimenta solvere, etiam si ad pinguiorem fortunam posteà perveniat: quia cùm pater ob paupertatem excusetur à principio, non obligatur ex post facto, *latè Surd. d. tit. 5. q. 1. nu. 43. & 60. cum seq. ubi citat Ascan. in tr. de Patr. potest. effect. 17. num. 24.*
12 Dico 3. quod quando alimenta debentur non solo jure sanguinis, sed etiam contemplatione alterius rei, putà dotis, tunc etiam pro præterito tempore peti possunt, *Bart. in d. l. libertis quos, §. 1. in fin. Bero. cons. 52. num. 18. vol. 2. quem refert, & sequitur Surd. d. tit. 5. q. 1. nu. 67.* ubi dicit, quod pa-
13 ter duplici jure tenetur filium, nurum, & nepotes alere, videlicet jure sanguinis, & etiam propter dotem a Nuru acceptam.
14 Dico 4. quod ubi alimenta petuntur officio Judicis, non ex dispositione legis, sed ex dispositione hominis, tunc etiam datur exactio pro tempore præterito, *Dec. in d. l. de*
15 *alimentis num. 5. C. de Transact. Surd. d. tit. 5. quæst. 1. in fin.* ubi etiam dicit, quod ferè semper datur officium Judicis pro legato.

S U M M A R I U M.

1 *Quando conductor casu fortuito impeditur frui re locata, remissio pensionis fit pro rata temporis, quo impedimentum duravit: declaratur nu. 11. limitatur n. 12. & 21.*
2 *Quid si pensio jam fuit soluta.*
3 *Quando remissio facienda est ob causam sterilitatis, intelligitur pro rata contingentis sterilitatis.*
4 *Locator tenetur factum successivum præstare, ut conductor possit uti, & frui re locata.*
5 *Potest conductor renuntiare locationi, & remissionem mercedis petere, si prohibetur uti re conducta.*
Et an ad hoc requiratur damnum intolerabile, ibidem.
6 *Et an requiratur damnum intolerabile, quando propter sterilitatem petitur remissio mercedis.*
7 *Quodnam dicatur damnum intolerabile.*
8 *Qualiter fieri debeat remissio, quando nihil superest deductis impensis.*
Et an fieri debeat remissio, si id, quod fuit perceptum, ascendit ad dimidiam, ibid.
9 *Remissio facta propter sterilitatem, ex sequenti ubertate rescindi debet.*
10 *Qualiter probetur ubertas.*
Quando pensio propter ubertatem augenda sit, ibid.
11 *Colonus partiarius remissionem petere nequit.*
12 *Conductori, qui renunciavit casibus fortuitis, non est facienda remissio pensionis.*
13 *An talis renunciatio comprehendat casus insolitos.*
14 *Quid si conductor susceperit in se periculum, vel risigum.*
Et quid si in se susceperit etiam fortunam, ibidem.
15 *Et quid si prius ex natura contractus teneretur de levi, vel levissima culpa.*
16 *Conductor, qui generaliter renuntiavit casibus fortuitis, non excusatur a solutione pensionis propter sterilitatem.*
17 *Conductor renuncians casibus fortuitis, non censetur illis renuntiasse, qui contingunt ex facto locatoris.*
Quid si usus rei impediatur a tertio in odium locatoris, ibidem.
18 *Quando totius anni utilitas consistit in certa anni parte, impeditus pro illo tempore consequitur remissionem pensionis pro toto anno.*
19 *Nulla debetur pensio, quando rei conductæ substantia deficeret.*
20 *An censuario fiat remissio mercedis in casu, ex quo impediatur a perceptione fructuum.*
21 *Non fit remissio mercedis, quando sterilitas culpa ipsius coloni evenit.*
Et an propter vetustatem vineæ fiat remissio, ibid.
Et quid si tempore penuriæ parva quantitas fructuum colligitur, sed cariori pretio venditur, ibid.
22 *Conductor ad obtinendam remissionem mercedis tenetur Domino denuntiare sterilitatem: limitatur n. 23.*
Et quid si lapso anno non fuerit per conductorem denunciatus casus sterilitatis, ibid.
24 *An, & quando emphyteutæ fieri debeat remissio ob sterilitatem, vel ob aliud damnum contingens, & nu. 26.*
25 *An emphyteuta invito Domino possit emphyteusi renuntiare.*
27 *Emphyteuta non solvens debitum canonem propter sterilitatem, vel bellorum calamitates, excusatur à caducitate.*
Et an possit Dominus directus emphyteutam deinde compellere ad integram solutionem. ibid.

C A P. XXXVIII.

Qualiter fiat remissio Pensionis, quando Conductor casu fortuito impeditur frui locata.

RESP. quod tunc fiet remissio pro rata temporis, quo im- 1
pedimentum duravit, *l. si nno, §. ubicumque, ff. locat. Caro. de locat. tit. de Remis. merced. q. 8. num. 101. & seq. & in tit. de casib. q. 7. num. 1. & seq. Gratian. disc. for. c. 916. num. 41. Surd. de Alim. tit. 1. qu. 33. num. 23. & dec. 326. num. 14. & seq.* ubi et- 2
iam dicit, quod si pensio jam fuerit soluta, restituenda est, *Menoch. de Arb. Jud. cas. 77. vers. quarta fuit opinio, &c. Barbos. in c. propter sterilitatem nu. 16. de locat.* ubi quod quando 3
remissio facienda est ob causam sterilitatis, intelligitur etiam pro rata contingentis sterilitatis; ratio est, quia locator non solùm tenetur rem locatam, & vacuam possessionem conductori tradere, sed factum etiam successivum præstare, ut 4
conductor possit uti, & frui rebus locatis, *l. ex conducto, §. si vis tempestatis, ff. locat.* & ideò æquum non est, ut pro eo tempore, quo Conductor re locata uti non potuit, pensionem solvat, *l. si fundus, ff. eod.* quin etiam potest Con- 5
ductor renuntiare locationi, & remissionem mercedis petere, si prohibetur uti rebus conductis, veluti si milites ei sint impedimento, ne in ædibus habitet, *Mant. de Tacit. & ambig. conven. lib. 5. titul. 8. num. 33. & seq.* ubi etiam, quod ad 6
hoc non requiritur, ut damnum sit intolerabile; dummodò non sit modicum; quamvis secus esset, quando propter sterilitatem petitur remissio mercedis: quia tunc requireretur damnum intolerabile, *jux. l. si merces, §. vis major, ff. locat. c. propter sterilitatem, ex eod. tit. Penia decis. 666. num. 1.* ubi etiam dicit, quod tale damnum probari debet per Conductorem, *Caroc. d. tit. de Remiss. merced. q. 8. num. 12.* subdens *n. 105.* quod statur arbitrio Judicis, qualis, & quanta de- 7
beat esse remissio propter sterilitatem, damnum verò intolerabile dicitur, quando universa locatione inspecta fructua percepti deductis impensis non sufficiunt ad persolvendam dimidiam partem pensionis, *Bald. in l. licèt, num. 11. C. locat. Menoch. de Arbitr. Jud. cas. 76. num. 4. & 5. Barb. in d. c. propter sterilitatem, num. 3. ubi citat. Surd. cons. 34. num. 7. Corn. cons. 128. vol. 2. Paris. cons. 38. vol. 1. Bero. cons. 143. num. 223. & 24. vol. 1. quib. adde Boss. in tit. de Remiss. merced. num. 2.* ubi, quod 8
quando nihil superest deductis impensis, in totum debet fieri remis-

remissio; si verò, id, quod fuit perceptum, ascendit ad dimidiam, & ultra nulla fit remissio, quia ad id requiritur læsio ultra dimidiam, *& ita tenuit Rot. coram Cocc.dec.*422. ubi etiam, quod in locatione ad plures annos pro damno passo circa fructus in uno anno, non fit remissio mercedis, sed habetur ratio anni sterilis cum anno fertili, & è contra *& coram Millin.dec.*363. ubi, quod ut sit locus remissioni affictus, non sufficit probatio damni in certo tempore, sed debet probari damnum pro toto tempore locationis, *Anton. Fab.in suo C.lib.4.tit.41.de locat. defin.3. quem refert, & commendat Fontanell.decis.Cathalon.*210.*num.*13. ubi dicit, quod non aliter mercedis remissionem Conductor petere potest, quàm si alioqui futurum sit, ut supra dimidiam conventæ mercedis partem jacturam sentiat, confusis scilicet omnium annorum fructibus, & pensionibus, si in plures annos locatio facta sit, ut si quid priorum ubertati defuit, sequentium fertilitate compensetur; neque enim tot locationes videri debent quot anni sunt, sed omnium annorum unica, & consequenter individua est locatio, licèt multas, distinctasque habeat præstationes, itaque non nisi finita locatione, omnibusque annis præteritis de mercedis remissione tractandum est, ita ille, *idem dic.Coc.dec.*11. *Capic. dec.*88.*numer.*1. *Gig.de Pension.q.*66.*Franc.Mar. dec.*208.*nu.*17. *& alii, quos refert Caroc.de locat.& conduct.tit. de Remission. merced.qu.*1. *ubi etiam de magis communi testatur Mantic.d.tit.*8. *nu.*35. *&*
9 40. *cum seq.* quod remissio facta propter sterilitatem, ex sequenti ubertate rescindi debet, *juxta tex. in l.si uno, ff.locat.* quia sterilitas cum ubertate sive præcedentis, sive subsequentis anni compensatur, *l.licèt, C.locat.d.c.propter sterilitatem, eod.tit.Theodos.Rub.in suis singular.tom.*2.*ver. conductio, Caroc. de locat.& conduct. tit. de Remiss.merced.q* 8.*num.*52. ubi dicit, quod etiam eodem anno fieri potest compensatio, putà si est sterilitas in grano, & è contra ubertas in uvis *Cyriac. contr.for.*296.*num.*19.*lib.*2. ubi dicit, quod ubertas probanda est ab eo, qui illam allegat, *Soc.Jun.cons.*68. *in fin.vol.*2. *Pinell.de rescind.vend.l.*2.*p.*1.*c.*3.*nu.*35.*Franc. Marc.dec.*210.*p.*2. *Caroc.de Loc.tit.de Remiss.merced q.*8.*num.*119.

10 Dicitur verò ubertas, quando computatis fructibus duorum annorum sterilis, scilicet, & fertilis, tantum fuerit collectum, quantum satis sit, ut integræ pensiones utriusque anni solvantur, & ulterius conductor percipiat omnes expensas, quas fecit, *secundum Mol. & alios apud Barbos. in d.c.propter sterilitatem, nu.*19. quamvis aliter sentiat *Boss. d.tit.de Remiss.merced.nu.*23. *Ciriac.d.contr.*296.*num.*20. ubi, quod ubertas non dicitur, nisi colligantur fructus saltem tertia parte majores, quam regulariter percipi consueverunt, & hæc est communis Doctorum sententia, *Caroc. de loc.tit. de remiss.merced.q.*8.*num.*46. ubi dicit, quod si colligitur aliquid plus, sed non multum, erit lucro conductoris, nec fiet compensatio: sicut nec fit remissio, si damnum non sit grave; *subdens ibid.nu.*119. quod si ubertas est excessiva, & ultra dimidiam, pensio augenda erit.

11 Hæc autem procedunt in colono, qui ad pecuniam numeratam conduxit; non autem in colono partiario: hic enim remissionem petere nequit, quia quasi jure societatis damnum, & lucrum partiri debet, *l.si merces, §.vis major, ubi Bart.ff.locat.*

12 Notandum est autem, quod conductori, qui renuntiavit casibus fortuitis, non est facienda remissio pensionis, quia tale pactum valet, *l.si quis fundum, ff. locat.* & ideò servandum est, *l.*1.*ff.de const.pec.*

13 Hujusmodi tamen pactum comprehendit eos fortuitos casus, qui ut plurimum solent contingere, non autem insolitos, & extraordinarios, quia de istis non intelligitur fuisse cogitatum, *Bart.in l.sed & si quis, §.quæsitum, nu.*3.*in fin. ff.si quis caut.Cravet.cons.*95.*num.*2.*Alex.cons.*28.*num.*10.*lib.*1. *Millin.dec* 139.*nu.*2.*Barbos.in d.c. propter sterilitatem,nu.*8.*& hanc veriorem, & magis communem dicit Caroc. de locat.tit. de Casibus quæst.*8.*num.*3. *& sequitur* subdens *num.*25. quod suscipiens in se omnem casum fortuitum, non tenetur de casu siccitatis insolitę, *latè Ceval. in spec. opin. commun. con. comm.num.*702. quod quidem procedit, etiamsi quis in se susceperit omne periculum, & omnem casum cum juramento, quia adhuc non teneretur de casu insolito, *Mant.de Tacit.lib.*5.*tit.*8.*num.*16.*Surd.dec.*326.*nu.*52.*& seq.* ubi Judicis arbitrio remittit, quando dicantur casus insoliti: quamquam hoc non procederet, ubi pactum generale nihil prodesset, nisi de insolitis etiam casibus intelligatur: quia tunc insoliti etiam casus censentur comprehensi, *Cravet.cons.*294.*nu.*8. *vers.sed non disputando, latè Mant. ubi supr.lib.*5.*tit.*8. *num.*3. *&* 4. subdens *nu.*18. quod suscipiens in se casus fortuitos, & Divina Judicia, de insolitis etiam obligatur.

An verò promissio de non petendo remissionem ex quavis causa, & occasione, intelligatur de casibus insolitis? negat Baldus *cons.*119.*lib.*1. *Alex.cons.*107. *num.*16.*lib.*3. *Corn.cons.*23.*sub num.*13.*lib.*2.*Nat.cons.*256.*nu.*5.*Purpur. cons.*465.*nu.*17. *Andr.Gail.pract.obser.lib.*2.*obser.*23. *num.*19. *& alii apud Millin.dec.*139.*num.*2.

14 Notandum 2. quod qui suscipit in se periculum, vel risigum, non suscipit casum fortuitum, *Gl. & alii in l.opus ff. locat.Surd.d.dec.*326.*nu.*49. *& seq. & est communis opinio teste Caroc.de Locat.tit.de casib.q.*1.*nu.*4. *& seq.* nisi fortè susceperit in se periculum, risigum, & fortunam: quia tunc intelligitur etiam de casibus fortuitis, *Bart.in l.si is, qui, ff. de Acquir.rer.dom.Boss.in tit.de Remiss.merced.nu.*63.*Marta de clausul. p.*1.*clau.*320. ubi addit, quod unius casus, vel duorum casuum fortuitorum tantum facta mentio, non extenditur ad omnes alios casus similes, multò minus insolitos: quicquid in contrarium sentiat *idem Surd.d.dec.*326.*nu.*50. ubi dicit, quod nunquam ex natura contractus conductionis venit casus fortuitus, nisi specificè exprimatur.

15 Idem dicendum est, si prius ex natura contractus teneretur de levissima culpa; tunc enim ad casum fortuitum etiam obligatur, quia hujusmodi conventio intelligenda est, ut aliquid addat, *Boss.ubi supr.Caroc.de Locat.titul.de casibus q.*4.*nu.*2.*post Bart.in l.sed & si quis, §.quæsitum, num.*3.*ff.si quis caut.* ubi etiam dicit, quod si prius tenebatur de levi culpa, jure conventionis tenetur de levissima, *& hæc est communis opinio teste Cephal.cons.*199.*n.*22.*vers.*5. *prædicta.*

16 Notandum 3. quod si conductor generaliter renuntiavit casibus fortuitis, non excusatur a solutione pensionis propter sterilitatem, *ut post Valas.& alios scripsit Barbos. in d.cap. propter sterilitatem, nu.*7. *Mant.d.tit.*8. *nu.*11.

17 Notandum 4. quod Conductor renuntians casibus fortuitis, non censetur illis renuntiasse, qui contingunt ex facto locatoris etiam justo, *Crav.cons.*95.*nu.*8. *Mant. ubi sup.n.*17. *Surd.dec.*326.*nu.*25. ubi, quod si locator impedit quominus conductor utatur, tenetur ad omne interesse, etiam si usus rei impediretur a tertio in odium locatoris, vel propter illius inimicitias; id enim culpæ locatoris ascribitur: *juxta text.in l.si merces, § culpæ, ff.locat.* quod procedit, sive inimicitiæ successerint culpa locatoris, sive sine ejus culpa, *Corn. cons.*23.*vol.*2.*Gozza.cons.*27.*nu.*28.*Mascard.de Prob. in ver.incendium in fin. Menoch.cons.*55.*nu.*14.*lib.*1 *Nevizz.cons.*91.*nu.*9. *Alex.cons.*84.*vol.*6.*Joseph.de Ludov.concl.*12.*col.*8.*& alii apud Caroc.de locat.tit.de casibus, q.*12.*num.*86. *& seq.* ubi addit, quod nedum in tali casu facienda est remissio, sed tenetur locator conductori ad interesse tam lucri cessantis, quàm damni emergentis, *Boss.de Remiss.merced.publican.nu.*22. *ubi de commun.* quemadmodum si incendium sit commissum ab hostibus conductoris post conductionem factam, ipsemet conductor teneretur, *Caroc.d.tit.de Casibus, q.*12. *nu.*25.*per text.in l.si merces, §. culpæ, ff.locat.*

18 Notandum 5. quod quando totius anni utilitas, & commoditas consistit in certis mensibus, seu in certa anni parte, tunc impeditus pro illa temporis parte consequitur remissionem pensionis pro toto anno perinde ac si toto anno fuisset impeditus, *Soc.cons.*88.*in* 3.*q. vol.*1.*quem refert, & sequitur Surd.d.dec.*326. *nu.*19. *& seq.*

19 Notandum 6. quod licèt conductor casus omnes fortuitos suscepisset, adhuc non teneretur, quando rei conductæ substantia deficit, puta si aquæ impetu molendinum, quod quis conduxit, totaliter destruatur: hoc enim casu non solum fit remissio sed neque solvitur pensio, cum nulla debeatur pensio rei non subsistentis, *Boss in d.tit.de remiss. Merced. conduct.nu.*61.*&* 65. *Surd.dec.*326.*nu.*54.*vers.rursus, & n.*55. *cum seq.* quod procedit, etiamsi tempore belli, vel casus similis conductio facta fuerit, *Caroc.de Locat.& conduct.tit.de remiss.merc.q.*8.*nu.*5.*& seq.* ubi etiam dicit, quod si substantia rei pro parte tollatur, pro parte fit remissio.

20 Notandum 7. quod etiam Censuario fit remissio mercedis in casu sterilitatis, vel alterius impedimenti, ex quo impediatur a perceptione fructuum: nam quotiescumque is, qui censum super fructibus constituit, non potest fructus percipere, nulla æquitas suggerit, ut ad solutionem sit compellendus *secundùm Boccat.de Censib.*3.*p.nu.*69.*in fin. Gasp. Ant. Thes.in addit.ad dec.*20.*Thes.Roland. Cavagnol. in suis Glossemat.ad Decreta montis ferrati, lib.*2. *Decret.*72.*q.*4.*num.*16. *Viv.decis.*369.*num.*11. *contrarium tenet Caroc. de locat.tit. de Remiss.merced.quæst.*8.*num.*36. *ubi citat Franc. Marc.dec.*208. *part.*2. *Decian.cons.*48.*num.*18.*vol.*1. *Rodoan. de reb. Eccles. non alien.fol.*31.

21 Notandum 8. quod non fit remissio mercedis, quando sterilitas culpa ipsius Coloni evenit, putà si non seminaverit, vel prædium negligenter coluerit, vel malis herbis minimè purgaverit, vel debitam custodiam non adhibuerit, *Surd. dec.*87.

dec.87.n.3.& alii apud Barbos.in d.c.propter sterilitatem, n.4. item neque propter vetustatem vineæ fit remissio, *l.si uno, §. cùm quidam, ff.locat.* quia verisimiliter potuit conductor hoc prævidere, & vineam propagare, *Mant.de Tacitis.lib.5.tit.8. numer.36.*

Addit *Guid.Pap.dec.630. Viv.lib.1.comm.opin.153.n.5.* quod conductori, qui non solvit decimas Ecclesiæ, seu Curato, non fit diminutio mercedis propter sterilitatem, quia præsumitur obvenisse ob iram Dei; Unde nec conductores scelestos, vel malæ vitæ petere posse remissionem ob hujusmodi causam, tenuit *Boss. in titul.de Remiss.merced.conduct. nu.88. Benincas. de Paupert.in 6.special.de Jud.nu.4.& alii apud Caroc.de locat.tit.de Remiss.merced.q.8.n.40.*

Notandum 9. quod si tempore penuriæ colligitur parva quantitas grani, sed venditur cariori pretio, quàm tempore solitæ recollectionis, tunc non fit remissio, *secundum Corn.cons.128.col.penult.lib.2.Rolan.cons.86. nu.8.lib.6. quos refert, & sequitur Caroc. loc.cit. d.q.8.n.53.*& 65. ubi dicit quod remissio non fit, nec augmentum, quando valor fructuum crescit, vel decrescit.

22 Quæres, an conductor ad obtinendam remissionem mercedis teneatur Dominio denunciare sterilitatem? Resp. affirmativè, *per text.l.item quæritur, §.exercitu, ff.locat.& ita tenet Bursat.cons.11.n.29.lib 1.Caroc.de locat.p.4.tit.de remiss. merced.n.88. et seq.& alii apud Thesaur.dec.*108.n.1. ubi dicit,
23 quod remissio amplius peti non potest, si lapso anno fuerit
per conductorem denunciatus casus sterilitatis, & ita sensit
etiam *Grat.dec.March.222.n.8. et seq.* subdens, quod hujusmodi denunciatio non est necessaria in casu, seu impedimento notorio, vel proveniente ex facto locatoris.
24 Quæres 2. an Emphyteutæ fieri debeat remissio ob sterilitatem, vel ob aliud damnum contingens? Resp. quod emphyteuta propter sterilitatem, aut bellum, seu aliud hujusmodi impedimentum non excusatur a solutione canonis, quando pensio est parva, quæ scilicet præstatur potius in signum recognitionis directi domini, quam ad rationem fructuum, putà si esset decima pars; si vero pensio est magna, seu corres-
25 pondens fructibus, tunc omnino facienda est remissio: quia
contractus magis accedit ad locationem, quàm ad emphyteusim, etiam si contractus nominetur emphyteuticus, & reservatum fuerit directum dominium, & propterea de isto contractu judicandum est ut de locatione, *Bart.in l.1.n.4.C.de jur.Emphyt. Boss.in tit.de Remiss. merced. conductor, n.114. Caroc.de Locat.& conduct.tit. de Remiss.merced.q.3.n.7.& 10.q.4. n.6. Mascard.de Probat.concl.1333.n.10.vol.3.Genuens.in tr.de Ecclesia, q.72. Thes.decis.20.* ubi etiam dicit, quod non potest
26 emphyteuta emphyteusim invito Domino renũciare, etiamsi
res esset pro majori parte destructa: nisi res tota periisset, *Clar.in §.Emphyteusis, q.8.vers.sed quid si emphyteuta, et vers. sed numquid*, subdens, quod si bona tempore, quo fuerunt concessa in emphyteusim, erant jam sterilia, & inculta, hoc casu numquam propter sterilitatem esset facienda remissio: contrarium tamen tenet *Jas.in l.ex hoc jure, n.42.ff. de just.& jur.& Joseph.Ludov. concl.12.col.3. Franc.Marc.dec.212.p.2. quos refert idem Caroc.d.q.4.n.5.* asserentes, quod colonis in perpetuum, vel ad longum tempus ultra decennium non fit remissio mercedis propter sterilitatem, vel simile impedimentum, cùm sit verisimile, quod in tam longo tempore sterilitas cum ubertate fuerit compensata.
27 Observa tamen, quod emphyteuta non solvens debitum canonem propter sterilitatem vel bellorum calamitates, excusatur a caducitate, a qua regulariter quælibet causa colorata etiam injusta excusat, *Clar.loco citat.vers.sed quid si emphyteuta, & vers.seq.* ubi etiam dicit, quod potest deinde Dominus directus compellere emphyteutam ad integram solutionem, *Caroc.ubi sup.d.q.3.n.11.*

S U M M A R I U M.

1 *Conductor potest expelli, si non solvit pensionem vel in re conducta malè versatur.*
Quid si locator re locata indigeat ad proprium usum, vel domum reficere velit, ibid. & num.10.
Et an locator teneatur tunc ad interesse ibid. n.1.16.& 26.
2 *Pensio domus solvi debet juxta consuetudinem locorum, & ea cessante solvenda est in fine temporis.*
3 *An locator ob morositatem conductoris possit in totum resolvere locationem.*
4 *Locator postquam expulit conductorem, pensionem pro præterito tempore debitam petere potest.*
5 *Locator petens pensionem futuri temporis, non potest expellere conductorem.*
6 *An conductor in prima cessatione pensionis possit expelli.*
7 *Colonus partiarius etiam ad longum tempus potest expelli, si cessaverit in solutione, nisi moram celeriter purgaverit.*
8 *An mora purgari possit non obstante declaratione Domini volentis, emphyteutam esse privatum ob non solutum canonem.*
9 *Non censetur facta relocatio, si conductor defecerit in solutione pensionis.*
10 *Quando locator propter proprium usum possit conductorem expellere, & quid si locator recipit pensionem a conductore.*
11 *Et quid si locator expressè convenerit, quod possit conductorem pro usu proprio ex re conducta expellere.*
12 *Verba in contractu apposita intelligenda sunt, ut sint conformia voluntati præsumptæ utriusque contrahentis.*
13 *Si locator promisit non expellere conductorem durante tempore locationis, non posset eum expellere ex causa proprii usus: contrarium n.15.*
14 *Vasallus, qui simpliciter promisit non alienare feudum, nullo casu etiam aliàs permisso illud alienare potest.*
16 *Si locator non pro se retinuerit rem locatam, sed alteri locaverit, secundus conductor conveniri potest a primo ad rei restitutionem.*
17 *Si locatio facta fuerit ad longum tempus, nõ potest Dominus expellere conductorem ex causa supervenientis necessitatis.*
18 *Facultas expellendi conductorem pro usu suo non transit in singularem successorem.*
19 *Privilegium Domini, ut præferatur in emptione fructuum coloni, an competat cessionario.*
20 *An conductor ex justa, et probabili causa possit recedere a domo sibi locata.*
Et quid si instrumento cautum fuerit, ut locator non possit expellere conductorem, etiamsi vellet uti re locata pro usu suo, ibid.
21 *An conductor, qui ob turpem vitæ conversationem expellitur a Vicinis, teneatur ad pensiones decurrendas.*
22 *Dominus, postquam domum refecit, cogitur illius usum iterum conductori concedere.*
23 *An possit expelli inquilinus, qui in domo locata recipit meretrices.*
24 *Quid si domum uti propriam vendiderit.*
25 *Emptor rei locatæ, sive alius singularis successor potest expellere inquilinum, vel colonum: limitatur num.27. et seq.*
Quid si esset successor in beneficio, seu præbenda, ibid.& n.42.
26 *Quando conductori detur cõtra locatorem actio ad interesse.*
27 *Singularis successor tenetur stare locationi factæ ad longum tempus, seu ad vitam.*
Quando colonus habeat jus in re, ibid.
28 *Conductor ad longum tempus æquiparatur fructuario.*
29 *Quando in contractu locationis adest pactum de non alienando rem locatam, singularis successor tenetur stare locationi, declaratur num.30.*
31 *Quid si locator cum juramento promisit locationem observare, & nullo pacto contrafacere.*
Juramentum obligat præcisè ad factum, ibid.
32 *Successor singularis, qui non succedit in plenum jus auctoris sui, tenetur stare locationi.*
33 *Creditor immissus in possessionem vigore Salviani interdicti non potest expellere conductorem.*
34 *Emptor fructuum fundi tenetur stare colono.*
35 *Quid si ex instrumento venditionis tacitè, vel expressè constet, rem esse locatam.*
36 *Qui succedit ex dispositione legis, vel Judicis, tenetur stare locationi.*
37 *Uxor tenetur stare locationi factæ a viro.*
38 *Successor in re debitoris per sententiam Judicis conductorem ejusdem rei expellere non potest.*
39 *Qui emit a fisco, vel ab Ecclesia tenetur stare colono, et n.40.*
40 *Argumentum a fisco ad Ecclesiam communiter valet.*
41 *Emptor tenetur stare partiario colono pro eo anno, quo coluit fundum.*
42 *Quando Beneficiatus successor teneatur stare locationi.*
43 *Qui rem venditam cum pacto de retrovendendo redemit, tenetur stare locationi illius, qui rem cũ tali pacto possidebat.*
44 *Quid si conductor habeat hypothecam pro observatione contractus, & num. 48.& 49.*
45 *Ratione hypothecæ datur retentio rei, declaratur n.47. et seq.*
46 *Colono competit retentio rei locatæ, si in ea sumptus fecit.*
Qualiter dividantur fructus inter emptorem, et colonum partiarium, ibid.
50 *Quando damna, & interesse non debeantur ex non implemento contractus.*
51 *Retrahens vigore bullæ retractus non tenetur inquilino solvere damna, & interesse.*
Quando venditor non teneatur de evictione, ibid.

52 *An*

52 *An emptor, seu singularis successor, qui recepit pensionem a conductore, possit eum expellere.*
53 *An usurarius, vel usufructuarius teneatur stare locationi.*
54 *Au proprietarius finito usufructu teneatur stare locationi usufructuarii.*
55 *Vendita re locata non tenetur conductor perseverare in conductione.*
56 *Quando Doctores, Advocati, & scholastici possint expellere artifices, & alios propè obstrepentes, & n.57. & seq.*
61 *Et an Ecclesia hoc privilegium habeat.*
62 *Et an eodem privilegio gaudeant infirmi.*
63 *Quid si adesset particularis vicus, ubi consueverunt fabri artem suam simul exercere.*
64 *In hujusmodi causis ob favorem studii non datur appellatio.*
65 *Non potest appellari a decreto lato contra meretricem expulsam a vicinia.*

CAPUT XXXIX.

Ex quibus causis locator durante tempore locationis possit expellere conductorem.

1 RESp. quod ex quatuor causis conductor potest expelli:
quatum prima est, si non solvit pensionem: secunda,
quando locator re locata indiget ad proprium usum: tertia,
si locator domum reficere velit: quarta, si conductor in re
conducta malè versatur; *l. æde, cum ibi notatis, C. locat. c. propter sterilitatem, §. verum, de locat.* ubi, quod in his casibus
conductori remittenda est pensio pro residuo temporis, &
tradunt Doctores apud Barb. in d. §. verum, num. 32. & seq. ubi
etiam dicit, quod tunc non tenetur locator ad interesse, quia
ex natura contractus citrà culpam locatoris expellitur, *l. si
fundus, quem vers. nam & si colonus, ff. locat.*
2 Observa tamen, quod pensio domus solvi debet juxta consuetudinem locorum, & ea cessante solvenda est in fine temporis: nec ante potest peti, quia ante locator ex parte sua contractum non implevit, *Bart. in d. l. æde, n. 1. Alex. in l. qui hoc
anno, in fin. ff. de verb. oblig. Gig. de Pension. q. 93. Ang. cons. 22. n.
12. & alii apud Caroc. de locat. & conduct. p. 4. tit. de Quarto
gradu accid q. 13. n. 5. ubi de communi,* quamvis contrarium, videatur sentire *Bald. in d. l. æde n. 1. & 2.* ubi dicit, quod Dominus potest expellere Inquilinum non solventem post duos,
vel quatuor menses, postquam uti cœpit.
3 Observa 2. quod licèt colonus in solvendo morosus possit ad
tempus expelli, quousque scilicet pensionem solvat: locator
tamen non potest in totum resolvere locationem, quando in
instrumento, seu contractu locationis non est appositum
pactum resolutum; cùm locatio sit contractus nominatus qui
per non adimplementum non resolvitur, *Seraph. dec. 591. Penia decis. 554. num. 7. & seq.*
4 Observa 3. quod locator, postquam expulerit conductorem,
pensionem pro præterito tempore debitam petere non prohibetur, *Cancer. var. resol. p. 1. c. 14. n. 7. Alex. cons. 206. n. 2. & seq.
vol. 7.* ubi dicit, quod utrumque potest consequi Dominus,
videlicet expulsionem conductoris, & pensionem præteriti
5 temporis; nisi fortè petierit pensionem temporis futuri: tunc
enim sibi præjudicaret in expulsione, quia videretur se arctasse ad perseverandum in futurum in locatione, *arg. l. 2. §.
non male, ff. de Dol. mal. excep. l. qui in futurum, ff. de Pact.*
6 Observa 4. quod conductor in prima cessatione pensionis
potest expelli, *Gratian. discept. forens. c. 19. n. 7. & 24.* ubi dicit,
quod ad hoc sufficit defectus unius termini, præsertim si conductor juravit pensionem solvere, *Caroc. de locat. & conduct.
p. 4. tit. de Quarto gradu acciden. q. 14. n. 2. & seq.* ubi addit, hoc
procedere, etiam stante pacto jurato de non expellendo durante conductionis tempore: quia hoc pactum habet tacitam
conditionem, si conductor tempore convento pensionem solvat, *Barbos. in d. c. propter sterilitatem, §. verum, num. 44. & ita
etiam tenet Bart. in auth. qui rem, n. 2. C. de Sacros. Eccl. Bald. in
l. æde, n. 6. & seq. C. locat.* ubi dicit, quod etiam colonus partia-
7 rius ad longum tempus potest expelli, si cessaverit in solutione, nisi moram celeriter purgaverit, *juxta cap. potuit, de
locat.* hoc est infra modicum tempus arbitrio Judicis, *secundum gloss. ibidem, ver. celeri, versus fin. Menoch. de Arbitr.
Jud. lib. 2. casu 7. num. 3. Gratian. discept. forens. cap. 378. nu. 11.
8 & seq.* ubi etiam asserit, quod potest mora purgari non obstante declaratione Domini volentis, emphyteutam esse privatum ob non solutum canonem: quamvis contrarium teneat *Papien. in form. libell. quo agitur de ad ficti præsta. in ver.
vere neglexit*, ubi dicit, quod conductor expelli non potest,
nisi per biennium cessaverit a solutione, *arg. l. cum Domini,
ff. locat.* ubi si conductores non apparent, nec solvitur pensio per biennium, possunt domus, & horrea aperiri, & quæ
ibi sunt, coram publicis personis describi: quæ quidem
opinio procedere potest, quando locatio est facta ad longum tempus, *ut d. Caroc. loc. cit. d. q. 14. n. 50.*
Addit *Grat. d. c. 19. nu. 12. Barbos. in d. §. verum, n. 47.* quod 9
nec censetur facta relocatio, si conductor defecerit in solutione pensionis.
Observa 5. quod secunda causa, ut propter proprium 10
usum locator possit conductorem expellere, habet locum
tantùm in prædio urbano: secus in prædio rustico, quia *textus in d. l. æde*, loquitur tamen de domo conducta, *ut dicit
Bald. ibid. numer. 12. in fin. Caroc. de Locat. & conduct. p. 4. tit. de
Quarto grad. accid. q. 2. num. 35. Cancer. var. res. par. 1. cap. 14. in
princ. Gabr. lib. 3. de locat. concl. 3. subdens*, quod non potest
Dominus conductorem expellere propter necessitatem proprii usus, si post necessitatem locator recepit pensionem a
conductore, vel si hæc necessitas aderat tempore contractus,
ut colligitur ex cap. propter sterilitatem, §. verum, de locat.
requiritur enim ad hunc effectum, quod hujusmodi necessitas post contractum locationis superveniat, ut quia alia
domus, quam habitabat, corruit, vel quia ipsemet locator,
vel ejus filius uxorem duxit, vel ducturus est, vel fortè adeptus fuit novam dignitatem, ob quam majori egeat domo,
*Caroc. de Locat. & conduct. p. 4. de Quart grad. accident. quæst. 2.
num. 7. Cancer loco cit. num. 12. Fontanell. decis. 261. numer. 2. &
seq.* ubi dicit, quod hæc intelliguntur non de proprio usu
voluntario, sed de necessario: *& hæc fuit sententia gl. in dict.
l. æde, ver. necessariam, Bald. ibid. n. 11.* ubi addit quod non
posset inquilinus expelli, si frater locatoris ducturus esset
uxorem, quia non esset proprius usus Domini, *ut notat
etiam Caroc. loc. cit. d. tit. de Quarto gradu acciden. q. 3. numer. 1.*
quamvis contrarium in hoc teneant *alii apud Barbos. in d. cap.
propter sterilitatem, §. verum, n. 22. de locat.*
Idem dicendum, si locator expressè convenerit, quod 11
possit conductorem pro usus proprio ex re conducta expellere; hæc enim proprii usu reservatio non operatur ultra jus
commune, & sic intelligenda est in casu necessario, non voluntario; quamvis enim interpretario de proprio usu voluntario possit accommodari voluntati locatoris, non tamen
intentioni conductoris, quem verisimile non est, conduxisse cum pacto, quod ad libitum expelli posset per locatorem
sub prætextu proprii usus, *ut rectè probat Fontan. d. dec. 261.
n. 17. et seq.* ubi etiam dicit, quod verba in contractu apposita 12
intelligenda sunt, ut sunt conformia voluntati præsumptæ
utriusque contrahentis.
Limita, si locator promiserit non expellere conductorem 13
durante tempore locationis, quia tunc non posset eum expellere etiamsi habitatione indigeat ad sui usum aliàs hujusmodi
pactum esset clusorium quemadmodum si vassallus per pa- 14
ctum simpliciter promittat non alienare feudum, non poterit ullo casu etiam aliàs permisso illud alienare, *Corn. cons.
103. n. 17. vol. 2. Dec. cons. 473. num. 4. & cons. 291. n. 3. Port. reg.
33. lib. 1. Grat. dec. March. 119. n. 13. Cephal. cons. 199. nu. 16. &
seq. vol. 2. Mant. de Tac. & ambig. conven. lib. 5. tit. 7. num. 12.
Put. dec. 161. num. 1. lib. 1. Gabr. lib. 3. tit. de Locat. conclus. 3. nu. 2.*
quod eo magis procederet, si hujusmodi pactum juramento 15
firmetur; *Soc. cons. 90. col. 2. lib. 4. Gozad. cons. 24. col. 2. Grat.
dec. 99. numer. 7.* contrariam tamen sententiam tuentur alii
DD. ex eo, quia facultas proprii usus non censetur sublata
ex pacto de non expellendo, etiam jurato, nec ex obligatione, & hypotheca pro observatione contractus: quia hæc intelliguntur durante tempore locationis, & sequuntur naturam contractus, cui apponuntur, *ut rejecta opinione contraria
tenuit Caroc. de Locat. & conduct. d. p. 4. de Quarto gradu accid.
q. 2. n. 19. ubi citat Arnald. de Ferron. in consuet. Burdegalen. tit.
3. §. 2. Didac. Covar. var. res. lib. 2. c. 15. n. 4. in fin. Jacob. Rimin. in
cons. 613. & hanc sententiam sequitur etiam Fontan. dec. 261. n. 4.
ubi n. 5.* addit; quod si locator non pro se retinuerit rem loca- 16
tam, sed alteri locaverit, secundus conductor conveniri potest a primo ad rei restitutionem, cùm id sit in fraudem, ut
sensit etiam *Caroc. loc. cit. d. q. 2. n. 31.* subdens, quod tunc locator tenetur ad interesse.
Limita 2. in locatione ad longum tempus, putà ad decen- 17
nium, vel ultra, quia neque in hoc casu poterit Dominus
expellere conductorem ex causa supervenientis necessitatis,
ita Doctores apud Barbos. loc. cit. n. 29. Caroc. loc. cit. n. 40. & in re
data ad emphyteusim; tradit *Gab. d. lib. 3. tit. de locat. concl. 3.
Jas. in l. 1. C. de iur. emphyt. Hyp. sing. 94. Jo: Andr. in Addit. ad
Spec. tit. de locat. §. nunc aliqua, n. 3. lit. F.*
Observa 6. quod facultas expellendi conductorem pro usu 18
suo, non transit in singularem successorem, quia succedens
in jus alterius non assequitur ea, quæ competebant suo auctori ex privilegio, *Barbos. loc. cit. n. 26. Surd. cons. 103. n. 12. &
alii apud Grat. discep. for. c. 117. num. 18. & 19.* ubi etiam dicit, 19
quod

quod privilegium Domini, ut præferatur in emptione fructuum coloni, non competit cessionario.

20 Observa 7. quod Conductor, ut servetur æqualitas potest excedere a domo sibi locata ex justa, & probabili causa, putà ob causam pestis, vel belli, ob metum malorum spirituum, & ruinæ domus, propter supervenientem dignitatem præsidatus, & alias consimiles causas, *l. Dominus horreorum, §. qui contra ff. de locat. Barbos. ubi supr. nu. 23.* & *24. latè Grat. discep. for. c. 534. n. 48. & seq. c. 740. n.* 1. 8. & 18. ubi addit, quod in hoc casu non obstat juramentum, neque obligatio cameralis, quia hæc intelliguntur rebus sic stantibus, seu in eodem statu manentibus; secus si supervenerit nova causa, *c. quemadmodum, de Jurejur. l. cùm quis sibi, ff. de sol.* quod locum habet, etiamsi in instrumento cautum fuerit, ut locator non possit expellere conductorem, etiamsi vellet uti domo locata pro usu suo: quia ex hujusmodi conventione non potest cogere conductorem ad permanendum in locatione etiam in casibus, in quibus illi permittitur ab ea discedere, *Bald. in c. 1. n. 2. Qualit. Domin. propr. feud. priv. Grat. discep. for. c. 740. nu. 24. & seq. Alciat. cons. 77. n. 9. &* 10. *lib.* 8. quamvis enim simus in correlativis, quorum, unum est judicium, *l. fi. Cod. de indict. vidui.* tamen hoc procedit: quando sumus in dispositione legali, secus in conventionali, quæ non extenditur de casu ad casum, *l. fidejussores magistratuum, §. pro Aurelio, ff. de fidejuss. l. Epistola, §. de inofficioso, ff. de pact.*

21 Observa 8. quod quando conductor ob turpem vitæ conversationem expellitur a vicinis, quibus scandalum præbet, adhuc tenetur ad pensiones decurrendas, si Dominus non reperit alium conductorem pro tempore futuro, æquum enim non est, ut Dominus ex culpa Conductoris damnum sentiat, *ut post Mol. & alios, not. Barbos. in d. c. propter sterilitatem, §. verum, num.* 42.

22 Observa 9. quod postquam Dominus domum refecerit, cogetur illius usum iterum conductori concedere, *gl. in l. si duo, §. cum Inquilinus, ver. Dominum, ff. uti possid. Cancer. d. p. 1. c. 14. n. 22. Barbos. in d. §. verum, n. 20. Caroc. d. tit. de quarto grad. accident. q. 5. num.* 10.

23 Observa 10. quod Dominus non tantùm potest expellere inquilinum, qui rem notabiliter deterioraverit sed etiamsi ibi receperit meretrices, *Barbos. in dict. §. verum, num. 37. & seq. post Bald. in d. l. æde num. 14. & seq.* ubi id intelligit, quando domus sita est in loco honesto, secus si juxta lupanar. Idem dicendum, si Inquilinus domum uti propriam vendiderit, quia tunc etiam potest expelli, *arg. textus in §. finitur, inst. de usufr. & notat etiam Bald. loc. cit. numer. 14. vers. sed quid si non destruxit, Gratian. discep. for. c. 46. num.* 24.

25 An verò emptor rei locatæ, sive alius singularis successor possit expellere Inquilinum, vel colonum? Resp. affirmativè, *l. emptorem, ubi gloss. & DD. C. locat.* quod etiam ad successorem in præbenda, seu beneficio extendit, *Bald. ibid. num. 5. Alex. cons. 160. n. 4. & seq. lib. 6. Jas. cons. 94. n. 5. lib. 1. Soc. cons. 36. n. 9. lib. 1. & cons. 32. n. 1. & 4. lib. 3. Anch. cons. 116. per tot. Polid. Rip. observ. 115. nu. 2. & 3. & alii apud Gratian. discep. for. c. 606. n. 2. & seq.* ratio est, tum quia Inquilinus, vel colonus nullum jus habet in re, *ut dicit Bart. in d. l. emptorem, num.* 1. tum etiam quia obligatio locatoris non transit in successorem singularem sed tantùm in successorem universalem, *Guid. Pap.*
26 *decis. 480. & alii*; datur tamen conductori in tali casu contra locatorem actio ad interesse, *juxta l. qui fundum, ff. locat. & notat. Negusan. de Pignor. 1. mem. 2. p. num. 7. Gratian. discep. for. c. 113. num.* 48.

27 Hæc tamen conclusio limitatur 1. in locatione ad longum tempus, seu ad vitam, cui singularis successor stare tenetur, quia tunc colonus habet jus in re, sicut habet emphyteuta, *Bart. in d. l. emptorem, n. 1. & ibi etiam Bald. n. 7. Gratian. dec. 99. n. 2. Guid. Pap. dec. 480. nu. 5. idem Bald. in l. si filiofam. §. si vir. in*
28 *quinquennium, ff. sol. matr.* ubi dicit, quod conductor ad longum tempus æquiparatur fructuario, *ut notatur in l. unde, §. uti videmus, ff. de Bin. actuque privat.*

29 Limitatur 2. ubi in contractu locationis adesset pactum de non alienando rem locatam: quia tunc alienatio in contrarium subsequuta, esset nulla, *l. si creditor, §. quæritur, ff. de Di-*
30 *stract. pign.* hoc tamen intelligitur, quando cum tali prohibitione, seu conventione concurreret specialis hypotheca illius rei prohibitæ alienari; quia per talem specialem hypothecam censetur reservatum jus in dicta re, & impeditur alienatio posteà facta; secus si nulla adesset hypotheca, vel si concurreret tantum generalis hypotheca bonorum: hoc enim casu pactum de non alienando, alienationem posteà factam non redderet inefficacem, *Alex. in l. si filiofam. §. si vir in quinquennium, nu. 4. ff. sol. matr. latè Negus. qui dicit, hanc esse magis communem, in tract. de Pignor. 1. mem. 2. p. n. 5.* ubi addit, quod *text. in d. §. quæritur*, est exorbitans a jure communi; exorbitat enim *a l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig.* ubi prohibitio alienationis in contractu non impedit translationem dominii, licèt contrafaciens ad interesse teneatur *ut ib. not. gl. Bart. & alii*, & ideò non debet extendi ad generalem hypothecam, ut minus corrigat jus commune *juxta l. quod verò contra, ff. de legib.*

Limitatur 3. quando locator cum juramento promisit lo- 31
cationem observare, & nullo pacto contrafacere quia tunc etiam alienando nihil agit, cùm juramentum obliget præcisè ad factum *latè Cancer. var. l. 1. c. 14. n. 44. Surd. dec. 225. nu. 1. & seq. Negus. ubi supr. n. 9. & ità sensisse Rotam in Romana locationis domus 15. Januarii 1610. coram Ortembergo, refert Beltram. ad Greg. dec. 68. n.* 11. quamvis alii contrarium sentiant eò quia juramentum regulatur juxta naturam actus, cui interponitur, & de natura obligationis facti est, ut succedat obligatio ad interesse, *juxta l. si quis ab alio, §. fin. ff de Re jud.* neque pactum de non alienando cum juramento impedit dominii translationem, & sic non obligat præcisè promittentem, *Rolan. cons. 6. n. 26. lib. 1. Cuman. cons. 182. col. fin. Goza. cons. 27. col. 2. & cons. 32. col. 2. & alii apud Grat. dec. Marcb. 99. nu. 8. Valasc. consult. 76. n. 5. Surd. cons. 331. nu. 18. & seq.*

Limitatur 4. ubi successor singularis non succedit in ple- 32
num jus auctoris sui, *Guid. Pap. decis. 480 numer. 5. versic. tertio fallit, per tex. in l. in venditione, §. 1. ff. de bon. auct. Jud. possid. Alex. in l. filiofam. §. si vir. in quinquennium, num. 6. ff. sol. matr.*

Hinc creditor immissus in possessionem vigore salviani in- 33
terdicti nequit expellere conductorem, *l. in venditione, §. 1. ff. de Bon. auct. Jud. poss. Jas. in l. divortio, num. 34. ff. sol. matr. Guid. Pap. dec. 480. nu. 5. Rot. coram Greg. d. dec. 68. n. 6. & communem dicit Beltram. ibid. n. 12. Alex. in d. §. si vir in quinquennium, n. 5.* 34
ubi quod emptor fructuum fundi tenetur etiam stare colono.

Limitatur 5. quando venditor in instrumento venditio- 35
nis expressit, rem esse locatam: tunc enim videtur jus coloni reservasse, *Cancer. var. lib. 1. c. 14. num. 42. Surd. dec. 265. num. 40. & seq. Alex. in dict. § si vir in quinquennium, numer. 9. Greg. dec. 90 num.* 12. subdens, quod in hoc sufficit scientia in genere, rem esse alteri locatam; Unde satis esset, si in instrumento dictum fuerit, quod pensiones rei locatæ spectent ad singularem successorem, *Alex. loco cit. n. 13. Surd. d. dec. 265. num.* 40.

Limitatur 6. in eo, qui succedit ex dispositione legis vel Ju- 36
dicis, *Bald. communiter receptus in d. l. emptorem, nu.* 3. ex quo 37
fit, ut uxor teneatur stare locationi factæ a viro, *l. divortio, & l. si filiofam. §. si vir in quinquennium, ubi DD. ff. sol. matr.* 38
ità etiam successor in re debitoris per sententiam Judicis, conductorem ejusdem rei non poterit expellere, quia in translatione, quæ fit per Judicem, semper intelligitur reservatum jus tertii, *ut post Alex. in dict. §. si vir in quinquennium sub n. 7. & alios dixit Rot. dec. 68. nu. 8. coram Greg. Cancer. var. lib. 1. c. 14. num.* 35.

Limitatur 7. in eo, qui emit a fisco, *l. fin. ff. de Jur. fisc. Bald.* 39
in d. l. emptorem, n. 4. C. locat. Guid. Pap. dec. 480. n. 5. vers. quarto fallit, & ibi adden. ubi quod hoc est speciale in fisco, ne teneatur colono ad interesse.

An verò emens ab Ecclesia teneatur stare colono? negat 40
Alex. in d. l. si filiofam. §. si vir in quinquennium, n. 5. ff. sol. matr. sed contraria sententia communis est *teste Cancer. var. lib. 1. c. 14. n.* 46. ubi dicit, quod argumentum a fisco ad Ecclesiam communiter valet, & ita etiam sentiunt alii DD. *apud Genuens. in tract. de Eccles. q.* 232.

Limitatur 8. in partiario colono, cui emptor tenetur stare 41
pro eo anno, quo coluit fundum, *Bald. in d. l. emptorem, numer. 7. vers. sed numquid*, quicquid in contrarium sentiat *Alex. in d. §. si vir in quinquennium, num.* 17.

Limitatur 9. ubi locatio facta fuit nomine Ecclesiæ in re- 42
bus ad ipsam Ecclesiam, non autem ad Prælatum pertinentibus: tunc enim Beneficiatus successor tenetur stare locationi, dummodò contractus tendat in commodum, & utilitatem Ecclesiæ, *gloss. in cap. fin. Ne Prælat. vic. suas, Quarant. in ver. alienatio rer. Eccles. num. 19. vers. amplia idem Rot. dec. 805. par. 1. Grat. decis. 99. num. 14. & seq. & discep. for. c. 606. num.* 8. ubi etiam dicit, quod successor in beneficio cogitur stare conductori Antecessoris, ubi fundus locatus erat sterilis, & posteà factus fuit fertilis, & redactus ad culturam, *latè Barbos. in dict. cap. fin. num. 6. Mant. de Tacit. libr. 5. tit. 13. numer. 12. & sequen.* ubi dicit, quòd si locatio sit Ecclesiæ utilis, & facta sit ad modicum tempus nomine Ecclesiæ, successor intelligitur obligatus. Dicitur autem facta nomine Ecclesiæ, si aliquod onus in ipsa locatione fuerit injunctum Ecclesiæ vel si facta fuerit locatio sub nomine dignitatis vel cum clausula, eo modo, quo melius fieri potest; quemadmodum dicitur Ecclesiæ utilis, si evidenter dam-

num non patiatur, *ut notat Genuens. in tract. de Eccles. quæstion. 137.*

43 Limitatur 10. in eo, qui rem venditam cum pacto de retrovendendo redemit: hic enim secundum receptam sententiam tenetur stare locationi illius, qui rem cum tali pacto possidebat, *Cancer. var. lib. 1. c. 14. num. 49. Mastril. dec. 5. n. 7. Marescot. var. lib. 1. c. 18. n. 8. Giurb. dec. 58. num. 8.*

44 Limitatur 11. quando conductor habet hypothecam pro observatione contractus, quia tunc ei licitum est pro suo interesse pignori incumbere, *Bart. in d. l. emptorem, numer. 2. C. locat. Guid. Pap. dec. 480. n. 5. vers. Secundo fallit, Alex. cons. 118.*
45 *n. 20. lib. 5.* quia ratione hypothecę etiam generalis datur retentio rei, *Neguſ. de Pignor. 1. mem. 2. p. n. 6. in fin.* quemadmodum competit colono retentio rei locatæ, si in ea sumptus fecit, *Guid. Pap. loc. cit. n. 5. vers. sexto si ipse colonus, Alex. in d. §. si vir in quinquennium, n. 8. Bald. in d. l. emptorem, n. 7. vers. sed*
46 *pone colonus, &c.* ubi dicit, quod tunc colonus tanquam partiarius partietur fructus cum emptore ex quadam societate incidenti.

47 Verùm in tali casu hoc jus retentionis resolvitur, ubi emptor offert conductori interesse, nec cogitur emptor ex hoc precisè stare locationi, *Alex. in l. si filiofam. §. si vir in quinquennium, num. 4. ff. sol. matr. Neguſ. qui communem dicit in d. 1. mem.*
48 *2. p. num. 7.* quod intelligendum est stante hypotheca generali; non autem si adesset hypotheca specialis, hoc enim casu singularis successor non posset expellere conductorem solvendo ei interesse sed tenetur stare locationi non obstante interesse oblato, *Beltramin. ad Greg. d. dec. 68. n. 11. ubi refert, ita resolvisse Rotam in dict. Romana locationis domus 15. Jannarii 1610. coram Ortembergo*, dummodo cum hypotheca specia-
49 li rei locatæ concurrat pactum de non alienando, ut supra diximus, quia sola hypotheca specialis non habet hanc vim ut cogatur emptor stare locationi, sed satis est, si solvat interesse, *ita Gratian. qui de magis communi testatur, dec. 99. n. 4. Ferentill. ad Burat. dec. 106. num. 25.* ubi dicit, quod inquilinus jure specialis hypothecæ potest domum retinere, donec sibi damna, & interesse solvantur, *Mant. dec. 63. nu. 2. Ruin. cons. 180. vol. 1. Covar. var. c. 15. nu. 3. lib. 2.* Unde datur cautela pro colono, ut in instrumento inseratur pactum, quod res, conducta non possit in alium alienari, & si contra fiat, alienatio sit nulla, & pro observatione contractus res sit ei specialiter hypothecata; nam tunc non poterit Dominus transferre dominium in emptorem in præjudicium coloni non consentientis, *Gozad. cons. 78. col. 2. Jas. in l. quoties vers. undecimo, C. de rei vend. Tiraq. de Retr. conven. §. 3. gl. un. n. 6. quos refert, & sequitur Grat. loc. cit. num. 6.*

50 Notandum est etiam, quod damna, & interesse non debentur ex non implemento contractus, quando illius effectuatio facto Principis, vel legis impedita fuit, *Rota coram Card. Cavaler. dec. 618. n. 23. & seq. Ferentill. ad Burat. d. decis. 106. n. 25.* ubi dicit, quod retrahens vigore bullæ retractus non tenetur
51 Inquilino solvere damna, & interesse, cùm nec venditor in tali casu teneatur de evictione, *Mantic. d. dec. 63. n. 2. latè Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. gl. 9. n. 34.*

52 Limitatur 12. si emptor, seu singularis successor recepit pensionem a conductore, quia tunc non poterit eum expellere pro eo tempore, quo Pensionem recepit, *Grat. disc. for. c. 606. n. 2. Put. dec. 178. num. 3. lib. 1.*

53 Limitatur 13. in Usurario; nam hic tenetur stare colono, *Alex. in l. si filiosfamil. §. si vir in quinquennium, n. 10. ff. sol. matr.* Usufructuarius verò non tenetur stare colono, *juxta l. arbores, ff. de Usufr.* nisi esset Usufructuarius omnium bonorum, *Alex. in d. § si vir in quinquennium, num. 14.*

54 An verò Proprietarius finito usufructu teneatur stare locationi Usufructuarii? Resp. negativè, *l. si quis domum, §. 1. ff. locat, per quem textum ita tenuit Cancer. d. lib. 1. c. 14. n. 48. Gut. canon. qq. lib. 2. c. 8. Mantic. de Tac. lib. 5. tit. 11.*

55 E contra vendita re locata, non tenetur conductor perseverare in conductione, si noluerit, ut servetur æqualitas. *l. qui fundum, ff. locat. Quarant. in ver. alienatio n. 19. ver. ampl. idem, & alii apud Barbos. de off. & pot. Episc. p. 3. alleg. 94. nu. 15. Grat. d. dec. 99. n. 12. Cancer. var. lib. 1. d. c. 14. num. 31.*

56 Adde 2. quod Doctores actu legentes vel munus advocationis exercentes, & scholastici, qui actu student, possunt expellere artifices, & alios propè obstrepentes, ne distrahantur ab eorum studiis, in quibus vertitur publica utilitas, *Gl. communiter recepta in l. 1. in fin. C. de stud. liber. Urb. Romæ libr. 11. & tradunt omnes in l. 1. ff. sol. matr.* quod etiam procedit, ubi ex malis odoribus importuno sono, sibilationibus, & vocibus infestis studium impediretur, *latè Grat. discep. for. c. 186. nu. 10. & seq. ubi citat Fel. in cap. ult. in fin. de Jud. Jo. de Amic. cons. 104. Franc. Marc. dec. 365. p. 1. Rip. in l. 1. n. 172. & ibi Alciat. in fin. ff. sol. matr. quibus adde Barbos. in d. § verum, n. 43.*

Hoc tamen intelligendum est, quando Doctor, vel scho- 57
laris prævenit fabrum, seu artificem, vel si eodem tempore ambo concurrerent; putà si eodem anno Doctor, & faber in eadem via domos conducant: tunc enim faber expelli potest, quia favorabilior est causa studiorum, *auct. habita, C. Ne fil. pro Patre, gl. in d. l. 1. C. de stud. liber. Urb. Rom. Bart. & cæteri in d. l. 1. ff. sol. matr. Abb. in c. ult. in fin. de Jud.* secus esset, quando faber prævenit Doctorem, vel scholasticum, qui possunt alibi commodè habitare: hoc enim casu cessat hujusmodi privilegium, *Rip. in d. l. 1. n. 130. in fin. ff. sol. matr. & de magis communi testatur Menoch. de arbitr. Jud. caus. 237. n. 7. & seq.*

Observa tamen, quod si Doctor, vel Scholasticus alibi 58
commodè habitare nequit, tunc faber expelli potest etiam si prævenerit, *Bart. in leg. 1. n. 30. sol. matr.* ubi id arbitrio Judicis remittit, *Grat. d. c. 186. num. 19.*

Observa 2. quod eodem privilegio gaudent Doctores, qui 59
in conscribendis libris operam navant, *l. 2. §. Juris civilis ff. de Orig. Jur.* jura enim loquuntur de professoribus, ut *advertit Grat. disc. for. c. 186. nu. 7.* & quidem meritò talibus doctoribus hoc privilegium a jure concessum est, cùm eorum scientia totus illuminetur mundus, & ad obediendum superioribus vita subjectorum informetur, *ut notatur in d. auct. habita, C. Ne fil. pro Patr.*

Alii verò Doctores, qui jurisperitiam non exercent, & 60
Scholastici, qui non student, dicto privilegio non fruuntur, *Menoch. loc. cit. d. cons. 237. num. 30. & seq. Rip. in dict. l. 1. numer. 138. ff. sol. matr. Dec. cons. 177. Jas. cons. 149. col. 1. lib. 4. & est communis opinio.*

An verò Ecclesia idem privilegium habeat? Resp. affirma- 61
tivè, *Fel. in c. ult. in fin. de Judic. quem refert, & sequitur Grat. discep. for. c. 186. num. 14.* ubi etiam dicit, quod eodem privilegio 62
gaudent infimi, ut *sensit etiam Barbos. in d. §. verum, n. 43.*

Observa 3. quod si adesset particularis vicus, ubi consueve- 63
runt fabri artem suam simul exercere, non possent inde expelli a Doctore, qui ibidem domum conduceret, *Bart. in d. l. 1. in fin. ff. sol. matr. Parpal. ibid. n. 44. & Ripa nu. 130. Abb. in d. c. ult. in fin. de Jud. Menoch. d. cas. 237. n. 7.* subdens *n. 22.* quod si faber contulerit se ad habitandum in loco, in quo consueverunt Doctores, & scholastici habitare, posset tunc expelli, ut *notavit etiam Alex. in d. l. 1. n. 51. ff. sol. matr.*

Observa 4. quod hujusmodi causis ob favorem studii non 64
datur appellatio, cùm studium non patiatur dilationem, *l. fin. ff. de Appell. recip. & tradunt Bald. in l. un. C. si de moment. poss. Mut. super consuet. Panorm. cap. 70. num. 27. Franc. Marc. decis. 368. num. 7. p. 1. Grat. d. c. 186. num. 15. Barbos. in d. §. verum, n. 43.* ubi etiam dicit, quod non potest appellari a decreto la- 65
to contra meretricem expulsam a vicina, quia neque hoc recipit dilationem.

S U M M A R I U M.

1 *Testamentum tempore pestis valet cum quinque testibus: declaratur n. 2. limitatur n. 3.*
Quot testes requirantur in codicillis, & donationibus causa mortis tempore pestis ibid. n. 1. & 3.
3 *Quid si pestis ita sæviret, ut hominum copia facilè haberi non posset.*
4 *An in tali casu mulier sit testis idonea.*
An mulier tempore pestis contrahere possit sine licentia viri, & Judicis, ibid.
5 *An testamentum tempore pestis validum sit, si testes non viderint testatorem.*
6 *Quid si Testator supervivat post tempus pestilentiale, & quid si post conditum testamentum vivente adhuc testatore fiat statutum requirens certam solemnitatem in testamentis, ibidem.*
7 *Quot testes requirantur in testamento Rustici, & n. 9.*
8 *Quid si Civis in Rure infirmetur.*
9 *Et quid si in Rure sit hominum copia.*
10 *In Terris Ecclesiæ etiam tempore sanitatis sufficiunt duo testes cum Parocho, vel quatuor testes sine Parocho in testamentis communibus, & duo testes in testamentis ad pias causas.*
11 *Duo testes in testamentis ad pias causas non requiruntur ad solemnitatem, sed solùm ad probationem.*
12 *Testamentum ad pias causas scriptum, vel subscriptum manu testatoris valet, quemadmodum testamentum conditum inter liberos.*
13 *Quando censeatur testamentum conditum ad pias causas.*
14 *An testamentum conditum inter liberos, imperfectum ratione solemnitatis, substineatur etiam quoad alia relicta extraneis.*

15 *An*

15 An valeant legata causis prophanis relicta in testamento condito ad pias causas coram duobus testibus.
16 Quid si testator condiderit testamentum cum duobus testibus, & in eo instituat hæredem laicum, & relinquat aliqua legata piis causis.
17 Ad revocationem testamenti conditi inter liberos septem testes requiruntur.
18 Legata, & testamenta ad pias causas revocari possunt coram duobus testibus.
19 An, & quando testamentum inter liberos, & ad pias causas per secundum intelligatur revocatum, n.20.
21 Refertur constitutio Alexandri VII. quoad testamenta, quæ fiunt tempore suspicionis pestis in Urbe, ejusque districtu.
22 An valeat ad pias causas, & inter liberos testamentum cæptum, & non completum.

CAPUT XL.

Quot testes sufficiant in testamento tempore pestis.

1 COmmunis est opinio, quod testamentum tempore pe-
stis valeat cum quinque testibus; tunc enim propter
imminens vitæ periculum pauci reperiuntur qui velint esse
testes, ità Bald. Salic. & Jas. in l. fin. C. de Testam. Thesaur. de-
cis. 180. ubi etiam decisum refert, quod in codicillis quinque
testes etiam tempore pestis requiruntur, & hanc sententiam
sequuti sunt Dec. cons. 284. Barba. cons. 87. col. 2. vol. 4. Paris. cons.
32. & 33. vol. 2. Mantua cons. 25. col. 2. & seq. Bertr. cons. 71. &
233. vol. 3. Mar. jun. cons. 129. n. 14. vol. 1. Mich. Grass. in §. testa-
mentum, q. 54. nu. 5. & alii apud Gabr. de Testam. conclus. 8. Ce-
vall. in spec. aur. opin. commun. contr. commun. q. 290. Conr. cons.
297. in lit. b. lib. 4. Ciarlin. controv. for. tom. 1. cap. 109. num. 1. Pe-
regr. dec. 80. num. 1. Rol. a Vall. cons. 81. numer. 47. vol. 1. Vasq. de
2 Success. creat. lib. 3. §. 22. num. 35. Mascard. de probat. concl. 1358.
num. 23. quod quidem procedit concurrentibus infrascriptis
conditionibus, videlicet, quod ipse testator tempore condi-
ti testamenti ægrotaret morbo pestis: secundò, quod eo
tempore pestis esset talis, ut verisimiliter major copia testium
ibi haberi non posset, Bart. in l. conficiuntur §. Codicilli ff. de
Jur. Codicill. ubi quod in hoc statur dicto ipsius testatoris, vel
Notarii assistentis, quod facta inquisitione non potuerunt
inveniri plures testes, nisi quinque, Clar. in §. Testamen-
tum, q. 56. vers. & hæc quidem, Rota dec. 356. num. 4. & seq. p. 6.
Recent. quibus adde Gail. lib. 2. obser. 118. quem refert, & sequitur
Thesaur. loc. cit. n. 2. in fin. ubi dicit, qood sufficerent duo te-
stes, si pestis ità sæviret, ut hominum copia facilè haberi non
3 posset: quam quidem sententiam sequuti sunt Joan. Molan. de
Piis Testam. c. 83. Joan. Vvurmser. controv. Jur. lib. 2. tit. 10. con-
trov. 5. n. 4. & 5. Comitol. respons. mor. lib. 7. q. 1. concl. 2. Minsi. cen-
tur. 1. obs. 96. n. 1. Ever. in Topic. in loc. a tempore ad tempus, 90.
n. 22. Laym. lib. 3. tr. 5. c. 2. n. 17. Bover. in tr. de Bello lib. 1. cap. 26.
n. 14. & alii apud Dian. res. mor. p. 7. tr. 6. resol. 34. ubi res. 40. cum
Marchin. in tr. de Pest. p. 8. c. 1. resolvit, quod eo tempore suf-
ficit nomerus duorum testium etiam in Codicillis, & dona-
tionibus causa mortis.
4 Ao verò in tali casu mulier sit testis idonea? negat Ruin. in
cons. 120. col. fin. vol. 5. Gabr. d. tit. de Testam. concl. 8. contrarium
tamen tenuit Crot. de Testib. circa princ. n. 12. Jas. in lege fin. n. 4.
C. de Testam. Papon. lib. 20. tit. 1. Arest. 1. Gasp. Anton. Thesaur.
ad dictam decis. 180. Thesaur. ubi quod ita judicavit Senatus
Pedemon. Peregrin. decis. 80. num. 3. Berlinch. pract. concl. 5. nu-
mer. 26. par. 3. Jo: Molan. de Piis Testam. c. 83. Dian. resol. mor.
p. 7. tr. 6. resol. 35.
Addit Cevall. loco cit. dicta q. 290. quod eo tempore mulier
contrahere posset sine licentia viri, & Judicis, si contractus
fuerit reciprocus, & esset periculum in mora, & ità etiam
sensit Corn. cons. 139. lib. 4. Dian. resol. Mor. p. 7. tract. 6. resol. 36.
in fin.
5 Observa tamen, quod etiam tempore pestis testamentum
non valeret, si testes non viderint testatorem etiamsi vocem
ejus audierint, Alciat. cons. 94. num. 5. lib. 9. Farinac. de Testib.
q. 69. n. 187. & alii apud Ciarlin. contr. for. lib. 1. c. 109. n. 61. & seq.
Menoch. de Arb. Jud. cas. 475. n. 23. Crot. in tr. de Testib. num. 346.
Dian. d. p. 7. tr. 6. res. 38.
6 Observa 2. quod testamentum factum tempore pestis joxta
privilegia ejus temporis validum est, etiamsi testator su-
pervivat post tempus pestilentiale, Rip. in tr. de Pest. tit. de
Privil. ult. volunt. nu. 28. & seq. quem refert, & sequitur Ciriac.
contr. for. 529. num. 21. & seq. lib. 3. subdens, quod si conditum
fuerit testamentum, & posteà vivente adhuc testatore fiat sta-
tutum requirens certam solemnitatem in testamentis, testa-
mentum hujusmodi conditum ante statutum, validum erit,
licèt testator decesserit longè post dictum statutum, & hanc
Antonell. de Tempore.
sententiam sequuntur Boer. dec. 228. n. 12. Thom. Maulius de ult.
vol. lib. 1. tit. 13. n. 4. Mascard. de Probat. concl. 1423. n. 18. & alii
apud Dian. d. p. 7. tr. 6. res. 39.
Observa 3. quod Rusticis etiam conceditur testari cum 7
quinque testibus quia in Rure pauci testes inveniuntur, l. fin.
C. de Testam. cujus textus dispositionem procedere etiam in 8
Cive, qui in Rure infirmatur, tradit Bald. ibid. nu. 2. Rip. in
tract. de Peste cap. 2. num. 3. contra Bart. in l. conficiuntur, §. co-
dicilli, numer. 1. ff. de Jur. codicill. nisi in Rure esset hominum
copia, quo casu solemnitas non censetur remissa; & ideò
tunc requireretur numerus septem testium juxta l. hac consul- 9
tissima, juncto §. per nuncupationem, C. de Testam. dict. l. fin.
C. eod. tit. & sensit Rip. loco cit. dicto cap. 2. in fin. hoc tamen
probandum est ab eo, qui vult infringere testamentum, ad
trad. per Bartol. in dict. l. conficiuntur, §. Codicilli, ff. de jur. Co-
dicill.
Observa 4. quod in Terris Ecclesiæ duo testes cum Paro- 10
cho, vel quatuor sine Parocho sufficiunt in testamentis com-
muoibus etiam rempote sanitatis, cap. cum esses, ubi DD. com-
muniter, de Testam. & ad pias causas sufficiunt duo testes,
juxta cap. relatum 1. eod. tit. Covar. qui de communi testatur,
in d. cap. cum esses, n. 12. & 13. & in d. c. relatum, in princ. Valasc.
dec. 74. n. 4. 5. & 10. Clar. in §. Testamentum, q. 57. num. 1. & 3. &
q. 6. vers. hinc infertur, Burat. decis. 616. nu. 9. Corn. cons. 215. col. 2.
lib. 2. & cons. 307. col. 6. lib. 3. quem refert & sequitur Tiraq. de
Privil. piæ causæ privil. 2. subdens, quod etiamsi nulli omni- 11
nò testes intervenerint in testamento ad pias causas, fatea-
tur tamen pars, testamentum fuisse conditum, judicandum
est pro testamento: quia duo testes non requiruntur ad sole-
mnitatem hujusmodi testamenti, sed solùm ad probationem:
ut in simili dicitur de testamento inter liberos, in l. hac consul-
tissima, §. ex imperfecto, C. de Testam. & hanc sententiam sequi-
tur Everard. Jun. cons. 27. nu. 29. vol. 1. Thomas Maulius tr. de
ult. vol. lib. 1. tit. 13. num. 8. Dian. resol. matr. p. 7. tr. 6. resol. 14. ubi
etiam dicit, quod testamentum ad pias causas manu testato- 12
ris scriptum, vel subscriptum valet etiamsi nulli testes fuerunt
adhibiti, dummodo per duos testes recognoscatur manus te-
statoris, Alex. cons. 4. n. 10. vers. accedit ad substinendum, vol. 7.
Jas. cons. 61. vol. 1. latè Gratian. discep. for. c. 605. nu. 20. quemad-
modum testamentum inter liberos validum est: si fuerit sub-
scriptum mano testatoris, auth. si modo, C. fam. ercisc.
Quando verò censeatur testamentum conditum ad pias 16
causas; alii tenent, quod testamentaria dispositio tunc di-
citur ad pias causas, quando pia causa fuit primo loco insti-
tuta; secus si in remotum, & incertum futurum eventum fuit
substituta, ad trad. per Butr. in cap. quod Clericis, col. 2. de foe.
comp. Socin. cons. 115. n. 7. vol. 4. Rot. in Zamoren. testamenti, 9.
Martii 1592. coram Card. Arrigonio, nisi tamen legata ad
pias causas majorem partem facultatum testatoris absorbe-
rent: tunc enim testamentum dicitur etiam ad pias causas,
& substinetur etiam sine solemnitatibus, Rot. coram Cæs. de
Grass. decis. 5. per tot. & præcipuè num. 16. de Testam. prout re-
fert Ferentil. ad Burat. decis. 475. numer. 17. & 18. alii verò pu-
tant, testamentum censeri factum ad pias causas, non so-
lùm quando hæres est pia causa, sed etiam quando substitu-
tionis via hæreditas devenit ad piam causam, ità Villalob. in
sum. tom. 2. tract. 30. diff. 4. nu. 2. Dicastil. de Justit. lib. 2. tract. 19.
disp. 1. dub. 10. numer. 111. Molin. tom. 2. tr. 2. disp. 134. Everard.
jun. cons. 27. nu. 28. Trullench. in Decl. tom. 2. lib. 7. cap. 18. dub. 4.
n. 1. Fagund. de Just. lib. 6. c. 3. n. 18. & 19. Diana res. mor. p. 7. tr. 6.
resol. 1. subdens, quod si aliquis alius esset hæres, non cen-
setur testamentum ad piam causam, quamvis ibi plura es-
sent legata pia, Bonac. de contractib. disp. 3. quæst. 1. punct. 3.
numer. 20.
Notandum tamen est, quod nuncupativum testamen- 14
tum aliàs imperfectum ratione solemnitatis, conditum inter
liberos, valet qoantum ad ipsos liberos, non autem quoad
alia relicta extraneis, ut in d. l. hac consultissima, §. ex imperfe-
cto, nisi testamentum a Patre conditom fuerit in scriptis,
quia tunc legata relicta etiam extraneis valerent, per auth. quod
sine, ubi glos. & DD. Cod. de Testam. & not. etiam Tiraq. de
Privil. piæ caus. privil. 80. vers. Sed Jason. &c. post med. Sed in
testamento condito ad pias causas legata relicta etiam non 15
piis causis coram duobus testibus æquè valent ac relicta piis
causis; quia testamentum in tali casu validum, & perfectum
est, juxta d. c. relat. 1. de Testam. & ideò valere etiam debent
accessoria respectu illius, qualia sunt legata, Sali. in auth. cas-
sa, & irrita, col. 4. in 9. qu. C. de Sacros. Eccl. per auth. quod sine,
C. de Testam. Anton. de Butr. in cap. quod Clericis, col. antepen.
& ibi Panorm. col. 7. de for. comp. Alex. cons. 41. col. 2. vers. Quin-
to quia in dicto testam. lib. 1. & cons. 105. numer. 14. lib. 4. & alii
apud Tiraquell. de Privil. piæ caus. dict. privil. 80. quibus adde
Everard. jun. cons. 27. num. 21. vol. 1. Grass. de success. §. testam.

q.18.num.7. Barbos.de jur. Eccl.lib.3.c.27.num.96. Gratian.to.4. discep.for.c.605.n.23.& seq.ubi dicit, hanc esse veriorem, Dian. res.mor.p.7.tr.7.resol.4. contrarium verò tenuit *Corn.cons.261. col.1.& 3.lib.1.Jas.in d.§.ex imperfecto*, ubi pro hac parte affert illud simile, quod si filiusfam. fecerit testamentum ad pias causas cum consensu Patris licèt valeat testamentum quoad pias causas, tamen legata aliis relicta non sustinentur, sed relinquuntur venientibus ab intestato, *per tex. in l. mulieri, ff.de condit.& demon. Imol.in l.tam is, §.1.ff.de Donat. caus.mort. Bald.in repet.l.1.n.8.vers.tertio quæro incidenter, col. 5.C.de Sacr. Eccl.*

16 Econtra si quis condiderit testamentum cum duobus testibus tantùm, in quo instituat hæredem laicum, & relinquat aliqua legata Piis causis, non valerent talia legata: quia testamentum in tali casu nullum est, & ipsa hæredis institutio inutilis, & ideò valere non possunt accessoria respectu illius, qualia sunt legata, quantumcunque pia, *secundum Sali.in d.auth.cassa, Ant.de Butr. in d.cap.quod Clericis, de for. comp. Alex.cons.177.col.2.num.6.lib.2.Jas. in d.l.1.in prim.lect.col.5. vers.è contrario autem, C. de Sacros. Eccl.* contrarium tamen videtur sensisse *Bart.in repet.l.1.n.75.& seq.C.de Sacros. Eccl. Tiraq.loc.cit.d.privil.80.in fin.& ita expressè tenuit Covar.in c. relatum 2.num.3. de Testam. Molin.de just.tr.2.disp.134.col.3. Thomas Maulius in tr.de ult.vol.lib.1.tit.12.n.4. Everard.jun. cons.27.n.58.vol.1.Ciarl.contr.for.to.1.c.21.n.8.Pasqualig.decis. moral.476.n.3. Bonac.de contract.disp.3.q.1.pun.3.nu.19.& alii quos refert, & sequitur Dian. d.p.7.tr.6.res.3.* & hæc sententia videtur probabilior *per tex.in d.cap.relat.1. de Testam.* ubi videtur sermo esse de legatis relictis ad pias causas; quæ generaliter, & absque ulla restrictione ibidem declarantur valida.

17 Notandum 2. quod licèt testamentum inter liberos conditum valeat coram duobus testibus nihilominus ad ejus revocationem septem requiruntur *auth. hoc inter liberos, C.de Te-*
18 *stam.* verùm hoc non extenditur ad testamenta & legata pia: hæc enim sicut valent facta coram duobus testibus, ita etiam possunt revocari coram duobus testibus tantùm, *Nat. cons. 442.vol.2.& alii apud Viv.com.opin.890.n.16.*

19 Notandum 3. quod testamentum in liberos non revocatur per secundum, nisi testator in secundo declaret, se nolle, illud prius testamentum valere, *ut in d.auth. hoc inter liberos, ubi DD. omnes, & præcipuè Bald. in n.1.* ubi dicit, quod revocatio primi testamenti conditi inter liberos debet ita expressè apparere, ut nulla sit dubitatio, *sequitur Rota in Spoletana hereditatis, seu confidentiæ 4. Februarii 1626. coram Burato, in impres.dec.901.num.2.& seq.* ubi, quod non sufficeret clausula, *cassans, &c.* quæ est communis, & accessoria.

20 An verò idem procedat in testamentis, & legatis piis? Resp. affirmativè, quia testamenta, & legata ad pias causas regulantur secundùm testamentum inter liberos, *ut dixit Rot. coram Burat.dec.616.n.5.Tusch.to.8.concl.116.nu.64. Emericus a Rospach.de compar.jur.civil.& canon.lib.2.tit.4.n.6. Hunnius in Enciclopedia jur.p.4.tit.3.c.3.n.3.quos refert Dian.d.p.7.tr.6.resol.33.* immò magis favendum est testamento, & legatis factis ad pias causas, quàm testamento inter liberos, *Bart.in repet. lib.1.n.74.C.de Sacros.Eccl.Alex.cons.4.n.10. vol.7.& ita sensit Gregor. Lopez & alii apud Dian.d.p.7.tr.6.res.27. quamvis alii contrarium teneant.*

21 Observa 5. quod in testamentis, & quibuscunque aliis ultimis voluntatibus, & dispositionibus, quæ tempore suspicionis pestis fiunt in Urbe, ejusque Districtu, loco Parochi, seu proprii Presbyteri adhiberi potest ipsius testantis, seu disponentis confessarius etiam regularis, etiam quem testans, seu disponens nunquam, nisi in infirmitate, confessionis causa accersiverit, vel adjerit, aut loco Parochi, seu Presbyteri, vel Confessarii duo alii testes, ut supra *prout statuit Alex.VII.in constitutione incip. In supremo justitiæ throno &c. edita sub die* 18. *Septembris* 1656. ubi etiam sancitur, quod quicunque in Urbe, ejusque districtu degentes, indulta transferendi pensiones obtinentes: easdem pensiones coram Sacerdote etiam regulari, ac etiam familiari in loco Notarii publici, & duobus testibus, etiam in favorem ipsius Sacerdotis (dummodo eo casu tertius testis adhibeatur, vel scriptura translationis a transferente subscribatur) servata in cæteris eorundem indultorum forma, prædicto tempore transferre licitè, & validè possunt, ea lege tamen, ut duplicatum scripturæ translationis hujusmodi intrà octo dies ab inde proximos ad Archivium Urbanum deferatur alioquin translatio nulla est eo ipso.

22 Quæres, an testamentum inceptum, & non completum valeat ad pias causas negat, *Ang. in l. si is, qui, ff. de Testamen. Boer.dec.83.post n.10.& dec.240.n.5.Fachi.lib.4.controv.cap.3. Clar.in §.Testamentum,q.7.vers.aliquando,&c.* quia tale testamentum non dicitur deficere ratione solemnitatis, sed ratione voluntatis: nam experientia docet, quod testatores in ipso actu conficiendi testamenti mutant, addunt & revocant multa per eos jam disposita; & ideò non potest dici perfecta voluntas, donec testator omnia integrè explicaverit, & *ita tenent alii apud Tiraq. de Privil. piæ caus. priv.7. vers.contrarium tamen*, sed opposita sententia mihi videtur probabilior, ut scilicet tale testamentum substineatur in iis, quæ piam causam concernunt, quamvis secundùm alia irritum sit, probatur hæc opinio *ex l. fin. C. fam. ercisc.* ubi validum declaratur testamentum inter liberos cœptum, & non impletum licèt quoad extraneum non valeat: & *ex l. in testamento, ff. de fideic.libert.* ubi, quod manumitti debet servus, cui legata fuit libertas in testamento, quod perfectum non erat, & *ita tenuit Bart.in d.l.in testamento, Petr. Anchar.cons.337.Imol. in d.l.si is, qui, ff.de testam. Jo:And. cons.57. Panorm.in c.penult. de Success.ab intest.Castr.cons.456.l.1.Ang. Aret. in §.ex eo n.12. in fin.instit. Quib.mod. testam.infirm.* ubi dicit, quod voluntas testatoris est perfecta quoad relicta pia, quæ in tali dispositione jam expressit, cum non sit verisimile, quod testator voluerit se corrigere, *Alex.in d.l.hac consultissima, §.ex imperfecto, C.de Testam. Barb.cons.42.col.4.lib.4. Calca. cons.13. Covar. in cap. relatum 1. de Testam. Vasq.tract.de Testamen. cap.2.num.27.& alii, quos refert, & sequitur Tiraq. de Privil. piæ causæ, d. privil.7. ubi de communiori testatur, Dian. p.7.tract.6.res.19.*

S V M M A R I V M.

1 *In ponenda ratione legis falcidiæ inspicitur valor patrimonii tempore mortis testatoris.*
2 *Augmentum, vel diminutio contingens posteà, & arte aditam hæreditatem non nocet nec prodest legatariis.*
3 *Fructus percepti post mortem testatoris non computantur in falcidia: limitatur, num.4.5. & 6.*
7 *Falcidia locum non habet, quando legata non excedunt dodrantem.*
8 *Falcidia non detrahitur ex bonis prohibitis alienari.*
9 *Falcidia, & trebellianica cessant in legatis piis.*
Quando hæres integram quartam habere debeat, & quando non ibidem.
10 *Legatarii non possunt consequi legata antequam bona hæreditatis æstimentur.*
11 *Quid si legatarii præstent fidejussorem de restituendo hæredi, quicquid per l. falcidiam, eidem deberetur.*

C A P U T XLI.

Quodnam tempus attendatur in ponenda ratione legis falcidiæ.

RESp. quod inspicitur quantitas, seu valor patrimonii 1
tempore mortis testatoris, & non aliud tempus, §.
quantitas autem, inst. de l.falcid.l.in quantitate, ff. eod. ubi
etiam, quod augmentum, vel diminutio contingens posteà, 2
& ante aditam hæreditatem non nocet, nec prodest legatariis;
& ideò fructus percepti ex bonis hæreditariis post mortem te-
statoris non computantur in falcidia, *ut ibid. tradunt DD*
communiter, exceptis casibus enumeratis per *Aret. in dict. §.* 3
quantitas autem, n.2. videlicet, si constet de contraria Testa- 4
toris voluntate, vel si fructus erant jam sati tempore mortis, 5
testatoris, vel percipiantur ex re alteri legata sub conditio- 6
ne ante conditionis eventum, quia tunc in falcidia, com-
putandi sunt, *juxta l.quod autem, l.in lege falcidia placuit, l. quod de bonis, §.fructus, ff.ad l.falcid.l.mulier, §. si hæres, ff. ad Trebell.*

Notandum est autem, quod falcidia non habet locum, 7
quando legata non excedunt dodrantem, idest novem uncias
totius hæreditatis: nam sive unus hæres institutus sit, sive
plures, apud eum, eosve pars quarta remanere debet; si er-
go fiat contrarium, de singulis legatis potest fieri sectio, hoc
est quartæ partis detractio, *§.1. ubi glos.in ver. dodrantem, & alii DD. communiter inst.de l.falc. Rot. dec.88. numer.21. & 22.*
p.5.tom.1.Recent. ubi etiam, quod falcidia non detrahitur ex 8
bonis prohibitis alienari, *ut in auth. sed & in ea, C.Ad l.Falc.*
Ciarl.contr.foren.lib.2.cap.139. ubi, quod falcidia, & trebel- 9
lianica cessant in legatis piis, *per auth. similiter, C.eod. titul. Ad l.Falc.& c.140.n.5.* ubi dicit, quod quando ex privilegio, ut in relictis ad pias causas, vel ex expressa dispositione testatoris non detrahitur falcidia, tunc cætera legata onerari non debent, sed totum præjudicium est hæredis: secus si falcidia tacitè sit prohibita, ut quia testator mandavit, legata

integrè

integrè præstari, aut sine diminutione: tunc enim detrahitur falcidia ex aliis, ità ut integram quartam hæres habeat, *Peregr. de fideic. ar. 4. n. 31. & communem dicit Gratian. disc. for. c. 59. n. 7. & c. 881. n. 13.* ubi, quod falcidia detrahitur etiam de legato dotis, & *c. 981. n. 22.* ubi addit, quod falcidia non debetur hæredi non conficienti inventarium.

10 Ut autem sciatur, an falcidia detrahi debeat, omnia bona hæreditatis æstimanda sunt, ut *inquit Bart. in l. 1. §. si ususfructus, an. 2. ff. Ad l. falc.* & interim legatarii ante liquidationem non possunt consequi legatum; quinimò si illud consequuti fuissent, tenerentur hæredi restituere, ut *est tex. in l. un. C. quor. legat.*

11 Addit Bursat. *cons. 298. num. 11. lib. 3. quem refert, & sequitur Ciarlin. contr. for. d. c. 140. n. 30. & seq. lib. 2.* quod licèt legatario non possit denegari exequutio, si præstet fidejussorem de restituendo hæredi quicquid per l. falcidiam eidem deberetur, *l. in quantitate, §. magna, ff. ad l. falcid.* tamen si hæres in continenti de jure suo docere paratus sit, adhuc in executione erit supersedendum, *l. si is a quo, ff. Ut in poss. leg. &c.*

S V M M A R I U M.

C A P U T XLII.

Quomodo fieri debeat solutio, si monetæ valor tempore solutionis mutatus fuerit.

PRæmittendum est, quod bonitas pecuniæ duplex est, 1
alia intrinseca, alia extrinseca: bonitas intrinseca tunc
dicitur mutata, quando pecunia esset inferioris materiæ, vel 2
minoris ponderis; bonitas verò extrinseca dicitur mutata,
quando eadem existente materia, vel pondere valor pecuniæ ex decreto Principis, vel aliàs crevit, vel diminutus fuit,
ut tradunt communiter DD.

His notatis dico 1. quod si pecuniæ bonitas intrinseca mu- 3
tatur post tempus contractus, debet fieri solutio in moneta,
quæ currebat tempore contractus, si talis moneta reperiatur,
& non fuerit reprobata, aliàs fieri debet solutio in moneta
nova ad rationem antiquæ, ut tantum debitor solvat, quantum recepit, *Bart. & alii in l. Paulus, ff. de solut. Greg. decis. 42.
n. 1. Burat. dec. 626. n. 3. ubi etiam Ferentill. n. 9. Penia dec. 5. n. 13.
Cenc. de censib. p. 2. q. 4. ar. 4. n. 26. & seq. Guid. Pap. decis. 493. n. 1.
vers. Concludo ergo, Beniutend. dec. 39. n. 2. Cancer. var. lib. 2. c. 6.
num. 138. Ciriac. contr. 388. nu. 10. lib. 2. & communem dicit Gabr.
commun. concl. lib. 3. tit. de solut. concl. 1. n. 1. & seq. Marescot. var.
lib. 1. c. 94. n. 7. & seq. latè Gratian. discep. for. c. 844. num. 1. & seq.* 4
ubi dicit, quod contrahentes ex juris præsumptione non intendunt se obligare, nisi juxta valorem monetæ, quæ tempore contractus currebat, *Barbos. in cap. olim, num. 5. de Censib. Specul. in tit. de oblig. & solut. §. nunc aliqua, in fin. Viv. commun. opin. 512. in ver. moneta, Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. gl. 18.* 5
n. 27. Affl. decis. 194. num. 2. ubi ex hoc infert, quod restitutio
dotis debet fieri secùndùm valorem monetæ currentis eo tempore, quo soluta, vel tradita fuit: quod procedit etiam in 6
annuis solutionibus ex contractu debitis, ut *not. in cap. olim,
de Censib. latè Ciriac. contr. 388. n. 12. & seq. Put. decis. 145. lib. 2.
quicquid dicat Guid. Pap. d. dec. 493. vers. vel posset intelligi n. 1.*
unde si moneta nova est deterior, numerus debet augeri, & 7
sic numerus debet bonitatem monetæ antiquæ supplere; si
verò moneta nova esset melior, & excederet valorem anti- 8
quæ, iste excessus cederet commodo debitoris, & ideò in
pauciori numero esset solvenda: quia sicut non licet debitori solvere minus eo, quod recepit, ità non tenetur plus, sive majorem æstimationem solvere, quàm fuerit moneta antiqua, ut *rectè declarat Cephal. cons. 31. n. 8. & seq. Thesaur. decis. 174. n. 6. Gabr. lib. 3. tit. de sol. concl. 1. n. 18.*

An verò possit debitor offerre creditori pecuniam anti- 9
quam reprobatam? Resp. negativè, præsertim si fuit in
mora, *secundùm probabiliorem opinionem, quam sequuti sunt Ant. de Butr. in cap. quanto col. 3. de Jurejur. ubi etiam Abb. col. 4. Boer. decis. 327. num. 12. Imol. in clem. sin. col. penul. de Decim. Raph. Cuma. in l. Paulus, ff. solut. & alii apud Gabr. ubi supra num. 4. quicquid in contrarium sentiat Cancer. loco cit. num. 145.*

Observa tamen, quod si tempore obligationis, & con- 10
tractus esset timor mutationis monetæ illiusque valoris, solutio est facienda juxta valorem, quem moneta habet tempore solutionis, *Cenc. de censib. c. 2. q. 4. art. 4. num. 29. ubi citat Feder. Martin de jur. cens. c. 5. num. 65.*

Observa 2. quod si tempore solutionis faciendæ non appa- 11
reat de valore monetæ conventæ, solutio facienda est de moneta usuali, & nova illius nominis, quæ videtur loco antiquæ subrogata, *Viv. com. opin. 516. n. 4. Gabr. d. concl. 1. num. 31. Curt. jun. cons. 24. n. 6. lib. 1. Surd. cons. 335. n. 15. lib. 3. & alii apud Cenc. loc. cit. n. 9. & seq.* ubi etiam dicit, quod licèt solutio de
jure fieri debeat de moneta existente tempore factæ obliga- 12
tionis, ex generali tamen consuetudine quælibet pecunia in
commercium recepta censetur posita in facultate solvendi,
Seraphin. dec. 944. n. 1. Marescot. var. lib. 1. c. 94. num. 1. nisi con- 13
ventum fuerit, ut solutio fiat in scutis auri in auro bono, & justi ponderis: tunc enim hæc verba, ut aliquid operentur, auferunt facultatem solvendi in moneta alterius materiæ, quasi ad ipsam auream respexerint contrahentes, *Rotæ in Cremonen. pensionis 15. Junii 1598. coram Orano, quæ apud Cenc. est decis. 219. n. 3. & seq.* ubi etiam; quod stante penuria scutorum auri in auro justi ponderis, potest solutio fieri in moneta diversa a debita, dummodò inde nullum damnum creditori resultet.

14 Dico 2. quod si pecuniæ bonitas intrinseca non est immu-
tata, sed tantùm extrinseca, tunc attenditur tempus solu-
tionis, non autem contractus, *Beltram. ad Greg. dec. 42. n. 7.*
Burat. dec. 626. n. 2. Penia dec. 5. n. 4. & communem dicit Ursil.
ad Affl. dec. 194. n. 2 Gratian. discep. for. c. 417. n. 2. & seq. Bellon.
de Potest. cor. quæ incontinenti fiunt, vel ex intervall. lib. 1. c. 12.
Marescot. var. lib. 1. cap. 94. n. 11. & seq. quo casu si valor pecu-
niæ fuit diminutus, liberatur debitor solvendo illam mone-
tam: modò non fuerit in mora: quia pecunia in eadem bo-
nitate intrinseca, hoc est in eadem materia, & pondere red-
ditur, *Bart. in d. l. Paulus, n. 6. ff. de solut. Affl. loco cit. numer. 4.*
latè Gabr. ubi supr. concl. 2. si verò valor augeatur, eadem ra-
tione cedere hoc debet commodo creditoris, non autem de-
bitoris, *Maresc. d. c. 94. num. 14. & seq. Cravet. cons. 47. num. 6.*
Burat. decis. 790. numer. 6. tunc enim debitor speciem conven-
tam præstat, nihilque etiam aucto valore de suo addit, nec
solvit amplius, quàm debet, cùm augmentum proveniat
non ex re, aut impensa debitoris, sed ex facto Principis, aut
consuetudinis, *ut observat Viv. commun. opin. 516. num. 50. in*
ver. moneta, & ita etiam tenent alii apud Cancer. d. c. 6. nu. 140.
Cenc. de Censib. p. 2. c. 2. q. 4. art. 4. nu. 24. & seq. ubi dicit, quod
quando certa monetæ species est in obligatione, illa species
est solvenda, si extet, vel ejus valor, seu æstimatio tempo-
re faciendæ solutionis, *Benintend. dec. 39. n. 1.* ubi dicit, quod
si quis teneatur solvere quolibet anno scuta decem in auro,
non habetur ratio valoris augmenti, vel decrementi, sed
tantùm numeri, & *ita sentiunt etiam Zab. Anch. & Imol. in*
clem. 2. de Decim. Boer. dec. 327. num. 13. & alii apud Viv. com-
mun. opin. 514.
15 Secus esset, si debitor fuit in mora, quia tunc diminutio
monetæ cederet damno, & præjudicio ipsius debitoris, *latè*
Gabr. d. lib. 3. tit. de solutionib. concl. 3. Affl. dec. 194. n. 3. Thesaur.
decis. 174. num. 4. ubi dicit, quod si medio tempore post mo-
ram debitoris pecunia antiqua mutetur in novam ex decreto,
vel constitutione Principis, & antiqua reprobetur, tenetur
debitor propter moram suam solvere ad rationem antiquæ,
ne creditor ex debitoris mora, & culpa, indebitè damnum
patiatur.
16 An verò censeatur esse quis in mora, qui a Principe indu-
ciatū litteras impetravit? affirmativè respondet *Thes. lo. cit. n. 4.*
17 Dico 3. quod quando pecunia debetur ex donatione, vel
legato, tunc satis esset solvere de moneta currente tempore
solutionis *Viv. commun. opin. 516. in ver. moneta, Guid. Pap.*
dec. 493. numer. 1. vers. vel potest dici, Gabr. d. lib. 3. tit. de solut.
concl. 1. num. 34. & hanc magis communem dicit Bellon. loco cit.
18 *num. 3.* quamvis alii in legato contrarium teneant, videlicet
quod de jure in solutione legatorum attendatur valor, & bo-
nitas monetæ de tempore testamenti, ita *Alex. cons. 30. nu. 8.*
vol. 2. Mantua cons. 44. sub n. 2. & 3. vol. 2. Cephal cons. 563. nu-
mer. 41. & seq. Peregr. de fideicom. art. 35. n. 18. & alii, quos re-
fert, & sequitur Ciriac. contr. for. 391. n. 17. lib. 2. subdens *nu. seq.*
19 quod quando variata est moneta ob deteriorationem, solu-
tio facienda est, vel de moneta antiqua secundùm antiquam
æstimationem, vel de nova juxta æstimationem antiquæ, *Ma-*
rescot. var. lib. 1. c. 94. ubi quod aureis legatis, debentur ii, qui
frequentantur in loco, unde legans originem ducit, *Afflict.*
decis. 194. n. 2.
20 Dico 3. quod condemnatus per sententiam debet solvere de
illa moneta, quæ currebat tempore sententiæ, non autem de
moneta currente tempore executionis, *ut post Oldrad. con-*
sil. 31. not. Affl. d. dec. 194. num. 2. idemque in laudo tenet *Cur.*
in tract. mon. num. 19. vers. 6. quæro, Brun. in tract. de aug. mon.
in 10. p. & alii apud Gabr. d. tit. de sol. concl. 6. n. 2.
21 Dico 4. quod si inter partes expressè conventum fuerit, ut
certa moneta solvatur, vel restituatur, illa prorsus in ea-
dem forma esset restituenda, *l. 1. ff. de Pact. Thes. dec. 174. n. 5.*
præsertim si juramentum intervenerit, *Guid. Pap. decis. 493.*
num. 1. ver. immo dicit ibi gl. vel saltem ejus valor, seu æstimatio
tempore solutionis faciendæ, *Penia decis. 5. num. 3. latè Ciriac.*
contr. 388. nu. 13. & seq. ubi etiam dicit, creditorem posse re-
cuperare id, quod in minori quantitate solutum est tempore
præterito.
22 Addit *Grat. cons. 12. n. 44. & 49. lib. 1. Cravet. cons. 887. n. 2. &*
alii, quos refert & sequitur Thesaur. loco cit. n. 6. quod si aureo
præfixa est æstimatio, puta ad flor. 9. pro quolibet aureo, tunc
si aureus decresceret, solvendi nihilominus essent flor. 9. pro
quolibet aureo: quemadmodum si aureus augeretur, non de-
berentur nisi flor. 9. *per regulam l. secundùm naturam, ff. de*
Reg. Jur.
23 Dico 5. quod in pensionibus attenditur æstimatio de tem-
pore gratiæ seu reservationis pensionis, *Rot. dec. 488. nu. 1.*
p. 4. tom. 2. Recent. Burat. dec. 428.
24 Dico 6. si fuit conventum inter contrahentes, quod so-
lutio fieret de moneta currente, non exprimendo, ad quod
tempus monetæ cursus sit referendus, debitor non potest
cogi, ut solvat monetam currentem tempore factæ obliga-
tionis, sed potest solvere monetam currentem tempore so-
lutionis faciendæ, *ut post Oldrad. cons. 250. numer. 2. & alios*
scripsit Cenc. de censib. p. 2. c. 2. q. 4. art. 4. num. 6. Rota apud eun-
dem decis. 214. num. 7. & seq. ubi, quod facienda est solutio
de moneta currente, tempore solutionis habito tamen re-
spectu ad antiquam, ut tantò plus de nova detur,
quantum valeret illa, quæ currebat tempore promissio-
nis.
Dico 7. quod si duæ species monetæ in commercio homi- 25
num sint, quarum una est majoris valoris, altera minoris,
debitor in dubio tenetur solvere ad rationem monetæ mino-
ris valoris, quia in obscuris favendum est causæ debitoris,
Rot. apud Cenc. de censib. decis. 221. n. 1. per tex. in l. semper in ob-
scuris, ff. de Reg. jur. l. Titia, §. quæro, ff. de aur. & arg. leg.
Dico 8. quod si debitor bona fide, ac integrè solverit cre- 26
ditori non contradicenti unam speciem monetæ loco alte-
rius, quæ erat in obligatione, non potest cogi in posterum
ad solvendum, nisi in illa specie, quam debitor solvere con-
suevit, etiamsi talis observantia non fuerit legitimè præscri-
pta, *l. sed Julianus, §. proinde, ff. ad Maced. Barbos. in cap. olim.*
num. 2. de censib. Rota apud Cenc. de censib. decis. 221. n. 4. Grat.
cons. 12. n. 16. lib. 1. Feder. Mart. de jur. censi. cap. 5. n. 111. & 113.
& alii apud Cenc. in d. tr. de censib. p. 2. c. 2. q. 4. art. 4. n. 31. & seq.
subdens, hoc non habere locum contra Ecclesiam, contra
quam ad hunc effectum requiritur, ut una moneta pro alia
fuerit soluta per spatium 40. annorum, *juxta cap. de quarta,*
ex de Præscript. & dixit Rota apud Cenc. ut sup. decis. 216. nu. 4.
Cancer. var. lib. 2. cap. 6. n. 146.
Dico 9. quod valor monetæ debet æstimari juxta illius cur- 27
sum qui est in loco celebrati contractus, non autem loci de-
stinatæ solutionis: quemadmodum mensura debet fieri, 28
prout fit in loco factæ venditionis; non autem loci, ubi sita
sunt bona vendita, ut *ex communi DD. sententia tradit idem*
Cenc. p. 2. c. 2. q. 4. art. 4. num. 39. & seq. Marescot. var. lib. 1. c. 94.
n. 2. & 3. Seraphin. decis. 944. num. 2.
Limita in legato: hoc enim debetur in moneta currente in 29
loco solutionis faciendæ, non autem in moneta currente in
loco, ubi est conditum testamentum, *l. vinum ff. si cert. pet.*
ex quo infert, *Oldrad. cons. 168. n. 1. Corn. cons. 244. lib. 2. quos re-*
fert & sequitur Gratian. discep. for. c. 565. n. 2. & seq. quod lega-
tum pecuniæ factum a Testatore existente v. gr. Mutinæ, sol-
vendum est in moneta Romana, si illa debeat deponi Ro-
mæ ad effectum, ut legataria ibi nubere possit, ut *in simili*
consuluit Alex. cons. 19. n. 16. lib 6. ubi subdit, quod quando 30
pecunia legatur tamquam corpus certum, puta si legarentur
pecuniæ existentes penes tertium, tunc non attenditur con-
suetudo alicujus regionis, sed solùm existentia ipsius corpo-
ris, *juxta l. si servus, §. fin. & l. sed. si certos ff. de leg. 1.*
Quæres an valeat solutio pecuniæ de proximo reproban- 31
dæ? Resp. negativè, si debitor id sciverit, *Calca. cons. 14. col. 4.*
ver. quantum ad tertium, quem refert Gabr. lib. 3. tit. de solut. con-
clus. 2. n. 24. Grat. discep. for. cap. 260. n. 19. & seq. ubi etiam dicit,
quod venditor frumenti sciens ejus æstimationem statim es- 32
se minuendam post venditionem, tenetur emptori ad resti-
tutionem; quod intelligendum est, quando mutationem
pecuniæ solus debitor scivit: tunc enim fraude id fecisse 33
præsumitur, & ideò solutio non valeret: secus esset, si ru-
mor futuræ mutationis increbuerat: quia tunc creditori im-
putari debet, qui talem pecuniam accepit, ut *rectè observat*
Bellon. de potestate eorum quæ incontinenti fiunt, vel ex inter-
vallo, lib. 1. c. 12. n. 10. subdens, aliam esse depositi rationem,
cùm depositum a creditore impediri nequeat.
Dico 10. quod in legibus, & statutis inspicitur valor mo- 34
netæ, quæ currebat tempore conditæ legis, quia solemnita-
tis adhibitio est uniformis omni tempore, *Bal. in l. illud, n. 13.*
C. de Sacros. Eccl. ubi ex hoc infert, quod *tex. in l. pen. C. de*
Donat. ubi donatio sine insinuatione usque ad 500. solidos
substinetur, intelligendus est de solidis antiquis, non de cur-
rentibus hodierno tempore, *Curt. in tr. mon. n. 18. & 19. Brun.*
in tr. de aug. monet. in 1. p. col. 1. ver. & prædicta etiam procedunt,
Matt. laud. tr. de monet. n. 27. prout illos refert Gabr. d. tit. de so-
lut. concl. 5. n. 2. quamvis contrarium sentiat, *Spec. in tit. de ob-*
lig. & solut. §. nunc aliqua, n. 9. Cancer. var. lib. 2. c. 6. n. 151. Grat.
discep. for. cap. 51. num. 13. ubi, quod in legibus, & statutis at-
tenditur tempus solutionis.

S U M M A R I U M.

1 *Fidejussor, qui diu stetit in obligatione, jure petere potest, se ab hujusmodi obligatione liberari, & num. 20.*

2 *Quan-*

2 *Quando quis censeatur diu stetisse in obligatione.*

3 *Ad hunc effectum non sufficit, aliquem diu stetisse in promissione, sed requiritur, quod diu steterit in obligatione.*

4 *Fidejussor evictionis, antequam eveniat casus evictionis, non potest petere, se eximi a fidejussione, etiamsi diu in hac promissione steterit.*

5 *Fidejussor tutoris, vel Curatoris non potest agere, ut eximatur a fidejussione ante finitam tutelam, vel curam.*

6 *Quid in fidejussore alterius administratoris.*

7 *An qui vendidit rem aliàs obligatam pro dote suæ uxoris, possit cogi ab Emptore, ut rem liberet ab illa obligatione.*

8 *Quando fidejussor possit petere liberationem antequam solvat, & num. seq.*

9 *Quando fidejussor dicatur condemnatus.*

10 *Fidejussor, qui promisit judicatum solvere, ex sententia adversus reum lata potest absque alio processu cogi ad solvendum.*

11 *Dilapidatio quomodo probetur.*

12 *An fidejussor agere possit ex capite inchoatæ dilapidationis, quando debitor tempore factæ fidejussionis cœperat jam dilapidare.*

13 *An fidejussor possit petere, se eximi ab obligatione, si inter eum, & debitorem esset orta inimicitia.*

14 *Quid si fidejussor velit ad studium proficisci.*

15 *Et quid si fidejussor fuerit carceratus pro debito.*

16 *Et quid si principalis debitor esset rixosus.*

17 *Fidejussor, qui solvit pro debitore, statim agere potest pro liberatione, etiamsi diu in obligatione non steterit.*

18 *Fidejussor liberatur a fidejussione, si detur alius fidejussor idoneus de consensu creditoris, vel relevator respectu ipsius fidejussoris.*

19 *An possit fidejussor cogere principalem debitorem ad redimendum censum.*

21 *An fidejussor possit agere ad liberationem respectu sortis principalis.*

Quotuplex sit obligatio fidejussoris, qui accessit in contractu census, ibidem.

CAPUT XLIII.

Quando quis censeatur diu stetisse in obligatione.

1 PRætermittendum est, quod fidejussor, qui diu stetit in obligatione, jure petere potest, se ab hujusmodi obligatione liberari, *l. Lucius Titius, ff. mandat. l. si pro ea, C. eod. cap. ult. ubi Canonistæ communiter, ex de fidejuss.* quando verò quis
2 censeatur diu stetisse in obligatione, arbitrio Judicis remittitur, cùm id a jure definitum non sit, *gl. in d. l. Lucius Titius, ver. condemnetur, Bald. in d. l. si pro ea nu. 12. Cancer. var. resol. lib. 2. c. 5. n. 88. Affl. dec. 241. n. 3. Menoch. de Arb. Jud. cas. 41. n. 3. Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 16. tit. 22. n. 26. ubi dicit, hanc esse communem DD. sententiam, quam pluries sequuta fuit Rota in Romana, seu Bononien. census 7. Maii 1601. coram Corduba, & in Bononien. census 5. Martii 1603. coram Coccino, et in Imolen. census 26. Junii 1609. coram Card. Cavaler. & in Romana census 10. Jun. 1613. coram Sacrato, & in aliis, censitis, prout refert Cenc. de censib. p. 2. c. 2. q. 3. art. 4. n. 7.* ubi loquitur de fidejussore in contractu census.
3 Observa tamen, quod ad hunc effectum non sufficit aliquem diu destitisse in promissione, sed requiritur, quod diu steterit in obligatione, *ut dicit Ang. in §. si quid autem, n. 3. inst. de fidejuss. post Bal. in d. l. si pro ea, n. 5.*
4 Ex quo infertur 1. quod fidejussor, qui promisit de evictione, antequam eveniat casus evictionis, non potest petere, se eximi a fidejussione, etiamsi diu in hac promissione steterit: in hoc enim casu ante evictionem sequutam non dicitur esse in obligatione, quia adhuc non venit dies, nec conditio, *ut observant Bald. et Ang. locis cit. Mantic. de Tacit. lib. 16. tit. 22. n. 27.* ubi dicit, fidejussorem futuræ evictionis etiam post decennium non posse dici diu permansisse in obligatione, sed solùm in promissione, *Viv. commun. opin. 287. in ver. fidejuss. to. 1. Affl. dec. 241. n. 4. & ibid. Ursil. nu. 4. Rot. apud Cenc. de censib. dec. 199. n. 2.* & ideò non potest petere liberationem, *Merlin. de pignor. lib. 5. q. 54. n. 1.*
5 Infertur 2. quod fidejussor tutoris, vel Curatoris non potest agere, ut eximatur a fidejussione ante finitam tutelam, vel curam, quia non censetur esse in obligatione, nisi post finitam tutelam, & curam, *Gomez. var. res. to. 2. c. 13. n. 10. vers. Tertio infert, quem refert, & sequitur Cenc. loc. cit. d. ar. 4. n. 5. et 6. Cancer. var. lib. 2. c. 5. n. 89. Rot. dec. 142. nu. 15. & seq. apud eumdem, Cenc. post Addit. ad tract. de censib.* idem de fidejussore alterius
6 cujuscunque administratoris dicit *Merlin. loco cit. n. 1.*
7 Addit *Bald. in l. ex prædiis, in fin. C. de evict.* quod si quis vendiderit rem aliàs obligatam pro dote suæ uxoris, non potest cogi ab emptore, ut rem liberet ab illa obligatione, ubi venditor haberet bona sufficientia pro restitutione dotis, etiamsi illam vendiderit francam, & liberam; ratio est, tum quia in tali casu non interest emptoris, cum venditor habeat bona sufficientia, tum etiam quia obligatio pro dotibus est conditionalis, *ut post Bal. & alios sensit Affl. d. dec. 241. n. 5.*
Observa 2. quod fidejussor regulariter non potest petere 8
liberationem, antequam solvat creditori, *l. si pro ea, C. mandat. Cancer. var. lib. 2. c. 5. de fidejuss. n. 84. & 85.* ubi, quod fidejussor non solvens, nullam actionem habet contra principalem debitorem, nisi aliter conventum fuerit inter partes, vel nisi fidejussor fuerit condemnatus, vel principalis debitor cœpisset dilapidare bona sua, *ut in d. l. si pro ea, & in l. Lucius Titius, ubi DD. ff. eod. Rot. dec. 142. num. 8. apud Cenc. de Censib. post addit.*
Dicitur verò ad hunc effectum condemnatus fidejussor, si 9
in causa sit conclusum, & ex actis constet, eum esse in casu condemnationis, quia condemnandus de proximo habetur
pro condemnato, *Cephal. cons. 136. num. 6. Mantic. de Tacit.* 10
lib. 16. tit. 22. n. 11. idemque dicendum, si se obligavit in forma Cameræ, vel per instrumentum quarentigiæ, quod paratam habet executionem, *Bald. in d. l. si pro ea, nu. 7. Merlin. d. lib. 5. q. 54. n. 4. Surd. dec. 94. n. 5. Rot. d. dec. 142. nu. 3. & seq. apud Cenc. post addit.* vel si in judicio promisit judicatum solvere, cum ex sententia adversus reum lata possit talis fidejussor absque alio processu cogi ad solvendum; unde in his casibus antequam solvat, potest petere, ut liberetur, *Bart. in l. 1. n. 2. ff. judic. solut. Bald. in d. l. si pro ea nu. 4. Cod. mandat. Mant. loc. cit. n. 30. Barbos. in d. c. ult. n. 8. & seq. de fidejuss.*
Dilapidatio verò probari potest ex communi hominum 11
opinione, *secundum gl. in l. ubi ver. ad inopiam, C. de jur. dot. Mantic. loco cit. dict. tit. 22. num. 19.* ubi etiam, quod sufficit fama in ejus parochia, vel inter eos, qui scire possunt, debet autem probari talis dilapidatio, ut fidejussor probabiliter possit timere: quod arbitrio Judicis remittitur; nam si bona debitoris valebant decem millia, & malè expendit centum, non propterea agere posset fidejussor, *ut inquit Bald. in d. l. si pro ea num. 1.*
An verò possit fidejussor ante solutionem agere ex capite 12
inchoatæ dilapidationis, quando jam tempore fidejussionis debitor cœperat dilapidare? negativè respondet *gl. in d. l. si pro ea, ver. cœpisse, Bal. ibid. n. 1.*
Sunt etiam alii casus, in quibus agere potest fidejussor an- 13
tequam solvat; quando scilicet superveniunt inimicitiæ inter debitorem, & fidejussorem, *Jo: Andr. in addit. ad Spec.*
in tit. de Judic. §. specialia, lit. g. Gratian. dec. March. 133. nu. 17. 14
& 18. vel si fidejussor velit ad studium proficisci, *Spec. in d.*
§. specialia n. 4. & alii apud Mant. d. lib. 16. tit. 22. num. 31. vel 15
si fuerit carceratus pro debito, *Cancer. d. lib. 2. c. 5. num. 86. ubi*
citat Bald. in dict. l. si pro ea, & alios, vel si principalis de- 16
bitor esset rixosus, *secundum Barbos. in d. cap. ult. num. 17. de fidejuss.*
Observa 3. quod fidejussor, qui solvit pro debitore, statim 17
agere poterit pro liberatione, etiamsi diu in obligatione non steterit, *Rot. d. dec. 142. n. 8. apud Cenc. post addit.* ubi, quod ad hunc effectum satis esset, si post census impositionem transierit unum semestre, & fidejussor illud solverit; quamvis contrarium teneat *Cancer. d. lib. 2. c. 5. n. 93.* ubi dicit, quod non potest fidejussor per solam unius pensionis solutionem compellere debitorem ad redimendum, sed necesse est, ut aliquas pensiones solvere coactus fuerit.
Observa 4. quod fidejussor liberatur a fidejussione, vel 18
dando alium fidejussorem idoneum de consensu creditoris, vel dando relevationem respectu ipsius fidejussoris, *Bal. & alii in l. si pater, C. de collat. Vinc. de Franc. decis. 200. n. 2. Jo: Bernard. Muscatell. in sua pract. fidejuss. p. 2. q. 6. nu. 3. in fin. quorre-*
fert, & sequitur Cenc. p. 2. c. 2. q. 3. art. 4. n. 13. & seq. Card. Cava- 19
ler. dec. 74. n. 1. ubi dicit, quod non potest fidejussor ullo modo cogere principalem debitorem ad redimendum censum, quamvis contrarium aliàs senserit *Rot. apud Zacch. de oblig. camer. dec. 101. n. 11.* sed vide *Duran. dec. 27. n. 9.* ubi dictam decisionem aliter explicat quamvis enim possit fidejussor petere, se eximi a fidejussione quoad obligationes puras, qualis est obligatio solvendi fructus census, etiamsi dies solutionis adhuc non venerit, *l. cedere diem, ff. de verb. signif.* non tamen potest agere ad liberationem respectu sortis principalis: quia quoad sortem est fidejussor evictionis, *Rot. apud Cenc. decis. 201. num. 7. & d. dec. 142. n. 13. & 19. idem Cenc. p. 2. cap. 2. q. 3. ar. 4. nu. 10. & seq.* ubi dicit, duplicem esse obligationem fidejussoris, qui accessit in contractu census, alteram scilicet quoad solutionem fructuum; alteram de evictione rei, super qua census fuit impositus; quo casu ante sequutam

evictionem fidejussor non potest agere, ut supra diximus, §. *resolvit, Rot.d.dec.*101.*n.*14. *apud Zacchiam ubi sup. & dict.decis.*142.*n.*13.*&* 14.*apud Cenc.* sequuta verò evictione, si diu steterit in tali obligatione, petere potest, se a dicta obligatione eximi, *Cancer.dicto l.*2.*c.*5.*n.*90.*& seq.*

S U M M A R I U M.

1 *Pensio in prædiis urbanis, si de certo tempore nihil actum fuerit, debetur in fine anni, nisi aliud de consuetudine servetur.*
2 *Si pensio in singulos annos sit distributa, quælibet pensio solvi debet in fine cujuslibet anni.*
Tot intelliguntur locationes, quot sunt pensiones, ibid.
3 *Quid si pensio sit unica pro omnibus annis.*
4 *In dubio locatio intelligitur unius anni.*
5 *In prædio rustico non debetur pensio, nisi post recollectos fructus.*
6 *Si conductor post tempus remanet in prædio rustico, videtur in annum renovata conductio, sed in prædio urbano, quatenus habitaverit, renovata censetur.*
7 *Quid si ex prædio rustico non percipiantur fructus, nisi de triennio in triennium.*
Et quid si ex hujusmodi prædio percipiantur fructus bis in anno, ibidem.
Et quid si ex eo perciperentur fructus uniformiter qualibet parte anni, ibidem.
8 *Quid si ex prædio urbano non perciperetur fructus uniformiter qualibet parte anni.*
9 *An in prædiis Ecclesiæ elapso tempore a jure permisso censeatur renovata locatio.*
10 *Dominus potest fructus separatos a fundo, & in eo existentes loco pignoris retinere, & prohibere, ne colonus eos exportet.*
11 *Conductor etiam invitus potest expelli, si pro tempore præterito integram non solvit pensionem.*
12 *Quid si locator promiserit eum non expellere.*
13 *Artifici quando solvi debeat merces.*
14 *Famulo debetur salarium pro rata temporis servitii.*
15 *Dominus, qui ex recessu famuli damnum passus fuit, agere potest ad interesse.*

C A P U T XLIV.

Quando pensio, vel merces ex locatione sit solvenda, si de certo tempore nihil actum fuerit.

1 DIco I. quod in prædiis urbanis inspiciendum est in tali
casu, quid sit solitum fieri vel pacisci inter homines
illius provinciæ, *l.exceptio, C.de loco & cond.* si verò de tali con-
suetudine non constet, quia nulla sit, vel dubia, hoc quidem
actum intelligitur, ut in fine anni pensio solvatur, *gl. & DD.*
*in l.*3.*C.eod.per tex.in l.semper in obscuris, & l.semper in stipula-*
tionibus, ff.de Reg.jur. ubi quod minimum est sequimur. Qua-
2 re si pensio in singulos annos sit distributa, quælibet pensio
debet solvi in fine cujuslibet anni: quia tot intelliguntur lo-
cationes, quot sunt pensiones, *arg.l.scire debemus, & l.pluribus*
§.1.*ff.de verb oblig. Bart. in l.si servus communis Mævii, §.ult.*
*n.*3.*ff.de stipul.servor.* si verò pensio sit unica pro omnibus an-
3 nis, veluti si domus locata fuerit in novem, vel plures annos,
pro mille aureis, de jure communi pensio in fine temporis
solvi debet, *Sali.in l.*3.*n.*7.*C.de locat. & condit. Mant.de Tacit.*
4 *& ambig.convent. lib.*5.*tit.*6. *in princ.* ubi etiam observat quod
in dubio locatio intelligitur unius anni, *arg.l.item quæritur* §.
qui impleto, ff.de loco & cond.
5 Dico 2. quod in prædio rustico non debetur pensio, nisi post
recollectos fructus, sive pensio præstanda sit in certa portione
fructuum, sive in pecunia, *l.inter stipulantem, §.sacram, ff.de*
*verb.oblig.l.Domini prædiorum, Cod. de Agric. & censit.lib.*11.
*Bald.cons.*316.*lib.*3.*& in l.*3. *C.de locat.& cond. Mant.loco cit.*
*num.*13.*&* 14.
6 Notandum verò est, quod si conductor post tempus rema-
net in prædio rustico, videtur in annum renovata conductio;
sed in prædio urbano, quatenus habitaverit renovata cense-
tur: quia in prædio rustico non percipiuntur fructus in qua-
libet parte anni, quemadmodum in urbano, *l.item quæritur*
§.qui impleto, ff.de loc. & cond.
7 Observa tamen, quod si ex prædio rustico non percipiantur
fructus nisi de triennio in triennium, vel de quinquennio in
quinquennium, tunc Conductor in aliud triennium, vel
quinquennium videtur reconduxisse; Item si ex hujusmodi
prædio percipiantur fructus bis in anno, in sex menses reno-
vata videtur locatio, seu conductio; & si ex eo perciperentur
fructus uniformiter qualibet parte anni, pro rata temporis
conductio renovata censetur: quia in hoc casu eadem est ra-
tio, quæ in prædio urbano, *ut eleganter tradit Bart. in d.l.item*
*quæritur, §.qui impleto, n.*10.*quem DD. communiter sequuntur.*
Item si est prædium urbanum, ex quo non perciperentur 8
fructus uniformiter qualibet parte anni, tunc idem dicendum
est, quod in prædio rustico, *ut subdit Bart.ibid.* ubi exemplifi-
cat in domo existente in loco, ubi fiunt nundinæ.
Et hæc procedunt non tantum in prædiis privati, sed etiam 9
in prædiis Ecclesiæ: quia *in extrav.ambitiosæ, de Reb.Eccles.*
non alien. ubi prohibentur locationes, & conductiones, & re-
rum Ecclesiæ, ultra triennium, excipiuntur casus in jure per-
missi, *ut in simili notat Grat.disc.for.c.*357.*n.*42.*ubi citat Ceval.*
*q.*756.*n.*67.*& alios, & nos diximus in tr.de Regim. Eccl. Episc.*
*lib.*1.*c.*5. *num.*14.
Observa 2. quod Dominus potest fructus separatos a fun- 10
do, & in eo existentes loco pignoris retinere, & prohibere, ne
colonus eos exportet, *ut post Bald. scripsit Mantic. de Tacit.*
*lib.*5.*tit.*6. *num.*13.
Observa 3. quod conductor, si pro tempore præterito inte- 11
gram non solverit pensionem, etiam invitus potest expelli, *ut*
*colligitur ex l.*3.*C. de loco & condit.* ducto argumento per con- 12
trarium sensum: quod procedit, etiamsi locator promiserit
eum de fundo non expellere: quia hoc pactum tacitè intelli-
gitur si intra tempora præfinita pensionem solverit, & ut
oportet fundum coluerit, *l.quæro §.inter locatorem, ff. loc. &*
*cond. Mantic.loc.cit. n.*30.*&* 31.
Dico 3. quod in locatione operarum inspicienda est qua- 13
litas personæ, quæ locavit operas suas: item qualitas operis,
quod fieri debet, & consuetudo locorum *ut notant Doctores in*
*l.*2.*C. de loc. & cond.* nam si artifex pauper promiserit con-
struere domum pro certa pecuniæ quantitate, & interim sol-
vi debet pecunia promissa, *ut dicit Bart. in d.l.*2.*n.*3. *& in l.qui*
insulam, §.qui ædem, ff.eod. è contra tutores, sartores, & similes
prius præstare debent operas, opusque perficere, quàm mer-
cedem petant *arg.l.cum Sticus, ff.de solut. Mantic.d.lib.*6.*tit.*6.
num. 16.
An verò debeatur salarium famulo, qui pro certa merce- 14
de, ac certo tempore promisit Domino servire, & deinde an-
te finem temporis discessit? Resp. quod ei debetur salarium
pro rata temporis servitii; æquum enim est, ut eatenus, qua-
tenus Dominus commodum percepit, famulo mercedem
solvat, *Bald.in l.*2. *C.de loc. & cond. quem refert Mantic.ibid.*
*n.*21. subdens, quod si Dominus ex recessu famuli damnum 15
passus fuerit, agere poterit ad interesse.

S U M M A R I U M.

1 *Possessio de tempore motæ litis est præcipuum requisitum ad manutentionem.*
2 *Ad manutentionem sufficit possessio de tempore præterito, & ante introductam litem.*
3 *Actus, qui dederunt causam liti non habentur in consideratione ad obtinendam manutentionem.*
4 *An ad hunc effectum sufficiat possessio momentanea, & instantanea.*
5 *An solutiones factæ per antecessores, suffragentur pro obtinenda manutentione contra successorem.*
6 *Per solam immissionem unius tigni in parietem vicini acquiritur quasi possessio servitutis tigni immittendi.*
7 *Per unicam solutionem pensionis, vel collectæ probatur quasi possessio juris exigendi, vel collectandi.*
8 *Quasi possessio eligendi, ac juris præsentandi, & jurisdictionis ex unico actu quæritur: limitatur num.*9.11.12.*&* 14.
10 *Unico actu etiam possessio amittitur.*
13 *Quasi possessio præsentandi qualiter probetur.*
15 *An acquiratur possessio per unicum actum qui solet fieri promiscuè, hoc est aliquando ratione obligationis aliquando ratione familiaritatis.*
16 *An ex unico actu acquiratur servitus viæ, vel itineris.*
17 *Quid si constaret de unica refectione itineris.*
18 *Et quid si actus fuit admissus sine præjudicio juris alterius.*
19 *Quando præsentatus a vero Patrono præferatur præsentato ab existente in quasi possessione præsentandi.*
20 *Quando Episcopus possit invitis patronis Ecclesiam providere, & num.*21.

C A P U T X L V.

An ad obtinendum mandatum de manutenendo requiratur possessio de tempore motæ litis vel sufficiat possessio de tempore præterito.

1 QUamvis possessio de tempore motæ litis sit præcipuum
requisitum ad manutentionem, §. *retinendæ, inst. de In-
terd. Rot. apud Post. dec.* 519. *n.* 2. *et dec.* 570. *n.* 2. *et dec.* 594.
n. 5. *& dec.* 597. *n.* 7. *& dec.* 601. *n.* 2. sufficit tamen possessio de
2 tempore præterito, & ante introductam litem, quia præsu-
mitur continuatio usque ad tempus turbationis, vel motæ li-
tis nisi probetur aliquis actus possessorius contrarius, *Cache-
ran. dec.* 99. *n.* 51. *Seraphin. decis.* 1154. *n.* 4. *Burat. dec.* 158. *n.* 3. *&
dec.* 289. *num.* 7. *in fin. Rot. diversf. decis.* 80. *n.* 7. *p.* 2. *& communem
dicit Cevall. in spec. opin. commun. con. com. q.* 501. *latè Post. in tr.
3 mand. de manutent. observ.* 17. *n.* 1. *et seq.* subdens, *n.* 44. quod
actus, qui dederunt causam liti, non sunt habendi in consi-
deratione ad obtinendam manutentionem: non enim re-
levat possessio controversa, & turbativa, sed requiritur pa-
cifica, & continuata, *Rota apud eundem post. dec.* 498. *nu.* 4.
Greg. decis. 417. *num.* 4. *Mantic. decis.* 207. *num.* 10. sufficeret ta-
4 men ad hunc effectum possessio momentanea, & instanta-
nea, & unicus actus possessorius tam in corporalibus, quàm
in juribus incorporalibus, *Nevizan. cons.* 80. *&* 81. *Nat. cons.*
121. *n.* 5. *Rim. jun. cons.* 585. *n.* 36. *Silvan. cons.* 27. *Paul. de Castr.
cons.* 3. *lib.* 2. *Capic. dec.* 209. *& alii apud Peregr. de fideic. art.* 48.
n. 38. *Gratian. discep. for. c.* 310. *n.* 54. *& seq.* ubi etiam dicit, quod
5 solutiones factæ per antecessores, suffragantur pro obtinen-
da manutentione contra successorem, *Gonz. super reg.* 8. *Can-
cell. gl.* 45. §. 2. *n.* 29. *Rot. diversf. decis.* 17. *n.* 1. *p.* 2. *Rip. in c. cum Ec-
clesia Sutrina, n.* 52. *&* 53. *de caus. poss. & propr.* ubi dicit, quod
6 per solam immissionem unius tigni in parietem vicini acqui-
ritur quasi possessio servitutis tigni immittendi, & per uni-
cam solutionem pensionis, vel collectę probatur quasi pos-
7 sessio juris exigendi, vel collectandi: quemadmodum quasi
possessio eligendi, ac juris præsentandi, & jurisdictionis ex
8 unico actu quæritur, *Menoch. de Arbitr. Jud. cas.* 160. *nu.* 5. *Al-
ciat. reg.* 2. *præs.* 2. *n.* 4. *Pacif. de Salv. interd. inspect.* 1. *c.* 6. *nu.* 47.
9 *Rota Recent. p.* 4. *dec.* 129. *n.* 1. nisi fortè hujusmodi actum, ex
quo causatur possessio, vel quasi, Superior posteà rejecerit,
vel annullaverit, vel Judex appellationis revocaverit, *Tusc.
in ver. quasi possessio, concl.* 34. *n.* 2. *Viv. in Prax. Jurisp. p.* 2. *lib.* 5.
c. 4. *num.* 41. *et* 42. *Post. loco cit. obser.* 18. *per tot.* ubi etiam dicit,
10 quod unico etiam actu possessio amittitur, *Ferentill. ad Bu-
rat. dec.* 633. *n.* 17. *et seq.* ubi dicit quod si præsentatio non fuit
11 admissa, nec rejecta, non suffragatur ad acquirendam quasi
possessionem præsentandi, subdens *ibidem num.* 20. quod pręe-
sentatio admissa cum clausula, si & in quantum, si de jure
admitti debuit, censetur admissa, & constituit in quasi pos-
12 sessione præsentandi; secus verò si non erat admittenda,
Gregor. decis. 417. *n.* 3. *ubi Beltram. num.* 12. unde probari debet
13 primò præsentatio facta cum bona fide. Secundò quod præ-
sentatio fuerit admissa, & confirmata, & sequuta institutio.
Tertiò, quod præsentatus, & institutus pro tali habitus fue-
rit. Quartò quod is, in cujus præjudicium quasi possessio ju-
rispatron. acquiritur, hoc sciat, & patiatur, *ut post Calder.
cons.* 12. *de Jurepatr. dixit Rota coram Caputaq. dec.* 339. *p.* 2. *Se-
raph. dec.* 499. *n.* 1. *&* 2. *latè Post. ubi sup. obs.* 32. *nu.* 27. ubi etiam
14 dicit, quod non acquiritur quasi possessio ex præsentatione
effectuata in vim concordiæ.

15 Notandum tamen est, quod non acquiritur possessio per
unicum actum, qui solet fieri promiscuè, hoc est aliquando
ratione obligationis, aliquando ratione familiaritatis, &
amicitiæ, sed tunc tot actus requiruntur, qui verisimiliter
excludant præsumptionem familiaritatis, *Rip. in d. c. cum Ec-
clesia Sutrina, num.* 55. *et seq.* ubi etiam dicit, quod neque per
mille actus acquiritur possessio in iis, quæ solius familiarita-
tis, vel amicitiæ intuitu conceduntur, *Cenc. de cens. p.* 2. *c.* 2.
q. 5. *art.* 4. *n.* 24. *Gratian. discep. for. c.* 113. *nu.* 64. *Post. d. obser.* 18.
16 *nu.* 46. ubi ex hoc infert, quod ex unico actu non acquiritur
servitus vię, vel itineris, quia ire per fundum alterius est actus,
17 qui communiter solet concedi familiaritatis gratia, nisi for-
tè constaret saltem de unica refectione itineris quia reficere
iter non est actus, qui soleat concedi jure familiaritatis, ut
observat etiam Rip. in loc. cit. n. 93. *vers. fin.*

18 Notandum 2. quod ex actu facto, seu admisso sine præju-
dicio juris alterius non acquiritur quasi possessio præsentan-
di, *Grac. de Benef. p.* 5. *c.* 5. *n.* 65. *Viv. in Prax. Jurisp. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 2.
sub nu. 12. *& lib.* 11. *c.* 6. *n.* 13. *quos refert, & seq. Post. d. observ.* 32.
num. 16. quia dicta clausula præservat jus tam in petitorio,
quàm in possessorio, ità, ut compatronus per patientiam
præstitam in illo actu tantum, non autem in futuris sibi præ-
judicaverit, *ut resolvit Rota in Majoric. Jurispatr.* 4. *Decembr.*
1587. *coram Bubalo, quam refert, Ferentil. ad Burat. decis.*
633. *num.* 16.

Notandum 3. quod præsentatus a vero Patrono compa- 19
rente ante institutionem est præferendus præsentato ab exi-
stente in quasi possessione, si de vero titulo concludenter
constet ex confessione partis, vel re judicata, vel publico
instrumento adeò claro, ut indubitatè incontinenti appa-
reat de non jure existentis in quasi possessione, *ut post Panor-
mit. in c. consultat. num.* 9. *de Jurep. Dec. cons.* 127. *num.* 1. *& alios
dixit Rot. dec.* 374. *n.* 4. *p.* 1. *Recent. & in Lucana Jurispatronatus*
20. *Decembris* 1628. *&* 7. *Maii* 1629. *coram Dunozetto, & in
Ragusina jurisdictionis* 11. *Decemb.* 1620. *coram Remboldo relat.
per Post. in tr. mand. de manut. dec.* 285. 332. *&* 333. ubi, quod
privari quis potest sua quasi possessione eligendi, constito,
quod jus eligendi ad alium pertineat.

Notandum 4. quod quãdo controversia est inter Patronos, 20
putà si discordent in præsentatione, vel si alter ipsorum præ-
tendat, alterum non esse patronum, vel quid simile, tunc
Episcopus potest ipsis invitis providere Ecclesiam, salvo ju-
re præsentandi illi, qui posteà evicerit Jurispatronatus per
ultimum calculum sententiæ, sed non pro illa vice, *Zerol.
in Prax. Episc. p.* 1. *in ver. Jurispatron.* §. 5. *Barbos. de offic. & po-
test. Episc. p.* 3. *alleg.* 72. *nu.* 140. *vers. tertius casus &c.* non potest
tamen Episcopus in tali casu statim providere, sed debet ex-
pectare Patronos laicos per quatuor menses, & Clericos, e-
tiamsi litigent cum laicis, per sex menses intrà quos lis fi-
nienda est: quo tempore elapso: & causa minimè termina-
ta Episcopus potest liberè in tali beneficio instituere Recto-
rem sine præjudicio evincentis, *juxta c. quoniam* 3. *c. cum pro-
pter, &c. eam te, de Jurepatr. Ric. in Prax. p.* 1. *res.* 181. *ubi citat
Rot. in Derthonen. Jurispatron.* 19. *Februar.* 1601. *coram Pœnia,
quibus adde Flor. de Mena. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 31. *&* 32. *quem refert, &
sequitur Barbos. loco cit.* ubi dicit, tempus datum patronis ad
præsentandum currere per litis pendentiam super quasi pos-
sessione præsentandi inter ipsos patronos, subdens, quod si
lis esset super proprietate jurispatronatus, potest is, qui re-
petitur in quasi possessione, præsentare, *per tex. in d. c. cum
propter de Jurepatr.*

Secus esset, si patronus scienter præsentaverit indignum, 21
vel minus idoneum: quia in tali casu poterit Episcopus sta-
tim ordinatio jure beneficium conferre, *Rip. in rubr. de ju-
dic. num.* 68. *Gratian. discep. for. cap.* 58. *num.* 11. *Cresc. dec.* 11. *de
jurep. Caputaq. dec.* 62. *num.* 2. *& dec.* 291. *p.* 2. idemque dicen-
dum est, si patronus præsentaret personam non habentem
qualitates requisitas in fundatione quia non servans dispo-
sitionem factam a fundatore, videtur delinquere, & ideo
tunc devolutio fit ad superiorem, *latè Barbos. de offic. & po-
test. Episc. par.* 3. *alleg.* 72. *n.* 105. subdens, quod præsentans in-
habilem sub conditione impetrandi dispensationem, pro ea
vice non privatur facultate præsentandi, si durante quadri-
mestre, dispensatione, per indignum non obtenta, de no-
vo saltem cumulando alium præsentaverit, *ut censuit Rota in
Firmana Altaris S. Ludovici* 4. *Martii* 1595. *Coram Card. Se-
raphino, & in firmana altaris* 20. *Junii* 1613. *coram Dunozetto.*

S U M M A R I U M.

1 *Quando testator in institutione plures conjungit ex necessita-
te causativa pro validitate testamenti, veluti cùm testa-
tor instituit filium, & nepotem ex eo, nepos præsumitur
vocatus ordine successivo per vulgarem substitutionem: li-
mitatur n.* 8. *& seq.*
2 *In dubio præsumitur quid factum ob causam necessa-
riam.*
3 *Quando copulativa resolvatur in disjunctivam.*
4 *Quid si extraneus copulativè institutus fuerit cum filio.*
5 *Post aditam hereditatem vulgaris substitutio expirat.*
6 *Substitutio habens tractum temporis, intelligitur ordine
successivo per fideicommissum.*
7 *Quid si testator dixerit, instituo tam filium, quàm Ne-
potem.*
*Et quid si dixerit, instituo Nepotem meum, & Patrem ejus,
ibidem.*
8 *In primogenitura quomodo succedatur.*
9 *Quid si dispositio non loqueretur de primogenito, sed de ma-
jore.*
10 *An juri primogenituræ renunciari possit.*
11 *Quid si Pater instituit filium, simul & nepotes, vel cum
nepotibus, vel unà cum eo nepotes.*
12 *Et quid si testator appellasset nepotem cohæredem filii, vel si
instituisset filium, & nepotem æqualiter, vel pro æqualibus
por-*

CAPUT XLVI.

An, & quando Filii unà cum eorum Patribus vocati, eodem succedant tempore, vel ordine successivo.

1 DOctores in hac quæstione distinguunt plures casus: quorum primus est, quando Testator in institutione plures conjungit ex necessitate causativa pro validitate testamenti, ne alioquin præteritione restamentum reddatur nullum, veluti cùm testator instituit filium, & nepotem ex eo: & tunc nepos præsumitur vocatus ordine successivo per vulgarem substitutionem, nempe si filius testatoris hæres esse noluerit, vel non potuerit; videtur enim testator nepotem instituisse, non ut hæredem filio suo faciat, sed ut sibi consulat, ne quandoque contingat, testamentum suum rumpi casu, quo filius esset præmortuus, & nepos, qui primum locum teneret, reperiretur præteritus: nam in dubio præsumitur quid factum ob causam necessariam, *ut tradunt communiter DD. cum gl. in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de Liber. & posth.* ubi, quod in tali casu favore filiorum, & ut ordo necessitatis servetur; copulativa resolvitur in disjunctivam, & verbum, instituit, quantum ad filium stat propriè quo verò ad nepotem accipitur pro substituit, *Alex. cons. 14. n. 10. lib. 1. Corn. cons. 156. lib. 4. Bertran. cons. 9. num. 1. lib. 1. in 2. par. & cons. 82. n. 2. eodem vol. & cons. 182. n. 1. lib. 2. in 2. p. Curt. jun. cons. 128. num. 1. & alii apud Clar. in § Testamentum, q. 80. vers. secunda conclusio &c. ubi de communi Osast. dec. 81. num. 12.*
4 *Peregrin. de fideicomm. art. 17. num. 7.* ubi etiam dicit, quod hæc
ratio omnino cessat in extraneo copulativè instituto cum filio: nam nulla alia ratione potest videri institutus, nisi ut sit ejus cohæres.

5 Unde si filius adivit hæreditatem, nepos excluditur: quia
post aditam hæreditatem vulgaris substitutio expirat, *l. post aditam, ubi Sali. & Alex. C. de Impub. & aliis subst. Clar. loc. cit. vers. sed quæro, latè Honded. cons. 65. n. 1. & seq. lib. 1.* ubi, quod
6 substitutio habens tractum temporis intelligitur ordine suc-
cessivo per fideicommissum; putà si testator substitutionem fecerit post mortem hæredis instituti, *ut notat etiam Crav. cons. 22. n. 7. & cons. 131. n. 10.*

7 Ampliatur prædicta conclusio, etiamsi testator dixerit, instituo tam filium, quàm nepotem: in hoc enim casu hujusmodi dictiones non impediunt ordinem successivum licèt aliàs pro sui natura faciant comparationem æqualiter inter duos, *Jas. cons. 142. num. 5. lib. 4. & alii quos refert, & sequitur Peregr. de fideicom. d. art. 17. n. 8. in fin.* subdens *n. 12.* quod si testator dixerit, instituo nepotem meum, & patrem ejus filium meum ad huc præposteratio hæc non immutaret ordinem necessitatis.

8 Ità etiam, quamvis in creatione primogenituræ fiat mentio de primogenitis in plurali, adhuc tamen unus tantùm succederet: quia talis mentio respicit plures successivo ordine, non autem, ut plures eodem tempore succedant, *ut inquit. Ciriac. contr. 312. n. 68. tom. 2. ubi citat Menoch. cons. 158. numer. 53. Rim. jun. cons. 544. nu. 89. quibus adde Alex. cons. 4. lib. 4.* ubi, quod quando in investitura, seu primogenitura vocatur primogenitus, & ejus filii, vel quod bona transeant de primogenito in primogenitum, tunc durante linea primogeniti non fit transitus ad secundogenitum *juxta c. 1. de Natur. suc. feud.* qui textus licèt loquatur in feudo, habet tamen locum in primogenitura, quæ feudi naturam sapit, *Paris. cons. 72. n. 104. lib. 4. Covar. in Prac. c. 38. post n. 7. et alii apud Cancer. var. lib. 3. c. 21. n. 293. & seq.* ubi etiam dicit, quod primogenitus statim ac nascitur, vendicat sibi jus primogenituræ, pro se, & suis posteris, & ad eos transmittit jus succedendi, etiamsi decedat ante Patrem, *ut sensit etiam Ciriac. d. contr. 312. n. 91. lib. 2. & contr. 543. n. 14. lib. 3.*

Secus esset, quando dispositio non loqueretur de primoge- 9
nito, sed de majore natura, putà si testator simpliciter vocavit majorem natu ex suis descendentibus: nam talis dispositio intelligitur de majore natu, ex omnibus descendentibus ipsius testatoris, & sic tam ex primo, quàm ex secundogenito, & aliis ab eo descendentibus; unde in tali casu succederet qui tempore cedentis fideicommissi major natu reperietur, quia tunc major ætas attenditur, *Alex. cons. 4. n. 14. lib. 4. Peralt. in Rubr. de Hæred. instit. num. 130. vers. ult. præmissis, Hieron. Gabr. cons. 107. num. 8. & 9. lib. 1. Gratian. cons. 8. per tot. Anch. cons. 27. Roman. cons. 438. n. 14. & alii apud Cancer. loc. cit. n. 300. latè Honded. cons. 70. num. 11. et seq. lib. 2.* ubi etiam dicit, quod major, ac primogenitus censetur is, qui tempore successionis est natu major, licèt ante eum alius natus, & mortuus sit, *Anton. Gabr. commun. conclus. lib. 4. tit. de Success. ab intest. concl. 2. n. 18.* idemque dicendum, si testator vocavit simpliciter majorem ex suis descendentibus, quia intelligitur de majore natu, *Alex. d. cons. 4. lib. 4. Honded. d. cons. 70. n. 12.* nisi fortè vocaverit majorem ex linea recta filii primogeniti, vel majorem natu ex unoquoque alio gradu: quia tunc censetur vocatus primogenitus cujusque gradus ex linea recta Primogenitorum, *ut decisum refert Cancer. lib. 3. d. c. 21. nu. 304. vers. dicitur autem, ubi citat Velazq. l. 40. Tauri gl. 17. num. 27. Peralt. in Rubr. de Hæred. instit. num. 130. ante fin. Peregr. cons. 39. num. 18. vol. 1.*

An verò juri primogenituræ renuntiari possit? Resp. affir- 10
mativè, *c. quàm periculosum, 7. qu. 1. & est communis opinio;* dummodo tamen renunciatio primogenituræ, & similium dignitatum fiat ad favorẽ ejus, qui immediatè successurus esset non autem alterius remotioris, *ut declarat Tiraq. de Jure Primog. q. 27. quem refert, & sequitur Ciriac. contr. 403. nu. 10. & 11. lib. 3.*

Limitatur tamen principalis conclusio, quando Pater in- 11
stituit filium, simul, & nepotes, vel cum Nepotibus, vel unà cum eo Nepotes: nam tunc Nepotes censentur vocati, ut eodem tempore succedant cum eorum Patre: quia dicto *cum,* vel, *una cum, & simul,* magis conjungit, quam copulat, *l. si quis Attio, ff. de usufruct. accresc. Bart. in d. §. quidam rectè n. 5. quem cæteri communiter sequuntur.*

Idem dicendum, si Testator appellasset nepotem cohære- 12
dem filii, vel si instituisset filium, & Nepotem æqualiter, vel pro æqualibus portionibus, vel si Testator per verba pluralis numeri instituisset sibi hæredes, filium & nepotem, *Corn. cons. 321. in p. dub. vol. 3. Petr. Anch. cons. 137. Alex. cons. 24. col. 3. lib. 3. Aret. cons. 154. col. 4. vers. nec obstat. Dec. cons. 205. col. pen. Ruin. cons. 97. num. 7. lib. 2. & alii apud Peregr. de fideicom. d. art. 17. num. 13. & seq.*

Limitatur 2. quando constat ex aliqua conjectura, Pa- 13
trem testatorem vocantem filium, & nepotes, non considerasse causam illam, & rationem necessitatis instituendi nepotes, putà si non omnes nepotes vocaverit, sed aliquos tantùm; quia tunc Nepotes eodem tempore succedunt, *latè Menoch. lib. 3. præsumpt. 70. numer. 6. & seq.* ubi etiam dicit quod eodem tempore nepotes vocati censentur, quando
testator non hæredis institutionem fecit, sed legatum, vel fi- 14
deicommissum particulare reliquit: idemque dicendum, quando Patrem non urgeret necessitas instituendi, ut quia
filius esset naturalis; vel nepos ex eo: tunc enim cessante 15
necessitatis causa, copulativa servaret suam naturam, *ut post Bald. Ang. & alios dict. Peregrin. de fideicomm. art. 17. num. 17.*

Secundus casus est, quando Institutio reperitur facta de 16
duobus copulativè, inter quos non cadit ordo necessitatis, sed charitatis, & affectionis, ac etiam ordo intestatæ successionis, veluti si testator liberis carens instituat fratrem suum, & nepotem ex eo, vel fratrem, & filios ejus: tunc enim nepotes, seu filii fratris præsumuntur vocati eodem tempore, ut æqualiter cum eorum Patre succedant: quia nulla in tali casu necessitas urget, ut a natura copulæ recedendum sit; unde

frater

frater capiet dimidiam, & filii ejus aliam dimidiam, *ut notant communiter DD. in d. §. quidam rectè contra Bart. ibidem, & hanc communem dicit Clar. in §. Testamentum, q. 80. vers. 1. conclusio, Peregr. de fideic. d. art. 17. n. 20. Menoch. lib. 4. præsum.* 70. *n.* 16. subdens, *n.* 31. quod eò magis censerentur filii eodem tempore vocati cum eorum Patre, si testator in institutione usus fuerit dictione, *cum*, vel *unà cum*, putà si dixerit, instituo fratrem meum una cum ejus filiis, *ut advertit etiam Clar. loco cit. in quarta conclus.*

17 Ampliatur hæc conclusio, etiamsi testator instituisset fratrem, filium & Nepotem: nam si omnes tres existerent tempore mortis testatoris, ex vi copulæ æqualiter succederent cum fratre eorum patre, & Avo respectivè, *d. l. si quis Attio, ff. de Usufr. accresc. Peregrin. d. art. 17. n. 21. & 33. ubi citat Alex. cons. 13. lib. 4. & alios.*

18 Limitatur tamen quando filii fratris erant incerti, & incogniti testatori: tunc enim non est præsumendum quod eos æquare voluerit cum eorum Patre cognito, & dilecto: & propterea filii illi censentur vocati ordine successivo, *Jo: Baptista a Sancto Severino inter consilia Alex. cons. 14. nu. 10. vers. 4. concl. lib. 4. Socin. jun. cons. 40. n. 2. lib. 4. & alii apud Menoch. lib. 4. præsump. 70. n. 21. & seq.* ubi exemplificat, quando Testator instituit fratrem, & ejus filios, & eo testamenti tempore nulli nec nati, nec concepti erant. Idem dicendum, quando
19 institutio reperitur facta per nomen collectivum plurium
personarum, si videlicet testator instituit fratrem, & ejus
liberos, aut descendentes, vel ejus hæredes, vel familiam,
aut suos, *Cravet. cons. 22. n. 2. vers. secunda ratio, Osasc. dec. 81.*
n. 14. latè Peregr. de fideicom. d. ar. 17. nu. 34. & seq. ubi etiam di-
20 cit, quod fratribus institutis, vel substitutis, utrinque con-
junctus præfertur consanguineo tantum juxta ordinem intestatæ successionis: nisi testator omnes fratres substituisset: nam tunc illa universalis admitteret omnes, vel nisi vis pluralis numeri sic requireret, quia unus tantum superesset utrique conjunctus, & *art. 18. n. 5. & seq.* ubi addit, quod in tali
21 casu directa institutio facta per nomina collectiva obliquatur, sicut etiam obliquatur quoad non natos, & resolvitur in fideicommissariam.

22 Limitatur 2. quando ex verbis testatoris colligitur in casu subjecto nepotes cum Patre concurrere non posse, *Peregr. d. art. 17. n. 29. Menoch. ubi sup. n. 33.*

23 Limitatur 3. quando Testator alternativè vocavit fratrem, & ejus filios, putà si dixerit, instituo Titium meum fratrem, vel ejus filios: tunc enim censentur etiam vocati ordine successivo, primò scilicet Titius, & deinde ejus filii per fideicommissum, *Dec. cons. 95. n. 4. circa fin. Paris. cons. 21. nu. 11. lib. 3. quos refert, & sequitur Clar. in d. §. Testamentum, q. 80. in tertia concl.* ubi dicit, quod in hoc Doctores omnes conveniunt.

24 Tertius casus est, quando Testator instituit, vel substituit penitus extraneum, & alios filios, vel agnatos, aut familiam: & in tali casu filii æqualiter, & eodem tempore succeduot cum eorum Patre; & sic pater unam dimidiam, filii verò, vel Agnati aliam dimidiam consequuntur, *ut tradunt DD. in dict. §. quidam rectè, & est communis sententia, ut d. Menoch. dicta præsump. 70. num. 35. latè Peregrin. d. art. 17. num. 88. & seq.*

SUMMARIUM.

1 *Fructus, qui dietim percipiuntur, dividendi sunt pro rata temporis inter proprietarium, & usufructuarium.*
2 *Pensio debita pro fructibus, qui dietim percipiuntur, similiter dividitur pro rata temporis, etiamsi fructuarius decesserit, ante tempus solutionis pensionis.*
Pensio solvenda pro fructibus subrogatur loco fructuum, ibidem.
3 *Quid si pensio anticipate fuerit exacta.*
4 *Census, & alii annui redditus, qualiter dividantur.*
Census super ipsa re, non autem super fructibus rei censuatæ censetur impositus, ibidem.
5 *Fructus qui certo anni tempore colliguntur, quando spectent ad usufructuarium, & quando ad Proprietarium.*
6 *Impensas factas gratia percipiendorum fructuum repetere possunt hæredes Usufructuarii, ac etiam fructus retinere, donec solvantur prædictæ impensæ.*
7 *Quando fructus censeantur percepti.*
8 *Ad quem spectent fructus per se cadentes.*
9 *Pensio, quæ pro rebus locatis præstatur, quando spectet ad hæredes usufructuarii, & quando ad Proprietarium.*
10 *Quomodo fieri debeat divisio inter hæredes beneficiati defuncti, & successorem in beneficio.*
11 *Pensiones Ecclesiasticæ debentur hæredibus pensionarii pro rata fructuum perceptorum: limitatur n. 12, & seq.*
Capitulum jure accrescendi recipiens fructus alicujus canonicatus tenetur ad solutionem pensionis, ibid. n. 11.
12 *Quid si pensio voluntariè transferatur per ipsum pensionarium absque reservatione ejusdem pensionis pro tempore decurso.*
13 *An fructibus non perceptis ob sterilitatem, bellum, aut alium casum fortuitum debeatur pensio.*
14 *Quando pensio debeatur pro rata temporis. An Beneficiatus, qui non percipit fructus teneatur pensionem solvere ibidem.*
15 *Quomodo fieri debeat divisio inter Resignantem, & Resignatarium.*
16 *Pensio percipi solita pro fructibus fundi venditi, quando debeatur emptori, & quando venditori.*
17 *Beneficium Jurispatronatus resignatum in manibus patroni non vacat nisi a die, qua superior Ecclesiasticus prædictam resignationem admisit.*
18 *Quando resignans beneficium, possit a resignatione recedere.*
Mortuo Resignante, antequam Resignatarius consentiat, beneficium vacat per obitum resignantis, ibid.
19 *Intrà quantum tempus procurator constitutus ad resignandum possit præstare consensum.*
20 *Resignatarius tenetur litteras expedire in tempore dato ad publicandam resignationem.*
21 *Renunciatio facta per procuratorem, & per superiorem admissa trahitur ad diem confecti mandati.*
Constituens procuratorem ad adeundam hæreditatem, censetur eamdem hæreditatem adivisse, ibidem.
22 *Non abdicatur jus a resignante, antequam Resignatarius acceptet beneficium resignatum.*
Quando resignans liberetur ab onere residendi, ac solvendi pensionem impositam super beneficio resignato, ibid.
23 *Videtur tacitè renunciare qui per triennium non acceptat collationem beneficii.*

CAPUT XLVII.

Qualiter dividi debeant fructus finito usufructu inter usufructuarium vel ejus hæredes, & Proprietarium.

REsp. fructus, qui dietim percipiuntur, dividendos esse 1
pro rata temporis inter Proprietarium, & usufructua- 2
rium, *juxta l. si operas, 33. ubi Bald. ff. de usufr.* idemque dicendum est in pensione debita pro dictis fructibus, qui dietim percipiuntur, ut sunt fructus hortorum, domorum, pascuorum, & similium: hæc enim similiter dividitur pro rata temporis, etiamsi fructuarius decesserit ante tempus solutionis pensionis: quia pensio solvenda pro fructibus subrogatur loco fructuum, & eorum sapit naturam, *Alex. cons. 82. n. 16. lib. 2. Ang. cons. 245. n. 7. Salic. in l. Julianus, §. si fructibus, ff. de act. empt. Duran. dec. 20. numer. 3. & seq.* ubi dicit quod si
pensiones domorum anticipatè fuerunt exactæ, adhuc divi- 3
di debent pro rata temporis, *Honded. cons. 85. n. 17. & 31. lib. 2. Peregrin. de fideicom. art. 49. num. 96.* ubi dicit, quod pensio pro fructibus debita ad eum spectat, ad quem fructus spectarent etiamsi adhuc dies solutionis non advenerit; item annui 4
reditus qui pro fructibus non debentur, pro rata temporis dividendi sunt etiamsi solutionis dies nondum venerit; tales sunt fructus census, qui super re ipsa, non autem super fructibus rei censuatæ censetur impositus, *Covar. var. resol. lib. 1. cap. 15. numer. 10. & seq. & alii apud Castill. de Usufruct. cap. 78.* ubi observat, quod ex domo super qua est impositus census, fructus per singulos dies percipitur, & sic tamquam perceptus ad usufructuarium usque ad ejus mortem pro rata debetor, *Peregrin. de fideicomm. d. art. 49. num. 100. vers. Aut constitutæ.*

Alii verò fructus, qui certo anni tempore, seu parte colli- 5
guntur, ut frumentum, vinum, & similia, si percepti fuerint, spectant ad usufructuarium, sive ejus hæredes: pendentes verò spectant ad Proprietarium, etiamsi maturi essent, & proximi perceptioni, *§. is verò, inst. de rer. divis. l. in singulor, in fin. ff. de Ann. leg. l. si usufructuar. ff. Quib. mod. usufr. amitt. l. defuncta, 65. ff. de Usufr.* ratio est, tum quia in hujusmodi fructibus tempus perceptionis attenditur, tum quia usufructuarius facit fructus suos ratione tituli, & juris quod habet; & ideò fructus perceptos facit suos irrevocabiliter; fructus verò pendentes post ejus mortem non transmittit ad hæredes, quia jus illud sive titulus, qui personæ Usufructuarii cohæret, extinctus fuit ejusdem usufructuarii morte, *Bal. in l. si usufr. ff. Quibus mod. usufruct. amitt. Jo: Franc. de Ponte con-*
sil. 110. numer. 7. quem refert Castill. de Usufr. cap. 77. n. 4. sub- 6
dens *num. 5. & seq.* quod impensas factas gratia percipiendorum

rum fructuum repetere possunt hæredes usufructuarii, atque etiam fructus retinere; quousque solvantur prædictæ impensæ, *juxta l.fundus,qui,ff.fam.ercisc.l.si a Patre,vel a Domino, §.fin.ff.de Petit.hæred.*

7 Percepti verò fructus censentur, si eos a solo Usufructuarius, vel alius ejus nomine separaverit, etiamsi nondum fuerint in horreo reconditi, *secundum veriorem intellectum dictæ l.si Usufructuarius, ubi Bart.ff.Quib.modis usufr. amitt.Cephal.cons.*181.*num.*11.*lib.*2.*& communem d.Tiraq.de Retr.convent.§.5.gl.4.nn.*1. quamvis aliter dicendum sit in bonæ fidei possessore, qui facit fructus suos, a quocunque separentur, & cujuscunque nomine, *glos.in d.l.si usufr.ver.perceperit,*ubi dicit, Usufructuarium non transmittere ad hæredes fructus separatos, nisi separati fuerint facto hominis; secus si casualiter, 8 ut vi ventorum, aut alio modo; unde fructus per se cadentes, ut castaneæ, nuces, olivæ, & similes, non pertinent ad usufructuarium, nisi vivens eos perceperit, aliàs spectant ad proprietarium, ut *notat Bald.ibid.Castill.ubi sup. n.*12.*latè Tiraq.d.§.5.gl.4.n.*1.*& seq.*

9 Idem jus observandum est quoad pensiones, quæ pro fundis, seu prædiis locatis præstantur: nam si fructuarius decedit fructibus jam collectis, pensio debita per colonum pertinet ad hæredes usufructuarii, etiamsi fructuarius decesserit, antequam advenerit dies solutionis; secus si fructus collecti non essent, quia in hoc casu pensio non spectat ad hæredes fructuarii, etiamsi fructus essent jam maturi *d.l.defuncta,ff. de usufr. ubi Doctores communiter, Alex.cons.*82.*num.*16.*lib.*2. *Honded.cons.*85.*num.*15.25.29.*et* 30.*lib.*2. ubi quod si fructus partim sint collecti, & partim non, solutio pensionis fieri debet hæredibus Usufructuarii pro rata fructuum collectorum, ut *notat etiam Castill.dict.cap.*77.*num.*20.*& seq.ubi alios refert.*

10 Quæres quomodo fieri debeat divisio inter hæredes Beneficiati defuncti, & successorem in beneficio? Resp. hujusmodi divisionem faciendam esse juxta terminos *d.l.defuncta,* prout diximus de usufructuario: beneficiarius enim usufructuario comparatur *juxta glos.communiter recept.*am *in capite si propter ver.primi anni, de rescrip.in* 6. & ideò attento jure communi fructus a solo separati pertinent ad hæredem Beneficiati defuncti, pendentes verò ad successorem, *Navar.de Redit.benef.quæst.*2.*mon.*13.*& cons.*7.*num.*1.*de Success.ab intest.& cons.*3.*de Donat. Ludovic.decis.Perus.*33.*num.*1. *Rota decis.*761.*par.*1.*Divers. Barbos.de offic.Episc.par.*3. *alleg.*117.*num.*6.*latius diximus in Tr.de Regim.Eccles.Episc.lib.*3.*cap.*9.*num.*20.& *seq.* quod etiam procedit juxta constitutionem Julii Papæ III. reservantia successori omnes fructus non exactos, licèt in locum successoris fuerit subrogata Camera Apostolica, cui per constitutiones Pii IV. & aliorum Pontificum applicantur loco spoliorum omnes fructus non exacti, ut *notat Honded. cons.*85. *numer.*6.7.34. & *seq. libr.*2.

11 Item pensiones Ecclesiasticæ debentur hæredibus Pensionarii non quidem pro rata temporis, sed fructuum perceptorum, *juxta textum in d.l.defuncta, Honded.cons.*85.*nu.*23.*& seq.lib.*2.*& ita servat Rota Romana teste Card.Caval.dec.*129. *Coccin.dec.*327.*Burat.dec.*670.*latè Marescot.var.lib.*2.*cap.*18.*num.*50. ubi addit, quod capitulum jure accrescendi recipiens fructus, vel distributiones alicujus canonicatus propter absentiam, vel obitum canonici, tenetur ad solutionem pensionis reservatæ super dictis fructibus, vel distributionibus: *quicquid dicant alii DD. apud Castill.de usufr.c.*79.*n.*17.*Gratian.discep.for.cap.*548.*num.*43.

12 Notandum tamen est quod si pensio voluntariè transferatur per ipsum Pensionarium absque reservatione ejusdem pensionis pro tempore decurso, tunc pensionario non debetur pro aliqua parte temporis præteriti, nec fit divisio pro rata inter transferentem, vel ejus hæredes, & translatarium, etiamsi terminus pensionis per paucos dies post factam translationem cesserit, *Put.dec.*14.*lib.*3.*Honded.cons.*85.*n.*5.*lib.*2.

13 Notandum 2. quod fructibus non perceptis ob sterilitatem, bellum, aut alium casum fortuitum non debetur pensio, quamvis reservata fuerit cum clausula, quod non possit peti remissio etiam ob casus fortuitos, & insolitos, vel quod Beneficiatus teneatur ad casus etiam non cogitatos: quia non est verisimile, quod Papa voluerit beneficiatum teneri de proprio, ut *decisum refert Ric.in Prax.for.Eccl.p.*1.*res.*382. *Millin.dec.*139.*latè Maresc.var.l.*2.*c.*18.*n.*8.*& seq.ubi alias Rotæ decisiones refert.*

14 Notandum 3. quod si fructus, super quibus est imposita pensio dictim percipiantur, tunc divisio deberet fieri pro rata temporis, *Gabr.cons.*19.*lib.*2.*& alii communiter.*

Notandum 4. quod pensio debetur tantùm ex fructibus beneficii recollectis, *Rot.decis.*77.*num.*1,*par.*3.*Recent.* æquitas enim non patitur, ut Rector beneficii solvat pensionem, si non percepit fructus, ut *inquit Put.decis.*185.*nn.*1.*&* 2.*lib.*2. *ubi de communi*: & ideò si pensio solvenda est in duobus terminis, putà die Nativitatis Domini, & S.Joannis Baptistæ, & Rector beneficii ceperit possessionem de mense Maii, non teneretur solvere terminum in festo S.Joannis Baptistæ de mense Junii, si non percepit fructus, sive rector ipse consenserit pensioni, sive in beneficio successori: tum quia divisio terminorum fit causa commodioris solutionis, tum etiam quia semper subintelligitur conditio, dummodò Rector fructus perceperit, & ideò ratione termini S. Joannis pensio censetur tunc reservata super fructibus futuris, *Paris.de Resign.lib.*2.*q.*8.*n.*51.*&* 52. *Put.d.decis.*185.*per tot.libr.*2. ubi etiam, quod Rector pro fructibus unius anni ad tres solutiones cogi non debet, *Cavaler.dec.*129.*n.*2. ubi dicit, quod pro una integra recollectione fructuum debetur integra pensio; integra autem recollectio dicitur illa, quæ fit quolibet anno completo, incipiendo a die reservationis pensionis, & perficiendo eodem die anni sequentis, *Coccin.dec.*327.*n.*1. ubi quod si pensio reservetur die 13. Junii solvenda in die Nativitatis, & S.Joannis, annus terminatur in alio mense Junii sequentis, licèt gratia commodioris solutionis, pensio sit distributa in duobus terminis.

Quæres 2. quomodo facienda sit divisio fructuum inter 15
Resignantem, & Resignatarium? Resp. quod aut resignatio simpliciter fit, aut ad favorem certæ personæ; primo casu fructus naturales, & industriales a solo separati, & civiles maturati, ante resignationem etiam non exacti spectant ad resignantem; alii verò civiles, quorum de tempore resignationis adhuc dies non venerat, spectant ad successorem, ad quem etiam spectant fructus naturales, & industriales pendentes, *Ludov.dec.Perus.*33. *Rot.apud Pacif.de Salv.interd.dec.*225.*& coram Card.Cavaler.decis.*104.*Tiraq.de retr.conv.§.5.gl.*4.*in princ.*

Secundò casu resignans percipit fructus maturandos usque ad diem possessionis Resignatarii, *Put.dec.*158.*n.*2.*&* 3.*lib.*3. *Veral.decis.*82.84.*&* 86.*par.*3.*Coccin.decis.*358.*num.*5.*Rot.decis.*515.*n.*4.*p.*3.*Rec.Honded.cons.*83.*n.*8.*& seq.lib.*2. ubi etiam dicit, quod pensio percipi solita pro fructibus fundi venditi, 16
debetur emptori, si fructus illi erant pendentes tempore venditionis, si verò jam fuerunt percepti, pensio debetur venditori, etiamsi tempore venditionis dies pensionis solvendæ non venerit, ut *notat Bald.in l.*1.*num.*19.*C.de usur.& fruct. legat.*

Observa tamen, quod facta simpliciter resignatione be- 17
neficii jurispatronatus in manibus Patroni etiam acceptantis resignationem, non currerent fructus successori a die hujusmodi resignationis, sed a die qua superior Ecclesiasticus prędictam resignationem admisit, quia antea beneficium non dicitur vacare, *latè Ricc.in Prax.for.Eccles.p.*2.*res.*166.

Observa 2. quod non abdicatur jus a Resignante, nisi ip- 18
semet Resignans personaliter, præsens fuerit in Curia, alioquin per procuratorem ad hoc specialiter constitutum, in Camera, vel Cancellaria expeditiooi expressè concesserit, & juraverit, ita, ut donec consensus hujusmodi a Notario in libris auctenticis Cameræ, vel Cancellariæ infra tres menses in materiis Franciæ, in aliis verò infra 15. dies a die, quo Datarius supplicationem ad registrum, vel ad Summistam miserit, computandos, extensus non fuerit licitum sit a resignatione recedere, ut *ex Cancellariæ regul.& constit. Clementis VII.incip.Sanctissimus in Christo Pater &c. atque ex plurimorum DD. ac Sacræ Rotæ Rom. auctoritatib.probat Paris.de resign.lib.*8.*q.*8.*n.*1.*& seq.* ubi etiam dicit, quod licita est pœnitentia, donec uterque consensus Resignantis, & Resignatarii extendatur, additque *n* 96. quod mortuo Resignante, antequam Resignatarius consentiat, beneficium vacat per obitum Resignantis.

Quæres, Intra quantum tempus procurator constitutus 19
ad resignandum possit præstare consensum? Resp. quod si supplicatio est signata, tunc debet præstare consensum ante sex menses, si vero supplicatio non est signata, etiam post sex menses; immò etiam post quadriennium potest præstari consensus: nam voluntas semper censetur durare, donec de mutatione appareat, *l.sancimus,C.de Testam. & ita reprobata sentent. Paul.de Castr.cons.*12.*col.*2.*lib.*1. *tenuit Rota in Abulen. Canonicatus, & præbendæ die* 21. *Novembris* 1543.*coram Card.Sanctacruce ut refert Paris.de Resign.benef. lib.*9.*q.*13.subdens, *lib.*10.*q.*1.*n.*45. quod Resignatarius tenetur litteras expedire io tempore dato ad publicandam resi- 20
gnationem.

Observa 3. quod renunciatio facta per procuratorem, & 21
per superiorem admissa trahitur ad diem confecti mandati ita, ut censeatur amissum beneficium quoad proprietatem, &

posses-

possessionem tempore, quo fuit confectum mandatum, *se-
cundum magis communem DD. opinionem*: nam eo ipso, quòd
quis constituit procuratorem ad renunciandum, quoad se
videtur habere proprietatem, & possessionem pro derelicta:
quemadmodum constituens procuratorem ad adeundam hæ-
reditatem cêletur eamdem hæreditatem adivisse, cùm id pen-
deat ex nuda voluntate, *Abb. in c. sollicitè, nu. 11. de Restit. Spol.
Bal. in c. audita, eod. tit. Lap. alleg. 24. Ferret. cons. 93. nu. 2. Meno-
ch. in tr. de Recuper. possess. Remed. 1. n. 274. Cujac. lib. 3. obser. jur.
c. 34. & alii apud Paris. loc. cit. lib. 9. q. 15.* ubi ex hoc infert, quod
si quis constituit procuratorem ad renunciandum in Romana
Curia de mense Augusti, & posteà de mense Septembris re-
nunciet coram Ordinario, & de mense Octobris fiat resigna-
tio per procuratorem: hæc quamvis posterior attenditur, si in-
terim non fuerit revocatum mandatum.

22 Observa 4. quod jus similiter non abdicatur a resignante,
antequam Resignatarius acceptet beneficium resignatum;
sed tantum post acceptationem: tunc enim resignans libera-
tur ab onere residendi, ac solvendi pensionem impositam su-
per beneficio resignato, & ab aliis oneribus beneficio anne-
xis, *Cassad. dec. 1. n. 7. de Renunc. quem refert Caputaq. decis. 98.
p. 3. Card. Paleot. decis. 33. Gabr. cons. 192. lib. 1. Bursat. cons. 361.
vol. 4. & alii apud Paris. de Resign. lib. 10. q. 8. per tot. & lib. 1. q. 3.
n. 56.* etiam dicit, quod videtur tacitè renunciare qui per
triennium non acceptat collationem beneficii.

S V M M A R I V M.

1 *Venditori, qui rem venditam jure pacti redimit, debentur fru-
ctus percepti post pretium oblatum, & depositum.*
2 *Quid si pretium offeratur, quando fructus sunt pendentes, &
num. 3. & 8.*
3 *Quando biennium pro uno anno computetur.*
4 *Quomodo dividantur fructus pendentes cum emptore prædii
ad vitam.*
5 *Quid si emptor fructus immaturos collegerit, & n. 6.*
6 *Explicatur textus in l. si servus servum §. si olivam, ff. ad l.
Aquil.*
*Quid si tempore primæ venditionis pendentes erant fructus &
eodemmet tempore cadat luendi terminus, ibid.*
7 *An emptor teneatur venditori ad aliquod interesse, si fundum
eo anno non coluit.*
9 *Fructus pendentes in fundis tempore, quo cedit dies legati &
fideicommissi, ad fideicommissarium tantùm spectant.*
10 *Fructus pendentes rei pars sunt.*
11 *Defuncto usufructuario fructus pendentes ad Proprietarium
spectant.*
*Quid si hæres gravatus, vel usufructuarius impensas fece-
rit, ibidem.*
12 *Ad quem spectent fructus pendentes rei emphyteutica emphy-
teusi finita.*
13 *Vendito fundo fructus pendentes venditi censentur, si ip-
semet venditor coluerat.*
14 *Coloni pars non censetur vendita.*

C A P U T XLVIII.

*Quomodo dividantur fructus inter emptorem, &
venditorem, quando res vendita jure
pacti redimitur.*

1 Communis est conclusio, quod fructus percepti, ante-
quam pretium fuerit oblatum, & depositum a vendi-
tore, pleno jure debentur emptori; fructus verò percepti post
pretium oblatum, & depositum debentur venditori, ut *aper-
tè deciditur in l. 2. ubi Doctores communiter, C. de pact. int. empt.
2 & vendit.* nisi pretium offeratur, quando fructus sunt pen-
dentes: tunc enim dividuntur inter emptorem, & vendi-
torem pro rata temporis, *juxta terminos l. divortio ff. solut.
matr.* nam cùm venditor usus fuerit pretio sibi dato ab emp-
tore, æquum etiam est, ut emptor in tali casu aliquid perci-
piat, cùm ex ea pecunia, vel aliam rem fructiferam, vel aliud
lucrum acquirere potuisset, *ita Raph. Cum. in l. qui Romæ, ff.
de verb. oblig. & in l. ult. n. 5. ff. de Jur. fisc. Tiraq. de Retr. conv.
§. 5. gl. 4. n. 5. Covar. var. res. lib. 1. c. 15. n. 6. et 17. Rol. cons. 27. n. 17.
& seq. lib. 2. Mantic. de Tacit. & ambig. conv. lib. 4. tit. 32. nu. 102.
ubi dicit, hanc esse æquiorem, & communiorem DD. sententiam
Thesaur. dec. 56. num. 2. Peregrin. de fideicom. art. 49. nu. 98. Ca-
valc. de usufr. num. 244.*

3 Quare si vendidi tibi vineam die 1. Januarii cum pacto de
retrovendendo, & elapsis aliquot annis die 1. Septembris offe-
ro tibi pretium, ante omnia sumptus ex fructibus vineæ, sive
eorum pretio deducendi sunt, & de residuo fiunt duodecim
partes, quarum octo ad te spectabunt, quia possedisti vi-
neam per octo menses illius anni, & reliquæ quatuor mihi de-
bentur, ut *rectè exemplificat Cancer. var. p. 1. c. 13. nu. 60.* ubi
etiam dicit, quod si fructus non colligantur, nisi semel bien-
nio, totum biennium pro uno anno computatur, *Grat. di-
scep. for. c. 471.* ubi dicit, quod in emptore prædii ad vitam sit 4
divisio fructuum pendentium etiam pro rata temporis.

Si verò emptor fructus immaturos collegerit, illud tempus 5
inspicitur, quo fructus fiunt maturi, ut restitutio fiat pro
rata temporis non autem illud tempus, quo fuerunt collecti,
*gl. in l. in fructu, ff. de usuf. leg. per l. & hæc distinctio, §. cùm fun-
dum, ff. locat.* nisi fortè ex fructibus immaturis major redditus 6
colligatur, qualis est olea, ut *in d. l. in fructu*: nec adversatur
tex. in l. si servus servum, §. si olivam ff. ad l. Aquil. qui vide-
tur contrarium: quia intelligitur de oliva nimium immatu-
ra, ut *declarat Mantic. loc. cit. n. 113. & seq.* contrarium tamen
tenuit *Zoanet. in d. l. 2. n. 137. C. de pact. int. empt. &c. quem refert.
Thesaur. dec. 56. n. 3.* ubi dicit, nullam inter emptorem, & ven-
ditorem fructuum esse divisionem faciendam, sed tempus
initi contractus, & cadentis diei spectandum esse: ità, ut si
illo anni tempore, quo primitus facta fuit venditio extabant
fructus in fundo, eodem modo retrovenditio facienda sit; si
verò lectis fructibus fundus emptus fuerit, nullo jure redem-
ptio ante perceptos fructus fieri possit; quæ quidem opinio
procedere potest, si tempore primæ venditionis pendentes
erant fructus, & eodem tempore cadat luendi terminus, non
autem si quocunque tempore fieri possit retrovenditio, ut
declarat idem Thes. d. dec. 56. n. 3.

Sed quæres, an emptor teneatur venditori ad aliquod inte- 7
resse, si fundum eo anno non coluit? Resp. negativè, etiam-
si nullus perceptus sit fructus, *l. venditor ex hæreditate, ff. de
Hered. vel act. vend.* quod intellige, modò emptor in mora
non fuerit, ut *dicit Bart. in l. videamus generatim ff. de usufr.*
quidquid dicat *Mantic. d. lib. 4. tit. 32. n. 106. cum seq. & alii.*

Notandum est autem, quod prædicta conclusio, videlicet, 8
quod fructus pendentes dividi debent pro rata temporis inter
primum venditorem & emptorem, intelligenda est, quan-
do retrovenditio esset facienda pro eodemmet pretio; secus
si non adesset hujusmodi pactum, pro eodem pretio: quia
tunc intelligeretur pro pretio justo æstimando arbitrio boni
viri secundum tempus retrovenditionis, quo casu fructus
pendentes unà cum proprietate æstimandi sunt, *Cavalc. de
usufr. mulier. relict. num. 244. Tiraq. de Retr. conv. §. 1. glos. 3.
num. 2. Cepol. de simul. contract. in 4. præsumpt. num. 39. Covar.
var. lib. 1. c. 35. Soc. in l. qui Romæ, num. 20. ff. de verb. oblig. Grat.
dec. 176. num. 5.*

Notandum 2. quod fructus pendentes in fundis tempore, 9
quo cedit dies legati, & fideicommissi non dividuntur pro
rata temporis inter hæredem, & fideicommissarium, sed ad
fideicommissarium tantùm spectant, etiamsi major pars an-
ni præteriisset, & eorum collectio proxima esset, *l. Heren-
nius, 1. ff. de usufr.* quia fructus pendentes pars rei sunt, *l. fru-* 10
ctus pendentes, ff. de rei vindic. item defuncto usufructuario 11
fructus pendentes ad Proprietarium spectant, *l. si usufructua-
rius, ff. Quib. mod. ususfruct. amitt.* detractis tamen per hære-
dem gravatum, sive usufructuarium impensis factis gratia
fructuum quærendorum, *l. si a Patre, n. 39. §. fin. ff. de Petit. hæ-
red.* idemque dicendum est de fructibus pendentibus rei em- 12
phyteuticæ emphyteusi finita: tunc enim ad Dominum spe-
ctant, *Alex. in l. divortio, n. 4. ff. sol. matrim. Bald. in c. 1. §. his
consequenter, tit. Hic finitur lex &c. Tiraq. de retract. conv.
§. 5. gl. 4. num. 2.* Item vendito fundo fructus extantes, seu 13
pendentes venditi videntur, si ipsemet venditor coluerat, *l.
Julianus, §. si fructibus, juncta gl. in ver. exploratum est, ff.
de Action. emph. Thesaur. decis. 53.* ubi etiam dicit, quod Co- 14
loni pars non censetur vendita, sive emptor sciverit, sive
ignoraverit, agrum per Colonum coli, *latè Peregr. de fideic.
art. 49. num. 91. & seq.*

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteusi finita ex culpa emphyteutæ, fructus omnes
spectant ad Dominum.*
2 *Quid si emphyteusis finitur absque culpa emphyteutæ.*
3 *Ad quem spectent melioramenta facta in re emphyteu-
tica emphyteusi finita.*
4 *Ad quem spectent fructus rei feudalis, si feudum mor-
te, vel alio modo amittatur.*

CAPUT XLIX.

An, & quando emphyteusi finita fructus ultimi anni dividendi sint inter Dominum, & hæredes emphyteutæ.

1 RESp. quod aut emphyteusis finitur ex culpa emphyteu-
tæ, putà propter canonem non solutum, seu propter
alienationem aut aliquod delictum, & tunc fructus non di-
viduntur, sed omnes spectant ad Dominum: aut finitur abs-
2 que culpa, & delicto emphyteutæ, & tunc fructus ultimi
anni sunt dividendi pro rata temporis inter hæredes ipsius
emphyteutæ, & Dominum: cùm enim emphyteuta colue-
rit fundum, & nihil ei possit imputari; tale jus debet ad ejus
hæredes transire, *Tiraq. de Retr. conven. §. 1. gl. 4. nu. 2. Molin.
de Primog. Hispan. lib. 3. c. 11. n. 17. Cavalc. de usufr. n. 244. alii
apud Grat. discep. for. c. 810. n. 1. & seq.* quod etiam suadet æqui-
tas tum propter rei curam, & custodiam, tum etiam prop-
ter labores, atque impensas ab emphyteuta factas, aliàs Do-
minus locupletaretur cum aliena jactura, *l. si a Patre, §. fin. ff.
de petit hæred. l. fundus, qui ff. fam. ercisc.*

3 Idem dicendum est de melioramentis ab emphyteuta fa-
ctis: hæc enim acquiruntur Domino directo, si ille propter
culpam cadit ab emphyteusi; secus si absque culpa emphy-
teusis finitur, quia tunc hujusmodi melioramenta emphyteu-
tæ, ejusque hæredibus etiam extraneis debentur, *Bald. in l.
senatus, §. Marcellus, ff. de l. 1. & est communis, teste Dec. in auth.
qui rem, n. 14. C. de Sacros. Eccl. Clar. in §. emphyteusis, q. 45.* ubi
etiam dicit, quod hoc locum habet tam in emphyteuta Ec-
clesiæ, quàm in emphyteuta privati.

4 Jure autem feudali constitutum est, quod si Vassallus ante
Martium decedat sine hærede masculo, & contingat, feu-
dum ad Dominum reverti, tunc omnes fructus illius anni ex
feudo provenientes ad Dominum pertinent; si verò post Ka-
lendas Martii usque ad Augustum, omnes fructus, qui in-
terim percipiuntur, ad hæredes vassalli pertinent, *c. 1. §. His
consequenter, in tit. Hic finitur lex &c. ubi Bald.* hujus rei ra-
tionem assignat, quia post Martium vassalli debent se præ-
parare ad prælium, qua de causa merentur lucrum. Si verò
post Augustum, omnes fructus anni sequentis percipiet Do-
minus, non autem anni, quo defunctus est vassallus, *ut in d. §.
his consequenter quem textum ita intelligit Isern. ibidem, Fachin.
controv. jur. lib. 7. c. 91. vers. tertia est sententia, Zasius de Feud.
par. 10. n. 109. vers. ultimo est videndum de fructibus Schrader.
eod. tit. 2. p. 9. part. principal. sect. 2. nu. 73. & 74. Pistor lib. 1. q. 24.
n. 43. & alii apud Gratian. discep. for. c. 810. nu. 12.* verum si feu-
dum alio modo amittatur, quàm morte, tunc fructus pen-
dentes ad eum pertinent, ad quem feudum devolvitur, quia
id juris communis est, nec aliud hoc casu statuitur in feudis,
*Bald. in c. 1. num. 26. tit. An Agnat. vel filius defunct. &c. & alii
apud Tiraq. de Retr. conven. §. 1. gl. 4. num. 3. in fin.*

SUMMARIUM.

1 *Legatum non censetur ademptum, quando testator locavit rem legatam ad longum tempus.*
Quid si locatio esset perpetuò duratura, ibid.
2 *Per locationem ad longum tempus acquiritur conductori jus in re: & num. 23.*
3 *An legatum adimatur, si in re legata constituatur ususfructus, hypotheca, vel imponatur census.*
4 *Quando hæres teneatur pignus luere pro legatario.*
5 *Pignus, & hypotheca est species alienationis.*
6 *Testator videtur revocare legatum, si pleno jure rem legatam alienavit: declaratur n. 7. & 14. limitatur n. 22.*
7 *Per alienationem necessariam legatum non censetur revocatum: declaratur num. 15.*
8 *An legatarius emens rem sibi legatam, censeatur renunciasse legato.*
9 *Dominus comparens in judicio, quando censeatur revocasse procuratorem.*
10 *An legatum censeatur revocatum, [illegible] est facta alienatio cum pacto de retrovendendo.*
11 *Quid si obligatio, seu pignor[illegible] pro tanta pecunia, ut nulla sit spe[illegible] 13.*
12 *An & quando in [illegible] retractus.*
14 *Quid si testat[illegible] mutaverit.*
15 *Quando test[illegible] oris, illudque post gens, cen[illegible].*
16 *An legat[illegible] retrovend[illegible]*
Quid si [illegible] solidum re[illegible] di[illegible].
17 *Legatarius dicitur successor, & hæres.*
18 *In dubio censetur facta alienatio ex causa necessaria: declaratur num. 19.*
20 *Si testator vivens alii rem legatam donavit, omnino extinguitur legatum.*
21 *Nemo in necessitatibus liberalis existit.*
22 *Per alienationem rei non extinguitur legatum ad pias causas.*
23 *Quando censeatur facta locatio ad longum tempus.*
24 *Ex locatione ad longum tempus transfertur dominium utile, & possessio naturalis.*

CAPUT L.

An legatum censeatur ademptum, quando testator locavit rem legatam ad longum tempus.

RESp. negativè; dummodò locatio non sit perpetuò du- 1
ratura: quamvis enim per eam acquiratur conductori 2
jus in re, non tamen dicitur alienata proprietas rei: nam ad-
huc effectum satis non est; quòd in re legata constituatur jus
alteri per testatorem, *latè Alex. cons. 168. num. 3. lib. 6. Simon
de Pret. de interpret. ult. volunt. lib. 4. vers. ad quartum dico n. 14.
fol. 474. Grat. disc. for. c. 251. n. 32. & seq.* ubi ex hoc infert, quod 3
si in re alteri relicta constituatur ususfructus, hypotheca, vel
imponatur census, non propterea adimitur legatum: immò
hæres in tali casu tenetur pignus luere, & solvere legatario,
lib. 3. C. de leg. quamvis enim pignus, & hypotheca sit species 4
alienationis, *l. fin. C. de Reb. alienis non alienan.* tamen non est 5
propria, plena, & perfecta alienatio, cùm non transeat do-
minium, sed quoddam jus in re, *ut declarat Gomez, var. res.
c. 12. de l. n. 56. & alii apud Grat. discep. for. d. c. 251. n. 44.* & 45.

Secus esset, ubi testator pleno jure alienavit rem legatam, 6
quia tunc videtur revocare legatum, *§. si rem suam instit. de
legat.* quod intelligendum est de alienatione voluntaria; 7
non autem necessaria, per hanc enim alienationem necessa-
riam legatum non censetur revocatum, *l. rem legatam, ff. de
Adim. legat. l. fideicommissa, §. si rem, ubi DD. ff. de leg. 3.* etiamsi 8
res ipsi legatario venderetur; nam legatarius emens rem sibi
legatam in tali casu non censetur renunciasse legato, *Bart. in
l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 26. q. 12. ff. de verb. oblig. Houded.
cons. 61. n. 18. lib. 1. Cephal. cons. 84. n. 8.* ubi dicit, quod si legata-
rius pretium solvit, potest illud repetere si verò non solvit, 9
potest retinere. Hinc dixit *Bald. in d. §. Si rem, Grat. d. c. 251.
n. 58.* quod Dominus videtur revocare procuratorem, si com-
paret in judicio voluntariè; secus si ex necessitate, *probat.
tex. in c. si quem, de procur. in 6.*

An vero censeatur recessum a legato, quando est facta 10
alienatio cum pacto de retrovendendo? Resp. affirmativè: quia
est vera, & propria alienatio, *Grat. disc. for. c. 251. n. 49. post Go-
mes. var. res. tit. de l. tom. 1. c. 12. n. 56. ad fin.*

Addit Bart. *in l. rem legatam, in fin. ff. de Adim. leg. Alex. cons.* 11
116. n. 5. lib. 6. quod si obligatio, seu pignoratio facta fuisset
pro tanta pecunia, ut nulla esset spes luitionis, tunc cense-
tur revocatum legatum; ex quo infertur, quod licèt in re
pignorata non habeat locum retractus, tamen si res tanti sit 12
pignorata, ut similiter non sit spes luitionis, retractus lo-
cum habebit, *ut post Ign. in l. 1. §. servus, ff. de Senatusc. Sylla.
tradit Tiraq. de Retr. lign. §. 1. gl. 14. num. 127. Gratian. cap. 422.
num. 23. & seq.*

Hoc tamen limitatur, ubi testator rem majorum suorum 13
ità obligaverit: tunc enim verisimilius est, hujusmodi rem
cum animo reluendi fuisse alienatam propter probabilem af-
fectionem; nisi forte esset legata extraneo, quia tunc cessat
ratio affectionis, *Card. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 6.
n. 23. quem refert, & sequitur Gratian. d. c. 251. n. 47.*

Observa tamen, quod, ut alienatio voluntaria extinguat 14
legatum, duo requiruntur, videlicet quod testator per hu-
jusmodi alienationem voluerit adimere legatum, *d. §. Si rem
suam, Instit. de legat.* unde si testator rem legatam permutave-
rit, adhuc deberetur res permutata: quia per talem permu-
tationem non videtur habuisse animum adimendi legatum,
*Socin. jun. cons. 162. nu. 22. & seq. lib. 2. Corn. in l. 1. circa med. ver.
in dubiis autem C. de l. & alii apud Honded. cons. 61. nu. 36. libr. 1.*
Secundò requiritur, quod res fuerit tradita, aut pretium re-
ceptum: nam solus contractus non videtur extinguere lega-
tum, *l. prædia, §. liberto, ff. de fund. Instr. Bald. in l. 3. nu. 3. C. de
leg. & communem dicit Grat. d. c. 251. n. 61.*

Observa 2. quod necessitas in proposito non solùm consi- 15
deratur propter debitum, alimenta, aut similia, sed etiam
propter coactionem Judicis, vel Superioris, vel metum, ne
compellatur, *Bald. in d. l. fideicommissa, §. si rem, ff. de l. 3. &
alii communiter;* & ideò si testator legavit nomen debitoris,
& illud

& illud postea exegit recipiendo a debitore sponte offerente, non censetur revocasse legatum, sed pecunia exacta peti potest, cùm etiam invitus compelli potuisset ad recipiendum, *d.§.si rem, ubi DD.* secus esset, si testator provocavit debitorem ad solvendum; quia in tali casu extinguitur legatum nominis debitoris, nisi pecuniam retinuerit salvam, vel alteri debitori mutuaverit, vel de dicta pecunia speciem emerit, *d.l.fideicommissa, §.si rem, ubi Bald. & alii Aret.in dict. §. si rem suam, n.3. Instit.de leg. Corn.cons.26.col.fin.lib.2. Capr.cons.112. col.ult.quos refert Gratian.discep.for.c.251.num.57.& seq.* subdens, quod constare debet de ista solutione spontanea, cùm a communiter contingentibus non soleant debitores magnæ quantitatis offerre, & sponte creditoribus solvere, *Honded. cons.61.num.23.lib.1.*

16 Hinc etiam infertur quod legatum census non adimitur ex illius retrovenditione, quia emptor census tenetur illum retrovendere; & ideò si in solutum fuit receptum prædium pro pretio census, tale prædium potest per legatarium vendicari, sicut si pecunia debita soluta fuisset eidem testatori, & adhuc staret in arca ipsius, *Bal.in l.2.n.12.vers.in contrarium, C.de legat.*& in specie prædii dati in solutum pro censu, quamvis esset voluntariè acceptum, tradit *Hond.cons.61.n.23.& seq. lib.1. ubi citat Roman.cons.229.col.2. vers.ultimò præsuppono, Menoch.cons.254.n.8.vers.& accedit, & num.9.lib.3. Mantic.de conject.ult.vol.lib.12.tit.2.n.21.* etiamsi subrogatio prædii fuerit facta pro hæredibus, & successoribus, cum legatarius di-
17 catur successor, & hæres, ita ut ei quoque censeatur facta stipulatio, *l.in conventionibus, ff.de verb.signif.latè Grat.discep. for.c.316.num.1.& seq.*

18 Observa 3. quod si non constaret, an ex voluntaria causa, vel necessaria fuerit facta alienatio, in dubio censetur facta ex necessaria, ita, ut legatum non censeatur ademptum, *Alex.cons.168.n.5.l.6.* ubi dicit, quod hæredi incumbit onus probandi, testatorem non ex causa necessaria, sed voluntaria alienasse, & *cons.157.n.1.lib.7. Jac.But.in l.3.C.de legat. Crav. cons.784 n.6.& 8.in fin.l.5. et alii apud Hond.cons.61.n.38.& 39.*
19 *lib.1.* quod intelligendum est, quando alienatur alio titulo,
20 quàm donationis: nam si testator vivens alii rem legatam donavit, omninò extinguitur legatum; nec distinguimus in tali casu, utrum propter necessitatem rei familiaris, an mera voluntate donaverit, quia hæc distinctio in donantis mu-
21 nificentiam non cadit, cùm nemo in necessitatibus liberalis existat, *ut ex tex.in l.rem legatam ff. de Adim. legat.*

22 Observa 4. quod per alienationem rei non extinguitur legatum ad pias causas, *Bart.cons.26.* ubi dicit, quod si testator mandat, construi Ecclesiam in tali domo, quam posteà alienat, tamen non extinguitur hujusmodi legatum: quinimò construi debet Ecclesia in ea domo, si fieri possit, aliàs in alio loco, *latè Tiraq.de Privil. piæ caus.privil.40. 41. & 42.*

23 Quando verò censeatur facta locatio ad longum tempus? Resp. quod locatio ad decennium, vel ad vitam alicujus dicitur ad longum tempus, *secundùm Paul.de Castr.cons.4. num.3. lib.1. Alex.cons.17.n.2.& 3.lib.4. Dec.cons.204.n.1. Ruin.cons.61. n.1.lib.1. Tiraq.de Retr.lig.§.1 gl.14.n.79. Aret.cons.55.n.2. Rim. jun.cons.234.n.70. Covar.var.res.lib.2.c.16.n.1.et 3.et alios apud*
24 *Mant.de Tacit.lib.5.tit.4.n.8.& seq.* ubi etiam dicit, quod ex locatione ad longum tempus trasfertur dominium utile, & possessio naturalis, *Rota dec.135.n.1.& seq.p.7.Recen.sed vide quæ diximus sup.cap.10.*

S V M M A R I V M.

1 *A falso quis excusatur prætextu oblivionis.*
2 *Ad inducendam oblivionem quodnam tempus requiratur, & num.4.*
Quando secundum testamentum substineatur, etiamsi omissa fuerit revocatio clausulæ derogatoriæ appositæ in primo, ibidem.
3 *Officialis propter multitudinem negotiorum præsumitur non habere memoriam eorum, quæ ab ipsomet in officio gesta sunt.*
5 *Quando oblivionis præsumptio excludatur.*
6 *Quando reus se defendens oblivionibus possit torqueri.*
Et quando testis, qui se fundat in oblivione, possit puniri, ibidem.
7 *Quid requiratur ad hoc, ut testis possit puniri de falso.*

C A P U T LI.

An quis a falso excusetur prætextu oblivionis.

1 Resp. affirmativè, *ut tradunt DD. in l.peregrè, ff.de Ac-*
2 *quir.possess.* ad hanc autem oblivionem inducendam seu præsumendam, alii decennium requirunt, sequuntur *in l.licet, vers.temporis, C.de Acquir.poss. quam communiter approbant DD. teste Ceval.in spec.opin. commun. con.comm.q.98. vers.sed contrariam.* Unde stante lapsu decennii non præsumitur in secundo testamento omissa revocatio clausulæ derogatoriæ ex defectu voluntatis, sed ex infirmitate memoriæ, & consequenter secundum testamentum substinetur, *ut sensit Mascard.de Probat.concl.1122.n.1.& seq.vol.2.* verior tamen est aliorum sententia, qui hoc totum arbitrio Judicis remittunt; potest enim oblivio breviori temporis spatio induci attenta rei, & personarum qualitate, *gl.in l.furtum, §.fundi quoque, ver.vel longo ff.de Usucap. Socin.sen. cons.2.col.3.in fin. libr.3. Cravet.cons.241.col.ultim. quos refert, & sequitur Menoch. de Arbitr. Judic. cas.26. num.2.* facilius enim mulier ob sexus fragilitatem, & senex ob cedentem ætatem memoria labitur; quemadmodum excusandus magis est is, qui magna, ac plura negotia, quàm qui minora, aut pauciora pertractat *Cravet.cons.241.versus fin. vers.vidimus alienationem, & c. Cabal.resol.crim.cas.24.* ubi excusat Notarium, qui solitus sit plura instrumenta quotidiè conficere, ob multiplici-
tatem negotiorum, *Alex.cons.215.num.5.lib.2.* ubi dicit, quod 3
officialis propter multitudinem, & varietatem negotiorum,
præsumitur non habere eorum memoriam, quæ ab ipsomet 4
in officio gesta sunt; item faciliùs præsumi potest oblivio in facto antiquo non notabili, vel implicito, seu intricato, ut dicit *Felin. in cap. accepimus, numer.16. extr. de fid. instrum.*
Boer.decis.292.num.5. Plot.inter cons.crim. divers. cons.110. nu- 5
mer.13.lib.1. in prioribus collectis per Zilet. in parva form. Jas.in l.si res obligata, numer.36.ff.de leg.1. & alii apud Cabal. ibidem num.2.& seq. secus si factum, super quo contingit dubitari de oblivione, sit juramento firmatum, aut per se notabile, & notorium, *Capic.dec.69.n.15. Alex.in d.l.peregrè. num.2.* ubi etiam dicit, quod non præsumitur oblivio, ubi tractatur de lucro captando.

Unde reus defendens se oblivionibus non verisimilibus po- 6
test torqueri, *Bal.in l.accusationem, n.11. C. qui accus. non poss. Clar.in pr.crim.§.fin.q.45.vers.sed pone, Boss.in tit.de Respons. a reo fac.numer.4.* ubi etiam dicit, quod testis in tali casu punitur de falso quod tamen intelligendum est, quando oblivio illa versatur circa factum principale, vel qualitates sive circumstantias substantiales, & modicum tempus sit elapsum, secus si super circumstantiis merè accidentalibus, & multi dies sint elapsi: quia tunc nec reus torqueri debet, nec testis de falso puniri, *ut inquit Clar.loco cit. Menoch.cons.248.nu.41. vol.3.& Marsi.in cons.51.n.67.& seq. Alex.cons.5.nu.10.vol.1. & alii quos refert, & sequitur Masc.de Prob.d.concl.1122.n.16. & seq.* ubi *n.32.* addit, quod depositio testis, ad hoc ut possit puniri de falso, debet nocere, vel posse nocere alicui.

S V M M A R I V M.

1 *Condemnatio in exilium, vel ad aliam pœnam ad arbitrium, seu beneplacitum Judicis, seu Principis, censetur perpetua.*
2 *Sententia lata simpliciter est perpetua.*
3 *Condemnatio facta per Judicem in pœnam exilii, vel triremium ad tempus, intelligitur durare per decennium.*
4 *Qua pœna puniatur frangens exilium, vel fugiens è triremibus.*

C A P U T LII.

An condemnatio in exilium, vel ad triremes, vel ad aliam pœnam ad arbitrium, seu beneplacitum Judicis vel Principis censeatur perpetua vel temporalis.

Resp. quod censetur perpetua, quia perpetuò durare po- 1
test, *ut notatur in leg.Jurisperitos ff.de excusat.Tutor. Fel.in c.ex litteris nu.9. de const. Bertaz.cons.crim.22.lib.1.quos refert, & sequitur Caball.res.crim.cas.143.n.12.* non enim extinguitur, seu perimitur finito Judicis officio, vel ipso Judice, aut Principe mortuo, quia condemnatio fit a Judice tanquam persona publica & sub nomine officii, seu dignitatis, quæ semper durat non autem sub nomine propriæ personæ; & ideò arbitrium, seu beneplacitum hujusmodi transit in successorem: alioquin delicta remanerent impunita, si condemnatio morte principis, aut Judicis, vel ejusdem remotione ab officio extingueretur, cùm hæc aliquando evenire possint statim post condemnationem, *Dec.in d.c.ex litteris, num.73.de constit. Menoch.de Arbitr.jud.lib.1.q.69.n.9. Clar.in pract.crim. §.fin.q.71.in fin.* quod etiam procederet, quando ipsemet Princeps loqueretur in propria persona, dicendo, ad beneplaci-

tum

.n nostrum, si ex conjecturis appareat, Principem non de persona propria, sed de sui dignitate intellexisse, *Bertaz.lo-*
2 *co cit. & alii apud Caball.ut supra n.14.& seq.* quemadmodum
sententia lata simpliciter sine temporis præfinitione est perpe-
tua, *l.servus, ubi DD. C.eod.tit.de Pæn.*

3 Notandum tamen est, quod condemnatio facta per judi-
cem in hujusmodi pœnas ad tempus non expressa certa tem-
poris quantitate, decennium non excedit, *l.sine præfinito,*
ubi glos. & DD.ff. de Pæn.

4 Notandum 2. quod fugienti è triremibus, ad quas damna-
tus fuit duplicatur tempus, quod ei supererat, quando au-
fugit si damnatus fuit in tempus minus decennio; si verò in
decem annos vel ultra, perpetuaretur pœna per totum tem-
pus vitæ ipsius condemnati; si verò in perpetuum, vel ad
Principis, seu Judicis beneplacitum; tunc pœna mortis
naturalis punitur; ita enim deportati in insulam, ac damna-
ti in metallum, seu in opus publicum puniuntur, *l. relegati,*
ubi gl.in ver.capitis l.aut damnum §.quisquis autem, & l.capita-
lium, §.exulibus, ff.de pæn. quarum quidem pænarum loco de
consuetudine successit pena damnationis ad triremes, *Capyc.*
dec.153.n.3. vel pœna arbitraria, *secundùm Gandin.in titul.de*
falsar.n.3.Cravet.cons.18.num.17.ubi citat Corn.cons.175.col.3.
lib.3.Alex.cons.55.n.1.& seq.lib.7.Guid.Pap.dec.423. numer.5.
quibus adde *Osasch.dec.105.n.7.Menoch.de Arbitr.Jud.cas.330.*
num.5. Clar.in Pract.crim.lib.5. §.fin.qu.67.vers.item damnatio
&c. & q.71.vers.quæro quæ pœna, &c. ubi dicit quod frangen-
ti finem exilii, siquidem jussus erat exulare minus decennio
duplicatur tempus, quod supererat ad exulandum, quando
fregit exilium: si verò jussus erat exulare per decennium vel
ultra, perpetuatur exilium: si jussus erat exulare perpetuò,
punitur pœna mortis, *Jodoch.in Pract.crim.c.58.tit.de exiliis,*
sive Bannis, num.7.Joseph.Cumia de Sindicat.c.24. tit. de Sen-
tent.num.53. Peguer.in Decis.seu qu.crim. c.41. & alios, quos re-
fert & sequitur Caball.res.crim. cas.8.n.41.& seq. subdens *n.65.*
& *66.* quod ea, quæ dicta sunt de condemnatis non observan-
tibus confinia, vel relegationes, & ex triremibus, vel alio
loco illis assignato ante finitum condemnationis terminum
recedentibus, habent locum etiam in non euntibus ad ipsa
confinia, relegationes, vel triremes infra tempora eis statu-
ta: paria enim sunt, quod quis debito tempore non accedat
ad confinia, vel postquam accesserit, ante finitum tempus
recesserit, *per textum in d.l.relegati, ff.de Pæn.*

Et hoc quidem procedit, quod condemnatus vi, & fractis
catenis, vel si custodia apposita erat e manibus custodum
aufugit, secus si absque fractura, & violentia recessit, quia
tunc mitiori pœna punitur, ut de carcerato sine vi, & fractu-
ra aufugiente dicit *Farinac.de Carcer.q.30.num.50.vers.limita*
hanc, & n.53.& 54. quem refert Caball. d. cas.8.nu.31.32. & *41.*
quo casu reiteratur eadem pœna, ut *post Vinc. de Franch.de-*
cis.140.n.8.& seq. p.1. scripsit Caball. ut supra num.49.

S U M M A R I U M.

1 *Identitas pecuniæ probatur conjecturis.*
2 *Inter conjecturas illa est præcipua, quæ colligitur ex brevita-*
te temporis.
3 *Præsumitur facta solutio de eadem pecunia, quando modicum*
intercessit intervallum, & num.5. & seq.
4 *Identitas facilè præsumitur.*
7 *Censetur probata identitas rei, probata aliqua qualitate, quæ*
concordet, vel quando in contractu exprimitur eadem causa.
8 *Quando præsumatur identitas pecuniæ.*
9 *Quando impensa præsumatur facta de pecunia mutuata.*
10 *An identitas bonorum probari possit conjecturis.*

CAPUT LIII.

An identitas pecuniæ probetur conjecturis.

1 RESp. affirmativè *Afflict.dec.23.n.3. Cephal.cons.170.n.25.*
& 26.lib.2. & alii apud Surd.dec.55. nu. 12. Grat.discep.
2 *for.c.955.n.2. & seq.* ubi etiam, quod inter conjecturas illa est
præcipua, quæ colligitur ex brevitate temporis; præsumi-
tur enim facta solutio de eadem pecunia, quando modicum
intercessit intervallum, *arg.l.continuus, ff. de verb.oblig. leg.si*
ventri, §.fin.ff.de Privil.credit.l.lecta, §. dicebam, ff.si cert.pet.l.
3 *fin.C.de Pignor. Bart.in l.in operis, ff.locat. & in l.Aristo n.5.ff.*
quæ res pignor.&c. Alex.cons.90.n.8.vers.nec habent lib.3. Cra-
vet.cons.153.n.8.Menoch.lib.6.præsump.12.num.5.Ciriac.contr.
219.n.65.Capyc.dec.194.n.15. Surd.d.dec.55.num.8.in fin.& de-
cis.105.n.8.Rot.dec.114.n.3.p.4.to.2.in Recent. ubi, quod identi-
4 tas facilè præsumitur.
5 Ex quo infertur, quod si quis aliquam pecuniæ summam
ex venditione census receperit, & deinde eadem die, in eo-
dem loco, & coram ejusdem testibus, & eodem notario
fundum emerit, vel redemerit, talis fundus præsumitur em-
ptus, vel redemptus ex eadem pecunia, *Bart.in d.l.Arist.n.5.*
ff.Quæ res pign.oblig.poss.Tiraq.de Retr.lign.§.2.gl.un.num.24.
Menoch.lib.3.præsump.55.n.8. Mant.de Tacit.lib.3.tit.15.n.50.
Ciriac. d.contr.219.n.65. Ciarlin.contr.for.lib.2. c.196. nu.19. &
seq. Mascard.de Probat. vol.2. conclus.924. ubi, quod duo in- 6
strumenta eodem die, & hora, coram eisdem testibus, &
Notario, facta, præsumuntur correspectiva, & unum ines-
se alteri quando subjecta materia id patitur, *Capyc.d.dec.194.*
n.15. ubi dicit, quod quando quis aliquid emit, videtur in
dubio emisse ex illa pecunia, quam constat ad eum pervenis-
se, *juxta tex. in d.l.fin. C.de Pign.*

Addit *Gratian.discep.forens.cap.897. numer.2. & sequen.* 7
quod stante vicinitate actuum, brevitate temporis identi-
tate causæ, & personarum, & aliis similibus conjecturis
concurrentibus, probatur identitas pecuniæ, etiamsi con-
tractus non fuerint facti eodem loco, & coram eisdem testi-
bus, *Alex.cons.84.numer.4.lib.7. Cravet.cons.198. numer.2.*
ubi, quod censetur probata identitas rei, quando constat
de aliqua qualitate, quæ concordet, vel quando in contra-
ctu exprimitur eadem causa, licet summa, seu quantitas sit
diversa, ex quo infert *idem Grat.loco cit.* quod si pecuniæ ac- 8
ceptæ fuerint ad societatem ad effectum solvendi certæ per-
sonæ, & eadem causa contineantur in scriptura solutionis,
præsumitur identitas, & non multiplicatio pecuniarum, non
obstante diversitate summæ, *latè Seraphin.decis.1093.num.1.*
& seq.

Infertur 2. quod sicut hæres pro impensa facta in funus, 9
præfertur etiam anterioribus creditoribus, ita creditor, qui
mutuaverat hæredi pecuniam, præfertur aliis, si hærede
statim post mutuum receptum mortuo, constet, impensas
fuisse factas, quia ob temporis brevitatem præsumuntur fa-
ctæ de pecunia mutuata, *Surd.d.dec.55.n.9.& 10.post Bart.&*
Castr.in l.fin.§.in computatione, C.de Jur.delib. Ang.in l.fin.C.de
Pignor. Ripa in l.si ventri, §.fin. nu.10. & seq. ff.de Privil.cred.
Anch.famil.q.lib.1.q.12.num.11.

Quæres, an identitas bonorum probari etiam possit con- 10
jecturis? Resp. affirmativè, *Rota dec.359.n.45.p.1.tom.1.Recen.*
Dec.cons.17.n.3.lib.3. Surd.dec.55. num.12.

S U M M A R I U M.

1 *Non solvente primo emptore pretium tempore convento,*
venditor potest rem alteri vendere: limitatur num.8.
2 *Dominium rei venditæ, & traditæ non transit in emptorem,*
nisi per eum solutum fuerit pretium.
3 *Quid si primus emptor pretium obtulerit, antequam vendi-*
tor secundo vendiderit.
4 *Non obstante reservatione dominii, periculum rei venditæ*
spectat ad emptorem.
5 *Quid si emptor post venditionem rem conduxerit pro certa*
pensione, donec pretium integrum solveret.
6 *Quid operatur reservatio dominii.*
7 *Pro rata pretii soluti fructus debentur emptori.*
8 *Quando habita fuit fides de pretio non potest res alteri ven-*
di, nec contractus resolvi ob non solutum pretium.
9 *Quid si eadem res duobus distrahatur diversis temporibus,*
vel eodem tempore.
10 *Quis sit potior, quando res duobus fuit vendita.*

CAPUT LIV.

An venditor possit alii rem vendere citrà pænam falsi, si primus emptor non solverit pretium tempore convento.

RESp. affirmativè: tunc enim res habetur pro inempta, 1
& contractus pro infecto, *Odofred.in l.venditor ex hæ-*
reditate, ff.de Hered.vel act.vend. Sali.& cæteri in l.quoties, C.
de Rei vend.Alex.& Jas.in l.a Divo Pio, §.sed si emptor, ff.de re
jud.& alii apud Menoch.de Arb.Jud. cas.381.numer.18. Surd. 2
decis.344. numer.15. & *16.* nec dominium rei venditæ, & tra-
ditæ transit in emptorem nisi per eum fuerit solutum pre-
tium, etiamsi venditor dominium hujusmodi sibi non re-
servaverit, *l.quod vendidi, ff.de contrah.emp. §.venditæ,* 3
Inst.de rer.divis. unde pœna falsi vendens rem duobus non
punitur, nisi primus solverit pretium vel obtulerit vendito-
ri, antequam secundo vendiderit, *Alex.consil.86.numer.2.*
lib.6. & alii apud Honded. consil.52. num.46. lib.1. Rota de-
cis.281.nu.21.& seq. apud Pacif. de Salv.interd. Man.de Tac. 4
lib.3.tit.15.num.42. ubi dicit, quod is, qui probat, se pre-
tium

tium numeraſſe, potior haberi debet, *Grat.diſcep.for.c.*523.
5 *n.*1.*& ſeq.* ubi addit, quod non obſtante hujuſmodi reſerva-
tione dominii contractus eſt undequaque perfectus ità ut
etiam periculum rei venditæ ſpectet ad emptorem etiam ſi
emptor poſt venditionem rem conduxerit pro certa penſio-
6 ne, donec pretium integrum ſolveret: cum reſervatio do-
minii nihil aliud operetur niſi ſpecialem quamdam hypothe-
cam, per quam reſervans præfertur cuicumque creditori, *l.ſi-
cut emptio, ff.loc. & cond.Boſſ.de remiſſ.merced.conduct.nu.*102.
*Mant.de Tac.lib.*4.*tit.*24.*n.*18.*Cepoll.cautel.*125.*n.*1. ubi dicit,
7 quod iſta penſio magis debetur de pretio non ſoluto, quàm
priore unde pro rata pretii ſoluti fructus debetur emptori
non quidem ratione dominii, ſed ex quadam naturali æqui-
tate, ne venditor lucretur cum jactura emptoris, *Alex.conſ.*
121.*n.*1.*&* 2.*lib.*4.*Tiraq.de Retr.conv.ad fin.tit.num.*71.*Grat.
ubi ſupra, num.*30.*&* 31.

8 Limita, quando emptori fuit habita fides de pretio, vel aliter ſatisfactum venditori, ut *in d.l.quod vendidi, ubi Bar.& Bald.& d.§.venditæ, ubi Aret.& alii*, tunc enim non poteſt alteri vendi neque contractus reſolvi ob non ſolutum pretium, ſed agitur ad ejuſdem pretii ſeu intereſſe ſolutionem, *Alex.conſ.*121.*n.*2.*lib.*4. *Ruin.conſ.*66.*n.*7.*ad med.lib.*4. *Tiraq. de Retr.conv.ad fin.tit.num.*71. *quos refert, & ſequitur Grat.d. c.*523.*num.*18.*& ſeq.*

9 Notandum eſt etiam, quod ſi duobus eadem res vendatur diverſis temporibus, cuilibet præſumitur vendita inſolidum: ſed ſi eodem tempore facta ſit venditio unicuique pro parte vendita intelligitur, *l.ſi fundus, §.ſi debitor, ff.de Pignor.Mant. de Tacit.lib.*3.*tit.*15.*num.*38.

10 Notãdum 2. quod licèt aliàs re duobus vendita potior ſit is, cui prius res tradita eſt, *l.quoties, ubi Bald.C.de rei vendic.* fallit tamen, ſi prius vendita fuerit piæ cauſæ: quia tunc pia cauſa præfertur alteri emptori cui fuit prius tradita; ratio eſt, quia in piam cauſam etiam ex ſolo contractu transfertur dominium ſine traditione, *Bart.in l.ult.C.de Sacroſ.Eccleſ.poſt gloſſ.ibid.in ver.in rem* ubi addit, hoc procedere, etiamſi fuerit alteri Eccleſiæ poſteà vendita, & prius eidem tradita, *Tiraq.de Privil.piæ cauſ.privil.*107.

S U M M A R I U M.

1 *Quando quis teneatur de occiſo, & quando de vulnerato, & num.*2. *&* 3.
2 *Statur Judicio medicorum, an vulnus fuerit lethale, vel non.*
3 *Et an in hoc ſufficiat dictum unius medici; vel practici periti.*
4 *Quando ſumus in dubio, an vulnus fuerit lethale, vel non, delinquens puniri non poteſt de occiſo, ſed tantùm de vulnerato.*
5 *Quid ſi medici non intervenerunt in curatione vulnerati.*
6 *Quando quis præſumatur deceſſiſſe ex vulnere, & quando non, & num.*7.
8 *Si quis mortifero vulnere percuſſerit, & alius poſteà exanimaverit, prior tenetur tantum de vulnerato, poſterior de occiſo.*

C A P U T L V.

An percuſſus & mortuus ex temporis intervallo præſumatur mortuus ex vulnere.

1 HÆc quæſtio frequenter in tribunalibus agitatur: nam ſi percuſſus præſumeretur deceſſiſſe ex vulnere, percutiens teneretur de occiſo, *juxta textum in l. ait. lex*, 21.*§. quod ſi mortiferè, & l.ſi ita vulneratus*, 52.*ff. ad l. Aquil.* ſecus eſſet, ſi alia de cauſa deceſſiſſe præſumatur: tunc enim de vulnerato actio erit, non de occiſo, *l.qui occidit*, 30. *§.fin.ff. eod.titul.*

2 Ad quæſitum ergo reſpondeo, quod aut conſtat, vulnus fuiſſe mortale, ſive ex evidentia facti, ſive ex relatione medicorum, & in tali caſu, ſi ſequatur mors, vulneratus præſumitur deceſſiſſe ex vulnere, & delinquens tenetur pœna ordinaria homicidii per jura ſupra allegata, *Bart.in l.ſi in rixa*, 17.*n.*12.*ff.ad l.Corn.de Sicar.Mareſc.var.lib.*2.*c.*128.*n.*1. idemque dicendum, ſi vulneratus ſurrexit, & ambulavit, vel quando poſt intervallum deceſſit: quia totum relinquitur judicio medicorum, qui in curatione vulnerati intervenerunt, *Boſſ.in tit.de Homic.n.*115.*& ſeq.poſt Soc.conſ.*178.*col.*2.*verſ.circa primum, Felin.in c.presbyterum, de Homic.*

3 Aut conſtat, vulnus non fuiſſe mortale, & tunc mors præſumitur eveniſſe alia de cauſa, & delinquens non tenetur de occiſo ſed tantùm de vulnere, *d.l.qui occidit, §.fin.* præſertim ſi conſtaret de alio diverſo morbo non derivante ab ipſo vulnere, *Bald.conſ.*137.*col.*2.*vol.*2.*Rim.ſen.conſ.*281.*nu.*5. *&* 7.*Rim.Jun.conſ.*121.*per tot. Marſ.conſ.*7.*n.*28.*Boer.dec.*323. *Antonell. de Tempore*, *n.*7.*& alii, quos latè recenſet Ciriac.contr.*394.*num.*6.*cum ſeq.& n.*74.*uſque ad fin.* ubi etiam dicit, quod de conſuetudine in hoc ſtatur dicto etiam unius medici, vel practici Periti: quamvis contrarium ſentiat, *Alex.conſ.*148.*lib.*2. *Mareſc.var.lib.*2. *c.*128.*n.*3.*&* 4. ubi dicit, quod durante vulnere, licèt vulnerato alia ſupervenerit infirmitas, adhuc mortuus ex illo vulnere præſumitur, quia vulnus ad alia accidentia videtur cauſam præbuiſſe: quod *ſecundùm Mareſc.loco cit.* procederet etiam ſanato vulnere, ubi languor & ſtimulus ejuſdem vulneris vulneratum iterum afflixit: quia prima cauſa ſemper perſeverare, & mortem cauſare videtur, licèt ad tempus vacaverit, *c.ad audientiam, c.presbyterum, & c.de cætero, de Homic.* dummodò id imperitiæ, vel negligentiæ medicantium, vel incuriæ, ſeu culpæ ipſius vulnerati attribui non poſſit, *l.qui occidit §.ult.ff.ad l.Aquil.c.tua nos, & c.exhibita, de Homic.*

Idem dicendum, quando ſumus in dubio, an vulnus fue- 4
rit lethale, vel non lethale quia neque in tali caſu delin-
quens puniri poteſt de occiſo, ſed tantùm de vulnerato, *leg.
item mela, §.Celſus, & l.huic ſcripturæ, juncta gl.in ver.mortiferè
ff.ad l.Aquil.gloſſ.in d.l.ſi ita vulneratus, verſ.teneri ff.eod.titul.
Boſſ.d.tit.de Homicid.n.*115.*& ſeq.* ubi addit, quod ſi medici 5
intervenerunt in curatione vulnerati, adhuc pro percuſſore
judicandum erit quod præcipuè procederet ſtante diuturni-
tate temporis putà ſi quis poſt octo menſes moriatur: tunc 6
enim non præſumitur quis deceſſiſſe ex vulnere, *ut probat
textus in cap.extr.de Cleric.percuſſ. Bart.in l.ſi in rixa, n.*12.
*ff.ad l.Corn.de Sicar. Mareſc.var.lib.*2.*cap.*128.*num.*2. ubi per
dictum textus a contrario ſenſu concludit, quod ſi infra
octo menſes ſequatur mors, ex vulnere illato præſumitur ſe-
quuta.

Hoc tamen intelligendum eſt quando aliquæ ſuper hoc 7
probationes præceſſerunt, putà ſi adhibiti fuerint periti in-
ter ſe diſcordantes, an vulnus fuerit lethale, nec ne: ſecus
eſſet, quando nullæ factæ ſunt probationes, nec a fiſco, nec
a Reo: quia tunc nulla concurrente probatione, vel præ-
ſumptione, in contrarium ad favorem Rei, vulneratus di-
ceretur deceſſiſſe ex vulnere, *Plaza in Epitom.delict.cap.*13.*n.*
10.*Gail.lib.*2.*obſ.*111.*n.*10.*Corn.conſ.*194.*nu.*4.*lib.*2. *quos refert,
& ſequitur Ciriac.contr.*394.*n.*39.*& ſeq.*

Notandum tamen eſt, quod ſi alius mortifero vulne- 8
re percuſſerit, alius poſteà exanimaverit, prior non te-
neretur de occiſo, ſed de vulnerato, quia ex alio vulnere
periit; unde poſterior tenetur de occiſo, *l.item mela, §.Celſus, ff.ad l.Aquil.l.huic ſcripturæ, ff.eod.* idem dicendum, ubi quis cum baculo, vel lapide non mortiferè fuerit vulneratus: quia ſi deinde febre correptus expiraverit, & medici deponant, quod mors ſequuta non eſſet, ſi febris non ſupervenisset, vulnerans in tali caſu non teneretur de occiſo, ſed tantùm de vulnere, *Mareſcot.dict.libr.*2.*variar. cap.*128.*num.*8.*&* 9.*per dict.l.qui occidit, §.*1.*leg.huic ſcripturæ, & l.ſi ita vulneratus, ff.ad l.Aquil.* quia maleficium ex propoſito diſtinguitur: nec eſt veriſimile, quod percutiens aliquem baculo, voluerit eum occidere, *l.C.ad l.Corn.de Sicar.*

S U M M A R I U M.

1 *Per prohibitionem alienationis inducitur fideicommiſſum, quando Teſtator diſponit in alterius utilitatem.*
2 *Quando poſſit hæres alienare non obſtante prohibitione Teſtatoris, & n.*3.
4 *Quid ſi teſtator dixerit, quod bona remaneant ad perpetuam memoriam ipſius Teſtatoris.*
5 *An hæres cogi poſſit ad faciendum monumentum, quod teſtator ſibi conſtrui juſſit.*
6 *An in prohibitione alienationis facta pluribus requiratur cauſa.*
7 *Quid ſi prohibitio alienationis ſine cauſa facta fuerit ad tempus.*
8 *Quando bona perpetuò alienari prohibita poſſint alienari.*

C A P U T L V I.

Quando per prohibitionem alienationis inducatur fideicommiſſum.

REſp. quod per hujuſmodi prohibitionem tunc induci- 1
tur fideicommiſſum, quando teſtator diſponit in alterius utilitatem, & commodum, *l.Quintus, ff.de Ann.legat.* putà ſi alius vocetur in eventum alienationis, vel ſi teſtator dixerit, quod talia bona remaneant in familia, vel ad ſuos poſteros, & deſcendentes perveniant, aliàs fideicommiſſum non

induceretur, *leg. filiusfam. miles, §. Divi verus, 2. ff. de leg. 1. leg. pater, §. Julius Agrippa, & l. Lucius Titius, ff. de leg. 3. Grat. con. 21. in prin. lib. 2. Eugen. conf. 81. n. 49. Alciat. conf. 129. lib. 9. tom. 3.*
2 *& alii apud Gratian. discep. for. cap. 280. num. 1. & seq.* ubi dicit,
3 quod prohibitio sine aliqua causa non tenet; & ideò non obstante hujusmodi prohibitione potest hæres alienare, etiamsi testator in tali casu alienationem infirmaverit, seu nullam esse dixerit: cùm talis prohibitio non sit preceptum, sed potius consilium, & hæredis favor, cui potest renunciari, *leg. cum pater, §. mandato, ff. de l. 2.* nec satis esset si in prohibitione alienationis testator dixerit, quod bona remaneant ad perpetuam memoriam ipsius testatoris, quia, id respicit solùm favorem ipsius testatoris, & ideò alienationem non impedit, *d. l. Quintus*, ubi, quod hæres non cogitur facere monumentum, etiamsi testator id jusserit in testamento, & *l. pater, §. Julius Agrippa, ubi Bart. ff. de l. 3.*
6 Amplia 1. etiamsi prohibitio alienationis esset facta pluribus: nam etiam in tali prohibitione requiritur causa, qua cessante non videtur talis prohibitio facta contemplatione aliorum non alienantium, nec potest sumi conjectura quod adsit reciprocum fideicommissum, *gl. in l. filiusfam. 118. §. Divi, 2. in ver. eos, vers. expone casum, ff. de leg. 1. & in l. quoties, 11. in ver. omnib. C. de fideicom. Alex. in l. qui Romæ, §. cohæredes, n. 4. in ff. de verb. oblig. Gab. con. 140. n. 45. & 46. li. 1. Bero. conf. 66. n. 2. lib. 2. & q. 42. nu. 4. vers. Quinimo duo, Jas. conf. 96. col. 2. post med. lib. 4. Odd. conf. 66. n. 40. & conf. 67. n. 8. Mant. de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 5. n. 16. Surd. decis. 238. n. 18. & alii apud Grat. d. c. 280. n. 15. ubi de magis communi.*
7 Amplia 2. etiamsi hujusmodi prohibitio alienationis fuerit solùm ad tempus, putà ad decem annos, quia sicut non valet prohibitio circa res sine causa, ità neque valebit circa tempus, cùm valeat argumentum, non licet in rebus, ergo neque in tempore, *l. miles, ita, §. Et quia diximus, ff. de Testam. milit. Crot. conf. 61. in princ. & nu. 24. Petr. de fideicom. q. 1. nu. 32. & alii apud Grat. d. c. 280. n. 34. & seq.*
8 Addit *Ancharan. conf. 46. Tiraq. de Privil. piæ causæ privileg. 148. & alii apud Genuens. in tract. de Eccles. 330.* quod bona perpetuo alienari prohibita, possunt post quartum gradum in Ecclesia alienari favore piæ causæ.

S V M M A R I V M.

1 *Quando non constat de consuetudine concedentis, nec Regionis, emphyteusis concessa a privato præsumitur perpetua, concessa vero ab Ecclesia non intelligitur perpetua, sed usque ad tertiam generationem.*
2 *Quid si emphyteusis esset inducta ex præscriptione, putà si quis diu rem uti emphyteuticam possederit.*
3 *Præscriptio æquiparatur veritati.*

C A P U T L V I I.

Emphyteusis quando præsumatur perpetua, & quando temporalis.

1 RÈspond. quod primò recurrendum est ad consuetudinem concedentis: nam si erat solitus concedere in tertiam generationem, vel in perpetuum, sic præsumitur concessisse, *argum. leg. vel universorum, ff. de Pign. act.* & si de consuetudine concedentis non appareat, recurrendum est ad consuetudinem Regionis, *arg. l. si fundus, ff. de evict. l. licet certis, C. de loc. & cond.* si verò neque de consuetudine concedentis, neque Regionis appareat, vel si consuetudo non sit constans, sed varia, tunc emphyteusis concessa a privato, præsumitur perpetua, quia talis est ejus natura, ut in perpetuum porrigatur, *arg. l. obligationum ferè, §. placèt, ff. de Act. & oblig. & est communis DD. opinio teste Clar. in §. emphyteusis, quæst. 28. in princip.* emphyteusis verò concessa ab Ecclesia non intelligitur perpetua, sed usque ad tertiam generationem, *juxta tex. in §. emphyteusim, in Auct. de Non alienan. ità Mant. de Tac. lib. 22. tit. 5. num. 11. & seq. post Rom. in l. etiam filii, num. 14. ff. sol. matr. Alex. in l. qui in aliena, n. 14. de Acq. hæred. Ang. in d. §. emphyteusim.*
2 Et hoc quidem locum habet, etiamsi emphyteusis sit inducta ex præscriptione, veluti si quis diù rem aliquam tanquam emphyteuticam possedit, & pro ea annuum canonem persolvit; quia tunc etiam concessio facta a privato præsumitur perpetua, quemadmodum concessio facta ab Ecclesia intelligi debet usque ad tertiam generationem, cùm præscriptio
3 æquiparetur veritati, *Covar. var. res. lib. 3. c. 10. n. 4. Ruin. conf. 61. num. 3. & conf. 63. numer. 7. lib. 1. & alii apud Mant. loco cit. numer. 14. & 16.*

S V M M A R I V M.

1 *Quando creditor possit pecuniam ad cambia, & recambia accipere.*
2 *Ad hunc effectum requiritur probatio in individuo, quod creditor ideo pecuniam ad cambium accepit, quia debitor non solvit.*
3 *Creditor volens emere annuum redditum, debet futuram emptionem debitori denunciare.*
4 *Creditor pecuniam accipiens in societatem officii, declarare debet tempore initi contractus, se hujusmodi societatem contrahere ad commodum, & incommodum debitoris.*
5 *An creditor denunciare debeat debitori Notarium, qui instrumentum confecit.*

C A P U T L V I I I.

An, & quando creditori licitum sit pecuniam ad cambia, & recambia sumere ob non solutum debitum statuto tempore.

TRes conditiones ad hunc effectum concurrere debent, 1
videlicet, quod creditori data sit a debitore facultas accipiendi pecuniam ad cambium: cessante verò pacto creditor requirere debet ipsum debitorem, ut solvat, cum protestatione, quod aliàs pecuniam ad cambium accipiet; secundò, quod in utroque casu pecuniæ realiter, & cum effectu accipiantur in dictam causam ad cambium; tertiò, quod creditor postquam ita pecunias acceperit, certiorem faciat debitorem, ut possit, si velit, ab hujusmodi damno se liberare; alioqui deficiente aliquo ex dictis requisitis debitor non obligatur, etiamsi jam recognovisset, & acceptasset cambia: quia talis conventio non redditur licita ex conventione partium sine prædictis requisitis, nè aperiatur via fraudibus, & usuris, *Rot. in Romana cambiorum de Grandis 15. Maii 1592. coram Card. Millino, & in alia Romana Vineæ de Brunis 2. Decembris ejusdem anni coram Orano, prout refert Jordan. Elucubr. divers. lib. 14. tit. 17. de Prob. n. 479.*
Requiritur autem ad hunc effectum probatio in individuo, 2
quod creditor ideò pecuniam ad cambium accepit, quia debitor non solvit, cum possit esse, quod ob alias causas pecuniam ità acceperit, *Rota in d. Romana cambiorum, quæ in impressis apud Millinum est dec. 12.* unde probari debet, quod ex pecuniis ad cambium acceptis creditor proprium debitum solverit, & quod non potuerit illud aliter solvere, *Scac. de Camb. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 8. n. 248.* subdens, *n. seq.* quod creditor 3
volens emere annuum redditum, debet futuram emptionem, sicque existentiam occasionis debitori denunciare.
Item si creditor pecuniam acceperit in societatem officii, 4
declarare debet tempore initi instrumenti, se hujusmodi societatem contrahere ad commodum, & incommodum debitoris, nè alias sequuto lucro Societatis creditor diceret, quod illam contraxit ad commodum, & incommodum proprium, *Rot. in Romana subhastat. bon. 7. Junii 1597. coram Card. Lancelloto, quam refert Scaccia loco cit. num. 349. & 251. & ità etiam tenuit Rota coram Card. Millino decis. 293.* ubi etiam ad- 5
ditur, quod tenetur creditor debitori denunciare etiam notarium, qui instrumentum confecit.

S V M M A R I V M.

1 *In successionibus attenditur tempus delationis bonorum.*
2 *Quando incapax ad hæreditatem admittatur.*
3 *Media tempora non nocent.*
4 *In bonis acquisitis per filium ante clericatum Pater habet usumfructum, etiamsi postea efficiatur clericus: limitatur num. 10.*
5 *Et an possit filius de hujusmodi bonis testari ad pias causas sine consensu Patris.*
6 *An filiusfamil. de jure civili Patre permittente testari possit.*
7 *Bona adventitia Clerici habentur pro castrensibus: declaratur num. 8.*
9 *An Patri detur querela inofficiosi adversus testamentum filii clerici.*
Et an Pater possit petere legitimam, ibid.
10 *Quid si relinquatur filio res, quæ erat litigiosa ante mortem Testatoris, & lis finiatur, postquam filius effectus est clericus.*
11 *Res non habetur pro litigiosa, si talis effecta sit post mortem testatoris.*

CA-

CAPUT LIX.

Quodnam tempus attendatur in successionibus.

1 REsp. quod attenditur tempus delationis bonorum, ut
tradunt Doctores in l. sed conditioni, §. solemus, ff. de
Hæred. Instit.
2 Ex quo infertur, quod licèt hæres institutus reddatur in-
capax hæreditatis, tamen si restitutus fuit ante mortem testa-
toris ad hæreditatem admittitur; cùm satis sit, si tempore
mortis testatoris sit capax, ut colligitur ex textu in d. §. solemus,
3 ubi dicitur, quod media tempora non nocent.
4 Infertur 2. quod in bonis acquisitis per filium ante Cleri-
catum Pater habet usumfructum, etiamsi posteà efficiatur
Clericus: sufficit enim, quod non fuerit Clericus, quando
bona fuerunt delata, Dec. in cap. in præsentia, nu. 251. & seq. de
probat. Covar. in cap. quia nor, n. 2. de Testam. Pinell. in l. 1. p. 1.
n. 43. C. de Bon. matern. Ceval. q. 794. n. 23. & 45. Lup. in Rubr. de
Donat. int. vir. & uxor. §. 42. n. 11. & seq. & alii apud Grat. disc.
5 for. cap. 454. per tot. & est communis opinio, unde filius non pos-
set etiam post clericatum de hujusmodi bonis testari etiam ad
pias causas sine consensu patris, cap. licèt de sepult. in 6. quam-
6 vis de jure civili, nec patre permittente, filiusfamil. testari
possit, l. tam is, §. 1. ff. de Donat. caus. mort. nam licèt bona ad-
7 ventitia Clerici habeantur pro castrensibus, & de iis possit
filius liberè testari, juxta l. sacrosanctæ, C. de Episc. & Cleric.
hoc tamen procedit in acquisitis post Clericatum, non ante,
ut ibidem notant communiter Doctores teste Grat. d. c. 464. nu. 2.
8 & seq. ubi etiam dicit, quod Clericus in his, quæ ad eum
pervenerunt post Clericatum, liberam habet testandi factio-
9 nem, & ejus testamentum, valet ità, ut patri non detur que-
rela inofficiosi, quamvis possit peti legitima per conductio-
nem ex lege, vide Surd. cons. 259. n. 10. lib. 2.
10 Observa tamen, quod si relinquatur filio res, quæ erat li-
tigiosa ante mortem testatoris, & lis finiatur post quam filius
effectus est clericus, non quæreretur in hujusmodi re ususfru-
ctus Patri: quia bona litigiosa non sunt in dominiu legatarii,
sed hæredis, qui propterea tenetur suis sumptibus litigare,
Bellaper. in auct. nunc si hæres, ad med. vers. unde dices, C. de Li-
tigios. de Leo. in l. censemus 4. C. eod. tit. quos refert, et sequit. Grat.
11 loc. cit. n. 29. & seq. subdens, quod res non habetur pro litigio-
sa, si talis effecta sit post mortem testatoris.

SUMMARIUM.

1 *Institutus in re certa, vel ad tempus, quando remaneat hæres universalis purè, & in totum, & n. 11.*

2 *Testator non potest decedere partim testatus, & partim intestatus: limitatur n. 10.*

3 *Semel hæres non potest amplius directè desinere esse hæres: limitatur n. 10.*

4 *An possit hæres institui ex certo tempore.*

5 *Quid si quis fuerit institutus ad tempus incertum, & nullus post tempus incertum datus sit hæres.*

6 *Et quid si testator instituit hæredem particularem in re certa, & scribit etiam hæredem universalem, qui vel repudiat hæreditatem, vel decessit vivente testatore.*

7 *Uxor instituta in usufructu, quandiu vixerit, & vitam vidualem servaverit, hærede universali repudiante, vel aliter hærede non existente, fit hæres in totum.*

8 *An uxor hæreditatem ità acquisitam amitteret per transitum ad secunda vota.*

9 *Quid si usufructus relictus sit conditionaliter, si vitam vidualem servaverit.*

10 *Milites ex speciali privilegio decedere possunt tam respectu temporis, quàm bonorum, pro parte testati, & pro parte intestati.*

An milites possint instituere hæredes ex die certa, vel ad diem certam. ibid.

12 *Institutus ad annum, post annum tenetur restituere hæreditatem secundo instituto.*

13 *Si uxor relicta fuerit usufructuaria, & hæres institutus post mortem uxoris, utraque dispositio servari debet.*

14 *An conditio, donec vitam vidualem servaverit adjecta uni legato, censeatur repetita in secundo.*

CAPUT LX.

Quando institutus in re certa, vel ad tempus, fiat hæres universalis purè, ac simpliciter.

1 INstitutus in re certa, vel ad tempus, ubi nullus alius da-
tus est hæres universalis, detracta mentione rei certæ, &
Antonell. de Tempore.
temporis, remanet hæres universalis purè, & in totum ac si
purè institutus fuisset: tum quia testator non potest decedere 2
partim testatus, & partim intestatus, l. jus nostrum, ff. de Reg.
Jur. tum etiam quia semel hæres non potest amplius directè 3
desinere esse hæres, l. & si sine dolo, §. sed quod Papinia. ff. de mi-
nor. l. ei, qui solvendo, ff. de Hæred. inst. Surd. cons. 439. n. 21. vol. 3.
Peregr. de fideic. ar. 11. n. 59. 61. & 65. & alii apud Ciriac. controv.
for. 550. n. 2. & seq. lib. 3. ubi etiam dicit, quod neque potest hæ- 4
res institui ex certo tempore, ita colligitur ex leg. quoties, 9. §. si
duo l. hæreditas ex die, 34. l. ex facta, 35. l. si quis ita hæres, 74. ff.
de Hæred. inst. §. hæres instit. eod. tit. & §. sed & si quis priore, in-
stit. Quib. mod. testam. infirm. quod procedit etiam in instituto 5
ad tempus incertum & nullus sit datus hæres, Bald. in l. hæredi-
tas, 34. ff. de Hæred. instit. Alex. cons. 111. vers. tertio, vol. 2. Man-
tic. de conjectur. ult. volun. lib. 4. titul. 5. art. 18. sub numer. 8. Nat.
cons. 459. num. 11. & alii, quos refert, & sequitur Ciriac. contr.
forens. 43. num. 27. & seq. & contr. 554. idemque dicendum est, 6
quando testator instituit hæredem particularem in re certa,
& scribit etiam hæredem universalem, qui vel repudiat hæ-
reditatem, vel decessit vivente testatore: tunc enim hærede
universali repudiante, vel decedente, dum adhuc vivit te-
stator hæres in re certa fit hæres in solidum; nam paria sunt,
nullum hæredem fuisse institutum, vel institutum vivo te-
statore decessisse, vel hæreditatem repudiasse, Bart. & alii
in l. quoties, 13. Cod. de Hered. instit. Bald. in l. quoties, 9. si duo, in
fin. ff. eod. titul. de Hæred instit. Dec. in l. fin. num. 23. Cod. de Edict.
Div. Adr. toll. Cephal. cons. 59. num. 14. & seq. Unde in his casi-
bus hæreditas remanet libera hæredi in re certa vel ex certo
tempore, aut ad tempus instituto, nec est restituenda con-
sanguineis testatoris venientibus ab intestato quia in tali casu
remanet hæres perpetuò non solùm nomine, sed etiam effe-
ctu adeò quod potest disponere ad libitum de ipsa hæredita-
te, Bald. in d. §. si duo, circa fin. vers. q. in qua habui &c. Aret. in
d. §. hæres, n. 5. in fin. vers. quarto casu, Peregr. de fideicom. ar. 5. nu-
mer. 17. latè Ciriac. d. contr. 43. n. 78. & seq. & contr. 44. n. 32. contr.
550. n. 15. Cephal. cons. 59. n. 39. & seq.
Ex quo infertur, quod uxor instituta in usufructu, quan- 7
diu vixerit, & vitam vidualem servaverit, hærede univer-
sali repudiante, vel aliter hærede non existente fit hæres in
totum; quia tanquam instituta in usufructu dicitur instito-
ta in re certa, & uti instituta, quamdiù vixerit, & vitam
vidualem servaverit, dicitur instituta ad tempus: quo casu
detrahitur mentio rei certæ & temporis, remanetque insti-
tutio de uxore in universum pura, & simplex, Bald. in l. id
quod pauperibus, 24. numer. 27. versic. sed ego ostendo &c. Cod.
Episcop. & Cler. Alex. cons. 111. volum. 2. Menoch. libr. 4. præ-
sumpt. 141. numer. 2. & seq. Peregr. de fideicommiss. ar. 5. num. 17.
Cephal. consil. 59 num. 14. & seq. Ciriac. controv. forens. 43. n. 24.
& seq. & contr. 44. num. 60. ubi addit, quod uxor hæreditatem 8
ita acquisitam non amitteret, si deinde ad secunda vota
convaluerit: secus si ususfructus uxori relictus sit conditio-
naliter, si vitam vidualem servaverit, quia tunc per tran- 9
situm ad secundas nuptias nedum amittit hæreditatem, sed
etiam tenetur restituere fructus in præteritum perceptos,
Ciriac. contr. 44. num. 64. ubi citat Bald. consil. 267. sub numer. 3.
usque ad numer. 5. volum. 5. Nat. consil. 459. num. 15. quibus ad-
de Paris. consil. 97. num. 3. & 6. lib. 2. Duran. de Arte testan. titul.
delegat. cautel. 39. num. 1. Covar. variar. resol. lib. 2. cap. 2. num. 5.
Bero. cons. 58. n. 6. lib. 2. Suarez recept. sentent. ver. uxor. num. 114.
Gail. pract. observat. 143. num. 5. lib. 2. Bursat. consil. 245. num. 4.
Sim. de Præt. de Interpret. ultim. volunt. lib. 3. dubit. 1. solut. 1. nu-
mer. 23. Laderch. cons. 57. num. 3. Castill. de Usufr. c. 8. numer. 43.
Odd. cons. 91. numer. 20. & seq. Caball. cons. 153. per tot. Thesaur.
Jun. qq. for. c. 81. num. 3. Gratian. discep. for. cap. 822. n. 2. Giovagn.
cons. 26. n. 13. lib. 1. Rota dec. 22. n. 7. & seq. par. 6. Recen. ubi quod
Rota semper inclinavit in eam sententiam, ut mulier, cui
sive titulo legati, sive titulo institutionis fuit relictus usuf-
fructus, censetur solummodò legataria: vocatus verò post
mortem usufructuariæ habeatur tanquam purè, & liberè,
hæres in proprietate.
Observa tamen, quod milites ex speciali privilegio dece- 10
dere possunt tam respectu temporis, quàm bonorum, pro
parte testati, & pro parte intestati; & possunt instituere he-
redes ita, ut designant, esse hæredes, unde illis licet insti-
tuere hæredes ex die certa vel ad diem certam, l. in fraudem, §.
miles, l. quærebatur, §. si quis a milite, & l. miles ita, ff. de mil. te-
stam.
Observa 2. quòd licèt institutus ad diem, vel ex die, sublato 11
vitio temporis fiat hæres purè ac simpliciter, servari tamen
debet in reliquis mens testatoris eo modo, quo potest non
offendendo regulas juris; ideò si per detractionem vitii tem-
poris fieret præjudicium alicui interim honorato, debet pro-
videri ejus indemnitati, & servari utraque dispositio, ut tra-

dunt communiter Doctores]. Hinc institutus ad annum licèt sit
12 hæres perpetuò mero jure, post annum tamen tenetur restituere hæreditatem secundo instituto; quemadmodum si uxor
13 relicta fuerit usufructuaria, & hæres institutus post mortem uxoris, utraque dispositio servari debet: institutus enim est hæres de præsenti, sed commodum ususfructus remanet uxori, donec vivit, *Castr.cons.241.n.4.& 5. et cons 459.col.1.vol.2. Bald.in l.id,quod pauperibus,n.27.C.de Episc.& cler. Soc.Jun. cons.85.n.26.vol.1. Nat.cons.570.per tot. Peregr. de fideic.art.5. n.17.& seq.Surd.cons.439.n.17.& seq.Gomes.var.res.tom.1.c.2. n.8.& seq. Mant.de conject.ult.vol.lib.5.tit.5.art.7. Engen.cons. 10.n.35.et seq.vol.1.Didac.var.lib.2.c.2.n.5.& alii apud Ciriac. d.contr.550.n.57.& seq.lib.3. Greg.dec.102.per tot.*
14 Quæres, an conditio donec vitam vidualem servaverit, adjecta uni legato, censeatur repetita in secundo? Respond. quod si hujusmodi conditio pariformiter convenit utrique legato, ut quia utrumque sit purum, vel utrumque annuum, tunc censetur repetita: secus si legata sint difformia, ut quia alterum sit purum, alterum annuum, *Ciriac.d.contr.43.n.96. Peregr. de fideic.art.16.n.29.*

S V M M A R I U M.

1 *Fideicommisso gravatus non tenetur restituere bona, nisi postquam fuerit de melioramentis satisfactus.*
2 *Emptor cum pacto de retrovendendo non cogitur retrovendere, nisi solutis prius melioramentis per ipsum factis.*
Et an possit necessarias, & utiles impensas repetere, ibidem.
3 *Conductor, vel colonus non potest expelli a prædio, quod coluit, nisi refectis melioramentis, etiamsi pensionem non solverit.*
4 *Emphyteuta expulsus ob canonem non solutum, vel ob alium casum sua culpa, amittit melioramenta: limitatur n.5.*
6 *Possessor malæ fidei, si in re per ipsum detenta necessaria fecerit melioramenta, non tenetur illam restituere, nisi refectis melioramentis, vel eorum pretio.*
7 *Melioramenta æstimanda sunt tanti, quanti valent tempore, quo res meliorata restituitur.*
8 *Melioramenta sunt reficienda in eo, quod minus est.*
9 *Si melioramenta lite pendente facta fuerint, solùm necessaria debentur: si ante litem, etiam utilia.*
10 *An conductor repetere possit quicquid in re conducta erogavit.*
11 *An quietantiæ operariorum probent valorem melioramentorum.*
12 *Si melioramenta non fuerint liquidata, data cautione proceditur ad ulteriora.*
13 *Melioramenta probari non possunt, non constito prius de anteriori statu.*
14 *An ex cursu 30. annorum præsumantur facta melioramenta conventa.*
Et an actio hujusmodi spatio tanti temporis intelligatur præscripta, ibid.

CAPUT LXI.

Quodnam tempus attendatur in æstimandis melioramentis.

1 PErutilis hæc quæstio est ad decidendos quamplures casus, qui ferè quotidiè in tribunalibus ventilantur: nam fideicommissum gravatus non tenetur restituere bona nisi postquam fuerit de melioramentis satisfactus, *Guid.Pap. dec.496. n.2.Surd.de alim.tit.6.q.6.n.15. Peregr.de fideic.art.50.n.5.in fin. & n.39.* item emptor cum pacto de retrovendendo non cogi-
2 tur retrovendere, nisi solutis prius melioramentis per ipsum factis, *Bald.cons.303.in 2.dub.lib.1.Surd.cons.155.num.14.lib.2.*
3 *& alii apud Grat.discep.for.c.193.n.7.& seq.* ubi dicit, quod potest necessarias, & utiles impensas repetere. Similiter conductor, vel colonus non potest expelli a prædio, quod coluit, nisi refectis meliotamentis, etiamsi non solverit pensionem conventam, *leg.penul.ubi Bart. ff.locat. Tiraq. de retr. conven.§.7.gl.1.n.16. Nig.in tract.de excep.c.8.§.14.nu.9.& seq.* ubi dicit, quod hæc est una ex differentiis inter conductorem,
4 vel colonum, & emphyteutam: nam emphyteuta expulsus ob canonem non solutum, vel ob alium casum sua culpa, amittit melioramenta, non tamen ea amittit conductor, vel colonus, *l.2.vers.nulla ei in posterum, C.de Jur.emphyt. Bart.in l.penul.n.5.ff.locat. Bald.in l.1.n.4.C.de Jur. Emphyt.Guid.Pap. dec.169.n.1.in fin.Seraph.dec.546.num.4.Clar.in §.emphyteusis,*
5 *quæst.45*, quamvis secus esset quando emphyteusis finitur absque culpa ipsius emphyteutæ, tunc enim melioramenta non amittit, ut notat *Surd.dec.78.n.17.vers.nec movet, Seraphin.*
6 *dec.1496.n.1.Clar.loc.cit*, immò etiam possessor malæ fidei, si in re, quam detinuit, necessaria fecerit melioramenta, non tenetur illam restituere antequam de hujusmodi melioramentis, seu eorum pretio fuerit satisfactus, *Surd. de Alim. tit.6.quæst.6.num.14. Aret.in §.certe,num.2. Instit.de Rer.divis.* quod locum habet in alio quocunque, qui rem a se melioratam debet restituere, *Nat.cons.256.n.1. quem refert, & sequitur Nig.de Excep.c.8.§.11.n.3.*

In his vero, & similibus casibus melioramenta æstimanda 7
sunt tanti, quanti valent tempore, quo res meliorata restituitur sive valor sit auctus, sive diminutus *secundùm veriorem opinionem, Bart.in l.domos,61.ff.de l.1. Rota dec.306.p.4.tom.2. Recen.latè Maresc.var.lib.2.cap.114.n.4.& seq.Menoch.de Arbitr.Jud.cas.258. Boss.in tract.de Princip.n.31.& communem dicit, Thesaur.dec.251.n.2. Nig.in tract.de Excep.c.8.§.30.a n.12.* 8
ubi dicit, quod pretium ejus, quod in re impensum est, tantum persolvitur, etiamsi melioramenta pluris, quàm fuerit expensum, æstimarentur: meliotamenta enim sunt reficienda in eo, quod minus est, *l.in feudo,29.ff.de rei vendit.* unde si impensa est x. melioratio xv. sola decem repetuntur; item si x. impensa, & melioratio v. sola v. repetuntur, *ut ibidem exemplificat gl.in ver.pretii, Pacif.de Salv.interd.insp.2.c.2.numer.261.Seraph.dec.898.n.2.* subdens, *num.3.* quod si meliota- 9
menta lite pendente facta fuerint, solùm necessaria, debentur: si ante litem, etiam utilia, *Rot.dec.186.n.3.p.2. Divers.* ubi quod quando minor, vel Ecclesia restituitur in integrum adversus contractum, tenetur solùm reficere meliotamenta secundùm dispositionem *d.l.in fundo, Alciat.respons.23. in fin. tom.1.lib.3.Marescot.var.lib.2.cap.114.n.6.& seq.* ubi etiam dicit, quod si meliorationes ex tempore essent attritæ, & minus valerent, quam fuerit impensum, fiet æstimatio secundùm tempus præsens.

Notandum tamen est, quod quando is, qui melioramenta fecit, non pro se impendit, nec ad sui utilitatem sed pro Domino, qui fructus percipit, tunc solùm fit æstimatio ejus, quod est impensum tempore meliorationis, nec attenditur incrementum, vel deterioratio in pretiis rerum contingens, *Socin.cons.26.n.9.lib.1. Marescot.d.lib.2.c.114.n.9. ubi dicit, esse casum in l.sed an ultro, §.1.ff.de negot.gest. & in l. si necessarias in princ.ff.de Pign.act.& in l.2.§.sufficit, ff.de Contrar.& util. act. tut.* unde & conductorem repetere posse quicquid in re con- 10
ducta erogavit, tradit *Tiraq. de Retr.conv.§.7.gl.1.n.16. per textu in leg.penult.ff.locat.* nisi hujusmodi meliotamenta duratura tantum sint, donec durat conductio, & sint facta pro usu ipsius conductoris, puta si purgentur fossata, reficiantur aggeres longo tempore non duraturi, & similia, quia tunc hujusmodi melioramenta non repetuntur, nisi aliud inter partes fuerit conventum, *Nig.de excep.capitul.8.§.14.numer.38.ubi citat Jas.in leg.1.n.27.C de Jur.emphyt. Menoch.consil.64.n.16.& 17. Caroc. de locat. par.4. de Expens.n.48.& 51.*

Observa 2. quod quietantiæ operariorum non probant va- 11
lorem melioramentorum, quia ex affectione, & ex mala negotiatione plus potuit solvi, *Rot.d.dec.306.p.4.tom.2.in Recen.* ubi etiam quod si meliotamenta non fuerint liquidata, data 12
cautione procedendum est ad ulteriora.

Observa 3. quod meliotamenta probari non possunt 13
non constito prius de anteriori statu: quemadmodum de deteriotatione constare non potest, nisi appareat, qualis fuerit status antiquus, *ut post Bart.in l.si negotia, ff.de Negot.gest. dixit Rot.coram Seraph.decis.1453.num.5.& coram Burat.decis.834.num.11.*

Quæres, an ex cursu 30 annorum præsumantur facta me- 14
liotamenta conventa? Resp.affirmativè, *Rot.dec.383.n.15.& seq.p.4. tom.2.Recen.* ubi etiam, quod saltem ex tanti temporis spatio actio hujusmodi intelligitur præscripta.

S V M M A R I U M.

1 *Quando actus est in totum nullus, ratificatio non retrahitur ad tempus actus gesti sed substinetur, ut ex nunc.*
2 *Quid si actus non est in totum nullus, sed potest aliquo jure valere.*
3 *Per ratificationem inducitur novus contractus.*
4 *Si quis actum a se in minori ætate nulliter gestum, major factus ratificaverit, talis ratificatio non nocet iis, qui medio tempore cum eodem legitimè contraxerunt: declaratur num.5.*
5 *Tacita ratificatio inducta a lege per quinquennii lapsum ità validat alienationem & contractum minoris, quasi ab initio factus esset cum decreto.*
6 *Homo non potest fingere, quod sit validum id, quod olim nullum erat, sicut potest lex.*
7 *Mortuo vasallo, qui alienavit salvo consensu Domini, si Domi-*

Dominus consentiat, talis consensus non præjudicat Agnatis, quibus jus erat quæsitum per mortem alienantis.
8 *Ratificatio non operatur in præjudicium ejus, cui jus est quæsitum ante ratificationem.*
9 *Judicium inchoatum per falsum procuratorem si ratificetur per Dominum, ratihabitio retrotrahitur.*
10 *Conditio potestativa apposita in obligatione, & hypotheca facta per maritum uxori pro restitutione dotis retrotrahitur favore dotis, ad tempus conventionis etiam in præjudicium tertii.*
11 *Propter privilegium dotis judicatur de conditione potestativa sicut de casuali, vel mixta.*
12 *Conditio potestativa regulariter non retrotrahitur ad diem contractus: declaratur n.13.*
14 *Conditio casualis, vel mixta quando retrotrahatur in præjudicium illius qui medio tempore jus acquisivit.*
15 *Disdicta societatis, si fiat a non habente mandatum, societas adhuc durat.*
Quid si disdicta ratificetur a Domino, ibid.
16 *Procurator habens mandatum generale, renuntiare potest societati justa causa subsistente.*
17 *Ratificatio præsumitur ex temporis diuturnitate.*

CAPUT LXII.

Quando ratihabitio retrotrahatur ad tempus actus gesti.

1 Communis est distinctio, quod quando actus est in totum
nullus ratificatio non retrotrahitur ad tempus actus gesti, cùm non inveniat principium conservabile, sed substinetur, ut ex nunc; si verò actus non est in totum nullus, sed
2 potest aliquo jure valere, & tunc ratificatio retrotrahitur ad
tempus actus celebrati, & facit retrotracta valere, ut ex tunc,
idest a tempore, quo fuerunt facta, *ita Bart. communiter receptus in l. observare, n.4. ff. de off. pro cons. Alex. cons. 78. n.24. lib.5.*
3 *Surd. dec. 245. n.5. & seq.* ubi etiam dicit quod per ratificationem inducitur novus contractus, *latè Grat. disc. for. c.963. nu.3. & seq. Mant. de Tac. lib.3. tit.15. n.43.*
4 Ex quo infertur, quod si quis actum a se in minori ætate nulliter gestum, major factus ratificaverit, talis ratificatio non
nocet iis, qui medio tempore cum eodem legitimè contraxerunt: licèt aliud sit, cùm tractatur de solo ratificantis damno,
Ceph. cons. 51. n.44. lib.1. Becc. cons. 66. n.25. Cacher. dec. 119. n.25.
5 *& alii apud Surd. dec. 245. per tot.* quod quidem procedit in expressa hominis ratificatione; secus in tacita, inducta a lege per
quinquennii lapsum: hæc enim ita validat alienationem, &
contractus minoris quasi ab initio factus esset cum decreto, *l. fin. §.1. C. si major fact. alien. fact. &c.* ratio est, quia homo non
6 potest fingere, quod sit validum id, quod olim nullum erat sicut potest lex, *leg. si fortè ff. de Castr. pecul. Bart. in l. si is, qui pro emptore, ff. de Usucap. Surd. loc. cit. n.10. & seq.*
7 Idem dicimus in Vasallo alienante salvo consensu Domini;
nam si Dominus post mortem Vasalli consentiat, talis consensus non præjudicat Agnatis, quibus jus erat quæsitum per
mortem alienantis: talis enim consensus non retrotrahitur,
nec valet in præjudicium tertii, sed tantùm sumit vires a tempore ratihabitionis, *Isern. in tit. de Prohib. feud. alien. per Fed. in princ. col.7. Ruin. cons. 72. n.8. et seq. vol.3. Nat. cons. 504. n.20. Dec. cons. 144. col.1. & 2. Paris. cons. 14. n.3. vol.1. & alii apud Cacher.*
8 *dec. 119. n.26. Affl. dec. 335. n.12.* ubi, quod ratificatio non operatur in præjudicium ejus, cui jus est quæsitum ante ratificationem, *latè Tiraq. de Retr. lign. §.1. gl.10. n.69. & seq.*
9 Infertur 2. quod si judicium inchoatum per falsum procuratorem ratificatur per Dominum, ratihabitio retrotrahitur:
quia judicium valebat a principio, quoad judiciū procuratoris, *ut inquit Alex. d. cons. 78. n.24. lib.1. per tex. in l. licet, ff. de Jud.*
10 Addit *Bero cons. 46. n.17. lib.1. quem refert Grat. disc. for. c.964. nu.14.* quod conditio potestativa apposita in obligatione, &
hypotheca facta per maritum uxori pro restitutione dotis, retrotrahitur favore dotis ad tempus conventionis etiam in
præjudicium tertii, cui pendente conditione eadem bona fue-
11 runt obligata; cum propter privilegium dotis judicetur de
conditione potestativa, sicut de casuali, vel mixta *l.1. ff. Qui*
12 *pot. in pign. hab.* licet conditio potestativa regulariter non retrotrahatur ad diem contractus *Bart. & alii in l. qui balneum, ff. Qui pot. in pign. hab. Soc. cons. 41. n.1. & 22. cum seqq. lib.4. Paris. cons. 11. n.69. & seq. lib.1. Gabr. cons. 141. nu.8. lib.1. Marcobr.*
13 *cons. 31. n.20. Giovagn. lib.1. cons. 35. nu.4. & seq.* subdens, hanc
conclusionem procedere in conditione potestativa ex parte
debitoris tantùm, vel debitoris, & creditoris simul, secus
ex parte creditoris tantùm.
14 Notandum tamen est, quod licèt conditio casualis, vel mixta retrotrahatur in contractibus in prejudicium illius, qui medio tempore jus acquisivit, non tamen retrotrahitur in testamentis, & legatis, *l. is, cui, ff. de oblig. & action. l.1. §. servi, ff. Ad Syllan. Giovagn. d. cons. 35. n.9. & 10. Cocin. cons. 41. n.24. Negus. de Pignor. 1. memb. 5. p. princ. n.19. & seq.*

Infertur 3. quod si disdicta societatis fiat a non habente 15
mandatum, societas adhuc durat, cùm renunciatio societatis fieri nequeat a non habente speciale mandatum, *l. actione, §. renunciare, ff. pro Socio.* & ideo ratificatio Domini non retrotraheretur ad tempus disdictæ societatis cùm in tali casu actus omninò sit nullus sed tantum valebit ut ex nunc a tem-
pore ratificationis, *latè Honded. cons. 38. n.15. & seq lib.1.* ubi 16
etiam dicit, quod procurator habens mandatum generale renunciare potest societati justa causa subsistente, & non aliter: *ita enim intelligendus est textus in d. § renunciare, ubi dicitur, procuratorem habentem mandatum generale renunciare, posse, ut ibidem declarant Bart. & Bald. juxta terminos l. si hominem ff. mand.*

Quæres, an ratificatio præsumatur ex temporis diuturnita- 17
te? affirmativè respondet *Soc. cons. 46. nu.3. lib.3. Dec. cons. 297. n.3. & 4. Goza. cons. 11. n.16. & alii apud Cephal. cons. 286. n.4.*

SUMMARIUM.

1 *Ex causa exhæredationis, vel præteritionis irritum est testamentum quantum ad institutionem non autem quoad legata, vel fideicommissa, & n.2. & 20.*
3 *Per clausulam codicillarem substinetur testamentum nullum in vim codicillorum.*
4 *Filius præteritus, qui testamentum irritavit & ab intestato succedit, censetur rogatus restituere hæreditatem per fideicommissum hæredi scripto.*
5 *Filius in tali casu detrahit tantum legitimam non autem trebellianicam: declaratur n.6.*
7 *Quando filius scienter fuit præteritus, clausula codicillaris operatur, ut testamentum non obstante præteritione substineatur.*
8 *An Posthumus ignoranter præteritus ex vi clausulæ codicillaris teneatur restituere hæreditatem hæredi scripto in testamento, & n. seq.*
9 *Censetur testator de futuris liberis cogitasse, quando verba clausulæ codicillaris sunt concepta in futurum tempus.*
10 *Quando clausula codicillaris censeatur concepta per verba futuri temporis, & n.11.*
12 *Clausula codicillaris non operatur, nisi concipiatur per verba futuri temporis.*
13 *Quid si testator post ipsius Posthumi nativitatem tanto tempore supervixisset, ut testamentum mutare potuisset, & non mutavit.*
14 *Donatio per supervenientiam liberorum ipso jure revocatur.*
Quid si natis filiis Donator supervixit, & donationem non revocavit, ibidem.
15 *Clausula codicillaris nihil operatur, quando filius fuit ignoranter præteritus.*
16 *Testator non præsumitur voluisse extraneum hæredem suæ soboli præferre.*
17 *Quid si Posthumus præteritus decederet in pupillari ætate post mortem testatoris.*
18 *Quid si testator ignorabat, filium natum esse, vel esse mortuum.*
19 *Clausula codicillaris potius ponitur de consuetudine Notariorum, quam quod testator sciat, quid importet.*
20 *Explicatur textus in auct. ex causa C. de liber. præter.*
Quando procedat dispositio d. auct. ex causa, per quam conservantur legata non obstante præteritione, ibidem, & n.21.
21 *Quid si legata sint modica, vel relicta conjuncto vel pro anima, vel exoneratione conscientiæ, & n.23.*
22 *Donatio modicæ rei non irritatur per l. si unquam Cod. de Revoc. donat.*
23 *Quænam censeantur legata magna, vel modica.*
24 *An clausula codicillaris operetur quoad conservationem legatorum.*
25 *Testamentum, in quo Posthumus est præteritus, substinetur de æquitate prætoria, si Postumus vivo testatore decedat.*
26 *Quid si filius præteritus hæreditatem repudiaverit, ut lapsum esset tempus illam petendi.*
27 *Quando testamentum effectum caducum, vigore clausulæ codicillaris substineatur.*
28 *Legata ad pias causas non deficiunt, quamvis caduca sint.*
29 *An, & quando fideicommissum conditionale transmittatur, & n.30.31.32.33.34.35.36. & 37.*
37 *Testamentum ante mortem testatoris vires non accipit.*

rum fructuum repetere possunt hæredes usufructuarii, atque
etiam fructus retinere; quousque solvantur prædictæ impen-
sæ, *juxta l.fundus,qui,ff.fam.ercisc.l.si a Patre,vel a Domino,
§.fin.ff.de Petit.hæred.*

7 Percepti verò fructus censentur, si eos a solo Usufructua-
rius, vel alius ejus nomine separaverit, etiam si nondum fue-
rint in horreo reconditi, *secundum veriorem intellectum dictæ
l.si Usufructuarius, ubi Bart.ff.Quib.modis ususfr. amitt.Ce-
phal.cons.*181.*num.*11.*lib.*2.*& communem d.Tiraq.de Retr.con-
vent.§.5.gl.4.nu.*1. quamvis aliter dicendum sit in bonæ fidei
possessore, qui facit fructus suos, a quocunque separentur,
& cujuscunque nomine, *glos.in d.l.si usufr.ver.perceperit,*ubi
dicit, Usufructuarium non transmittere ad hæredes fructus
separatos, nisi separati fuerint facto hominis; secus si casua-
8 liter, ut vi ventorum, aut alio modo; unde fructus per se
cadentes, ut castaneæ, nuces, olivæ, & similes, non per-
tinent ad usufructuarium, nisi vivens eos perceperit, aliàs
spectant ad proprietarium, ut *notat Bald.ibid.Castill.ubi sup.
n.*12.*latè Tiraq.d.§.5.gl.4.n.1.& seq.*

9 Idem jus observandum est quoad pensiones, quæ pro fun-
dis, seu prædiis locatis præstantur: nam si fructuarius dece-
dit fructibus jam collectis, pensio debita per colonum perti-
net ad hæredes usufructuarii, etiamsi fructuarius decesserit,
antequam advenerit dies solutionis; secus si fructus collecti
non essent, quia in hoc casu pensio non spectat ad hæredes
fructuarii, etiamsi fructus essent jam maturi *d.l.defuncta,ff.
de usufr. ubi Doctores communiter, Alex.cons.*82.*num.*16.*lib.*2.
*Honded.cons.*85.*num.*15.25.29.*et* 30.*lib.*2. ubi quod si fructus
partim sint collecti, & partim non,solutio pensionis fieri de-
bet hæredibus Usufructuarii pro rata fructuum collecto-
rum, ut *notat etiam Castill.dict.cap.*77.*num.*20.*& seq.ubi alios
refert.*

10 Quæres quomodo fieri debeat divisio inter hæredes Bene-
ficiati defuncti, & successorem in beneficio? Resp. hujus-
modi divisionem faciendam esse juxta terminos *d.l.defuncta*,
prout diximus de usufructuario: beneficiarius enim usufru-
ctuario comparatur *juxta glos.communiter receptam in capite
si propter ver.primi anni, de rescrip.in* 6. & ideò attento jure
communi fructus a solo separati pertinent ad hæredem Bene-
ficiati defuncti, pendentes verò ad successorem, *Navar.de
Redit.benef.quæst.*2.*mon.*13.*& cons.*7.*num.*1.*de Success.ab intest.
& cons.*3.*de Donat. Ludovic.decis.Perus.*33.*num.*1. *Rota de-
cis.*761.*par.*1.*Divers. Barbos.de offic. Episc.par.*3. *alleg.*117.
*num.*6.*latiùs diximus in Tr.de Regim.Eccles.Episc.lib.*3.*cap.*9.
*num.*20.*& seq.* quod etiam procedit juxta constitutionem
Julii Papæ III. reservantis successori omnes fructus non
exactos, licet in locum successoris fuerit subrogata Came-
ra Apostolica, cui per constitutiones Pii IV. & aliorum
Pontificum applicantur loco spoliorum omnes fructus
non exacti, ut *notat Honded. cons.*85. *numer.*6.7.34. &
*seq. libr.*2.

11 Item pensiones Ecclesiasticæ debentur hæredibus Pensio-
natii non quidem pro rata temporis, sed fructuum percepto-
rum, *juxta textum in d.l.defuncta, Honded.cons.*85.*nu.*23.*&
seq.lib.*2.*& ita servat Rota Romana teste Card. Caval.dec.*129.
*Coccin.dec.*327.*Burat.dec.*670.*latè Marescot.var.lib.*2.*cap.*18.
*num.*50. ubi addit, quod capitulum jure accrescendi reci-
piens fructus, vel distributiones alicujus canonicatus pro-
pter absentiam, vel obitum canonici, tenetur ad solutio-
nem pensionis reservatæ super dictis fructibus, vel distribu-
tionibus: *quicquid dicant alii DD. apud Castill.de usufr.c.*79.
*n.*17.*Gratian.discep.for.cap.*548.*num.*43.

12 Notandum tamen est quod si pensio voluntariè transfera-
tur per ipsum Pensionatium absque reservatione ejusdem
pensionis pro tempore decurso, tunc pensionario non debe-
tur pro aliqua parte temporis præteriti, nec fit divisio pro
rata inter transferentem, vel ejus hæredes, & translatarium,
etiamsi terminus pensionis per paucos dies post factam trans-
lationem cesserit, *Put.dec.*14.*lib.*3.*Honded.cons.*85.*n.*5.*lib.*2.

13 Notandum 2. quod fructibus non perceptis ob sterilitatem,
bellum, aut alium casum fortuitum non debetur pensio,
quamvis reservata fuerit cum clausula, quod non possit pe-
ti remissio etiam ob casus fortuitos, & insolitos, vel quod
Beneficiatus teneatur ad casus etiam non cogitatos: quia non
est verisimile, quod Papa voluerit beneficiatum teneri de pro-
prio, ut *decisum refert Ric.in Prax.for.Eccl.p.*1.*res.*382.*Mil-
lin.dec.*139.*latè Maresc.var.l.*2.*c.*18.*n.*8.*& seq.ubi alias Rotæ
decisiones refert.*

14 Notandum 3. quod si fructus, super quibus est imposita
pensio dietim percipiantur, tunc divisio deberet fieri pro ra-
ta temporis, *Gabr.cons.*19.*lib.*2.*& alii communiter.*

Notandum 4. quod pensio debetur tantùm ex fructibus
beneficii recollectis, *Rot.decis.*77.*num.*1.*par.*3.*Recent.* æqui-
tas enim non patitur, ut Rector beneficii solvat pensionem,
si non percepit fructus, ut *inquit Put.decis.*185.*nu.*1.*&* 2.*lib.*2.
ubi de communi: & ideò si pensio solvenda est in duobus ter-
minis, putà die Nativitatis Domini, & S.Joannis Baptistæ,
& Rector beneficii ceperit possessionem de mense Maii, non
teneretur solvere terminum in festo S.Joannis Baptistæ de
mense Junii, si non percepit fructus, sive rector ipse con-
senserit pensioni, sive in beneficio successori: tum quia di-
visio terminorum fit causa commodioris solutionis, tum
etiam quia semper subintelligitur conditio, dummodò Re-
ctor fructus perceperit, & ideò ratione termini S.Joannis
pensio censetur tunc reservata super fructibus futuris, *Pa-
ris.de Resign.lib.*2.*q.*8.*n.*51.*&* 52. *Put.d.decis.*185.*per tot.libr.*2.
ubi etiam, quod Rector pro fructibus unius anni ad tres so-
lutiones cogi non debet, *Cavaler.dec.*129.*n.*2.ubi dicit, quod
pro una integra recollectione fructuum debetur integra pen-
sio; integra autem recollectio dicitur illa, quæ fit quolibet
anno completo, incipiendo a die reservationis pensionis, &
perficiendo eodem die anni sequentis, *Coccin.dec.*327.*n.*1. ubi
quod si pensio reservetur die 13. Junii solvenda in die Nati-
vitatis, & S.Joannis, annus terminatur in alio mense Junii
sequentis, licet gratia commodioris solutionis, pensio sit di-
stributa in duobus terminis.

Quæres 2. quomodo facienda sit divisio fructuum inter 15
Resignantem, & Resignatarium? Resp.quod aut resignatio
simpliciter fit, aut ad favorem certæ personæ; primo casu
fructus naturales, & industriales a solo separati, & civiles
maturati, ante resignationem etiam non exacti spectant ad
resignantem; alii verò civiles, quorum de tempore resi-
gnationis adhuc dies non venerat, spectant ad successorem,
ad quem etiam spectant fructus naturales, & industriales
pendentes, *Ludov.dec.Perus.*33.*Rot.apud Pacif.de Salv.in-
terd.dec.*225.*& coram Card.Cavaler. decis.*104.*Tiraq.de retr.
conv.§.*5.*gl.*4.*in princ.*

Secundò casu resignans percipit fructus maturandos usque
ad diem possessionis Resignatarii, *Put.dec.*158.*n.*2.*&* 3.*lib.*3.
*Veral.decis.*82.84.*&* 86.*par.*3.*Coccin.decis.*358.*num.*5.*Rot.de-
cis.*515.*n.*4.*p.*3.*Rec. Honded.cons.*83.*n.*8.*& seq.lib.*2. ubi etiam
dicit, quod pensio percipi solita pro fructibus fundi venditi, 16
debetur emptori, si fructus illi erant pendentes tempore ven-
ditionis, si verò jam fuerunt percepti, pensio debetur ven-
ditori, etiamsi tempore venditionis dies pensionis solvendæ
non venerit, ut *notat Bald.in l.*1.*num.*19.*C.de usur. & fruct.
legat.*

Observa tamen, quod facta simpliciter resignatione be- 17
neficii jurispatronatus in manibus Patroni etiam acceptantis
resignationem, non currerent fructus successori a die hujus-
modi resignationis, sed a die qua superior Ecclesiasticus præ-
dictam resignationem admisit, quia anteà beneficium non
dicitur vacare, *latè Ricc.in Prax.for.Eccles.p.*2.*res.*166.

Observa 2. quod non abdicatur jus a Resignante, nisi ip- 18
semet Resignans personaliter, præsens fuerit in Curia,
alioquin per procuratorem ad hoc specialiter constitutum,
in Camera, vel Cancellaria expeditioni expressè concesse-
rit, & juraverit, ita, ut donec consensus hujusmodi a No-
tario in libris auctenticis Cameræ, vel Cancellariæ infra tres
menses in materiis Franciæ, in aliis verò infra 15. dies a die,
quo Datarius supplicationem ad registrum, vel ad Summi-
stam miserit, computandos, extensus non fuerit licitum sit
a resignatione recedere, ut *ex Cancellariæ regul.& constit.
Clementis VII.incip.Sanctissimus in Christo Pater &c.atque ex
plurimorum DD. ac Sacræ Rotæ Rom. auctoritatib.probat Pa-
ris.de resign.lib.*8.*q.*8.*n.*1.*& seq.* ubi etiam dicit, quod licita
est pœnitentia, donec uterque consensus Resignantis, &
Resignatarii extendatur, additque *n* 96. quod mortuo Resi-
gnante, antequam Resignatarius consentiat, beneficium
vacat per obitum Resignantis.

Quæres, Intra quantum tempus procurator constitutus 19
ad resignandum possit præstare consensum? Resp. quod si
supplicatio est signata, tunc debet præstare consensum ante
sex menses, si vero supplicatio non est signata, etiam post
sex menses; immò etiam post quadriennium potest præstari
consensus: nam voluntas semper censetur durare, donec
de mutatione appareat, *l.sancimus,C.de Testam. & ita re-
probata sentent. Paul.de Castr.cons.*12.*col.*2.*lib.*1. *tenuit Rota
in Abulen. Canonicatus, & præbendæ die* 21. *Novembris*
1543.*coram Card.Sanctacruce ut refert Paris.de Resign.benef.
lib.*9.*q.*13.subdens, *lib.*10.*q.*1.*n.*45. quod Resignatarius tene-
tur literas expedire in tempore dato ad publicandam resi- 20
gnationem.

Observa 3. quod renunciatio facta per procuratorem, & 21
per superiorem admissa trahitur ad diem confecti mandati
ita, ut censeatur amissum beneficium quoad proprietatem, &

posses-

possessionem tempore, quo fuit confectum mandatum, *secundùm magis communem DD. opinionem*: nam eo ipso, quòd quis constituit procuratorem ad renunciandum, quoad se videtur habere proprietatem, & possessionem pro derelicta: quemadmodum constituens procuratorem ad adeundam hæreditatem cēletur eamdem hereditatem adivisse, cùm id pendeat ex nuda voluntate, *Abb. in c. sollicitè, nu. 11. de Restit. Spol. Bal. in c. audita, eod. tit. Lap. alleg. 24. Ferret. cons. 93. nu. 2. Menoch. in tr. de Recuper. possess. Remed. 1. n. 274. Cujac. lib. 3. obser. jur. c. 34. & alii apud Paris. loc. cit. lib. 9. q. 15.* ubi ex hoc infert, quod si quis constituit procuratorem ad renunciandum in Romana Curia de mense Augusti, & posteà de mense Septembris renunciet coram Ordinario, & de mense Octobris fiat resignatio per procuratorem: hæc quamvis posterior attenditur, si interim non fuerit revocatum mandatum.

22 Observa 4. quod jus similiter non abdicatur a resignante, antequam Resignatarius acceptet beneficium resignatum; sed tantùm post acceptationem: tunc enim resignans liberatur ab onere residendi, ac solvendi pensionem impositam super beneficio resignato, & ab aliis oneribus beneficio annexis, *Cassad. dec. 1. n. 7. de Renunc. quem refert Caputaq. decis. 98. p. 3. Card. Paleot. decis. 33. Gabr. cons. 192. lib. 1. Bursat. cons. 361. vol. 4. & alii apud Paris. de Resign. lib. 10. q. 8 per tot. & lib. 1. q. 3. n. 56.* etiam dicit, quod videtur tacitè renunciare qui per triennium non acceptat collationem beneficii.

S V M M A R I V M.

1 *Venditori, qui rem venditam jure pacti redimit, debentur fructus percepti post pretium oblatum, & depositum.*
2 *Quid si pretium offeratur, quando fructus sunt pendentes, & num. 3. & 8.*
3 *Quando biennium pro uno anno computetur.*
4 *Quomodo dividantur fructus pendentes cum emptore prædii ad vitam.*
5 *Quid si emptor fructus immaturos collegerit, & n. 6.*
6 *Explicatur textus in l. si servus servum §. si olivam, ff. ad l. Aquil.*
Quid si tempore primæ venditionis pendentes erant fructus & eodemmet tempore cadat luendi terminus, ibid.
7 *An emptor teneatur venditori ad aliquod interesse, si fundum eo anno non coluit.*
9 *Fructus pendentes in fundis tempore, quo cedit dies legati & fideicommissi, ad fideicommissarium tantùm spectant.*
10 *Fructus pendentes rei pars sunt.*
11 *Defuncto usufructuario fructus pendentes ad Proprietarium spectant.*
Quid si hæres gravatus, vel usufructuarius impensas fecerit, ibidem.
12 *Ad quem spectent fructus pendentes rei emphyteuticæ emphyteusi finita.*
13 *Vendito fundo fructus pendentes venditi censentur, si ipsemet venditor coluerat.*
14 *Coloni pars non censetur vendita.*

C A P U T XLVIII.

Quomodo dividantur fructus inter emptorem, & venditorem, quando res vendita jure pacti redimitur.

1 COmmunis est conclusio, quod fructus percepti, antequam pretium fuerit oblatum, & depositum a venditore, pleno jure debentur emptori; fructus verò percepti post pretium oblatum, & depositum debentur venditori, ut *apertè deciditur in l. 2. ubi Doctores communiter, C. de pact. int. empt.*
2 *& vendit.* nisi pretium offeratur, quando fructus sunt pendentes: tunc enim dividuntur inter emptorem, & venditorem pro rata temporis, *juxta terminos l. divortio ff. solut. matr.* nam cùm venditor usus fuerit pretio sibi dato ab emptore, equum etiam est, ut emptor in tali casu aliquid percipiat, cùm ex ea pecunia, vel aliam rem fructiferam, vel aliud lucrum acquirere potuisset, *ita Raph. Cum. in l. qui Romæ, ff. de verb. oblig. & in l. ult. n. 5. ff. de Jur. fisc. Tiraq. de Retr. conv. §. 5. gl. 4. n. 5. Covar. var. res. lib. 1. c. 15. n. 6. et 17. Rol. cons. 27. n. 17. & seq. lib. 2. Mantic. de Tacit. & ambig. conv. lib. 4. tit. 32. nu. 102. ubi dicit, hanc esse æquiorem, & communiorem DD. sententiam Thesaur. dec. 56. num. 2. Peregrin. de fideicom. art. 49. nu. 98. Cavalc. de usufr. num. 244.*
3 Quare si vendidi tibi vineam die 1. Januarii cum pacto de retrovendendo, & elapsis aliquot annis die 1. Septembris offero tibi pretium, ante omnia sumptus ex fructibus vineæ, sive eorum pretio deducendi sunt, & de residuo fiunt duodecim
partes, quarum octo ad te spectabunt, quia possedisti vineam per octo menses illius anni, & reliquæ quatuor mihi debentur, ut *rectè exemplificat Cancer. var. p. 1. c. 13 nu. 60.* ubi etiam dicit, quod si fructus non colligantur, nisi semel biennio, totum biennium pro uno anno computatur, *Grat. discep. for. c. 471.* ubi dicit, quod in emptore prædii ad vitam fit 4
divisio fructuum pendentium etiam pro rata temporis.
Si verò emptor fructus immaturos collegerit, illud tempus 5
inspicitur, quo fructus fiunt maturi, ut restitutio fiat pro
rata temporis non autem illud tempus, quo fuerunt collecti,
gl. in l. in fructu, ff. de usuf. leg. per l. & hæc distinctio, §. cùm fundum, ff. locat. nisi fortè ex fructibus immaturis major redditus 6
colligatur, qualis est olea, ut *in d. l. in fructu*: nec adversatur
tex. in l. si servus servum, §. si olivam ff. ad l. Aquil. qui videtur contrarium: quia intelligitur de oliva nimium immatura, ut *declarat Mantic. loc. cit. n. 113. & seq.* contrarium tamen tenuit *Zoanet. in d. l. 2. n. 137. C. de pact. int. empt. &c. quem refert. Thesaur. dec. 56. n. 3.* ubi dicit, nullam inter emptorem, & venditorem fructuum esse divisionem faciendam, sed tempus initi contractus, & cadentis diei spectandum esse: ità, ut si illo anni tempore, quo primitus facta fuit venditio extabant fructus in fundo, eodem modo retrovenditio facienda sit; si verò lectis fructibus fundus emptus fuerit, nullo jure redemptio ante perceptos fructus fieri possit; quæ quidem opinio procedere potest, si tempore primæ venditionis pendentes erant fructus, & eodem tempore cadat luendi terminus, non autem si quocunque tempore fieri possit retrovenditio, ut *declarat idem Thes. d. dec. 56. n. 3.*
Sed quæres, an emptor teneatur venditori ad aliquod inte- 7
resse, si fundum eo anno non coluit? Resp. negativè, etiamsi nullus perceptus sit fructus, *l. venditor ex hæreditate, ff. de Hered. vel act. vend.* quod intellige, modò emptor in mora non fuerit, ut *dicit Bart. in l. videamus generatim ff. de usufr.* quidquid dicat *Mantic. d. lib. 4. tit. 32. n. 106. cum seq. & alii.*
Notandum est autem, quod prædicta conclusio, videlicet, 8
quod fructus pendentes dividi debent pro rata temporis inter primum venditorem & emptorem, intelligenda est, quando retrovenditio esset facienda pro eodemmet pretio; secus si non adesset hujusmodi pactum, pro eodem pretio: quia tunc intelligeretur pro pretio justo æstimando arbitrio boni viri secundùm tempus retrovenditionis, quo casu fructus pendentes unà cum proprietate æstimandi sunt, *Cavalc. de usufr. mulier. relict. num. 244. Tiraq. de Retr. conv. §. 1. glos. 3. num. 2. Cepol. de simul. contract. in 4. præsumpt. num. 39. Covar. var. lib. 1. c. 35. Soc. in l. qui Romæ, num. 20. ff. de verb. oblig. Grat. dec. 176. num. 5.*
Notandum 2. quod fructus pendentes in fundis tempore, 9
quo cedit dies legati, & fideicommissi non dividuntur pro rata temporis inter hæredem, & fideicommissarium, sed ad fideicommissarium tantùm spectant, etiamsi major pars anni præteriisset, & eorum collectio proxima esset, *l. Herennius, 1. ff. de usufr.* quia fructus pendentes pars rei sunt, *l. fru-* 10
ctus pendentes, ff. de rei vindic. item defuncto usufructuario 11
fructus pendentes ad Proprietarium spectant, *l. si usufructuarius, ff. Quib. mod. usufruct. amitt.* detractis tamen per hæredem gravatum, sive usufructuarium impensis factis gratia fructuum quærendorum, *l. si a Patre, n. 39. §. fin. ff. de Petit. hæred.* idemque dicendum est de fructibus pendentibus rei em- 12
phyteuticæ emphyteusi finita: tunc enim ad Dominum spectant, *Alex. in l. divortio, n. 4. ff. sol. matrim. Bald. in c. 1. §. his consequenter, tit. Hic finitur lex &c. Tiraq. de retract. convent. §. 5. gl. 4. num. 2.* Item vendito fundo fructus extantes, seu 13
pendentes venditi videntur, si ipsemet venditor coluerat, *l. Julianus, §. si fructibus, juncta gl. in ver. exploratum est, ff. de Action. emph. Thesaur. decis. 53.* ubi etiam dicit, quod Co- 14
loni pars non censetur vendita, sive emptor sciverit, sive ignoraverit, agrum per Colonum coli, *latè Peregr. de fideic. art. 49. num. 91. & seq.*

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteusi finita ex culpa emphyteutæ, fructus omnes spectant ad Dominum.*
2 *Quid si emphyteusis finitur absque culpa emphyteutæ.*
3 *Ad quem spectent melioramenta facta in re emphyteutica emphyteusi finita.*
4 *Ad quem spectent fructus rei feudalis, si feudum morte, vel alio modo amittatur.*

CAPUT XLIX.

An, & quando emphyteusi finita fructus ultimi anni dividendi sint inter Dominum, & hæredes emphyteutæ.

1 RESp. quod aut emphyteusis finitur ex culpa emphyteu-
tæ, putà propter canonem non solutum, seu propter
alienationem aut aliquod delictum, & tunc fructus non di-
viduntur, sed omnes spectant ad Dominum: aut finitur abs-
2 que culpa, & delicto emphyteutæ, & tunc fructus ultimi
anni sunt dividendi pro rata temporis inter hæredes ipsius
emphyteutæ, & Dominum; cùm enim emphyteuta colue-
rit fundum, & nihil ei possit imputari; tale jus debet ad ejus
hæredes transire, *Tiraq. de Retr. conven. §. 1. gl. 4. nu. 2. Molin.
de Primog. Hispan. lib. 3. c. 11. n. 17. Cavalc. de usufr. n. 244. alii
apud Grat. discep. for. c. 810. n. 1. & seq.* quod etiam suadet æqui-
tas tum propter rei curam, & custodiam, tum etiam prop-
ter labores, atque impensas ab emphyteuta factas, alias Do-
minus locupletaretur cum aliena jactura, *l. si a Patre, §. fin. ff.
de petit. hæred. l. fundus, qui ff. fam. ercisc.*

3 Idem dicendum est de melioramentis ab emphyteuta fa-
ctis: hæc enim acquiruntur Domino directo, si ille propter
culpam cadit ab emphyteusi; secus si absque culpa emphy-
teusis finitur, quia tunc hujusmodi melioramenta emphyteu-
tæ, ejusque hæredibus etiam extraneis debentur, *Bald. in l.
senatus, §. Marcellus, ff. de l. 1. & est communis, teste Dec. in auth.
qui rem, n. 14. C. de Sacros. Eccl. Clar. in §. emphyteusis, q. 45.* ubi
etiam dicit, quod hoc locum habet tam in emphyteuta Ec-
clesiæ, quàm in emphyteuta privati.

4 Jure autem feudali constitutum est, quod si Vassallus ante
Martium decedat sine hærede masculo, & contingat, feu-
dum ad Dominum reverti, tunc omnes fructus illius anni ex
feudo provenientes ad Dominum pertinent; si verò post Ka-
lendas Martii usque ad Augustum, omnes fructus, qui in-
terim percipiuntur, ad hæredes vassalli pertinent, *c. 1. §. His
consequenter, in tit. Hic finitur lex &c. ubi Bald.* hujus rei ra-
tionem assignat, quia post Martium vassalli debent se præ-
parare ad prælium, qua de causa merentur lucrum. Si verò
post Augustum, omnes fructus anni sequentis percipiet Do-
minus, non autem anni, quo defunctus est vassallus, *ut in d. §.
his consequenter quem textum ita intelligit Isern. ibidem, Fachin.
controv. jur. lib. 7. c. 91. vers. tertia est sententia, Zasius de Feud.
par. 10. n. 109. vers. ultimo est videndum de fructibus Schrader.
eod. tit. 2. p. 9. part. principal. sect. 2. nu. 73. & 74. Pistor lib. 1. q. 24.
n. 43. & alii apud Gratian. discep. for. c. 810. nu. 12.* verum si feu-
dum alio modo amittatur, quàm morte, tunc fructus pen-
dentes ad eum pertinent, ad quem feudum devolvitur, quia
id juris communis est, nec aliud hoc casu statuitur in feudis,
*Bald. in c. 1. num. 26. tit. An Agnat. vel filius defunct. &c. & alii
apud Tiraq. de Retr. conven. §. 1. gl. 4. num. 3. in fin.*

SUMMARIUM.

1 *Legatum non censetur ademptum, quando testator locavit rem legatam ad longum tempus.*
Quid si locatio esset perpetuò duratura, ibid.
2 *Per locationem ad longum tempus acquiritur conductori jus in re: & num. 23.*
3 *An legatum adimatur, si in re legata constituatur usufructus, hypotheca, vel imponatur census.*
4 *Quando hæres teneatur pignus luere pro legatario.*
5 *Pignus, & hypotheca est species alienationis.*
6 *Testator videtur revocare legatum, si pleno jure rem legatam alienavit: declaratur n. 7. & 14. limitatur n. 22.*
7 *Per alienationem necessariam legatum non censetur revocatum: declaratur num. 15.*
8 *An legatarius emens rem sibi legatam, censeatur renunciasse legato.*
9 *Dominus comparens in judicio, quando censeatur revocasse procuratorem.*
10 *An legatum censeatur revocatum, quando est facta alienatio cum pacto de retrovendendo.*
11 *Quid si obligatio, seu pignoratio facta fuerit pro tanta pecunia, ut nulla sit spes luitionis, & num. 13.*
12 *An & quando in re pignorata habeat locum retractus.*
14 *Quid si testator rem legatam permutaverit.*
15 *Quando testator legans nomen debitoris, illudque posteà exigens, censeatur revocasse legatum.*
16 *An legatum census adimatur ex illius retrovenditione.*
Quid si aliquod prædium fuerit in solidum receptum pro hæredibus, & successoribus, ibidem.
17 *Legatarius dicitur successor, & hæres.*
18 *In dubio censetur facta alienatio ex causa necessaria: declaratur num. 19.*
20 *Si testator vivens alii rem legatam donavit, omnino extinguitur legatum.*
21 *Nemo in necessitatibus liberalis existit.*
22 *Per alienationem rei non extinguitur legatum ad pias causas.*
23 *Quando censeatur facta locatio ad longum tempus.*
24 *Ex locatione ad longum tempus transfertur dominium utile, & possessio naturalis.*

CAPUT L.

An legatum censeatur ademptum, quando testator locavit rem legatam ad longum tempus.

RESp. negativè; dummodò locatio non sit perpetuò du- 1
ratura: quamvis enim per eam acquiratur conductori 2
jus in re, non tamen dicitur alienata proprietas rei: nam ad-
huc effectum satis non est; quòd in re legata constituatur jus
alteri per testatorem, *latè Alex. cons. 168. num. 3. lib. 6. Simon
de Pret. de interpret. ult. volunt. lib. 4. vers. ad quartum dico n. 14.
fol. 474. Grat. disc. for. c. 251. n. 32. & seq.* ubi ex hoc infert, quod 3
si in re alteri relicta constituatur usufructus, hypotheca, vel
imponatur census, non propterea adimitur legatum: immò
hæres in tali casu tenetur pignus luere, & solvere legatario,
lib. 3. C. de leg. quamvis enim pignus, & hypotheca sit species 4
alienationis, *l. fin. C. de Reb. alienis non alienan.* tamen non est 5
propria, plena, & perfecta alienatio, cùm non transeat do-
minium, sed quoddam jus in re, *ut declarat Gomes, var. res.
c. 12. de l. n. 56. & alii apud Grat. discep. for. d. c. 251. n. 44. & 45.*

Secus esset, ubi testator pleno jure alienavit rem legatam, 6
quia tunc videtur revocare legatum, *§. si rem suam instit. de
legat.* quod intelligendum est de alienatione voluntaria; 7
non autem necessaria, per hanc enim alienationem necessa-
riam legatum non censetur revocatum, *l. rem legatam, ff. de
Adim. legat. l. fideicommissa, §. si rem, ubi DD. ff. de leg. 3.* etiamsi 8
res ipsi legatario venderetur; nam legatarius emens rem sibi
legatam in tali casu non censetur renunciasse legato, *Bart. in
l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 26. q. 12. ff. de verb. oblig. Honded.
cons. 61. n. 18. lib. 1. Cephal. cons. 84. n. 8.* ubi dicit, quod si legata-
rius pretium solvit, potest illud repetere si verò non solvit, 9
potest retinere. Hinc dixit *Bald. in d. §. Si rem, Grat. d. c. 251.
n. 58.* quod Dominus videtur revocare procuratorem, si com-
paret in judicio voluntariè; secus si ex necessitate, *probat.
tex. in c. si quem, de procur. in 6.*

An vero censeatur recessum a legato, quando est facta 10
alienatio cum pacto de retrovendendo? Resp. affirmativè: quia
est vera, & propria alienatio, *Grat. disc. for. c. 251. n. 49. post Go-
mes. var. res. tit. de l. tom. 1. c. 12. n. 56. ad fin.*

Addit Bart. *in l. rem legatam, in fin. ff. de Adim. leg. Alex. cons.* 11
116. n. 5. lib. 6. quod si obligatio, seu pignoratio facta fuisset
pro tanta pecunia, ut nulla esset spes luitionis, tunc cense-
tur revocatum legatum; ex quo infertur, quod licèt in re
pignorata non habeat locum retractus, tamen si res tanti sit 12
pignorata, ut similiter non sit spes luitionis, retractus lo-
cum habebit, *ut post Ign. in l. 1. §. servus, ff. de Senatusc. Sylla.
tradit Tiraq. de Retr. lign. §. 1. gl. 14. num. 127. Gratian. cap. 422.
num. 23. & seq.*

Hoc tamen limitatur, ubi testator rem majorum suorum 13
ità obligaverit: tunc enim verisimilius est, hujusmodi rem
cum animo reluendi fuisse alienatam propter probabilem af-
fectionem; nisi fortè esset legata extraneo, quia tunc cessat
ratio affectionis, *Card. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 6.
n. 23. quem refert, & sequitur Gratian. d. c. 251. n. 47.*

Observa tamen, quod, ut alienatio voluntaria extinguat 14
legatum, duo requiruntur, videlicet quod testator per hu-
jusmodi alienationem voluerit adimere legatum, *d. §. Si rem
suam, Instit. de legat.* unde si testator rem legatam permutave-
rit, adhuc deberetur res permutata: quia per talem permu-
tationem non videtur habuisse animum adimendi legatum,
*Socin. jun. cons. 162. nu. 22. & seq. lib. 2. Corn. in l. 1. circa med. ver.
in dubiis autem C. de l. & alii apud Honded. cons. 61. nu. 36. libr. 1.*
Secundò requiritur, quod res fuerit tradita, aut pretium re-
ceptum: nam solus contractus non videtur extinguere lega-
tum, *l. prædia, §. liberto, ff. de fund. Instr. Bald. in l. 3. nu. 3. C. de
leg. & communem dicit Grat. d. c. 251. n. 61.*

Observa 2. quod necessitas in proposito non solùm consi- 15
deratur propter debitum, alimenta, aut similia, sed etiam
propter coactionem Judicis, vel Superioris, vel metum, ne
compellatur, *Bald. in d. l. fideicommissa, §. si rem, ff. de l. 3. &
alii communiter;* & ideo si testator legavit nomen debitoris,
& illud

& illud posteà exegit recipiendo a debitore spontè offerente, non censetur revocasse legatum, sed pecunia exacta peti potest, cum etiam invitus compelli potuisset ad recipiendum, *d.§.si rem, ubi DD.* secus esset, si testator provocavit debitorem ad solvendum; quia in tali casu extinguitur legatum nominis debitoris, nisi pecuniam retinuerit salvam, vel alteri debitori mutuaverit, vel de dicta pecunia speciem emerit, *d. l.fideicommissa, §.si rem, ubi Bald.& alii Aret.in dict. §. si rem suam, n.3.Instit.de leg. Corn.cons.26.col.fin.lib.2. Capr.cons.112. col.ult.quos refert Gratian.discep.for.c.251.num.57.& seq.* subdens, quod constare debet de ista solutione spontanea, cum a communiter contingentibus non soleant debitores magnæ quantitatis offerre, & spontè creditoribus solvere, *Honded. cons.61.num.23.lib.1.*

16 Hinc etiam infertur quod legatum census non adimitur ex
illius retrovenditione, quia emptor census tenetur illum re-
trovendere; & ideò si in solutum fuit receptum prædium pro
pretio census, tale prædium potest per legatarium vendica-
ri, sicut si pecunia debita soluta fuisset eidem testatori, &
adhuc staret in arca ipsius, *Bal.in l.2.n.12.vers.in contrarium,*
C.de legat.& in specie predii dati in solutum pro censu, quam-
vis esset voluntariè acceptum, tradit *Hond.cons.61.n.23.& seq.*
lib.1. ubi citat Roman. cons.229. col.2. vers.ultimò præsuppono,
Menoch.cons.254.n.8.vers.& accedit, & num.9.lib.3. Mantic.de
conject.ult.vol. lib.12. tit.2.n.21. etiamsi subrogatio prædii fue-
rit facta pro hæredibus, & successoribus, cum legatarius di-
17 catur successor, & hæres, ita ut ei quoque censeatur facta
stipulatio, *l.in conventionibus, ff.de verb.signif.latè Grat.discep.*
for.c.316.num.1.& seq.

18 Observa 3. quod si non constaret, an ex voluntaria causa,
vel necessaria fuerit facta alienatio, in dubio censetur facta
ex necessaria, ita, ut legatum non censeatur ademptum,
Alex.cons.168.n.5.l.6. ubi dicit, quod hæredi incumbit onus
probandi, testatorem non ex causa necessaria, sed voluntaria
alienasse, & *cons.157.n.1.lib.7. Jac. But. in l.3.C.de legat. Crav.*
cons.784 n.6.& 8.in fin.l.5. et alii apud Hond.cons.61.n.38.& 39.
19 *lib.1.* quod intelligendum est, quando alienatur alio titulo,
20 quàm donationis: nam si testator vivens alii rem legatam
donavit, omninò extinguitur legatum; nec distinguimus in
tali casu, utrum propter necessitatem rei familiaris, an me-
ra voluntate donaverit, quia hæc distinctio in donantis mu-
21 nificentiam non cadit, cùm nemo in necessitatibus liberalis
existat, *ut ex tex.in l.rem legatam ff. de Adim. legat.*

22 Observa 4. quod per alienationem rei non extingnitur legatum ad pias causas, *Bart.cons.26.* ubi dicit, quod si testator mandat, construi Ecclesiam in tali domo, quam posteà alienat, tamen non extinguitur hujusmodi legatum: quinimò construi debet Ecclesia in ea domo, si fieri possit, aliàs in alio loco, *latè Tiraq.de Privil. piæ caus.privil.*40. 41. & 42.

23 Quando verò censeatur facta locatio ad longum tempus?
Resp. quod locatio ad decennium, vel ad vitam alicujus dici-
tur ad longum tempus, *secundùm Paul.de Castr.cons.4. num.3.*
lib.1. Alex.cons.17.n.2.& 3.lib.4. Dec.cons.204.n.1. Ruin.cons.61.
n.1.lib.1. Tiraq.de Retr.lig.§.1.gl.14.n.79. Aret.cons.55.n.2. Rim.
jun.cons.234.n.70. Covar.var.res.lib.2.c.16.n.1.et 3.et alios apud
24 *Mant.de Tacit.lib.5.tit.4.n.8.& seq.* ubi etiam dicit, quod ex
locatione ad longum tempus trasfertur dominium utile, &
possessio naturalis, *Rota dec.135.n.1.& seq.p.7.Recen.sed vide*
quæ diximus sup.cap.10.

S U M M A R I U M.

1 *A falso quis excusatur prætextu oblivionis.*
2 *Ad inducendam oblivionem quoduam tempus requiratur, & num. 4.*
Quando secundum testamentum substineatur, etiamsi omissa fuerit revocatio clausulæ derogatoriæ appositæ in primo, ibidem.
3 *Officialis propter multitudinem negotiorum præsumitur non habere memoriam eorum, quæ ab ipsomet in officio gesta sunt.*
5 *Quando oblivionis præsumptio excludatur.*
6 *Quando reus se defendens oblivionibus possit torqueri.*
Et quando testis, qui se fundat in oblivione, possit puniri, ibidem.
7 *Quid requiratur ad hoc, ut testis possit puniri de falso.*

C A P U T LI.

An quis a falso excusetur prætextu oblivionis.

1 R Esp. affirmativè, *ut tradunt DD. in l.peregrè, ff.de Ac-*
2 *quir. possess.* ad hanc autem oblivionem inducendam
seu præsumendam, alii decennium requirunt, sequuti gl.
in l.licet, vers.temporis, C.de Acquir.poss. quam communiter ap-
probant DD. teste Ceval.in spec.opin. commun. con.comm. q.98.
vers.sed contrariam. Unde stante lapsu decennii non præsu-
mitur in secundo testamento omissa revocatio clausulæ dero-
gatoriæ ex defectu voluntatis, sed ex infirmitate memoriæ, &
consequenter secundum testamentum substinetur, *ut sensit*
Mascard.de Probat.concl.1122.n.1.& seq.vol.2. verior tamen
est aliorum sententia, qui hoc totum arbitrio Judicis remit-
tunt; potest enim oblivio breviori temporis spatio induci
attenta rei, & personarum qualitate, *gl.in l.furtum, §. fundi*
quoque, ver. vel longo ff.de Usucap. Socin.sen. cons.2.col.3. in fin.
libr.3. Cravet.cons.241. col.ultim. quos refert, & sequitur Me-
noch. de Arbitr. Judic.cas.26. num.2. facilius enim mulier ob
sexus fragilitatem, & senex ob cedentem ætatem memoria
labitur; quemadmodum excusandus magis est is, qui ma-
gna, ac plura negotia, quàm qui minora, aut pauciora per-
tractat *Cravet.cons.241.versus fin. vers.vidimus alienationem,*
&c. Cabal.resol.crim.cas.24. ubi excusat Notarium, qui soli-
tus sit plura instrumenta quotidiè conficere, ob multiplici-
tatem negotiorum, *Alex.cons.215 num.5.lib.2.* ubi dicit, quod 3
officialis propter multitudinem, & varietatem negotiorum,
præsumitur non habere eorum memoriam, quæ ab ipsomet 4
in officio gesta sunt; item faciliùs præsumi potest oblivio in
facto antiquo non notabili, vel implicito, seu intricato, ut
dicit *Felin. in cap. accepimus, numer.16. extr. de fid. instrum.*
Boer.decis.292.num.5. Plot.inter cons.crim. divers. cons.110. nu- 5
mer.13.lib.1. in prioribus collectis per Zilet. in parva form. Jas.in
l.si res obligata, numer.36.ff.de leg.1.& alii apud Cabal. ibidem
num.2.& seq. secus si factum, super quo contingit dubitari de
oblivione, sit juramento firmatum, aut per se notabile, &
notorium, *Capic dec.69.n.15. Alex.in d.l.peregrè. num.2.* ubi
etiam dicit, quod non præsumitur oblivio, ubi tractatur de
lucro captando.

Unde reus defendens se oblivionibus non verisimilibus po- 6
test torqueri, *Bal.in l.accusationem, n.11. C. qui accus. non poss.*
Clar.in pr.crim.§.fin.q.45. vers.sed pone, Boss.in tit.de Respons. a
reo fac.numer.4. ubi etiam dicit, quod testis in tali casu puni-
tur de falso quod tamen intelligendum est, quando oblivio
illa versatur circa factum principale, vel qualitates sive cir-
cumstantias substantiales, & modicum tempus sit elapsum,
secus si super circumstantiis merè accidentalibus, & multi
dies sint elapsi: quia tunc nec reus torqueri debet, nec testis
de falso puniri, *ut inquit Clar.loco cit. Menoch.cons.248.nu.41.*
vol.3.& Marsi.in cons.51.n.67.& seq. Alex.cons.5.nu.10.vol.1.
& alii quos refert, & sequitur Masc.de Prob.d.concl.1122.n.16.
& seq. ubi *n.32.* addit, quod depositio testis, ad hoc ut pos-
sit puniri de falso, debet nocere, vel posse nocere alicui.

S U M M A R I U M.

1 *Condemnatio in exilium, vel ad aliam pœnam ad arbitrium, seu beneplacitum Judicis, seu Principis, censetur perpetua.*
2 *Sententia lata simpliciter est perpetua.*
3 *Condemnatio facta per Judicem in pœnam exilii, vel triremium ad tempus, intelligitur durare per decennium.*
4 *Qua pœna puniatur frangens exilium, vel fugiens è triremibus.*

C A P U T LII.

An condemnatio in exilium, vel ad triremes, vel ad aliam pœnam ad arbitrium, seu beneplacitum Judicis vel Principis censeatur perpetua vel temporalis.

R Esp. quod censetur perpetua, quia perpetuò durare po- 1
test, *ut notatur in leg. Jurisperitos ff.de excusat. Tutor.*
Fel. in c.ex litteris nu.9. de const. Bertaz.cons.crim.22. lib.1. quos
refert, & sequitur Caball.res.crim.cas.143.n.12. non enim extin-
guitur, seu perimitur finito Judicis officio, vel ipso Judice,
aut Principe mortuo, quia condemnatio fit a Judice tan-
quam persona publica & sub nomine officii, seu dignitatis,
quæ semper durat non autem sub nomine propriæ personæ; &
ideò arbitrium, seu beneplacitum hujusmodi transit in suc-
cessorem: alioquin delicta remanerent impunita, si condem-
natio morte principis, aut Judicis, vel ejusdem remotione ab
officio extingueretur, cùm hæc aliquando evenire possint
statim post condemnationem, *Dec.in d.c.ex litteris, num.73.de*
constit. Menoch. de Arbitr. Jud.lib.1.q.69.n.9. Clar.in pract.crim.
§.fin.q.71.in fin. quod etiam procederet, quando ipsemet Prin-
ceps loqueretur in propria persona, dicendo, ad beneplaci-
tum

nostrum, si ex conjecturis appareat, Principem non de persona propria, sed de sui dignitate intellexisse, *Bertaz.lo-*
2 *co cit. & alii apud Caball.ut supra n.14.& seq.* quemadmodum sententia lata simpliciter sine temporis præfinitione est perpetua, *l.servus, ubi DD.C.eod.tit.de Pæn.*

3 Notandum tamen est, quod condemnatio facta per judicem in hujusmodi pœnas ad tempus non expressa certa temporis quantitate, decennium non excedit, *l.sine præfinito, ubi glos. & DD.ff. de Pæn.*

4 Notandum 2.quod fugienti è triremibus, ad quas damnatus fuit duplicatur tempus, quod ei supererat, quando aufugit si damnatus fuit in tempus minus decennio; si verò in decem annos vel ultra, perpetuaretur pœna per totum tempus vitæ ipsius condemnati; si verò in perpetuum, vel ad Principis, seu Judicis beneplacitum; tunc pœna mortis naturalis punitur; ita enim deportati in insulam, ac damnati in metallum, seu in opus publicum puniuntur, *l.relegati, ubi gl.in ver.capitis l.aut damnum §.quisquis autem,& l.capitalium,§.exulibus,ff.de pæn.* quarum quidem pænarum loco de consuetudine successit pena damnationis ad triremes, *Capye. dec.153.n.3.* vel pœna arbitraria, *secundum Gandin.in titul.de falsar.n.3.Cravet.cons.18.num.17.ubi citat Corn. cons.175.col.3. lib.3.Alex.cons.55.n.1.& seq.lib.7. Guid.Pap.dec.423. numer.5.* quibus adde *Osasch.dec.105.n.7.Menoch.de Arbitr.Jud.cas.330. num.5.Clar.in Pract.crim.lib.5.§.fin.qu.67.vers.item damnatio &c. & q.71.vers.quæro quæ pæna,&c.* ubi dicit quod frangenti finem exilii, siquidem jussus erat exulare minus decennio duplicatur tempus, quod supererat ad exulandum, quando fregit exilium; si verò jussus erat exulare per decennium vel ultra, perpetuatur exilium: si jussus erat exulare perpetuò, punitur pœna mortis, *Jodoch.in Pract.crim.c.58.tit.de exiliis, sive Bannis,num.7.Joseph.Cumia de Sindicat.c.24.tit. de Sentent.num.53. Peguer.in Decis.seu qu.crim. c.41.& alios, quos refert & sequitur Caball.ref.crim. cas.8.n.41.& seq.* subdens *n.65. & 66.* quod ea, quæ dicta sunt de condemnatis non observantibus confinia, vel relegationes, & ex triremibus, vel allo loco illis assignato ante finitum condemnationis terminum recedentibus, habent locum etiam in non euntibus ad ipsa confinia, relegationes, vel triremes infra tempora eis statuta: paria enim sunt, quod quis debito tempore non accedat ad confinia, vel postquam accesserit, ante finitum tempus recesserit, *per textum in d.l.relegati, ff.de Pæn.*

Et hoc quidem procedit, quod condemnatus vi, & fractis catenis, vel si custodia apposita erat e manibus custodum aufugit, secus si absque fractura, & violentia recessit, quia tunc mitiori pœna punitur, ut de carcerato sine vi, & fractura aufugiente dicit *Farinac.de Carcer.q.30.num.50.vers.limita hanc,& n.53.& 54.quem refert Caball.d. cas.8.nu.31.32. & 41.* quo casu reiteratur eadem pœna, ut *post Vinc. de Franch.decis.140.n.8.& seq. p.1.scripsit Caball. ut supra num.49.*

S V M M A R I V M.

1 *Identitas pecuniæ probatur conjecturis.*
2 *Inter conjecturas illa est præcipua, quæ colligitur ex brevitate temporis.*
3 *Præsumitur facta solutio de eadem pecunia, quando modicum intercessit intervallum, & num.5. & seq.*
4 *Identitas facilè præsumitur.*
7 *Censetur probata identitas rei, probata aliqua qualitate, quæ concordet, vel quando in contractu exprimitur eadem causa.*
8 *Quando præsumatur identitas pecuniæ.*
9 *Quando impensa præsumatur facta de pecunia mutuata.*
10 *An identitas bonorum probari possit conjecturis.*

C A P U T LIII.

An identitas pecuniæ probetur conjecturis.

1 RESp. affirmativè *Afflict.dec.23.n.3. Cephal.cons.170.n.25. & 26.lib.2. & alii apud Surd.dec.55. nu.12. Grat.discep.*
2 *for.c.955.n.2. & seq.* ubi etiam, quod inter conjecturas illa est præcipua, quæ colligitur ex brevitate temporis; præsumitur enim facta solutio de eadem pecunia, quando modicum intercessit intervallum, *arg.l.continuus, ff. de verb.oblig. leg.si ventri, §.fin.ff.de Privil.credit.l.lecta, §. dicebam, ff.si cert.pet.l.*
3 *fin.C.de Pignor. Bart.in l.in operis, ff.locat. & in l. Aristo n.5.ff. quæ res pignor.&c. Alex.cons.90.n.8.vers.nec habent lib.3. Cravet.cons.153.n.8.Menoch.lib.6.præsump.12.num.5.Ciriac.contr. 219.n.65.Capyc.dec.194.n.15. Surd.d.dec.55.num.8.in fin.& decis.105.n.8.Rot.dec.114.n.3.p.4.to.2.in Recent.* ubi, quod identi-
4 tas facilè præsumitur.

5 Ex quo infertur, quod si quis aliquam pecuniæ summam ex venditione census receperit, & deinde eadem die, in eodem loco, & coram ejusdem testibus, & eodem notario fundum emerit, vel redemerit, talis fundus præsumitur emptus, vel redemptus ex eadem pecunia, *Bart.in d.l.Arist.n.5. ff.Quæ res pign.oblig.poss.Tiraq.de Retr.lign.§.2.gl.un.num.24. Menoch.lib.3.præsump.55.n.8. Mant.de Tacit.lib.3.tit.15.n.50. Ciriac. d.contr.219.n.65. Ciarlin.contr.for.lib.2.c.196.nu.19.&*
seq. Mascard.de Probat. vol.2. conclus.924. ubi, quod duo in- 6
strumenta eodem die, & hora, coram eisdem testibus, & Notario, facta, præsumuntur correspectiva, & unum inesse alteri quando subjecta materia id patitur, *Capye.d.dec.194. n.15.* ubi dicit, quod quando quis aliquid emit, videtur in dubio emisse ex illa pecunia, quam constat ad eum pervenisse, *juxta tex. in d.l.fin. C.de Pign.*

Addit *Gratian.discep.forens.cap.897.numer.2. & sequen.* 7
quod stante vicinitate actuum, brevitate temporis identitate causæ, & personarum, & aliis similibus conjecturis concurrentibus, probatur identitas pecuniæ, etiamsi contractus non fuerint facti eodem loco, & coram eisdem testibus, *Alex.cons.84.numer.4.lib.7. Cravet.cons.198.numer.2.* ubi, quod censetur probata identitas rei, quando constat de aliqua qualitate, quæ concordet, vel quando in contractu exprimitur eadem causa, licet summa, seu quantitas sit
diversa, ex quo infert *idem Grat.loco cit.* quod si pecuniæ ac- 8
ceptæ fuerint ad societatem ad effectum solvendi certæ personæ, & eadem causa contineantur in scriptura solutionis, præsumitur identitas, & non multiplicatio pecuniarum, non obstante diversitate summæ, *latè Seraphin.decis.1093.num.1. & seq.*

Infertur 2. quod sicut hæres pro impensa facta in funus, 9
præfertur etiam anterioribus creditoribus, ita creditor, qui mutuaverat hæredi pecuniam, præfertur aliis, si hærede statim post mutuum receptum mortuo, constet, impensas fuisse factas, quia ob temporis brevitatem præsumuntur factæ de pecunia mutuata, *Surd.d.dec.55.n.9.& 10.post Bart.& Castr.in l.fin.§.in computatione,C.de Jur.delib.Ang.in l.fin.C.de Pigno. Rip.in l.si ventri, §.fin. nu.10.& seq. ff.de Privil.cred. Anch.famil.q.lib.1.q.12.num.11.*

Quæres, an identitas bonorum probari etiam possit con- 10
jecturis? Resp. affirmativè, *Rota dec.359.n.45.p.1.tom.1.Recen. Dec.cons.17.n.3.lib.3. Surd.dec.55. num.12.*

S V M M A R I V M.

1 *Non solvente primo emptore pretium tempore convento, venditor potest rem alteri vendere: limitatur num.8.*
2 *Dominium rei venditæ, & traditæ non transit in emptorem, nisi per eum solutum fuerit pretium.*
3 *Quid si primus emptor pretium obtulerit, antequam venditor secundo vendiderit.*
4 *Non obstante reservatione dominii, periculum rei venditæ spectat ad emptorem.*
5 *Quid si emptor post venditionem rem conduxerit pro certa pensione, donec pretium integrum solveret.*
6 *Quid operatur reservatio dominii.*
7 *Pro rata pretii soluti fructus debentur emptori.*
8 *Quando habita fuit fides de pretio non potest res alteri vendi, nec contractus resolvi ob non solutum pretium.*
9 *Quid si eadem res duobus distrahatur diversis temporibus, vel eodem tempore.*
10 *Quis sit potior, quando res duobus fuit vendita.*

C A P U T LIV.

An venditor possit alii rem vendere citrà pænam falsi, si primus emptor non solverit pretium tempore convento.

RESp. affirmativè: tunc enim res habetur pro inempta, 1
& contractus pro infecto, *Odofred.in l.venditor ex hæreditate, ff.de Hered.vel act.vend. Sali.& cæteri in l.quoties, C. de Rei vend. Alex.& Jas.in l.a Divo Pio, §.sed si emptor, ff.de re*
jud.& alii apud Menoch.de Arb.Jud. cas.381. numer.18. Surd. 2
decis.344. numer.15. & 16. nec dominium rei venditæ, & traditæ transit in emptorem nisi per eum fuerit solutum pretium, etiamsi venditor dominium hujusmodi sibi non re-
servaverit, *l.quod vendidi, ff.de contrah.emp. §.venditæ,* 3
Inst. de rer. divis. unde pœna falsi vendens rem duobus non punitur, nisi primus solverit pretium vel obtulerit venditori, antequam secundo vendiderit, *Alex.consil.86.numer.2. lib.6. & alii apud Honded. consil.52. num.46. lib.1. Rota de-*
cis.281.nu.21.& seq. apud Pacif. de Salv.interd. Man.de Tac. 4
lib.3.tit.15.num.42. ubi dicit, quod is, qui probat, se pretium

tium numeraſſe, potior haberi debet, *Grat.diſcep.for.c.*523.
5 *n.*1.*& ſeq.* ubi addit, quod non obſtante hujuſmodi reſerva-
tione dominii contractus eſt undequaque perfectus ità ut
etiam periculum rei venditæ ſpectet ad emptorem etiam ſi
emptor poſt venditionem rem conduxerit pro certa penſio-
6 ne, donec pretium integrum ſolveret: cùm reſervatio do-
minii nihil aliud operetur niſi ſpecialem quamdam hypothe-
cam, per quam reſervans præfertur cuicumque creditori, *l.ſi-
cut emptio, ff.loc.& cond.Boſſ.de remiſſ.merced.conduct nu.*102.
*Mant.de Tac.lib.*4.*tit.*24.*n.*18.*Cepoll.cautel.*125.*n.*1. ubi dicit,
7 quod iſta penſio magis debetur de pretio non ſoluto, quàm
priore unde pro rata pretii ſoluti fructus debetur emptori
non quidem ratione domioii, ſed ex quadam naturali æqui-
tate, ne venditor lucretur cum jactura emptoris, *Alex.conſ.*
121.*n.*1.*&* 2.*lib.*4. *Tiraq.de Retr.conv.ad fin.tit. num.*71. *Grat.
ubi ſupra, num.*30.*&* 31.

8 Limita, quando emptori fuit habita fides de pretio, vel
aliter ſatisfactum venditori, ut *in d.l.quod vendidi, ubi Bar.&
Bald.& d,§.venditæ, ubi Aret.& alii*, tunc enim non poteſt
alteri vendi neque contractus reſolvi ob non ſolutum pre-
tium, ſed agitur ad ejuſdem pretii ſeu intereſſe ſolutionem,
*Alex.conſ.*121.*n.*2.*lib.*4. *Ruin.conſ.*66.*n.*7.*ad med.lib.*4. *Tiraq.
de Retr.conv.ad fin.tit.num.*71. *quos refert, & ſequitur Grat.d.
c.*523.*num.*18.*& ſeq.*

9 Notandum eſt etiam, quod ſi duobus eadem res vendatur
diverſis temporibus, cuilibet præſumitur vendita inſolidum;
ſed ſi eodem tempore facta ſit venditio unicuique pro parte
vendita intelligitur, *l.ſi fundus, §.ſi debitor, ff.de Pignor.Mant.
de Tacit.lib.*3.*tit.*15 *num.*38.

10 Notâdum 2. quod licèt aliàs re duobus vendita potior ſit is,
coi prius res tradita eſt, *l.quoties, ubi Bald.C.de rei vendic.* fal-
lit tamen, ſi prius vendita fuerit piæ cauſæ: quia tunc pia
cauſa præfertur alteri emptori cui fuit prius tradita; ratio eſt,
quia in piam cauſam etiam ex ſolo contractu transfertur do-
minium ſine traditione, *Bart.in l.ult.C.de Sacroſ.Ecclеſ. poſt
gloſſ.ibid.in ver.in rem* ubi addit, hoc procedere, etiamſi fue-
rit alteri Eccleſiæ poſteà vendita, & prius eidem tradita, *Ti-
raq.de Privil.piæ cauſ.privil.*107.

S V M M A R I V M.

1 *Quando quis teneatur de occiſo, & quando de vulnerato, &
num.*2. *&* 3.
2 *Statur Judicio medicorum, an vulnus fuerit lethale, vel non.*
3 *Et an in hoc ſufficiat dictum unius medici; vel practici periti.*
4 *Quando ſumus in dubio, an vulnus fuerit lethale, vel non,
delinquens puniri non poteſt de occiſo, ſed tantùm de vulne-
rato.*
5 *Quid ſi medici non intervenerunt in curatione vulnerati.*
6 *Quando quis præſumatur deceſſiſſe ex vulnere, & quando
non, & num.*7.
8 *Si quis mortifero vulnere percuſſerit, & alius poſteà exanima-
verit, prior tenetur tantùm de vulnerato, poſterior de occiſo.*

C A P U T L V.

*An percuſſus & mortuus ex temporis intervallo præ-
ſumatur mortuus ex vulnere.*

1 HÆc quæſtio frequenter in tribunalibus agitatur: nam
ſi percuſſus præſumeretur deceſſiſſe ex vulnere, per-
cutiens teneretur de occiſo, *juxta textum in l.ait.lex*, 21.*§.
quod ſi mortiferè, & l.ſi ita vulneratus*, 52.*ff.ad l.Aquil.* ſecus
eſſet, ſi alia de cauſa deceſſiſſe præſumatur: tunc enim de
vulnerato actio erit, non de occiſo, *l.qui occidit*, 30. *§.fin.ff.
eod.titul.*

2 Ad quæſitum ergo reſpondeo, quod aut conſtat, vulnus
fuiſſe mortale, ſive ex evidentia facti, ſive ex relatione me-
dicorum, & in tali caſu, ſi ſequatur mors, vulneratus præ-
ſumitur deceſſiſſe ex vulnere, & delinquens tenetur pœna or-
dinaria homicidii per jura ſupra allegata, *Bart.in l.ſi in rixa,*
17.*n.*12.*ff.ad l.Corn.de Sicar.Mareſc.var.lib.*2.*c.*128.*n.*1. idem-
que dicendum, ſi vulneratus ſurrexit, & ambulavit, vel quan-
do poſt intervallum deceſſit: quia totum relinquitur judicio
medicorum, qui in curatione vulnerati intervenerunt, *Boſſ.in
tit.de Homic.n.*115.*& ſeq.poſt Soc.conſ.*178.*col.*2.*verſ.circa pri-
mum, Felin.in c.presbyterum, de Homic.*

3 Aut conſtat, volnus non fuiſſe mortale, & tunc mors
præſumitur eveniſſe alia de cauſa, & delinquens non tene-
tur de occiſo ſed tantùm de vulnere, *d.l.qui occidit, §.fin.* præ-
ſertim ſi conſtaret de alio diverſo morbo non derivante ab
ipſo vulnere, *Bald.conſ.*137.*col.*2.*vol.*2.*Rim.ſen.conſ.*281.*nu.*5.
& 7.*Rim.Jun.conſ.*121.*per tot. Marſ.conſ.*7.*n.*28.*Boer.dec.*323.

*n.*7.*& alii, quos latè recenſet Ciriac.contr.*394.*num.*6.*cum ſeq.&
n.*74.*uſque ad fin.* ubi etiam dicit, quod de conſuetudine in hoc
ſtatur dicto etiam unius medici, vel practici Periti; quam-
vis contrarium ſentiat, *Alex.conſ.*148.*lib.*2. *Mareſc.var.lib.*2.
*c.*128.*n.*3.*&* 4. ubi dicit, quod durante vulnere, licèt vulnera-
to alia ſupervenerit infirmitas, adhuc mortuus ex illo vul-
nere præſumitur, quia vulnus ad alia accidentia videtur
cauſam præbuiſſe: quod *ſecundùm Mareſc.loco cit.* procede-
ret etiam ſanato vulnere, ubi languor & ſtimulus ejuſdem
vulneris vulneratum iterum afflixit: quia prima cauſa ſem-
per perſeverare, & mortem cauſare videtur, licèt ad tem-
pus vacaverit, *c.ad audientiam, c.presbyterum, & c. de cætero,
de Homic.* dummodò id imperitiæ, vel negligentiæ medican-
tium, vel incuriæ, ſeu culpæ ipſius vulnerati attribui noo
poſſit, *l.qui occidit §.ult.ff.ad l.Aquil.c.tua nos, & c.exhibita,
de Homic.*

Idem dicendum, quando ſumus in dubio, an vulnus fue- 4
rit lethale, vel non lethale quia neque in tali caſu delin-
quens puniri poteſt de occiſo, ſed tantùm de vulnerato, *leg.
item mela, §.Celſus, & l.huic ſcripturæ, juncta gl.in ver.mortiferè
ff.ad l.Aquil.gloſſ.in d.l.ſi ita vulneratur, verſ.teneri ff.eod.titul.
Boſſ.d.tit.de Homicid.n.*115.*& ſeq.* ubi addit, quod ſi medici 5
intervenerunt in curatione vulnerati, adhuc pro percuſſore
judicandum erit quod præcipuè procederet ſtante diuturni-
tate temporis putà ſi quis poſt octo menſes moriatur: tunc 6
enim non præſumitur quis deceſſiſſe ex vulnere, *ut probat
textus in cap.extr.de Cleric.percuſſ. Bart.in l.ſi in rixa, n.*12.
*ff.ad l.Corn.de Sicar. Mareſc.var.lib.*2.*cap.*128.*num.*2. ubi per
dictum textus a contrario ſenſu concludit, quod ſi infra
octo menſes ſequatur mors, ex vulnere illato præſumitur ſe-
quuta.

Hoc tamen intelligendum eſt quando aliquæ ſuper hoc 7
probationes præceſſerunt, putà ſi adhibiti fuerint periti in-
ter ſe diſcordantes, an vulnus fuerit lethale, nec ne: ſecus
eſſet, quando nullæ factæ ſunt probationes, nec a fiſco, nec
a Reo: quia tunc nulla concurrente probatione, vel præ-
ſumptione, in contrarium ad favorem Rei, vulneratus di-
ceretur deceſſiſſe ex vulnere, *Plaza in Epitom.delict.cap.*13.*n.*
10.*Gail.lib.*2.*obſ.*111.*n.*10.*Corn.conſ.*194.*nu.*4.*lib.*2. *quos refert,
& ſequitur Ciriac.contr.*394.*n.*39.*& ſeq.*

Notandum tamen eſt, quod ſi alius mortifero vulne- 8
re percuſſerit, alius poſtea exanimaverit, prior non te-
neretur de occiſo, ſed de vulnerato, quia ex alio vulnere
periit; unde poſterior tenetur de occiſo, *l.item mela, §.Cel-
ſus, ff.ad l.Aquil.l.huic ſcripturæ, ff.eod.* idem dicendum,
ubi quis cum baculo, vel lapide non mortiferè fuerit vol-
neratus: qoia ſi deinde febre correptus expiraverit, & me-
dici deponant, quod mors ſequuta non eſſet, ſi febris non
ſuperveniſſet, vulnerans in tali caſu non teneretur de oc-
ciſo, ſed tantùm de vulnere, *Mareſcot.dict.libr.*2.*variar.
cap.*128.*num.*8.*&* 9.*per dict.l.qui occidit, §.*1.*leg.huic ſcripturæ,
& l.ſi ita vulneratus, ff.ad l.Aquil.* quia maleficium ex pro-
poſito diſtingoitur: nec eſt veriſimile, quod percutiens
aliquem baculo, voluerit eum occidere, *l.*1.*C.ad l.Corn.de
Sicar.*

S V M M A R I V M.

1 *Per prohibitionem alienationis inducitur fideicommiſſum,
quando Teſtator diſponit in alterius utilitatem.*
2 *Quando poſſit hæres alienare non obſtante prohibitione Te-
ſtatoris, & n.*3.
4 *Quid ſi teſtator dixerit, quod bona remaneant ad perpe-
tuam memoriam ipſius Teſtatoris.*
5 *An hæres cogi poſſit ad faciendum monumentum, quod te-
ſtator ſibi conſtrui juſſit.*
6 *An in prohibitione alienationis facta pluribus requiratur
cauſa.*
7 *Quid ſi probibitio alienationis ſine cauſa facta fuerit ad
tempus.*
8 *Quando bona perpetuò alienari probibita poſſint alienari.*

C A P U T L V I.

*Quando per prohibitionem alienationis induca-
tur fideicommiſſum.*

RESp. quod per hujuſmodi prohibitionem tunc induci- 1
tur fideicommiſſum, quando teſtator diſponit in al-
terius otilitatem, & commodum, *l.Quintus, ff.de Ann.legat.*
putà ſi alius vocetur in eventum alienationis, vel ſi teſtator
dixerit, quod talia bona remaneant in familia, vel ad ſuos po-
ſteros, & deſcendentes perveniant, aliàs fideicommiſſum non

induceretur, *leg. filiusfam. miles, §. Divi verus, 2. ff. de leg. 1. leg. pater, §. Julius Agrippa, & l. Lucius Titius, ff. de leg. 3. Grat. con. 21. in prin. lib. 2. Eugen. conf. 81. n. 49. Alciat. conf. 129. lib. 9. tom. 3.*
2 *& alii apud Gratian. discep. for. cap. 280. num. 1. & seq.* ubi dicit,
3 quod prohibitio sine aliqua causa non tenet; & ideò non obstante hujusmodi prohibitione potest hæres alienare, etiamsi testator in tali casu alienationem infirmaverit, seu nullam esse dixerit: cùm talis prohibitio non sit præceptum, sed potius consilium, & hæredis favor, cui potest renunciari, *leg. cum pater, §. mandato, ff. de l. 2.* nec satis esset si in prohibitione alienationis testator dixerit, quod bona remaneant ad perpetuam memoriam ipsius testatoris, quia, id respicit solùm favorem ipsius testatoris, & ideò alienationem non impedit, *d. l. Quintus*, ubi, quod hæres non cogitur facere monumentum, etiamsi testator id jusserit in testamento, & *l. pater, §. Julius Agrippa, ubi Bart. ff. de l. 3.*

6 Amplia 1. etiamsi prohibitio alienationis esset facta pluribus: nam etiam in tali prohibitione requiritur causa, qua cessante non videtur talis prohibitio facta contemplatione aliorum non alienantium, nec potest sumi conjectura quod adsit reciprocum fideicommissum, *gl. in l. filiusfam. 118. §. Divi, 2. in ver. eos, vers. expone casum, ff. de leg. 1. & in l. quoties, 11. in ver. omnib. C. de fideicom. Alex. in l. qui Romæ, §. cohæredes, n. 4. in ff. de verb. oblig. Gab. con. 140. n. 45. & 46. li. 1. Bero. conf. 66. n. 2. lib. 2. & q. 42. nu. 4. vers. Quinimo duo, Jas. conf. 96. col. 2. post med. lib. 4. Odd. conf. 66. n. 40. & conf. 67. n. 8. Mant. de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 5. n. 16. Surd. decis. 238. n. 18. & alii apud Grat. d. c. 280. n. 15. ubi de magis communi.*

7 Amplia 2. etiamsi hujusmodi prohibitio alienationis fuerit solùm ad tempus, putà ad decem annos, quia sicut non valet prohibitio circa res sine causa, ità neque valebit circa tempus, cùm valeat argumentum, non licet in rebus, ergo neque in tempore, *l. miles, ita, §. Et quia diximus, ff. de Testam. milit. Crot. conf. 61. in princ. & nu. 24. Petr. de fideicom. q. 1. nu. 32. & alii apud Grat. d. c. 280. n. 34. & seq.*

8 Addit *Aucharan. conf. 46. Tiraq. de Privil. piæ causæ privileg. 148. & alii apud Genuens. in tract. de Eccles. 330.* quod bona perpetuò alienari prohibita, possunt post quartum gradum in Ecclesia alienari favore piæ causæ.

S V M M A R I V M.

C A P U T L V I I.

Emphyteusis quando præsumatur perpetua, & quando temporalis.

1 RÉspond. quod primò recurrendum est ad consuetudinem concedentis: nam si erat solitus concedere in tertiam generationem, vel in perpetuum, sic præsumitur concessisse, *argum. leg. vel universorum, ff. de Pign. act.* & si de consuetudine concedentis non appareat, recurrendum est ad consuetudinem Regionis, *arg. l. si fundus, ff. de evict. l. licet certis, C. de loc. & cond.* si verò neque de consuetudine concedentis, neque Regionis appareat, vel si consuetudo non sit constans, sed varia, tunc emphyteusis concessa a privato, præsumitur perpetua, quia talis est ejus natura, ut in perpetuum porrigatur, *arg. l. obligationum ferè, §. placet, ff. de Act. & oblig. & est communis DD. opinio teste Clar. in §. emphyteusis, quæst. 26. in princip.* emphyteusis verò concessa ab Ecclesia non intelligitur perpetua, sed usque ad tertiam generationem, *juxta tex. in §. emphyteusim, in Auct. de Non alienan. ità Mant. de Tac. lib. 22. tit. 5. num. 11. & seq. post Rom. in l. etiam filii, num. 14. ff. sol. matr. Alex. in l. qui in aliena, n. 14. de Acq. hæred. Ang. in d. §. emphyteusim.*

2 Et hoc quidem locum habet, etiamsi emphyteusis sit inducta ex præscriptione, veluti si quis diu rem aliquam tanquam emphyteuticam possedit, & pro ea annuum canonem persolvit; quia tunc etiam concessio facta a privato præsumitur perpetua, quemadmodum concessio facta ab Ecclesia intelligi debet usque ad tertiam generationem, cum præscriptio
3 æquiparetur veritati, *Covar. var. res. lib. 3. c. 10. n. 4. Ruin. conf. 61. num. 3. & conf. 63. numer. 7. lib. 1. & alii apud Mant. loco cit. numer. 14. & 16.*

S V M M A R I V M.

C A P U T L V I I I.

An, & quando creditori licitum sit pecuniam ad cambia, & recambia sumere ob non solutum debitum statuto tempore.

TRes conditiones ad hunc effectum concurrere debent, 1
videlicet, quod creditori data sit a debitore facultas accipiendi pecuniam ad cambium: cessante verò pacto creditor requirere debet ipsum debitorem, ut solvat, cum protestatione, quod aliàs pecuniam ad cambium accipiet; secundò, quod in utroque casu pecuniæ realiter, & cum effectu accipiantur in dictam causam ad cambium; tertiò, quod creditor postquam ita pecunias acceperit, certiorem faciat debitorem, ut possit, si velit, ab hujusmodi damno se liberare; alioqui deficiente aliquo ex dictis requisitis debitor non obligatur, etiamsi jam recognovisset, & acceptasset cambia; quia talis conventio non redditur licita ex conventione partium sine prædictis requisitis, ne aperiatur via fraudibus, & usuris, *Rot. in Romana cambiorum de Grandis 15. Maii 1592. coram Card. Millino, & in alia Romana Vineæ de Brunis 2. Decembris ejusdem anni coram Orano, prout refert Jordan. Elucubr. divers. lib. 14. tit. 17. de Prob. n. 479.*

Requiritur autem ad hunc effectum probatio in individuo, 2
quod creditor ideo pecuniam ad cambium accepit, quia debitor non solvit, cum posset esse, quod ob alias causas pecuniam ità acceperit, *Rota in d. Romana cambiorum, quæ in impressis apud Millinum est dec. 12.* unde probari debet, quod ex pecuniis ad cambium acceptis creditor proprium debitum solverit, & quod non potuerit illud aliter solvere, *Scac. de*
Camb. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 8. n. 248. subdens, *n. seq.* quod creditor 3
volens emere annuum reditum, debet futuram emptionem, sicque existentiam occasionis debitori denunciare.

Item si creditor pecuniam acceperit in societatem officii, 4
declarare debet tempore initi instrumenti, se hujusmodi societatem contrahere ad commodum, & incommodum debitoris, nè aliàs sequuto lucro Societatis creditor diceret, quod illam contraxit ad commodum, & incommodum proprium, *Rot. in Romana subhastat. bon. 7. Junii 1597. coram Card. Lancelloto, quam refert Scaccia loco cit. num. 349. & 251. & ità*
etiam tenuit Rota coram Card. Millino decis. 293. ubi etiam ad- 5
ditur, quod tenetur creditor debitori denunciare etiam notarium, qui instrumentum confecit.

S V M M A R I V M.

C A-

CAPUT LIX.

Quodnam tempus attendatur in successionibus.

1 RESp. quod attenditur tempus delationis bonorum, *ut*
tradunt Doctores in l. sed conditioni, §. solemus, ff. de
Hæred. Instit.
2 Ex quo infertur, quod licèt hætes institutus reddatur in-
capax hæreditatis, tamen si restitutus fuit ante mortem testa-
toris ad hæreditatem admittitur; cùm satis sit, si tempore
mortis testatoris sit capax, *ut colligitur ex textu in d. §. solemus,*
3 *ubi dicitur*, quod media tempora non nocent.
4 Infertur 2. quod in bonis acquisitis per filium ante Cleri-
catum Pater habet usumfructum, etiamsi posteà efficiatur
Clericus: sufficit enim, quod non fuerit Clericus, quando
bona fuerunt delata, *Dec. in cap. in præsentia, nu. 251. & seq. de*
probat. Covar. in cap. quia nos, n. 2. de Testam. Pinell. in l. 1. p. 1.
n. 43. C. de Bon. matern. Cevall. q. 794. n. 23. & 45. Lup. in Rubr. de
Donat. int. vir. & uxor. §. 42. n. 11. & seq. & alii apud Grat. disc.
5 *for. cap. 454. per tot. & est communis opinio*, unde filius non pos-
set etiam post clericatum de hujusmodi bonis testari etiam ad
pias causas sine consensu patris, *cap. licèt de sepult. in 6.* quam-
6 vis de jure civili, nec patre permittente, filiusfamil. testari
possit, *l. tum is, §. 1. ff. de Donat. caus. mort.* nam licèt bona ad-
7 ventitia Clerici habeantur pro castrensibus, & de iis possit
filius liberè testari, *juxta l. sacrosanctæ, C. de Episc. & Cleric.*
hoc tamen procedit in acquisitis post Clericatum, non ante,
ut ibidem notant communiter Doctores teste Grat. d. c. 464. nu. 2.
8 *& seq.* ubi etiam dicit, quod Clericus in his, quæ ad eum
pervenerunt post Clericatum, liberam habet testandi factio-
9 nem, & ejus testamentum, valet ità, ut patri non detur que-
rela inofficiosi, quamvis possit peti legitima per conductio-
nem ex lege, *vide Surd. cons. 259. n. 10. lib. 2.*
10 Observa tamen, quod si relinquatur filio res, quæ erat li-
tigiosa ante mortem testatoris, & lis finiatur post quam filius
effectus est clericus, non quæreretur in hujusmodi re ususfru-
ctus Patri: quia bona litigiosa non sunt in dominio legatarii,
sed hæredis, qui propterea tenetur suis sumptibus litigare,
Bellaper. in auct. nunc si hæres, ad med. vers. unde dices, C. de Li-
tigios. de Leo. in l. censemus 4. C. eod. tit. quos refert, et sequit. Grat.
11 *loc. cit. n. 29. & seq.* subdens, quod res non habetur pro litigio-
sa, si talis effecta sit post mortem testatoris.

SUMMARIUM.

1 *Institutus in re certa, vel ad tempus, quando remaneat hæres universalis purè, & in totum, & n. 11.*

2 *Testator non potest decedere partim testatus, & partim intestatus: limitatur n. 10.*

3 *Semel hæres non potest amplius directè desinere esse hæres: limitatur n. 10.*

4 *An possit hæres institui ex certo tempore.*

5 *Quid si quis fuerit institutus ad tempus incertum, & nullus post tempus incertum datus sit hæres.*

6 *Et quid si testator instituit hæredem particularem in re certa, & scribit etiam hæredem universalem, qui vel repudiat hæreditatem, vel decessit vivente testatore.*

7 *Uxor instituta in usufructu, quamdiu vixerit, & vitam vidualem servaverit, hærede universali repudiante, vel aliter hærede non existente, fit hæres in totum.*

8 *An uxor hæreditatem itu acquisitam amitterat per transitum ad secunda vota.*

9 *Quid si ususfructus relictus sit conditionaliter, si vitam vidualem servaverit.*

10 *Milites ex speciali privilegio decedere possunt tam respectu temporis, quàm bonorum, pro parte testati, & pro parte intestati.*

An milites possint instituere hæredes ex die certa, vel ad diem certam. ibid.

12 *Institutus ad annum, post annum tenetur restituere hæreditatem secundo instituto.*

13 *Si uxor relicta fuerit usufructuaria, & hæres institutus post mortem uxoris, utraque dispositio servari debet.*

14 *An conditio, donec vitam vidualem servaverit adjecta uni legato, censeatur repetita in secundo.*

CAPUT LX.

Quando institutus in re certa, vel ad tempus, fiat hæres universalis purè, ac simpliciter.

1 INstitutus in re certa, vel ad tempus, ubi nullus alius da-
tus est hætes universalis, detracta mentione rei certæ, &
temporis, remanet hæres universalis purè, & in totum ac si
purè institutus fuisset: tum quia testator non potest decedere 2
partim testatus, & partim intestatus, *l. jus nostrum, ff. de Reg.*
Jur. tum etiam quia semel hæres non potest amplius directè 3
desinere esse hæres, *l. & si sine dolo, §. sed quod Pupinia, ff. de mi-*
nor. l. ei, qui solvendo, ff. de Hæred. inst. Surd. cons. 439. n. 21. vol. 3.
Peregr. de fideic. ar. 11. n. 59. 61. & 65. & alii apud Ciriac. controv.
for. 550. n. 2. & seq. lib. 3. ubi etiam dicit, quod neque potest hæ- 4
res institui ex certo tempore, *ita colligitur ex leg. quoties, 9. §. si*
duo l. hæreditas ex die, 34. l. ex facta, 35. l. si quis ita hæres, 74. ff.
de Hæred. inst. §. hæres instit. eod. tit. & §. sed & si quis priore, in-
stit. Quib. mod. testam. infirm. quod procedit etiam in instituto 5
ad tempus incertum & nullus sit datus hęres, *Bald. in l. hæredi-*
tas, 34. ff. de Hęred. instit. Alex. cons. 111. vers. tertio, vol. 2. Man-
tic. de conjectur. ult. volun. lib. 4. titul. 5. art. 18. sub numer. 8. Nat.
cons. 459. num. 11. & alii, quos refert, & sequitur Ciriac. contr.
forens. 43. num. 27. & seq. & contr. 554. idemque dicendum est, 6
quando testator instituit hæredem particularem in re certa,
& scribit etiam hæredem universalem, qui vel repudiat hæ-
reditatem, vel decessit vivente testatore: tunc enim hærede
universali repudiante, vel decedente, dum adhuc vivit te-
stator hæres in re certa fit hæres in solidum; nam paria sunt,
nullum hæredem fuisse institutum, vel institutum vivo te-
statore decessisse, vel hæreditatem repudiasse, *Bart. & alii*
in l. quoties, 13. Cod. de Hered. instit. Bald. in l. quoties, 9. si duo, in
fin. ff. eod. titul. de Hęred instit. Dec. in l. fin. num. 23. Cod. de Edict.
Div. Adr. toll. Cephal. cons. 59. num. 14. & seq. Unde in his casi-
bus hæreditas remanet libera hæredi in re certa vel ex certo
tempore, aut ad tempus instituto, nec est restituenda con-
sanguineis testatoris venientibus ab intestato quia in tali casu
remanet hæres perpetuò non solùm nomine, sed etiam effe-
ctu adeò quod potest disponere ad libitum de ipsa hæredita-
te, *Bald. in d. §. si duo, circa fin. vers. q. in qua habui &c. Aret. in*
d. §. hæres, n. 5. in fin. vers. quarto casu, Peregr. de fideicom. ar. 5. nu-
mer. 17. late Ciriac. d. contr. 43. n. 78. & seq. & contr. 44. n. 32. contr.
550. n. 15. Cephal. cons. 59. n. 39. & seq.
Ex quo infertur, quod uxor instituta in usufructu, quan- 7
diu vixerit, & vitam vidualem servaverit, hærede univer-
sali repudiante, vel aliter hærede non existente fit hæres in
totum; quia tanquam instituta in usufructu dicitur institu-
ta in re certa, & uti instituta, quamdiù vixerit, & vitam
vidualem servaverit, dicitur instituta ad tempus: quo casu
detrahitur mentio rei certæ & temporis, remanetque insti-
tutio de uxore in universum pura, & simplex, *Bald. in l. id*
quod pauperibus, 24. numer. 27. versic. sed ego ostendo &c. Cod.
Episcop. & Cler. Alex. cons. 111. volum. 2. Menoch. libr. 4. præ-
sumpt. 141. numer. 2. & seq. Peregr. de fideicommiss. ar. 5. num. 17.
Cephal. consil. 59 num. 14. & seq. Ciriac. controv. forens. 43. n. 24.
& seq. & contr. 44. num. 60. ubi addit, quod uxor hæreditatem 8
ita acquisitam non amitteret, si deinde ad secunda vota
convaluerit: secus si ususfructus uxori relictus sit conditio-
naliter, si vitam vidualem servaverit, quia tunc per tran- 9
situm ad secundas nuptias nedum amittit hæreditatem, sed
etiam tenetur restituere fructus in præteritum perceptos,
Ciriac. contr. 44. num. 64. ubi citat Bald. consil. 267. sub numer. 3.
usque ad numer. 5. volum. 5. Nat. consil. 459. num. 15. quibus ad-
de Paris. consil. 97. num. 3. & 6. lib. 2. Duran. de Arte testan. titul.
delegat. cautel. 39. num. 1. Covar. variar. resol. lib. 2. cap. 2. num. 5.
Bero. cons. 58. n. 6. lib. 2. Suarez recept. sentent. ver. uxor. num. 114.
Gail. pract. observat. 143. num. 5. lib. 2. Bursat. consil. 245. num. 4.
Sim. de Præt. de Interpret. ultim. volunt. lib. 3. dubit. 1. solut. 1. nu-
mer. 23. Laderch. cons. 57. num. 3. Castill. de Usufr. c. 8. numer. 43.
Odd. cons. 91. numer. 20. & seq. Caball. cons. 153. per tot. Thesaur.
Jun. qq. for. c. 81. num. 3. Gratian. discep. for. cap. 822. n. 2. Giovagn.
cons. 26. n. 13. lib. 1. Rota dec. 22. n. 7. & seq. par. 6. Recen. ubi quod
Rota semper inclinavit in eam sententiam, ut mulier, cui
sive titulo legati, sive titulo institutionis fuit relictus usus-
fructus, censetur solummodò legataria: vocatus verò post
mortem usufructuariæ habeatur tanquam purè, & liberè,
hæres in proprietate.
Observa tamen, quod milites ex speciali privilegio dece- 10
dere possunt tam respectu temporis, quàm bonorum, pro
parte testati, & pro parte intestati; & possunt instituere hæ-
redes ita, ut designant, esse hæredes, unde illis licet insti-
tuere hæredes ex die certa vel ad diem certam, *l. in fraudem, §.*
miles, l. quærebatur, §. si quis a milite, & l. miles ita, ff. de mil. te-
stam.
Observa 2. quòd licèt institutus ad diem, vel ex die, sublato 11
vitio temporis fiat hæres purè ac simpliciter, servari tamen
debet in reliquis mens testatoris eo modo, quo potest non
offendendo regulas juris; ideò si per detractionem vitii tem-
poris fieret præjudicium alicui interim honorato, debet pro-
videri ejus indemnitati, & servari utraque dispositio, *ut tra-*

Antonell. de Tempore. D 2 *dunt*

dunt communiter Doctores]. Hinc institutus ad annum licèt sit
12 hæres perpetuò mero jure, post annum tamen tenetur restituere hæreditatem secundo instituto; quemadmodum si uxor
13 relicta fuerit usufructuaria, & hæres institutus post mortem uxoris, utraque dispositio servari debet: institutus enim est hæres de præsenti, sed commodum ususfructus remanet uxori, donec vivit, *Castr.cons.241.n.4.& 5. et cons 459.col.1.vol.2. Bald.in l.id,quod pauperibus,n.27.C.de Episc.& cler. Soc.Jun. cons.85.n.26.vol.1. Nat.cons.570.per tot. Peregr. de fideic.art.5. n.17.& seq.Surd.cons.439.n.17.& seq. Gomes.var.res.tom.1.c.2. n.8.& seq. Mant.de conject.ult.vol.lib.5.tit.5.art.7. Eugen.cons. 10.n.35.et seq.vol.1.Didac.var.lib.2.c.2.n.5.& alii apud Ciriac. d.contr.550.n.57.& seq.lib.3. Greg.dec.102.per tot.*
14 Quæres, an conditio donec vitam vidualem servaverit, adjecta uni legato, censeatur repetita in secundo? Respond. quod si hujusmodi conditio pariformiter convenit utrique legato, ut quia utrumque sit purum, vel utrumque annuum, tunc censetur repetita: secus si legata sint difformia, ut quia alterum sit purum, alterum annuum, *Ciriac.d.contr.43.n.96. Peregr. de fideic.art.16.n.29.*

S V M M A R I U M.

1 *Fideicommisso gravatus non tenetur restituere bona, nisi postquam fuerit de melioramentis satisfactus.*
2 *Emptor cum pacto de retrovendendo non cogitur retrovendere, nisi solutis prius melioramentis per ipsum factis.*
Et an possit necessarias, & utiles impensas repetere, ibidem.
3 *Conductor, vel colonus non potest expelli a prædio, quod coluit, nisi refectis melioramentis, etiamsi pensionem non solverit.*
4 *Emphyteuta expulsus ob canonem non solutum, vel ob alium casum sua culpa, amittit melioramenta: limitatur n.5.*
6 *Possessor malæ fidei, si in re per ipsum detenta necessaria fecerit melioramenta, non tenetur illam restituere, nisi refectis melioramentis, vel eorum pretio.*
7 *Melioramenta æstimanda sunt tanti, quanti valent tempore, quo res meliorata restituitur.*
8 *Melioramenta sunt reficienda in eo, quod minus est.*
9 *Si melioramenta lite pendente facta fuerint, solùm necessaria debentur: si ante litem, etiam utilia.*
10 *An conductor repetere possit quicquid in re conducta erogavit.*
11 *An quietantiæ operariorum probent valorem melioramentorum.*
12 *Si melioramenta non fuerint liquidata, data cautione proceditur ad ulteriora.*
13 *Melioramenta probari non possunt, non constito prius de anteriori statu.*
14 *An ex cursu 30. annorum præsumantur facta melioramenta conventa.*
Et an actio hujusmodi spatio tanti temporis intelligatur præscripta, ibid.

C A P U T LXI.

Quodnam tempus attendatur in æstimandis melioramentis.

1 PErutilis hæc questio est ad decidendos quamplures casus,
qui ferè quotidiè in tribunalibus ventilantur: nam fideicommissum gravatus non tenetur restituere bona nisi postquam fuerit de melioramentis satisfactus, *Guid.Pap. dec.496. n.2.Surd.de alim.tit.6.q.6.n.15.Peregr.de fideic.art.50.n.5.in fin. & n.39.* item emptor cum pacto de retrovendendo non cogi-
2 tur retrovendere, nisi solutis priùs melioramentis per ipsum factis, *Bald.cons.303.in 2.dub.lib.1.Surd.cons.155.num.14.lib.2.*
3 *& alii apud Grat.discep.for.c.193.n.7.& seq.* ubi dicit, quod potest necessarias, & utiles impensas repetere. Similiter conductor, vel colonus non potest expelli a prædio, quod coluit, nisi refectis meliotamentis, etiamsi non solverit pensionem conventam, *leg.penul.ubi Bart. ff.locat. Tiraq. de retr. conven.§.7.gl.1.n.16. Nig.in tract.de excep.c.8.§.14.nu.9.& seq.* ubi dicit, quod hæc est una ex differentiis inter conductorem,
4 vel colonum, & emphyteutam: nam emphyteuta expulsus ob canonem non solutum, vel ob alium casum sua culpa, amittit melioramenta, non tamen ea amittit conductor, vel colonus, *l.2.vers.nulla ei in posterum, C.de Jur.emphyt.Bart.in l.penul.n.5.ff.locat.Bald.in l.1.n.4.C.de Jur. Emphyt.Guid.Pap. dec.169.n.1.in fin.Seraph.dec.546.num.4.Clar.in §.emphyteusis,*
5 *quæst.45.* quamvis secus esset quando emphyteusis finitur absque culpa ipfius emphyteutæ, tunc enim melioramenta non amittit, ut notat *Surd.dec.78.n.17.vers.nec movet, Seraphin.*
6 *dec.1496.n.1.Clar.loc.cit,* immò etiam possessor malæ fidei, si
in re, quam detinuit, necessaria fecerit melioramenta, non tenetur illam restituere antequam de hujusmodi melioramentis, seu eorum pretio fuerit satisfactus, *Surd. de Alim. tit.6.quæst.6.num.14. Aret.in §.certe,num.2. Instit.de Rer.divis.* quod locum habet in alio quocunque, qui rem a se melioratam debet restituere, *Nat.cons.256.n.1. quem refert, & sequitur Nig.de Excep.c.8.§.11.n.3.*

In his vero, & similibus casibus meliotamenta æstimanda 7
sunt tanti, quanti valent tempore, quo res meliorata restituitur sive valor sit auctus, sive diminutus *secundum veriorem opinionem, Bart.in l.domos,61.ff.de l.1. Rota dec.306.p.4.tom.2. Recen.latè Maresc.var.lib.2.cap.114.n.4.& seq.Menoch.de Arbitr.Jud.cas.258. Boss.in tract.de Princip.n.31.& communem dicit,Thesaur.dec.251.n.2. Nig.in tract.de Excep.c.8.§.30.a n.12.* 8
ubi dicit, quod pretium ejus, quod in re impensum est, tantum persolvitur, etiamsi melioramenta pluris, quàm fuerit expensum, æstimarentur: melioramenta enim sunt reficienda in eo, quod minus est, *l.in fundo,29.ff.de rei vendit.* unde si impensa est x. melioratio xv. sola decem repetuntur; item si x. impensa, & meliotatio v. sola v. repetuntur, *ut ibidem exemplificat gl.in ver.pretii, Pacif.de Salv.interd.insp.2.c.2.numer.261.Seraph.dec.898.n.2.* subdens, *num.3.* quod si melioramenta lite pendente facta fuerint, solùm necessaria, debentur: si ante litem, etiam utilia, *Rot.dec.186.n.3.p.2. Divers.* ubi quod quando minor, vel Ecclesia restituitur in integrum adversus contractum, tenetur solùm reficere melioramenta secundum dispositionem *d.l.in fundo, Alciat.respons.23. in fin. tom.1.lib.3. Marescot.var.lib.2.cap.114.n.6.& seq.* ubi etiam dicit, quod si meliorationes ex tempore essent attritæ, & minus valereat, quam fuerit impensum, fiet æstimatio secundum tempus præsens. 9

Notandum tamen est, quod quando is, qui melioramenta fecit, non pro se impendit, nec ad sui utilitatem sed pro Domino, qui fructus percipit, tunc solùm fit æstimatio ejus, quod est impensum tempore meliorationis, nec attenditur incrementum, vel deterioratio in pretiis rerum contingens, *Socin.cons.26.n.9.lib.1.Marescot.d.lib.2.c.114.n.9. ubi dicit, esse casum in l.sed an ultro, §.1.ff.de negot.gest. & in l.si necessarias in princ.ff.de Pign.act.& in l.2.§.sufficit, ff.de Contrar.& util. act. tut.* unde & conductorem repetere posse quicquid in re con- 10
ducta erogavit, tradit *Tiraq. de Retr.conv.§.7.gl.1.n.16. per textu in leg.penult.ff.locat.* nisi hujusmodi melioramenta duratura tantum sint, donec durat conductio, & sint facta pro usu ipsius conductoris, puta si purgentur fossata, reficiantur aggeres longo tempore non duraturi, & similia, quia tunc hujusmodi melioramenta non repetuntur, nisi aliud inter partes fuerit conventum, *Nig.de excep.capitul.8.§.14.numer.38.ubi citat Jas.in leg.1.n.27.C.de Jur.emphyt.Menoch.consil.64.n.16.& 17.Caroc. de locat.par.4. de Expens.n.48.& 51.*

Observa 2. quod quietantiæ operariorum non probant va- 11
lorem melioramentorum, quia ex affectione, & ex mala negotiatione plus potuit solvi, *Rot.d.dec.306.p.4.tom.2.in Recen.* ubi etiam quod si melioramenta non fuerint liquidata, data 12
cautione procedendum est ad ulteriora.

Observa 3. quod melioramenta probari non possunt 13
non constito prius de anteriori statu: quemadmodum de deterioratione constare non potest, nisi appareat, qualis fuerit status antiquus, *ut post Bart.in l.si negotia, ff.de Negot.gest. dixit Rot.coram Seraph. decis.1453.num.5.& coram Eur at.decis.834.num.11.*

Quæres, an ex cursu 30 annorum præsumantur facta me- 14
lioramenta conventa? Resp.affirmativè, *Rot.dec.383.n.15.& seq.p.4. tom.2.Recen.* ubi etiam, quod saltem ex tanti temporis spatio actio hujusmodi intelligitur præscripta.

S V M M A R I U M.

1 *Quando actus est in totum nullus, ratificatio non retrahitur ad tempus actus gesti sed substinetur, ut ex nunc.*
2 *Quid si actus non est in totum nullus, sed potest aliquo jure valere.*
3 *Per ratificationem inducitur novus contractus.*
4 *Si quis actum a se in minori ætate nulliter gestum, major factus ratificaverit, talis ratificatio non nocet iis, qui medio tempore cum eodem legitimè contraxerunt: declaratur num.5.*
5 *Tacita ratificatio inducta a lege per quinquennii lapsum ità validat alienationem & contractum minoris, quasi ab initio factus esset cum decreto.*
6 *Homo non potest fingere, quod sit validum id, quod olim nullum erat, sicut potest lex.*
7 *Mortuo vasallo, qui alienavit salvo consensu Domini, si Domi-*

Dominus consentiat, talis consensus non præjudicat Agnatis, quibus jus erat quæsitum per mortem alienantis.

CAPUT LXII.

Quando ratihabitio retrotrahatur ad tempus actus gesti.

1 COmmunis est distinctio, quod quando actus est in totum
nullus ratificatio non retrotrahitur ad tempus actus gesti, cùm non inveniat principium conservabile, sed substinetur, ut ex nunc; si verò actus non est in totum nullus, sed
2 potest aliquo jure valere, & tunc ratificatio retrotrahitur ad tempus actus celebrati, & facit retrotracta valere, ut ex tunc, idest a tempore, quo fuerunt facta, *ita Bart. communiter receptus in l. observare, n.4. ff. de off. procons. Alex. cons.78. n.24. lib.5.*
3 *Surd. dec.245. n.5. & seq.* ubi etiam dicit quod per ratificationem inducitur novus contractus, *latè Grat. disc. for. c.963. nn.3. & seq. Mant. de Tac. lib.3. tit.15. n.43.*
4 Ex quo infertur, quod si quis actum a se in minori ætate nulliter gestum, major factus ratificaverit, talis ratificatio non nocet iis, qui medio tempore cum eodem legitimè contraxerunt: licet aliud sit, cùm tractatur de solo ratificantis damno, *Ceph. cons.51. n.44. lib.1. Bece. cons.66. n.25. Cacher. dec.119. n.25.*
5 *& alii apud Surd. dec.245. per tot.* quod quidem procedit in expressa hominis ratificatione; secus in tacita, inducta a lege per quinquennii lapsum: hæc enim ita validat alienationem, & contractus minoris quasi ab initio factus esset cum decreto, *l. fin. §.1. C. si major fact. alien. fact. &c.* ratio est, quia homo non
6 potest fingere, quod sit validum id, quod olim nullum erat sicut potest lex, *leg. si fortè ff. de Castr. pecul. Bart. in l. si is, qui pro emptore, ff. de Usucap. Surd. loc. cit. n.10. & seq.*
7 Idem dicimus in Vasallo alienante salvo consensu Domini; nam si Dominus post mortem Vasalli consentiat, talis consensus non præjudicat Agnatis, quibus jus erat quæsitum per mortem alienantis: talis enim consensus non retrotrahitur, nec valet in præjudicium tertii, sed tantùm sumit vires a tempore ratihabitionis, *Isern. in tit. de Probib. feud. alen. per Fed. in princ. col.7. Ruin. cons.72. n.8. et seq. vol.3. Nat. cons.504. n.20. Dec. cons.144. col.1. & 2. Paris. cons.14. n.3. vol.1. & alii apud Cacher.*
8 *dec.119. n.26. Afft. dec.335. n.12.* ubi, quod ratificatio non operatur in præjudicium ejus, cui jus est quæsitum ante ratificationem, *latè Tiraq. de Retr. lign. §.1. gl.10. n.69. & seq.*
9 Infertur 2. quod si judicium inchoatum per falsum procuratorem ratificatur per Dominum, ratihabitio retrotrahitur: quia judicium valebat a principio, quoad judiciu procuratoris, *ut inquit Alex. d. cons.78. n.24. lib.1. per tex. in l. licet, ff. de Jud.*
10 Addit *Bero cons.46. n.17. lib.1. quem refert Grat. disc. for. c.964. nu.14.* quod conditio potestativa apposita in obligatione, & hypotheca facta per maritum uxori pro restitutione dotis, retrotrahitur favore dotis ad tempus conventionis etiam in præjudicium tertii, cui pendente conditione eadem bona fue-
11 runt obligata; cum propter privilegium dotis judicetur de conditione potestativa, sicut de casuali, vel mixta *l.1. ff. Qui*
12 *pot. in pign. hab.* licet conditio potestativa regulariter non retrotrahatur ad diem contractus *Bart. & alii in l. qui balneum, ff. Qui pot. in pign. hab. Soc. cons.41. n.1. & 22. cum seqq. lib.4. Paris. cons.11. n.69. & seq. lib.1. Gabr. cons.141. nu.8. lib.1. Marcobr.*
13 *cons.31. n.20. Giovagn. lib.1. cons.35. nu.4. & seq.* subdens, hanc conclusionem procedere in conditione potestativa ex parte debitoris tantùm, vel debitoris, & creditoris simul, secus ex parte creditoris tantùm.
14 Notandum tamen est, quod licèt conditio casualis, vel mixta retrotrahatur in contractibus in præjudicium illius, qui medio tempore jus acquisivit, non tamen retrotrahitur in testamentis, & legatis, *l. is, cui, ff. de oblig. & action. l.1. §. servi, ff. Ad Syllan. Giovagn. d. cons.35. n.9. & 10. Cocin. cons.41. n.24. Negus. de Pignor. 1. memb. 5. p. princ. n.19. & seq.*
Infertur 3. quod si disdicta societatis fiat a non habente 15
mandatum, societas adhuc durat, cùm renunciatio societatis fieri nequeat a non habente speciale mandatum, *l. actione, §. renunciare, ff. pro Socio.* & ideo ratificatio Domini non retrotraheretur ad tempus disdictæ societatis cùm in tali casu actus omninò sit nullus sed tantum valebit ut ex nunc a tempore ratificationis, *latè Honded. cons.38. n.15. & seq. lib.1.* ubi 16
etiam dicit, quod procurator habens mandatum generale renunciare potest societati justa causa subsistente, & non aliter: *ita enim intelligendus est textus in d. §. renunciare, ubi dicitur, procuratorem habentem mandatum generale renunciare, posse, ut ibidem declarant Bart. & Bald. juxta terminos l. si hominem ff. mand.*
Quæres, an ratificatio præsumatur ex temporis diuturnita- 17
te? affirmativè respondet *Soc. cons.46. nu.3. lib.3. Dec. cons.297. n.3. & 4. Goza. cons.11. n.16. & alii apud Cephal. cons.286. n.4.*

SUMMARIUM.

38 *An substineatur testamentum in vim clausulæ codicillaris, quando est facta institutio turpis personæ.*
39 *An spurius censeatur turpis personn.*
40 *Infamia ab illicito vivendi modo metienda est.*

CAPUT LXIII.

An, & quando clausuln codicillaris operetur fideicommissum posthumo ignoranter præterito.

1 PRæmittendum est, qnod ex causa exhæredationis, vel preteritionis irritum est testamentum quantum ad institutionem, nam legata adhuc debentur, *au&. ex causa, ubi gl. & DD. C. de liber. præter. latè Clar. in §. Testnmentam, q. 46.* & 54. *in princ.* ubi dicit, qnod dispositio *dictæ auct. ex causn,* non ob-
2 stante preteritione, substinet fideicommissa etiam univetsalia.
3 Premittendum est 2. quod per clausulam codicillarem substinetur testamentum nullum in vim codicillorum; ità, ut filius præteritus, qui testamentum irritavit, & ab intestato
4 succedit, censeatur rogatus restituere hæreditatem per fideicommissum hæredi scripto, *leg. ex ea §. 1. ubi Bartol. & nlii, ff. de Testam. Mart. de clauf. p. 3. clauf. 11. num. 20.* & 44. *Maresc. var. lib. 2. c. 78. num. 8. latè Theodos. Rub. singulnr. tom. 2.*
5 *clauf. 205. num. 54.* quo casu filius detrahet tantum legitimam, non autem trebellianicam, cùm ex dicta clausula codicillari per fideicommissum sit rogatus restituere eamdem hæreditatem purè, non autem sub conditione, seu in diem, *Bnrtol. cons. 20. n. 6. lib. 1. Alex. cons. 142. n. 13. Cruvet. cons. 295. n. 2. Menoch. præsump. 32. n. 2. lib. 4. & alii apud Grat. discep. for. cap. 902.*
6 *n. 28.* quod intelligendum est, quando hæc clausula verificatur in tempore præsenti, *si non valet &c.* nam tunc ut ptrè gravatus non detrahit nisi legitimam; secus quando verificatur in tempore futuro, *si non valebit &c.* tunc enim ut gravatus sub conditione detrahit duas quartas, *Theodos. Rub. loco cit. n. 63. post Bald. in l. filium, n. 24. vers. item quæro, quid si filius C. fam. ercisc. Alex. cons. 142. num. 15. lib. 2. Ang. cons. 99. col. 1. quibus adde Mart. d. clauf. 11. num. 38.*

7 Hic autem sermo non est de filio scienter præterito, putà si tempore conditi testamenti jam erat natus, vel testator sciebat, uxorem suam esse prægnantem: hoc enim casu non videtur dubitandum, quin, clausula codicillaris ex aperta mente defuncti operetur, ut testamentum non obstante preteritione substineatur, *ut dicit Clar. in d. §. Testamentum, q. 46. Menoch. d. præsump. 32. num. 2.*

8 Dubium igitur est an posthumus ignoranter præteritus ex vi dictæ clausulæ teneatur hæreditatem restituere hæredi scripto in testamento.

In qua quidem quæstione affirmativam sententiam sequuri sunt *Paul. de Castr. & Salyc. in leg. 1. de Posthum. hæred. instit. Jo: de Imol. in leg. qui filiabus, in princip. ff. de leg. 1. Oldrnd. consil. 149. Spec. in titul. de Instr. edit. §. compendiosè numer. 18. vers. item vide Alex. consil. 26. num. 5. vers. vel potest responderi, & consil. 37. num. 4. lib. 1.* ubi etiam dicit hanc sententiam esse magis communem: præsertim si constaret, quod testator de futuris filiis explicitè, vel saltem in genere cogitaverit, *Alex. in dict. auct. ex causn ver. unde num. 14. & in cons. 123. num. 10. lib. 1. Dec. con. 490. num. 2. Rom. cons. 172. vers. Præmissis, & ver. nec refragatur, Corn. cons. 158. num. 36. lib. 2. Soc. sen. consil. 93. numer. 26. lib. 4. Ruin. cons. 19. num. 8. libr. 3. Rol. n Val. consil. 7. numer. 18. lib. 4. Honded. qui hanc etiam magis communem dicit, in cons. 74. numer. 18. & seq. lib. 1.* subdens, quod censetur testator de futuris liberis cogitasse, quando verba clau-
9 sulæ codicillatis sunt concepta in futurum tempus, putà si dixerit, *si testamentum non valeret, seu valebit jure testnmenti, valere voluit jure Codicillorum*: idem enim est dicere, *si non valebit*, *nc si non valeret*; quicquid aliud sit, quando talis
10 clausula codicillaris esset concepta per verba præsentis temporis, quæ ad futurum minimè trahuntur, *Theodos. Rub. d. clauf. 205. num. 12. & seq.* ubi etiam dicit, quod quando hæc clausula est concepta per verba subjunctivi modi, *valeat sen valeret*, vel per verbum infinitivi modi, putà, *voluit va-*
11 *lere &c.* censetur concepta per verba futuri temporis, *Bart. d. par. 3. clauf. 11. num. 11. & seq. Grat. discep. for. cap. 774. nu. 38.* & 39. cùm enim testator in tali casu cogitaverit de ruptura testamenti, & prospexerit contra causas rumpentes, videtur implicitè cogitasse de posthumo, qui est una de causis rumpendi testamentum, *ut advertit Bald. in auct. ex causn numer. 7. & seq. Cod. de liber. præter. Alex. consil. 123. num. 10.*
12 *lib. 1. Cravet. cons. 34. per tot.* subdens, *num. 24.* quod clausula codicillaris non operatur nisi concipiatur per verba futuri temporis.

13 Addunt alii, quod clausula prædicta eò magis fideicommissum in favorem hæredis scripti operari debet, si testator post ipsius posthumi nativitatem tanto tempore supervixisset, ut testamentum mutare potuisset, & tamen non mutavit: tunc enim præsumitur in eadem volnntate, etiam nato posthumo, perseverasse, *ita gloss. in l. athletn, §. dat remissionem, in ver. nisi postquam, ff. de excus. tut. Alex. d. cons. 133. nu. 10. versic. saltem secundùm eum &c. Paul. de Castr. in l. 1. num. 3. C. de Posthum. hær. inst. & in cons. 200. in fin. lib. 1. & consil. 15. col. 3. ver. Pro confirmatione lib. 2. Rom. cons. 122. col. 2. Curt. Jun. consil. 150. num. 12. lib. 2. Corn. cons. 150. col. 2. lib. 3. Dec. cons. 490. Parif. cons. 64. n. 9. lib. 1. Cephal. cons. 138. num. 32. lib. 1. Bero. cons. 12. num. 7. lib. 2. Rol. a Vall. cons. 7. num. 30. lib. 4.* quemadmodum li- 14
cèt donatio per supervenientiam liberorum regulariter ipso jure revocetur, *juxta l. si unquam C. de Revoc. don.* tamen non censeretur revocata, si filiis natis Donator supervixit, nec donationem revocavit: quia tunc præsumitur, eum a principio donatnrum fuisse, etiamsi de filiis cogitasset, secundum *Bald. in l. 1. n. 18. Cod. de Inoffic. donat. Tiraquell. in l. si unquam, in ver. susceperit liberos, num. 211. & seq. Honded. d. consil. 74. num. 33.*

Verior tamen videtur contraria sententia videlicet quod 15
quando filius fuit ignoranter præteritus, tunc clausula codicillatis nihil operetur, etiamsi concepta fuerit per verba futuri temporis, vel si testator nato posthumo supervixerit: videtur enim in tali casu deficere voluntas testatoris, qui non præsumitur voluisse extraneum hæredem suę soboli præferre, *l. cum Avus, ubi Doctores, ff. de Cond. & demonstr. & ità tenuit Bart. in l. 1. num. 10. ff. de Jur. Cod. cujus sententiam æquiorem, & magis communem dicit Clar. qui alios refert, in d. §. testamentum, q. 46. vers. & hæc quidem communis opinio, &c. & nlii apud Theodos. Rub. in singular. tom. 2. dicta clauf. 205. num. 33. Marta dict. part. 3. clnus. 11. numer. 25. Cevall. in Specul. nur. opin. commun. con. comm. quæst. 180. lib. 2. respons. 32. num. 21. versic. ex quibus omnibus liquet, & cons. 33. num. 2. & 14. eod. lib. 2.* ubi addit, quod testamentum neque substineretur ex clausula codicillari, etiamsi posthumus præteritus decederet in pupillari ætate post mortem testatoris, quicquid dicat *Thesnur. decis. 141. num. 17.*

Idem dicendum, quando testator ignorabat, filium na- 18
tum esse, vel putabat, eum esse mortuum, cùm in his casibus militet eadem ratio, *ut d. Clar. in d. §. testnmentum, vers. Et hæc quidem &c.*

Et hæc sententia præcipuè haberet locum, ubi tractaretur de auferendo huic posthumo ignoranter præterito majorem,
vel etiam æqualem partem hæreditatis: cum prædicta clau- 19
sula potius ponatur de consuetudine Notariorum, quàm qnod testator sciat, quid importet, *Mart. de clauf. p. 3. clauf. 11. num. 3. 34. & 49.* ubi addit, quod hæc clausula non validat testamentum hominis ignari, nisi fuisset illi vulgari sermone exposita, *Maresc. d. c. 78. n. 11. Alcia. reg. 1. præsump. 13. n. 1. Clar. in §. testamentum vers. & hæc quidem &c. versus fin. Bellon. de Potest. eor. quæ fiunt incontin. lib. 1. c. 30. num. 6.*

Addit *Giovagnon. dict. respons. 32. circa princip. versic. Additur, lib. 2. Mart. dict. par. 3. clauf. 11. num. 37.* quod posthu- 20
mus hoc casu solùm posset detrahere legitimam, si testamentum substineretur, ut supra diximus; non est autem verisimile, qnod pater solam legitimam filio relinquere voluerit, & residuum extraneo; unde hujusmodi clausulæ interpretationem, per quam excluditur filius ab hæreditate Patris, repugnare voto, & officio paterno dicit *Dilect. de Art. testan. tit. 3. caut. 16. nu. 4.* ubi etiam observat, quod dispositio *d. auct. ex causn*, per quam conservantur legata non obstante præteritione, locum habet quando præteritio est scienter facta secus si ignoranter, *latè Alex. cons. 41. nu. 6. lib. 1.* ubi dicit, quod *auct. ex causa*, non procedit quoad legata saltem non pia, quando filius fuit ignoranter præteritus; unde in tali casu legata non deberi dixit, *Bellon. d. lib. 1. c. 30. n. 3.* quod tamen intelligendum est, quando pater magna reliquerit legata; secus si modica, quæ verisimiliter fuisset relicturus, etiamsi filios haberet, *Alciat. d. præsump. 13. n. 1. Marta loco cit. n. 34. &*
seq. Giovagn. d. respons. 32. n. 21. vers. item contraria &c. ubi di- 21
cit, quod conservantur etiam legata conjuncto facta, vel relicta pro anima, sive exoneratione conscientiæ, de quo vide *Bart. cons. 204. lib. 1.*

Ità etiam donatio modica rai non revocatur per *d. l. si un-* 22
quam, latè Alciat. reg. 2. præsump. 13. & ibi Add. lit. B. ubi arbitrio Judicis remittit, quænam legata magna, vel modica 23
censeantur, *Menoch. lib. 4. præsump. 32. nu. 22. & seq. Theodos. Rub. d. clauf. 205. n. 50. & seq.* ubi dicit, quod si legata etiam 24
ad pias causas sunt ita magna, ut excedant dimidiam hæreditatis partem, non conservantur ex clausula codicillari posthumo ignoranter præterito.

Notandum tamen est, quod testamentum, in quo post- 25
humus est præteritus: substinetur de æquitate prætoria; si.

post-

posthumus vivo testatore decedat: quia paria sunt, quod non sit natus, vel non exter tempore mortis testatoris, quo tempore testamentum capit vires, *ut rectè advertit Giovagn. dict.*
26 *respons. 32. num. 2. lib. 2.* subdens *n. 33.* quod substiocretur etiam hujusmodi testamentum, si filius præteritus hæreditatem repudiaverit, vel lapsum esset tempus illam petendi, *Cephal. cons. 138. num. 33. lib. 1.*

27 Sed quæres, an testamentum effectum caducum per obitum primi hæredis ante testatorem, vigore clausulæ codicillaris substineatur in personam substituti? affirmativè respondet *Bald. cons. 170. lib. 5. Alex. cons. 17. n. 19. lib. 3. Socin. consil. 140. n. 5. lib. 1. Dec. cons. 242. num. 1. & 2. Paris. cons. 60. n. 20. & cons. 62. nu. 20. & cons. 64. num. 13. lib. 2. Marsil. sing. 547. Vincen. Franc. decis. 156. lib. 1. Seraph. decis. 943.* ubi dicit, hoc procedere etiamsi clausula sit concepta per verbum, *valeat*, quod est præsentis temporis, quia cùm sit subjunctivi modi, respicit etiam futurum, ut supra diximus, *latè Marescot. var. lib. 2. cap. 78. num. 4. & seq. ubi alios refert.*

28 Item legata ad pias causas, quamvis caduca sint, non tamen deficere, probat *Paul. de Castr. in l. 1. §. 1. col. 1. C. de Caducitat. tollend. per textum loquentem in libertate, in l. cùm verò, §. si pro non scripto, ff. de fideicom. libert. & ita sentiunt Bald. & alii apud Tiraq. de Privil. piæ caus. privil. 38.*

29 Quæres 2. An & quando mortuo substituto ante eventum conditionis, fideicommissum conditionale ad ejus hæredes transmittatur? Respon. quod regulariter non est locus transmissionis ea regula; quod fideicommissum conditionale non transmittitur etiam ad suos hæredes, *gloss. communiter recepta in l. 1. Cod. de his, qui ante apert. tab. &c. & tradunt omnes in l. hæredes mei, §. cum ita ff. Ad Senatusconf. Trebell. Honded. consil. 70. n. 31. lib. 1. late Peregr. de fideic art. 31. n. 6. Gabr. lib. 4. tit. de Hæred. instit. concl. 2. n. 1. & 10. Rot. cor. Card. Seraph. dec. 1014. n. 1. & coram Card. Cavaler. dec. 434. n. 1. & est communis opinio.*

30 Hæc tamen conclusio communiter limitatur, si ex conjecturis appareat expressè vel tacitè de contraria testatoris voluntate, quia testator potest facere transmissibile quod alioquin non transmitteretur, *ut d. Bal. in l. si pater n. 19. q. 4. ff. de inst. & substit. quem cæteri communiter sequuntur, latè Gabr. dict. concl. 2. n. 15.* quæ quidem conjecturæ debent esse urgentissimæ, & concludentissimæ, *ut post Bald. in d. l. 1. in fin. C. de His, qui ant. aper. tab. Soc. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, n. 11. ff. ad Senatusc. Trebell. Ruin. cons. 181. nu. 3. lib. 3. & alios dixit Rota coram Card. Seraph. d. dec. 1014. n. 1. & coram Card. Cavaler. dec. 434. num. 2.* nec sufficerent conjecturæ extra testamentum sumptæ, sed opus est, ut ex testamento ipso legantur, & colligantur, *Ruin. cons. 130. col. 2. & 3. lib. 3. Menoch. cons. 610. n. 14. lib. 6. & alii apud Peregr. d. art. 31. n. 10. Card. Cavaler. d. dec. 434. num. 3. & decis. 461. num. 2.*

31 Conjecturas autem hujusmodi latè enumerat *Gabr. d. tit. de Hæred. inst. concl. 2. a n. 21. usque ad nu. 40.* nos autem efficaciores adducemus.

32 Prima igitur est, quando testator in suo testamento rationem habuit conservandæ agnationis: tunc enim quia ita agnatio conservatur per nepotes masculos ex filio præmortuo, sicut per filium vivum, si filius vocatus, & substitutus præcedit gravato, illud jus fideicommissi etiam conditionalis ad ejus filios transmittit, *Cephal. cons. 16. n. 43. lib. 1. Gabr. d. tit. de Hæred. inst. concl. 2. n. 23. Marescot. var. lib. 2. cap. 31. nu. 6. & seq. Menoch. cons. 452. num. 57. lib. 5. Jas. cons. 154. lib. 4. & alii apud Honded. cons. 70. num. 38. lib. 1.*

33 Secunda est, quando si non transmitteretur, extraneus præferretur descendentibus testatoris, vel ipsius conjunctis proximioribus, *Cravet. cons. 62. n. 10. Curt. Jun. cons. 16. num. 7. Mant. de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 20. nu. 20. Maresc. d. lib. 2. c. 31. nu. 10. & seq. Rot. in Ariminen. fideicommissi 26. Martii 1612. coram Greg. XV. tunc Rotæ Auditore, in impressis decis. 551. n. 5. & seq. Gab. d. concl. 2. n. 21. Burat. dec. 568. num. 6. & 9.*

34 Tertia est: quotiescumque fideicommissum conditionale est conjunctum juri accrescendi, putà si Titius, & Cajus filii testatoris sint verbis conjuncti, & in eadem oratione pro æquali portione sint hæredes instituti: nam propter unitatem sermonis quasi in unum corpus redacti sunt, unius etiam personæ potestate funguntur, *ut d. Marescot. var. res. lib. 2. cap. 31. n. 13. Ceph. cons. 16. n. 45. & 46. lib. 1.* ubi similiter exemplificat, quando filii testatoris fuerunt hæredes instituti, ac etiam substituti, *Gab. de hær. inst. concl. 2. n. 14. & 46. Burat. d. dec. 568. n. 12. latè Hond. cons. 70. n. 40. & seq. lib. 1. qui de magis communi testatur,* unde sicut jus accrescendi transmittitur ad hæredes, *l. si ex plurib. ff. de suis, & leg. hær.* ita etiam fideicommissaria substitutio conjuncta cum jure accrescendi debet transmitti: quemadmodum transmittitur etiam Pupillaris, quæ est conjuncta cum ipso jure accrescendi, *l. qui patri, ff. de acq. vel omitt. hæred.*

Quarta est, quando testator substituit superviventes; quia 35
tunc mortuis parentibus nominatis ante illos, quibus facta est substitutio, fit transmissio ad filios, *ita Gab. d. tit. de Hæred. instit. concl. 2. n. 32. ubi citat Cuma. con. 13. & 15. Paris. cons. 50. n. 25. vol. 3. quibus adde Greg. dec. 56. n. 3.*

Plures alias conjecturas recenset *Peregr. de fideic. art. 31. n. 9.* 36
& seq. Gabr. d. concl. 2. num. 21. & seq. Hond. d. cons. 70. numer. 33. & seq. lib. 1. Crav. cons. 62. n. 8. & seq. Greg. d. dec. 551. vide tamen *Card. Seraph. dec. 1014. Marescot. var. lib. 2. d. cap. 31. n. 23. Beltram. ad Greg. dec. 56.* ubi reprobant nonnullas conjecturas per citatos Doctores allatas.

Quamvis autem fideicommissum conditionale ad hæredes 37
trasmittatur, quando expresse, vel tacitè de Testatoris voluntate constat, ut supra diximus, tamen hoc est intelligendum, ut locum habeat, si post testatoris obitum decesserit ille, qui ad fideicommissum vocatur, *ut præsupponitur in l. 1. §. fin. autem, C. de caduc. toll.* secus si præmortuus fuerit, quia tunc non est locus transmissioni, cùm testamentum ante mortem testatoris vires non accipiat, *leg. 1. ubi gloss. & DD. ff. de Testam. ita declarat Curt. Jun. cons. 96. n. 5. Bolognet. in l. cum filiofam. 261. ff. de leg. 1. Gabr. cons. 6. n. 81. lib. 1. quos refert, & sequitur Marescot. var. lib. 2. c. 31. n. 19. 20. & 21.*

Quæres 3. an substineatur testamentum in vim clausulæ co- 38
dicillaris, quando est facta institutio turpis personæ? negat *Merlin. in combinat. ad decis. Rot. 26. impress. post ejus tr. de legitima, ubi refert, ita resolvisse Rotam in Rom. hæred. 24. Maii 1600. coram Corduba:* quamvis contrarium teneant alii *apud Thesaur. dec. 128. n. 3. vers. contrariam verò sententiam.*

An verò Spurius censeatur turpis persona? Resp. negativè, 39
nisi vitæ etiam turpitudo concurrat: infamia enim non a na- 40
tura, sed ab actionibus, & illicito vivendi modo metienda est, *Merlin. d. tr. de legit. lib. 1. tit. 2. q. 13. n. 22. quæ tamen &c. & loco supra cit. vers. mihi placet, Thesaur. dec. 126. n. 6. & probatur ex c. nunquam de vitiis, c. Apostolica, & c. seq. dist. 56.*

S U M M A R I U M.

1 *An validum sit statutum, quod pro delicto filii confiscari possit legitima ei debita in bonis Patris viventis, & num. 5.*
2 *Pater pro filio regulariter non tenetur.*
3 *An valeat statutum, quod villa teneatur pro maleficio commisso in ejus territorio.*
4 *Quando filius ob delictum Patris, quoad bona puniatur.*
6 *Constitutio Sixti IV. locum tantùm habet contra Parentes, qui post condemnationem in potestate retinent filios condemnatos.*
7 *Quomodo æstimari debet legitima, si statutum dicit, quod pro delicto filii possit capi legitima sibi debita in bonis Patris viventis.*
8 *Ex consuetudine Italiæ habetur contumax pro confesso.*
An sententia lata in contumaciam contra filium, præjudicet patri, ibidem.
9 *Statuta quæ sunt contra jus commune, quantum fieri potest, restringenda sunt.*
10 *An Pater stante dicto statuto audiri debeat, si vellet probare innocentiam filii.*
11 *Si statutum obligat Patrem pro filio condemnato usque ad quantitatem legitimæ, tunc inspicitur tempus sententiæ, seu condemnationis.*
12 *An filius, vel Fiscus petere possit augmentum legitimæ super bonis postea per patrem quæsitis.*
13 *Et an Pater bona fisco, aut filio jam in legitimam assignata repetere possit, si ejus facultates post legitimam traditam essent diminutæ.*
14 *Quando statutum obligat Patrem ad solvendam condemnationem filii usque ad legitimam, sequuta condemnatione etiam in contumaciam, Pater cogi potest.*
15 *Legitima fisco non debetur virtute statuti, quando ex condemnato filio extant nepotes.*
Quid si Nepos nondum esset natus, ibid.
Quando Nepos succedat in legitima in tali casu, ibid.
16 *Nepotes ex filio bannito excludunt fiscum ab hæreditate Avi.*
17 *Ex dispositione juris communis non est locus confiscationi, quando extant filii, excepto crimine læsæ majestatis.*
18 *Si ex forma statuti Avus teneretur condemnationem solvere pro Nepote, id non esset intelligendum, quando filius vivit.*
19 *Statutum simpliciter disponens, bona damnatorum pro homicidio confiscari debere, declarandum est secundum terminos legis antiquæ.*
De jure antiquo medietas omnium bonorum Patris reserva-

batur filiis, quando supererant unus, vel duo; sed si erant tres, vel plures, non erat locus publicationi bonorum, ibid.

20 *Quomodo intelligi debeat statutum mandans, bona alicujus publicari.*

21 *Confiscatio de bonis filii de Jure non comprehendit legitimam, quam Pater vivens filio assignavit.*

22 *An tale statutum locum habeat in filio spurio, vel naturali.*

23 *An decedente Patre ab intestato, vel condito testamento, in quo filium bannitum præterivit, possit fiscus ex persona filii banniti aliquid prætendere in bonis Patris, & num.30.*

24 *Bannum morti comparatur.*

25 *Quid si Pater in suo testamento hæredem instituerit filium, & talis filius vivo Patre in pænam vitæ, & confiscationis damnatus fuerit.*

26 *Confiscatio non trahitur ad jura futura, sed ad ea tantùm, quæ radicata sunt in persona delinquentis tempore delicti, vel confiscationis.*

27 *Quando filius damnatus est, nepos succedit in locum filii.*

28 *Si filius paternam hæreditatem ante delictum sibi delatam, tempore condemnationis non adiverit, adhuc fiscus excludetur.*

29 *Jus quærendum non transfertur in fiscum.*

30 *Incapax censetur qui bannitus fuit pro delicto, cui imponitur pæna capitalis, & ex forma statutorum potest impunè offendi.*

31 *Quando quis comparetur deportato, & quando non, & n.34.*

32 *Quando Bannitus possit etiam in bonis a quocumque offendi.*

33 *Extra territorium Bannientis effectus banni non porrigitur.*

34 *Reus Bannitus pro delicto, ex quo pæna capitalis non infertur, non æquiparatur deportato, sed potius relegato, & amittit tantùm jura suæ civitatis, non autem jura communia.*

35 *Si banniens offendi non posset, licèt in pænam mortis damnatus sit cum publicatione bonorum, non amitteret jura communia, nec municipalia propriæ civitatis.*

36 *An in confiscatione bonorum filiofam. veniant bona castrensia, profectitia, vel adventitia.*

37 *An pænæ debeantur ei, qui est Dominus tempore commissi delicti, vel potius ei, qui est Dominus tempore latæ sententiæ.*

CAPUT LXIV.

Quomodo computari, & æstimari debeat legitima, stante statuto, quod pro delicto filii confiscari possit legitima ei debita in bonis Patris viventis, seu quod Pater teneatur solvere condemnationem filii usque ad legitimam.

1 HUjusmodi statutum, quod in multis locis servatur, licet sit contra jus commune, ex quo pater pro filio
non tenetur, *ut constat ex Rubr. & tot. tit. C. Nè fil. pro pat. vel*
2 *Pat. pro fil. &c.* validum tamen esse, tradunt *gl. in Rubr. C. de Decret. Decur. lib. 10. Bald. in l. 1. num. 6. C. Nè fil. pro Pat. Jas. in auct. novissima, num. 8. C. de Inof. testam. Duen. reg. 356. ampl. 2. Ruin. cons. 8. n. 1. et 2. lib. 5. et alii apud Surd. dec. 314. n. 1. & apud Caball. ref. crim. cas. 250.* ubi etiam rationem assignat, ut scilicet Pater timore pœnæ per ipsum solvendæ majorem curam habeat de filio, & *hanc sententiam communem dicit Clar. in Pract. crim. §. fin. q. 86.* qui addit, valere etiam statutum, quod
3 villa teneatur pro maleficio commisso in ejus territorio: nec erit novum, quod Pater damnum aliquod sentiat ob filii de-
4 lictum, cum etiam filius ob delictum Patris quoad bona aliquando puniatur, *ut in l. quisquis, §. 1. C. ad l. Jul. Majest. & observ. Surd. dec. 147. num. 4.*

5 Idem statuit Sixtus IV. ut inquit *Hond. cons. 95. n. 1. lib. 1.* sub-
6 dens *n. 84.* quod Sixti constitutio locum tantùm habet contra Parentes, qui post condemnationem in potestate retinent filios condemnatos; secus si hujusmodi condemnatos in potestate non retineant.

7 Attendenda verò sunt verba statuti, *ut advertit etiam Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 39. nu. 6.* nam si statutum dicat, quod pro delicto filii possit capi legitima sibi debita in bonis Patris viventis, æstimanda erit legitima habita ratione bonorum, quæ pater possidet tempore delicti a filio commissi, quia tunc incipit obligatio formari contra Patrem, *Bal. in l. lex Cornelia, numer. 1. ff. de Vulgar. & pupill. subst. & in leg. quamquam, n. 2. C. ad l. Falcid.* & in tali casu, si filius in con-
8 tumaciam condemnatus fuerit secundùm consuetudinem Italiæ, quæ habet contumacem pro confesso, talis sententia non præjudicaret Patri; tum quia hujusmodi ficta confessio non egreditur personam contumacis, *l. eius, qui delatorem, ff.*
9 *de Jur. fisc. & notat Bart. in l. cum filiusfam. ubi etiam Alex. n. 6. ff. de verb. oblig.* tum quia, cùm hujusmodi statutum sit contra jus commune, ut supra diximus, ideò quantum fieri potest, restringendum est, *Caball. loc. cit. n. 3. Surd. d. dec. 314. n. 7.* unde Pater ex tali statuto solummodo obligatur quando filius per veras probationes fuit convictus, *Roman. cons. 154. nu. 5. Mars. cons. 82. n. 13. & 14. Abb. cons. 66. n. 1. & 2. lib. 2. Corn. consil. 143. lib. 2. & cons. 211. n. 6. & 7. lib. 3. & cons. 281. n. 7. lib. 4. & alii apud Caball. d. cas. 205. n. 4. & seq.* ubi, quod si filius comparet, & delictum confitetur, vel aliis probationibus de delicto convincitur, & condemnatur, pater ad solutionem condemnationis cogitur virtute prædicti statuti, etiamsi in eo judicio citatus non fuerit, cùm in hoc casu pater censeatur fidejussor de judicato solvendo pro filio, *ut notat etiam Bart. & Alex.*
locis cit. & communem dicit Clar. in Pract. crim. §. fin. q. 86. vers. 10
sed quæro, audiri tamen debet Pater, si vellet probare innocentiam filii, etiam contra ejus confessionem, *Bart. in d. l. cum filiusfam. n. 3. in fin. Caball. loc. cit. num. 8.*

Si verò Statutum obligat Patrem pro filio condemnato, 11
usque ad quantitatem legitimæ, tunc inspiciendum est tempus sententiæ, vel condemnationis; quia in tali casu statutum videtur se referre ad illud tempus condemnationis, & ideò si tempore delicti pater habebat quatuor filios, tempore delicti pater habet quinque, legitima erit semis, idest medietas, *juxta auct. novissimam, Cod. de Inoff. Testam.* & è contra si tempore delicti habebat quinque filios, & tempore sententiæ unus jam decesserat, legitima erit tertia pars bonorum, *ita Roman. in l. si filiofam. 2. q. 6. num. 35. ff. sol. matr. Nell. in tract. de Bannit. in 1. p. secund. temp. q. 35. Alber. de Rosat. in tract. de stat. lib. 3. q. 26. quos refert, & sequitur Caball. loc. cit. d. cas. 250. n. 28.*
vers. sed Lud. Roman. &c. & n. seq. ubi etiam dicit, quod non 12
poterit filius, aut fiscus, petere augmentum legitimæ super bonis posteà per Patrem quæsitis: quemadmodum nec pater
bona fisco, aut filio jam in legitimam assignata repetere pos- 13
set, si ejus facultates post legitimam traditam essent diminutæ, *Bald. in l. quamvis, n. 8. C. de fideicom. Hond. cons. 74. nu. 11. lib. 2.* ubi dicit, quod inspicitur in tali casu tempus delicti, aut condemnationis, non mortis Patris.

Observa tamen, quod in hoc secundo casu quando statu- 14
tum obligat Patrem ad solvendam condemnationem filii usque ad ejus legititimam, sequuta condemnatione cogi potest pater ex forma statuti, etiamsi filius condemnatus fuerit in contumaciam, quia in tali casu statutum non delictum, sed condemnationem tantùm videtur respexisse, *Bart. in d. l. cum filiusfam. num. 3. & ibid. Alex. nu. 6. ff. de Verb oblig. Clar. d. q. 86. vers. sed quæro, & alii apud Caball. d. cas. 250. n. 6.*

Observa 2. quod legitima fisco non debetur virtute hujus- 15
modi statuti, quando ex condemnato filio extant nepotes: quia ita statutum minus lædit jus commune, cum legitima nepoti reservatur, *Alex. cons. 75. n. 9. lib. 1. Hond. cons. 74. n. 26. & seq. lib. 2.* ubi dicit, quod tunc Nepos succedit in legitima post mortem Avi, *Surd. dec. 167. n. 1. & seq.* ubi *n. 14.* ampliat pro-
cedere etiam quando nepos nondum natus esset, sed reperi- 16
retur in utero matris, & *dec. 314. n. 2. & seq.* ubi etiam observat quod sicuti Nepotes ex filio bannito excludunt fiscum ab hæreditate Avi, ita excludere eum debent a petitione legitimæ, & *ita tenuit Bal. in l. si qua pœna, in prima lectura, in fin. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* ubi dicit, quod hoc statutum debet intelligi, quando alius non extat, qui rationabilius succedat, quàm fiscus, *Alex. cons. 75. num. 13. vol. 1. & alii apud Caball. d. cas. 250. nu. 23. & seq.* ubi etiam dicit, quod ex dispositione juris communis non est locus confiscationi, quando extant filii, excepto crimine læsæ majestatis, *juxta auct. bona damnatorum C. de Bon. Proscrip.* nisi aliter statutis, aut aliis constitutionibus locorum disponitur, *ut observat Honded. cons. 110. n. 11. lib. 1.*

Ità etiam, si ex forma statuti Avus teneretur condemna- 18
tionem solvere pro nepote, id non deberet intelligi, quando filius vivit, ex quo magis debetur legitima filio, quàm Nepoti, *Surd. dec. 167. n. 14. post Lud. decis. Perus. 11. nu. 27. Marcobrun. cons. 43. n. 38. Ruin. cons. 6. n. 6. vol. 5.*

Observa 3. quod statutum simpliciter disponens, bona 19
damnatorum pro homicidio confiscari debere, nulla de filiis facta mentione, declarandum est secundùm terminos legis antiquæ, ut scilicet filiis legitima, hoc est medietas omnium bonorum Patris reservetur in casu, in quo de jure antiquo reservabatur, quando supererat unus, vel duo, *juxta l. 1. junct. a gl. in ver. portionem, ff. de bon. damnat.* sed quando supersunt tres, vel plures filii ex damnato Patre, sicut de jure antiquo non erat locus publicationi bonorum *l. cum ratio, §. si plures, ff. de Portio. quæ lib. damnat.* etiam quando pater damnatus fuisset ex delicto, ex quo de jure confiscarentur bona, *jux. l. 1. ff. de Bon. damn. l. fin. Cod. eod. tit.* ità nec vigore statuti erit locus publicationi bonorum, quando tres vel plures supersunt filii, *Boss. in tit. de Bonor. public. n. 10. Papien. in tit. de form. Inquis. §.*
ult. n. 2. ubi etiam dicit, quod si filius fuerit damnatus, patri 20

etiam

etiam reservanda est legitima; *immò addit Surd. d. decis. 167. n. 17.* quod statutum mandans, bona alicujus publicari intelligi debet, nisi ex eo filii extent: quia in dubio non censetur, cogitatum de filiis.

21 Observa 4. quod confiscatio de bonis filii de jure non comprehenderet legitimam, quam pater vivens filio assignavit: quia filius non est Dominus legitimæ assignatæ, cùm pater possit assignationem hujusmodi quandocumque revocare, *ut tradunt Doctores in l. si quis pœna ff. de His, qui sunt sui, vel alien. jur. Bald. ibid. n. 2. lectura*, ubi dicit, quod filius vivo Patre nullum jus habet in legitimam, *Marcobr. cons. 43. nu. 14. & alii apud Surd. dec. 167. n. 1.* & 2.

22 Observa 5. quod tale statutum non habet locum in filio spurio, nec etiam in filio naturali, *Alex. cons. 60. n. 14. vol. 2. Ang. de malefi. in ver. dictum Sempronium, n. 14. Calcan. cons. 60. Paleot. de Not. & spur. c. 32. n. 7. vers. ex his, Mars. in sing. 139. & alii apud Hond. cons. 95. n. 58. & seq. lib. 1.* ubi etiam dicit, quod filio spurio, aut naturali non debetur legitima, *l. jubemus, l. legem, l. humanitatis, C. de Natural. liber.*

23 Observa 6. quod Bannito condemnato in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum, & decedente deinde Patre ab intestato, vel condito testamento, in quo filium bannitum præterivit, & alium hæredem instituit, non potest fiscus ex persona filii banniti, aliquid prætendere in bonis Patris, *Bald. id d. l. si qua pœna, ff. de His, qui sunt sui, vel alien. Jur.* ubi, quod filius in tali casu reputatur mortuus ante patrem, quia ban-
24 num morti comparatus; quod procedit, etiamsi pater in suo
25 testamento hæredem instituerit filium, & cùm illo testamento decesserit, quia si vivo Patre talis filius in pœnam vitæ, & confiscationis damnatus fuerit censetur similiter mor-
26 tuus ante Patrem, *juxta l. un. §. Et cum triplici, juxta §. pro secundo, Cod. de caduc. toll.* præterea confiscatio non trahitur ad jura futura, sed ad ea tantum, quæ radicata sunt in persona delinquentis tempore ipsius delicti, vel confiscationis, *ut post Nell. de Bannit. in 1. p. secund. tempor. n. 18. & alios obser-*
27 *vat Clar. in d. §. fin. qu. 78. vers. ulterius quæro, Alex. cons. 75. numer. 9. & 12. lib. 1.* ubi dicit, quod cùm filius damnatus est, ne-
28 pos succedit in locum filii, *Caball. resol. crim. cas. 264. nu. 1. & seq.* ubi addit, quod si filius paternam hæreditatem ante delictum sibi delatam, tempore condemnationis non adiverit adhuc fiscus excluderetur: quia jus adeundi, seu jus quærendum in fiscum non transfertur, quicquid contrarium
29 sentiat, *Clar. d. q. 78. vers. sæpè contingit &c.* ubi dicit jus adeundi, quod transire potest in hæredes extraneos, transire etiam in fiscum.

30 Et hoc quidem locum habet, data banniti incapacitate, quod scilicet non possit Patri ex testamento, vel ab intestato succedere: quia tunc nec fiscus ex persona filii admittitur ad hæreditatem Patris, *ut sentiunt DD. apud Caball. loc. cit.* incapax verò censetur is, qui bannitus fuit pro delicto ex quo imponitur pœna capitalis, & ex forma statutorum, quæ communiter sunt per Italiam potest impunè offendi, tunc enim habetur pro hoste Civitatis, & etiam pro mortuo, &
31 comparatur deportato; nec potest acquirere etiam secundùm juris communis dispositionem in territorio, à quo est bannitus, sed facit locum cohæredi, vel substituto ex testamento, & proximioribus ab intestato, excluso fisco, *Alex. cons. 23. n. 9. & seq. lib. 1. Put. dec. 417. n. 6. lib. 3. Rot. dec. 27. num. 1. apud Merlin. de legit.* ubi quod condemnatus in pœnam capitis, & confiscationis omnium bonorum, ex causa homicidii, est incapax successionis etiam respectu legitimæ vigore bullarum contra homicidas editarum, *Alcia. cons. 6. n. 14. lib. 2. tom. 1.* ubi dicit, quod talis bannitus etiam in bonis potest a
32 quocunque offendi, vel a fisco spoliari, *jux. textum in leg. transfugam ff. de Acquir. rer. dom.* quod etiam procedit in bonis quæsitis per ipsum Bannitum post confiscationem, *Alex. in l. 1. n. 4. vers. sed substituendo sup. dicto, C. de Hered. inst. Clar. d. q. 78. vers. ulterius quæro, & alii apud Caball. d. cas. 264. n. 16.*
33 *& sed. quibus adde Rot. dec. 103. num. 9. & seq. p. 6. Recen.* ubi, quod extra territorium Bannientis effectus banni non porrigitur.

34 Secus esset, si Reus bannitus fuerit pro alio delicto, ex quo pœna capitalis non infertur: tunc enim non æquiparatur deportato, sed potius relegato: & propterea amittit tantùm jura suę Civitatis, non autem jura communia; consequenter est incapax quidem successionis vigore statutorum bannientium delatæ, non autem successionis, quæ de jure communi defertur, *Menoch. lib. 5. præsump. 45. num. 5. & seq. Curt. Jun. cons. 182. n. 8. Farin. in Pract. crim. tit. de variar. & divers. quæst. q. 102. n. 90. & seq. & alii quos refert, & sequitur Caball. d. cas. 264. n. 27. & seq.* subdens n. 32. quod si Bannitus offendi non
35 posset, licèt in pœnam mortis damnatus esset etiam cum publicatione bonorum, nec jura communia, nec municipalia propriæ Civitatis amitteret, & ideò capax esset cujuscumque hæreditatis sibi delatæ tam de jure communi, quàm ex statuto Civitatis, *ut tradit Alexan. & alii in d. l. 1. Cod. de hæred. instit.*

Quæres, an in confiscatione bonorum filiifam. veniant 36
bona castrensia ipsius filii? Resp. negativè, sed in his pater præfertur fisco *l. si filius, C. de Bon. proscript.* ubi peculium castrense filii deportati non debetur fisco, sed Patri: quod eò magis procedit in bonis profectitiis & adventitiis, sive in hujusmodi adventitiis pater habeat usumfructum, sive non quia filiis interdicta est omnis alienatio sine patris consensu, *l. cùm non solùm, §. filius, C. de Bon. quæ liber.* ergo delinquendo non alienabunt, sed apud Patrem manebunt, *ut rectè infert Bart. in l. si finita, §. si de vectigalibus, n. 12. ff. de Damn. inf. Curt. sen. cons. 59. n. 12. Siman. de Heret. c. 9. n. 14. Paris. cons. 157. nu. 1. lib. 4. Dida. lib. 2. res. c. 8. post num. 7. et alii apud Clar. qui communem dicit, in Pract. crim. §. fin. qu. 78. vers. præterea quæro, cum vers. seq. & hanc etiam veriorem, & æquiorem dicit Rot. dec. 455. n. 13. & seq. p. 5. tom. 2. Recen.* ubi, quod omnia Patri reservantur in solatium patriæ potestatis.

Quæres 2. an pœnæ, seu confiscationes pertineant ad eum, 37
qui erat Dominus jurisdictionis tempore commissi delicti, vel potius ad eum, qui Dominus est, & exactor tempore condemnationis latæ? Resp. quod alii tenent, tempus delicti, & non sententiæ inspiciendum esse, ut scilicet pœnæ hujusmodi ad eum pertineant, cujus erant fructus tempore delicti, licèt post tempus ipsius condemnatio sequuta sit: quia commisso delicto statim quæsitum fuit jus priori Domino, *l. quæcunque actiones, ff. de Action. & obligat. & hæc est communis Doctorum opinio teste Tiraq. de Retr. conv. §. 5. gl. 4. n. 21. & seq. ubi citat Cyn. in l. ult. ff. de Jurisd. omn. Jud. Ang. in l. si possessor, §. 1. ff. de Petit. hæred. Pet. Ancha. & Jo: And. in cap. 1. & 2. extr. Nè Prælat. vic. suas, Alex. cons. 7. lib. 3. Ruin cons. 193. lib. 1.* contraria tamen sententia mihi semper placuit, videlicet tempus sententiæ, non autem delicti in hoc esse attendendum: nam pœna non est, nec dicitur debita jure obligationis, nisi sequuta sententia condemnatoria, quia officio Judicis debetur ad publicam vindictam; propterea hypotheca non nascitur, nisi a die contractæ obligationis per condemnationem, *idem Bart. in l. fin. ff. de Injur. & in l. aufertur, §. fiscus, ff. de Jur. fiscal. & in leg. unic. Cod. Pœn. fiscal. &c. libr. 10. & est communis opinio teste Peregr. de Jur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 182.* unde ante sententiam pœnę censentur veluti fructus pendentes, *ut trad. Bal. Imol. & Aret. apud eundem Peregr. d. tr. lib. 6. tit. 5. n. 44. ubi dicit hanc esse veriorem*, & ità servatur in Curiis Delphi. *teste Guid. Pap. decis. 535.*

S V M M A R I U M.

1 *Quando præsumptio usurarum inducatur ex pacto de retrovendendo, & modicitate pretii, & n. 3.*
2 *Modicitas pretii non attenditur ad hunc effectum; nisi sit ultra dimidiam justi pretii: limitatur n. 5.*
3 *Quid si conventio est concepta, ut non possit venditor redimere, nisi post certum tempus.*
4 *Ex pretio injusto, si vilissimum sit, annuus census in fraudem usurarum intelligitur constitutus.*
6 *Si in contractu census adjiciatur pactum, quod non possit redimi, nisi post certum tempus, contractus esset usurarius.*
7 *Quid si fiat pactum, quod emptor census possit cogere venditorem ad redimendum, & n. 8. & 9.*
10 *Quando quis sua sponte emptor denunciavit, se velle censum redimere, pretium ab eo etiã invito intrà annũ repeti potest.*
11 *Pactum retrovendendi incontinenti appositum habetur pro parte pretii, & æstimationem minuit.*
12 *Quid si fiat ex intervallo post venditionem.*
13 *In qua parte valorem rei diminuat pactum de redimendo.*
14 *Pretium seu valor rei minuitur, si prædium est subjectum solutioni alicujus Canonis, vel census, vel si venditum fuit sine cautione de evictione.*
15 *Quid si pactum retrovendendi est limitatum in damnum venditoris, ut scilicet ipse non possit redimere, nisi post elapsum certum tempus.*
16 *Pactum de retrovendendo ex longo intervallo adjectum non inducit præsumptionem fraudis.*

C A P U T LXV.

Quando ex pacto de retrovendendo, & modicitate pretii inducatur præsumptio usurarum.

IN hac quæstione distinguendum est: nam aut pactum de 1
retrovendendo fuit purè, & simpliciter conceptum, quod
lice-

liceret venditor intra certum tempus, aut quandocumque
redimere; & tunc præsumptio usurarum ex prædictis conje-
cturis non inducitur, nisi concurrat aliud quæsitum videli-
cet, quod emptor sit solitus fœnerari; in tali enim casu em-
ptor non emptor habuisset animum lucrandi fructus, eum te-
neatur quandocunque revendere, *ut d. Aym. cons. 156. n. 5. & alii apud Gratian. disc. for. c. 258. numer. 1. 2.* & *3. Cevall. in spec. opin. commun. con. commun. q. 224. vers. sed contrariam &c. Ce-*
2 *phal. cons. 289. n. 37. lib. 2.* ubi etiam dicit, quod modicitas pre-
tii non attenditur ad hunc effectum, nisi sit ultra dimidiam
justi pretii, *ut sentit etiam Honded. cons. 31. n. 69. lib. 1. & cons. 33. n. 61. & seq. lib. 2. Rot. coram Martin. Audr. dec. 109. n. 7. Cacher, dec. 42. n. 9. vers. primam tamen.*
3 Si verò hujusmodi conventio est concepta, ut non possit
venditor redimere, nisi post certum tempus, tunc ad hunc
effectum sufficit parvitas pretii & pactum de retrovendendo:
cum ex hoc arguatur, voluisse emptorem lucrari fructus me-
dii temporis ità, ut hæc sola conjectura æquivaleat illi, quod
emptor sit solitus fœnerari, *cap. ad nostram, de emp. & vendit. Jas. cons. 153. col. 2. lib. 4. Soc. cons. 248. col. 1. lib. 2. Mant. de Tacit. lib. 4. tit. 31. n. 33. in fin. & lib. 8. tit. 20. n. 9. ubi dicit, ita servari in Rota, Mend. dec. 158. de empt. & vend. & alii apud Grat. ubi supra d. c. 258. n. 4. & seq. latè Mascar. de prob. concl 441. n. 1. & seq.*
4 *Mant. d. lib. 8. tit. 22.* ubi addit, quod ex pretio injusto, si vilis-
simum sit, annuus census in fraudem usurarum intelligitur
constitutus, *Hund. cons. 33. num. 66. lib 2.*
5 Observa tamen, quod licet regulariter loquendo modici-
tas pretii debeat esse ultra dimidiam justi pretii, tamen strad-
sunt conjecturæ, licet læsio non sit ultra dimidiam, contra-
ctus judicaretur fœneratitius, cum a jure non sit taxata certa
quantitas, *ut d. Affl. dec. 40. n. 19. Rot. dec. 344. n. 6. & seq. p. 4. to. 2. Recent.* & ideò standum est Judicis arbitrio, *c. de causis in fin. ex off. deleg.* unde stantibus conjecturis sufficeret læsio usque
ad tertiam partem, *Rot. in Romana Palatii de Incoronatis 1. Junii 1563. coram Vicecomite, & d. dec. 344. n. 9.* vel etiam usque
ad octavam, *secundum Bart. Veron. in tract. de simulat. contract. vers. verum quia in isto libello &c. in 6. opin. n. 109. & 112. Affl. loco cit.* immo sufficere alias conjecturas sine modicitate pre-
tii dixit *Rota coram Millin. dec. 29. num. 15. Rol. a Vall. cons. 40. num. 42. lib. 2.*
6 Unde si in contractu census adjiciatur pactum, quod non
possit redimi, nisi post certum tempus, contractus esset om-
ninò usurarius, etiamsi aliæ conjecturæ non concurrant: quia
per constitutiones Summorum Pontificum ista facultas sta-
tim competit venditori; *Covar. var. res. lib. 3. c. 8. n. 8. vers. qua ratione, Mant. de Tac. & ambig. conven. lib. 4. tit. 31. n. 33. in fin. vers. sed hac opinio, & n. 69. in princ.* ubi dicit, contractum es-
7 se etiam usurarium stante pacto, quod emptor census possit
cogere venditorem ad redimendum, & *lib. 8. tit. 20. nu. 26. ad*
8 *fin. vers. sed in sacro, Grat. d. c. 258. n. 20. & seq.* subdens *n. 24.* pa-
ctum, quod sit licita repetitio sortis, vitiari, non autem vi-
tiare contractum.
9 An verò valeat pactum, quod possit venditor compelli ad
redimendum, si fuerit in mora solvendi censum? non nulli
Doctores affirmant, præsertim si cum juramento promiserit
solvere tempore constituto, *ità Gabr. cons. 152. n. 5. lib. 1. Ma-
str. dec. 95. num. 3. & 4. p. 1. quos refert Grat. d. c. 258. nu. 20.* & *22.*
alii tamen verius negant, cum per Constitutionem S. Pii V.
reprobentur hujusmodi pacta, præterquam in casu, in quo
10 est facta denunciatio redimendi, *Mantic. d. lib. 8. tit. 22. n. 25.*
ubi dicit, quod quando quis sua spontè emptori denunciavit,
se velle censum redimere, tunc post factam denunciationem,
intra annum ab eo etiam invito pretium repeti potest.
11 Observa 2. quod licet pactum retrovendendi incontinenti
appositum habeatur pro parte pretii, & æstimationem mi-
12 nuat: secus tamen esset, si fiat ex intervallo post venditio-
nem ex mera liberalitate emptoris: tunc enim dici non po-
test res minus vendita, *Ruin. cons. 66. n. 9. lib. 4. Soc. cons. 288. in fin. lib. 2. Rolan. cons. 96. n. 41. lib. 2. Cephal. cons. 370. num. 95. lib. 3. Covar. d. lib. 3. cap. 10. num. 1. & alii apud Gratian. discept. for. cap. 786. num. 17.*
13 Observa 3. quod in constituendo justo pretio habenda est
ratio pacti de redimendo, quod minuit valorem rei in tertia,
vel quarta parte, si est perpetuum, & liberum ad libitum
venditoris: & circa sextam, si est temporale; item si præ-
14 dium est subjectum solutioni alicujus canonis, vel census,
vel si venditum fuerit sine cautione de evictione; tunc enim
pretium, seu valor rei minuitur, *latè Rot. d. dec. 344. n. 10. & seq. p. 4. tom. 2. Recen. Hond. d. cons. 33. num. 63. lib. 2.* Secus esset,
15 quando pactum retrovendendi est limitatum in damnum
venditoris, ut scilicet ipse non possit redimere, nisi post elap-
sum certum tempus: quia tunc pro tempore, quo redimi
nequit, pactum hujusmodi nihil minuit de vero valore: nam
pro tempore, quo res vendita redimi nequit, nullum potest
considerationus, & consequenter nulla potest fieri diminu-
tio veri valoris, *ut dixit eadem Rota dec. 17. nu. 4. & seq. par. 7. Recen. & coram Burat. decis. 62. n. 8. & decis. 471. num. 3. latè Fe-
rentill. ad Burat. dec. 761. num. 12. & seq.*
Observa 4. quod pactum de retrovendendo ex longo in- 16
tervallo adjectum non inducit præsumptionem fraudis, *Bar-
tol. in l. nemo potest, numer. 11. & ibi Doctores communiter, ff. de leg. 1. Tiraquell. de Retract. conven. in præfat. numer. 6. Ca-
cher. dec. 42. num. 10.*

S U M M A R I U M.

1 *Matrimonio cum parva dote, aut sine ulla dote contracto, quarta pars bonorum mariti, si locuples sit, uxori inopi a jure conceditur: declaratur n. 4. & seq.*
2 *Maritus pauper consequi etiam potest quartam bonorum uxoris divitis.*
3 *Dispositum in uno conjuge habet etiam locum in alio.*
5 *Quando uxor in virilem portionem succedat in bonis viri, & num. 6.*
7 *Quid si mulier adhuc ducta non fuerit ad domum viri.*
8 *Non debetur quarta hujusmodi, nisi prius constet de paupertate alterius conjugis, & n. 16.*
9 *Quarta hujusmodi datur in subsidium.*
10 *Quid si conjux haberet patrem, aut matrem divitem.*
11 *Et quid si uxor posset consequi quartam in bonis primi viri.*
12 *Et quid si legatum sufficiens ad alimenta ab extraneo relictum fuerit uxori, & num. 21.*
13 *Quid si tale legatum relictum fuerit uxori a marito, & n. 15.*
14 *Maritus non potest hanc quartam diminuere.*
17 *Quid si uxor ex dote, vel aliis bonis percipere possit redditus sufficientes ad vitæ necessitatem, non tamen ad honorificentiam, quam uxor servabat vivente viro.*
18 *Et quid si uxor transiret ad secundas nuptias.*
19 *Arbitrio Judicis relinquitur, quando uxor censeatur inops.*
20 *Paupertas uxoris ad effectum consequendi hujusmodi quartam, adesse debet tempore, quo moritur maritus: limitatur num. 22.*
22 *Quid si uxor casu fortuito absque culpa incontinenti pauper evaderet post obitum viri.*
23 *Mulier impudicè vivens post mortem mariti, amittit quartam.*
24 *Quid si condemnata fuerit de crimine expilatæ hæreditatis viri.*
25 *Et an conjux, qui causam dedit separationi thori, privetur hujusmodi quarta.*
26 *An quarta hujusmodi solvi debeat de bonis restitutioni subjectis.*

CAPUT LXVI.

An, & quando debeatur quarta uxori in bonis viri.

NE uxor in opprobrium prioris matrimonii, ac mariti 1
mendicare cogatur, miserationis gratia a jure eidem
uxori, ubi matrimonium contractum fuerit cum parva dote
vel sine ulla dote, quarta pars bonorum mariti concessa est,
dummodò maritus locuples sit, & uxor laboret inopia, *auth. præterea, ubi DD. Cod. unde vir, & uxor. § quoniam verò, in* 2
Auth. de exhib. reis, ubi etiam, quod maritus pauper consequi
potest quartam bonorum uxoris divitis; quia dispositum in
uno habet etiam locum in alio conjuge, *Cephal. cons. 244. n. 10. lib. 3. Surd. dec. 61. n. 11.* quod quidem procedit, si tres, 4
vel pauciores extant liberi, sive communis, sive alterius ma- 5
trimonii: nam si plures sint, in virilem portionem succede- 6
ret, ita tamen, ut ejusdem matrimonii liberis proprietatem
servet; iis vero non extantibus, vel si nullos habuerit, etiam
in proprietate succedit, *ut in dict. auth. præterea:* quemad-
modum etiam dominium acquirit, quando supersunt tan-
tùm filii primi matrimonii, *Cephal. consil. 671. num. 31. Surd. consil. 196. num. 34. Gratian. discept. forens. cap. 120. num. 18. Fon-
tanell. de Pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. par. 10. numer. 37.* ubi dicit, 7
quod dispositio *d. auth. præterea*, procedit etiam inter spon-
sos de præsenti, licèt uxor non fuerit ducta ad domum
viri.
Ut autem hujusmodi quarta debeatur, constare prius de- 8
bet, quod uxor, vel maritus ita sit pauper, ut aliunde non
habeat, unde vivere possit: quia quarta hujusmodi datur in 9
subsidium, *ut tradunt DD. in d. auth. præterea, Honded. con-
sil. 93. num. 18. lib. 1. Surd. dec. 61. num. 15. Thesaur. dec. 44. nu. 3.*
unde si haberet patrem, aut matrem divitem, excluderetur a
quarta, *Honded. qui communem dicit, in dict. cons. 93. n. 26. & seq.*

seq. Cephal. d. cons. 244. n. 20. & seq. quemadmodum si uxor pos-
11 set consequi quartam ex bonis primi viri, illam petere ne-
quit in bonis secundi, quia tunc non diceretur pauper, So-
cin. cons. 121. n. 30. & seq. lib. 4. quem refert, & sequitur Cephal. d.
12 cons. 244. num. 22. & seq. ita etiam, si legatum sufficiens ad ali-
menta relinqueretur uxori, quarta hujusmodi non debere-
tur, quia non dicitur pauper qui habet actionem ad conse-
quendum id, ex quo potest se alere, Surd. de Alim. tit. 9. q. 35.
num. 34. & 35. Bellon. de Potestat. eorum, quæ incontinenti fiunt
&c. lib. 1. cap. 172. ubi dicit, quod mulier non potest repu-
13 diare legatum, ut sentiat beneficium dict. auct. præterea:
quod intelligendum est de legato relicto ab extraneo; secus
si relinquatur a marito: quia licèt legatum relictum uxori a
marito imputari debeat in hujusmodi quartam, ut in d. auct.
14 præterea, tamen id, quod deest ad supplementum, uxor
petere potest; non enim licitum est marito hanc quartam di-
minuere, Socin. cons. 108. in prin. lib. 1. Bec. cons. 76. n. 8. Surd.
cons. 81. n. 15. Joseph. Lud. concl. 35. ampl. 4. Mich. Graff. de Suc-
cess. ab intest. q. 43. & alii apud Gratian. discep. for. cap. 120. n. 34.
15 & seq. ubi addit, quod confiscatis bonis viri non censetur
confiscata hujusmodi quarta. Hoc tamen procedit, quando
maritus relinqueret uxori legatum sufficiens ad alimenta; se-
cus si legatum esset sufficiens, quia tunc uxor non censetur
pauper, & ideò cessaret dispositio dictæ auct. præterea, Ri-
minald. cons. 314. incip. omissis non necessariis, quem refert, & se-
quitur Cephal. d. cons. 244. n. 10. & seq. & præcipuè nu. 25. & ita
sentire videtur Honded. d. cons. 93. num. 29. versus fin. ubi dicit,
quod quarta hujusmodi non debetur, nisi quando mulier est
inops, & sine quarta mendicare cogeretur.

17 Item uxor a prædicta quarta excluderetur, si ex dote, vel
aliis bonis percipere posset redditus ad vitæ necessitatem suf-
ficientes, licèt non sufficiant ad honorificentiam, quam
uxor servabat vivente viro, ut ex §. quoniam vero in Auct. de
exhib. reis prob. Surd. dec. 61. n. 9. & seq.

18 An verò cesset dispositio dictæ auct. quando uxor transit
ad secundas nuptias? Respond. negativè, quia omnes pœ-
næ, quas jus civile inflixit contra mulieres secundò nuben-
tes ratione temporis, & festinantiæ sublatæ sunt de jure ca-
nonico, exceptis pœnis in favorem filiorum primi matri-
monii introductis, c. penult. & fin. ubi DD. de secund. nupt. latè
Fontan. de Pact. nupt. claus. 5. gl. 8. p. 11. num. 2. & seq. & claus. 7.
gl. 3. p. 11. num. 78.

19 In quibus autem casibus uxor censeatur inops, arbitrio Ju-
dicis relinquitur, qui considerare debet qualitatem personæ,
Honded. d. cons. 93. num. 30. lib. 1. latè Menoch. de Arbitr. Judic.
cas. 65. n. 7. Grat. d. c. 120. n. 2. & seq. ubi quod inspecta qualitate
personæ uxor pauper existimatur, quæ nupsit cum dote cen-
tum florenorum.

20 Observa tamen, quod paupertas uxoris ad effectum con-
sequendi hujusmodi quartam, adesse debet tempore, quo
moritur maritus, Bellon. loco cit. d. c. 172. num. 12. Cephal. dict.
cons. 244. num. 4. lib. 2. ubi etiam dicit, quod licèt posteà non
egeat, nubendo videlicet alteri diviti non tamen excludere-
tur a dicta successione, quemadmodum è contra si uxor es-
set dives tempore mortis mariti, non posset quartam petere
etiamsi progressu temporis in egestatem venerit, Dec. cons. 24.
per tot. Joseph. Lud. concl. 35. ampliat. 2. & alii apud Grat. di-
scep. for. c. 120. n. 59. & seq. Fontanell. de Pact. nupt. claus. 5. gl. 8.
p. 10. num. 14. & seq.

21 Ita etiam, si tempore mortis mariti competeret actio uxo-
ri ad consequendum legatum sufficiens ad alimenta, exclu-
deretur similiter a petitione quartæ; secus si marito jam
mortuo supervenerit talis actio, ut post Dec. dicto consil. 24.
tradit Surd. de Alim. titul. 9. q. 35. num. 44. & 45. Cephal. d. con-
sil. 244. num. 4.

22 Observa 2. quod licèt tempore mortis viri uxor esset di-
ves, tamen si incontinenti casu fortuito, putà incendio,
ruina, aut alio accidenti absque culpa pauper fieret, non
excluderetur a quarta; quemadmodum è contra exclude-
retur, si incontinenti post obitum viri casu fortuito dives
fieret, Grat. d. c. 120. num. 62. & seq. Bellon. dicto lib. 1. cap. 172.
numer. 12.

23 Observa 3. quod mulier impudicè vivens post mortem ma-
riti, amittit hujusmodi quartam, Socin. cons. 121. nu. 35. vol. 4.
Lup. in repet. rubr. de Donat. int. vir. & uxor. §. 67. n. 15. & alii,
quos refert, & sequitur Surd. dec. 61. n. 16. & 18. ubi etiam dicit,
hoc procedere in uxore condemnata de crimine expilatæ hæ-
24 reditatis viri, Grat. d. c. 120. n. 72. & seq. ubi addit, quod con-
jux, qui causam dedit separationi thori, privatur hujusmo-
25 di quarta, Fontanell. d. claus. 5. gl. 8. p. 10. n. 38. & p. 11. n. 46. &
seq. ubi quod quarta solvenda est de bonis mariti, & non de
26 bonis restitutioni subjectis.

SUMMARIUM.

1 Bona etiam futura sub hypotheca comprehenduntur.
2 Si jus debitoris obligantis resolvitur ex causa antecedenti necessaria, resolvitur etiam jus tertii, & omnis obligatio medio tempore contracta: declaratur n. 4. & 24.
3 Quid si jus debitoris resolvatur ex causa voluntaria, & num. 24.
5 An emphyteuta super re emphyteutica possit servitutem imponere, illamque obligare.
6 Et an servitus, vel obligatio hujusmodi evanescat finita emphyteusi: & num. 10.
7 Et an Domino directo noceat aliqua præscriptio in servitute.
8 Et quid in rebus feudalibus.
9 Qui non habet dominium liberum, non potest illud liberè transferre, sed cum sua qualitate temporali.
10 Quando res emphyteutica transeat ad Dominum cum oneribus per emphyteutam impositis, & quando non, & nu. 20. & 23.
11 An gravatus possit alienare bona fideicommisso supposita.
12 Si Donatarius alimenta Donanti negaverit, res donata ad ipsum Donantem revertitur libera ab omni obligatione.
13 Quid si natis liberis revocatur donatio, vel ob aliam ingratitudinis causam.
14 Quando donatio ob causam ingratitudinis non possit revocari.
15 Venditore rem vigore pacti redimente, extinguitur omnis hypotheca, & obligatio medio tempore constituta ab emptore.
16 Quid si vicinus, vel consanguineus ex vi statuti retraheret rem venditam.
17 Et quid si venditio rescinditur ad instantiam venditoris per enormissimam læsionem.
18 Et quid si donatio resolvitur ob defectum insinuationis.
19 Bart. in l. si res, ff. quib. mod. pign. &c. explicatur, & n. 21.
22 Nemo tenetur temerè litigare, & malam causam tueri.
24 Quando rescisso contractu remaneat hypotheca medio tempore contracta.
25 Quid si conventus causam non defenderit.
26 Et quid si venditor hac lege fundum vendiderit, ut si alius meliorem conditionem intra certum tempus attulerit, fundus censeatur inemptus.
27 Quando dominium ipso jure absque traditione retrotransferatur in venditorem.
Quando pactum legis commissoriæ ipso jure transferat dominium in emptorem & quando non, ibidem.
Pactum addictionis in diem quodnam sit, & quomodo differat a pacto legis commissoriæ, ibid.
28 Venditio rerum fiscalium tacitè semper intelligitur facta cum pacto addictionis in diem.
29 An in redhibitoria durent hypothecæ medio tempore contractæ.
30 Pactum resolutivum an censeatur in singulis capitulis repetitum.
31 Professus religionem incapacem bonorum in communi, si auctoritate Apostolica transferatur in Religionem capacem, non reintegratur ad bona jam amissa per professionem in Religione incapaci.
32 An talis Professus recuperet in tali casu legatum, annuum sibi antea factum.

CAPUT LXVII.

An resoluto contractu resolvatur etiam jus tertii medio tempore quæsitum.

IN tribunalibus frequenter hęc quæstio ventilatur: nam sæ-
pè res venduntur, seu alio modo conceduntur; deinde ab
emptore, seu earumdem rerum possessore aliis obligantur, ut
observat etiam Bart. in l. in diem nu. 2. ff. de Aqua pluv. arc. Ci- 1
riac. contr. for. 55. n. 11. & seq. ubi, quod bona etiam futura sub
hypotheca comprehenduntur, etiamsi generaliter tantum
bona debitoris obligentur, per l. 1. ff. de Pign. l. fin. Cod. quæ res
pign. oblig. poss.

Quæritur ergo, an revocato contracto, resolvatur etiam
pignus, seu jus tertii medio tempore quæsitum.

Et quidem communis est conclusio, quod si jus debito- 2
ris obligantis resolvitur ex causa antecedenti necessaria,
tunc resolvitur etiam jus tertii, & omnis obligatio medio
tempore contracta; secus si ex voluntaria, l. si res, ubi Bart. 3
& alii ff. quib. mod. pign. vel hypot. solv.

Requiritur tamen quod is, qui hypothecavit medio tem- 4
pore,

pore, sit reus, quando agitur ad rescissionem contractus: tunc
enim solvuntur hypothecæ ab eo contractæ: secus si sit actor,
*ut ex l. lex vectigali, 31. ff. de Pign. l. si res. 3. & leg. si debitor, 4. ff.
quib. mod. pign. vel hyp. solv. & aliis juribus prob. Ciriac. d. contr.
55. n. 34. & seq. post Bal. in l. 2. n. 16. in 13. q. C. de Rescind. vendit.
Negus. in tract. de Pign. in 1. mem. 5. p. sub n. 43. vers. nec obstat.*
5 Ex quo infertur primò, quòd licèt emphyteuta possit ser-
vitutem constituere in re emphyteutica, illamque obligare,
6 *l. 3. ff. de servit. d. l. lex vectigali ff. de Pign.* tamen finita emphy-
teusi obligatio hujusmodi, & servitus imposita evanescit, *d.
l. lex vectigali, §. item quæsitum,* etiamsi facto, & culpa emphy-
teutæ finita fuerit emphyteusis, putà si non solverit canonem,
vel rem emphyteuticam alienaverit sine licentia, *Bart. in d. l.
in diem, n. 2. ff. de Aqua pluv. arc. Soc. Jun. cons. 119. nu. 17. vol. 2.
Surd. de Alim. tit. 9. q. 42. n. 19. & 20. Aldovin. cons. 15. sub n. 6. &
alii apud Ciriac. d. contr. 55. n. 28.* & 27. nec nocet Domino di-
7 recto aliqua præscriptio in servitute, *l. cum notissimi, §. illud, C.
8 de Prescript. 30. ann.* quod etiam procedit in rebus feudalibus,
*cap. Imperialem, §. calidis, de Prohibition. feud. alienat. & notat
Bal. in l. fin. §. sed quia nostra, n. 7. Cod. commun. de legat.* & ratio
9 est, tum quia qui non habet dominium liberum, non potest
illud liberè transferre, sed cum sua qualitate temporali, *ut
dicit Bald. ibidem*: tum etiam quia in his casibus consideratur
etiam necessitas inspecta origine, & contractu præambulo,
unde omnia derivantur, *ut post Pinell. dicit Surd. loc. cit. tit. 9.
d. q. 42. num. 20.*
10 Hoc tamen locum habet, quando res emphyteutica, seu
feudalis redit ad Dominum jure dominii, videlicet jure præ-
lationis, vel commissi; secus si alio modo, putà ex volun-
taria emptione, aut venditione, vel datione in solutum, do-
natione, legato, aut alio titulo eam ab Emphyteuta, vel Va-
sallo habuerit: quia tunc remanent onera super eadem re im-
posita, *l. si debitor, Cod. de Distract. pignor. Guid. Pap. decis. 575.
Tiraq. de Retr. lign. §. 34. gloss. 1. n. 9.* & 10. ratio differentiæ est,
quia primo casu Dominus directus a seipso causam habere di-
citur, cum tale jus Domino detur jure dominii; secundo ca-
su causam habet ab ipso emphyteuta, vel Vasallo, illique
succedit, ut quilibet privatus, *Guid. Pap. decis. 575. Boer. dec.
181. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 3. §. 8. n. 36. & seq. Cacher.
dec. 156. num. 9. & seq.*
11 Eadem ratione, licèt gravatus possit alienare bona fidei-
commisso supposita, dum pendet conditio, ea tamen evenien-
te venditio resolvitur, *l. fin. §. sin autem C. comm. de legat.*
12 Infertur 2. quod si Donatarius alimenta Donanti negave-
rit, res donata ad ipsum donantem revertitur libera ab omni
obligatione, & hypotheca, sive in Donatione extet pactum
de alendo donantem, sive non extet; tenetur enim Donata-
rius circumscripto etiam pacto alere Donantem, *Bald. in c. 1.
§. rursus si fidelis, Quib. mod. feud. amit. Tiraq. de Retr. lign. §. 34.
gloss. 1. n. 10. Surd. d. q. 42. n. 24. & seq.* ubi dicit, quod hæc condi-
tio revocandi donationem in tali casu videtur ab initio appo-
sita, & a lege inserta donationi, tamquam de ejus natura,
Gratian. discep. for. c. 381. n. 20. & 21.
13 Idem dicendum, quando natis liberis revocatur donatio,
vel ob aliam ingratitudinis causam: quia tunc etiam resolvi-
tur hypotheca medio tempore contracta, *late Merlin. de Pi-
gnor. lib. 5. q. 19.*
14 Notandum tamen est, quod si res donata ante commissam
ingratitudinem per donatarium alienata fuerit, non poterit
a donatore revocari, *l. his solis C. de Revoc. donat.*
15 Infertur 3. quod si venditor rem vigore pacti redemit, ex-
tinguitur similiter omnis hypotheca, & obligatio medio tem-
pore constituta ab emptore, *Bart. communiter receptus in d. l.
si res, n. 1. ff. Quib. mod. pign. 2. vel hypot. solv.*
16 Idem dicendum, si Vicinus, vel consanguineus ex vi sta-
tuti retraheret rem venditam, *Tiraq. de Retr. conven. §. 3. gl. 1.
17 n. 10. Ciriac. d. contr. 55. n. 41.* vel quando rescinditur ad instan-
tiam venditoris ob enormissimam læsionem, *jux. l. 2. C. de Re-
18 scind. vend.* vel ubi donatio resolvitur ob defectum insinua-
tionis, *jux. l. sancimus, C. de don.* quia res hujusmodi vendita,
vel donata non erat apud emptorem, vel Donatarium irre-
vocabiliter, & jure perpetuò, sed revocabiliter ex dispositio-
ne legis; & ideò ex causa antecedenti necessaria resolvitur
contractus, non voluntaria, *ita Bald. in d. l. 2. n. 17. Cod. de Re-
scind. vend. Ciriac. d. contr. 55. n. 41. Grat. discep. for. c. 355. n. 12. &
seq. & alii apud Tiraq. de Retr. conv. §. 3. gl. 1. n. 12. Surd. d. tit. 9.
q. 42. n. 18.* & 22. quorum opinio verior est, quicquid dicat
19 *Bart. in d. l. si res, n. 2. & 3. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solv.* non
enim obstat, quod Donatarius voluntariè omiserit insinua-
tionem, & quod emptor in dicto casu potuerit supplere pre-
20 tium, & ita rem non reddere venditori, *jux. tex. in d. l. 2.* quia
non ideò res voluntariè restituitur, sed ex necessitate, jure ita
disponente; quemadmodum licèt esset in potestate emphy-
teutæ solvere canonem, eo tamen non soluto, etiam volun-
tariè, res emphyteutica, cessante fraude, ad Dominum libe-
ra ab omni onere obligationis, & servitutis revertitur, ut su-
prà diximus & rectè advertunt *Bald. & Tiraq. locis cit.* asse- 21
rentes opinionem *Bart.* veram esse, quando sine judicio res
spontè redderetur, *per l. si debitor in prin. ff. Quib. mod. pign. vel
hypoth. solv.* quod intelligendum est, quando reus ad id cogi
non poterat, secus si cogi poterat, *Pinell. in l. 2. p. 2. c. 3. n. 16. C. de
Rescind. vend. Surd. de Alim. tit. 9. q. 42. n. 23. Ciriac. d. contr. 5. n.*
35. tum quia talis actus non censetur voluntarius, *arg. l. novis- 22
simè, ubi idem Bald. ff. quod fals. tut. auct.* tum etiam quia nemo
tenetur temere litigare, & malam causam tueri, *gl. & Bart.
in l. Herenius ff. de evict.* constare tamen debet, quod reus
potuerit cogi, aliàs non tollitur jus tertii; *latè Surd. de Alim.
tit. 9. q. 42. n. 23. & seq.*
Dixi, cessante fraude, quia secus esset, ubi constaret de 23
fraude, & collusione, *ut post Bald. cons. 371. vol. 1. & alios ob-
servat. Ciriac. d. contr. 55. n. 39.*
Notandum est autem, quod si emptor læsus ultra dimi- 24
diam, agat ut sibi restituatur pretium excessivè erogatum,
vel quod venditor recipiat rem suam, tunc venditore eli-
gente rescissionem contractus, non resolvitur hypotheca
medio tempore contracta ab ipso emptore quia in tali casu
emptor, qui hypothecavit, est actor, & voluntariè resolvit
contractum, *Pinell. in d. l. 2. p. 2. c. 3. num. 32. C. de Rescind. vend.
quem refert, & sequitur Ciriac. d. contr. 55. n. 44.*
Infertur 4. quod si conventus causam non defenderit, cùm 25
potuerit se defendere, sententia contra eum lata non nocet
tertio: quia tunc dicitur culpa sua succubuisse, & perinde
habetur, ac si spontè nullo cogente remisisset, *Bero. cons. 46.
n. 23. vol. 1. Franc. Marc. dec. 583. Rim. cons. 205. num. 22. vol. 2. &
alii apud Surd. d. tit. 9. q. 42. n. 32. & seq.*
Infertur 5. quod si quis hac lege fundum vendiderit, ut si 26
alius meliorem conditionem intra certum tempus attulerit,
fundus censeatur ineptus allata meliori conditione, si res in-
terim fuerit ab emptore pignori obligata, sicut emptio resol-
vitur, ita etiam pignoris obligatio tollitur, *l. si ex duobus, §. sed
& Marcellus, ff. de in diem addict. latè Mantic. de Tac. & am-
big. conven. lib. 4. tit. 28. per tot.* ubi etiam observat, dominium 27
allata meliore conditione stante tali pacto (quod dicitur ad-
dictio in diem) ipso jure absque traditione retrotransferri in
venditorem; sive hujusmodi pactum conceptum fuerit verbis
directis, veluti si dictum fuerit, quod si intra duos menses me-
lior sit allata conditio, res sit inempta, seu transferatur: sive
conceptum fuerit verbis obliquis, vel communibus, vel am-
biguis, sicuti est verbum revertatur, redeat, pertineat, & his
similia, dummodò tale pactum fuerit incontinenti; quicquid
aliud sit in pacto legis commissoriæ, hoc enim si verbis obli-
quis conceptum sit, impleta conditione, ipso jure non trans-
fert dominium in venditorem, *ut in l. 3. C. de Pact. int. empt. & 28
vendit.* cujus rei ratio est, quia pactum legis commissoriæ ad-
jicitur in pœnam, si intra certum tempus pretium non sit so-
lutum; & ideò restringitur, ut dominium ipso jure ab empto-
re in venditorem non transferatur, nisi fuerit conceptum ver-
bis directis; sed aliud est dicendum in pacto addictionis in
diem, quia allata meliori conditione contractus ex voluntate
contrahentium ità dissolvitur, ut non videatur fuisse cele-
bratus, *Cov. var. res. lib. 3. c. 8. num. 1. vers. Secundo ead. conclusio,
Mant. loc. cit. n. 15.* subdens, *n. 46.* quod venditio rerum fiscaliũ
tacitè semper intelligitur facta hoc pacto addictionis in diem.
Infertur 6. quod in redhibitoria durant hypothecæ medio 29
tempore contractæ; *juxta l. si debitor, 4. in prin. ff. Quib. mod.
pign. vel. hypoth. solv.* quia talis resolutio dicitur voluntaria, *ut
ex d. l. si debitor, ff. Quib. mod. pign. vel hyp. solv. l. bovem, 43. § pi-
gnus, ff. de Ædil. edict. l. probat. Ciriac. contr. for. 55. n. 62.*
Quæres, an pactum resolutivum censeatur in singulis capi- 30
tulis repetitum? Resp. negativè, quia onus in contractibus
non censetur repetitum, *l. quicquid adstringendæ, ff. de verb.
oblig. Rot. dec. 357. n. 5. & 6. p. 4. tom. 1. Recen.*
Quæres 2. an professus religionem incapacem bonorum in 31
communi, si auctoritate Apostolica transferatur ad religio-
nem capacem, reintegretur ad bona jam amissa per professio-
nem in Religione incapaci, & ab aliis medio tempore acqui-
sita? Resp. negativè, quia dispensatio Apostolica non trahitur
retro in tertii præjudicium, *Bal. in auct. ingressi nu. 22. C. de Sa-
cros. Eccl. quem cæteri communiter sequuntur, Nat. cons. 180. n. 4.
Fel. in c. inter quatuor n. 4. de major. & obed. Castr. in l. Gallus, §.
Et quid si tantum n. 20. Jas. nu. 71. ff. de lib. & posth. & alii apud
Burat. dec. 576. n. 1. & seq.* recuperat tamen in tali casu legatum
annuum sibi anteà factum, *ut post Sanch. in sum. tom. 2. lib. 7.* 32
c. 17. n. 28. dixit Rota coram eod. Burat. dec. 643. n. 19.

SUM-

S V M M A R I V M.

1 *Gravatus fideicommisso non tenetur restituere mobilia, quæ lapsu temporis præsumuntur consumpta, nec eorum pretium; limitatur n.4.6.& 13.*
2 *Ad probationem rerum minutarum sufficit talis qualis probatio arbitrio boni viri, etiam per conjecturas, & per juramentum, & n.3.*
4 *Bona mobilia, quæ servando servari possunt, veniunt sub generali fideicommisso, & de eis tenetur gravatus reddere rationem fideicommissario.*
5 *A quo fieri debent liquidatio hujusmodi mobilium.*
6 *Si hæres gravatus, requisitus a fideicommissario inventarium non confecit, non admittitur probatio præsumptiva, quod bona mobilia sint usu consumpta.*
7 *Quando detur juramentum in litem.*
8 *Quando hæres gravatus teneatur facere inventarium.*
9 *Et an possint res hereditariæ ad instantiam substituti describi, si hæres gravatus a confectione Inventarii fuerit per Testatorem exoneratus.*
10 *Et an hujusmodi descriptio faciat fidem.*
11 *Inventarium, seu descriptio confici debet expensis hæreditatis gravatæ.*
12 *Inventarium, quod fit per Tutorem, fieri debet expensis pupilli.*
13 *Tutor in culpa est, si res tempore perituras non distraxit.*
14 *Quid si res sine culpa & dolo hæredis pereat.*
15 *De quo tempore facienda sit æstimatio, quando hæres gravatus vult retinere tot bona hæreditaria pro pecuniis per ipsum erogatis in extinctionem æris alieni.*

CAPUT LXVIII.

An fidicommisso gravatus teneatur restituere mobilia quæ lapsu temporis præsumuntur consumpta.

1 Resp. quod nec mobilia hujusmodi, nec eorum pretium
tenetur restituere; quia ex judicio, & permissione Te-
statoris fideicommittentis sub conditione eorum usus fuit
permissus hæredi gravato; ideóque damnum in illis contin-
gens periculo fideicommissarii cedit; *l.mulier, §.sed enim ff.
Ad Senatus.Trebell.Greg.dec.*285.*n.*3 *Ciriac.contr.for.*143.*nu-
mer.*12.& 13.*lib.*1. *Peregr.de fideicomm.art.*10. *num.*40. ubi di-
2 cit, quod in istis mobilibus sufficit hæredi probare, quod
per cursum tanti temporis verisimiliter sint perempta, *juxta
doctrinam Bar.in l.quod ad præsens,n.*3.*C.de Murilegul. lib.*11.
& ibi Alex. lit.B. ubi, quod ad probationem rerum minuta-
rum sufficit etiam qualis probatio arbitrio boni viri, & per
3 conjecturas, *idem Alex.cons.*45.*n.*3.*lib.*1. ubi addit, quod hu-
jusmodi rerum consumptio probari potest etiam per jura-
mentum, *Grat.disc.for.c.*215.*n.*17.*& seq.*
4 Limita in bonis mobilibus, quæ servando servari possunt:
hæc enim veniunt sub generali fideicommisso, & de ejus te-
netur gravatus reddere rationem fideicommissario, *ut post
Soc.Jun.cons.*130.*n.*15.*in fin.& num.seq. lib.*1. *Mant. de conject.
ult.vol.lib.*2.*tit.*6.*num.*1. *dixit Greg.d.decis.*285.*numer.*1.*& seq.*
5 subdens, quod liquidatio hujusmodi mobilium tam quoad
substantiam, quàm quoad valorem, est facienda a fidei-
commissario: & de pecuniis existentibus tempore mortis te-
statoris, quatenus superent indigentiam hæredis, tradit *Pe-
regr. de fideicomm.art.*10.*n.*34. ubi, quod pecuniæ usus vide-
tur concessus, qui fit pro re, & commodo hæreditatis, non
autem abusus pro arbitrio hæredis, *Grav.cons.*316.*in nono dub.
Menoch.lib.*4.*præsump.*197.*n.*2.*& probatur ex textu in §.*1.*Inst.
de sing.reb.per fideicom.relict.ibi, hominem, vestem, & pecuniam
numeratam.*
6 Limita 2. quando hæres gravatus, requisitus a fideicom-
missario, inventarium non confecit: tunc enim inventario
non confecto non admittitur probatio præsumptiva, quod
bona mobilia sint usu consumpta, sed potius oritur alia præ-
sumptio contraria, quod non conficiens inventarium, il-
la occultaverit, *ut not.in l.tutor, qui repertorium, ff.de admi-
7 nistr.Tut. Afflict.dec.*13.*num.*17.*Cavalc. de Tutor.& Burat.
num.*60. ubi dicit, quod contra eum posset jurari in litem,
*Gratian.discep.for.cap.*215. *num.*17. & 18. *latè Peregr. de fidei-
8 commiss.art.*35.*num.*25. ubi, quod hæres gravatus tenetur fa-
9 cere inventarium fideicommissario postulante, secus eo non
requirente. Unde etiamsi hæres gravatus fuisset per testato-
rem exoneratus a confectione inventarii, tamen res hæredi-
tariæ ad postulationem substituti deberent pro sui conser-
10 vatione describi, *Guid.Pap.dec.*351. *per tot.* ubi etiam dicit,
quod hæc descriptio, licèt faciat fidem respectu hæredis, &
substituti, non tamen faceret fidem respectu creditorum le-
gatariorum, *Gratian.d.c.*215.*n.*22.
Addit *Guid.Pap.loc.cit.n.*5. quod inventarium, seu descrip- 11
tio fieri debet sumptibus substituti, cùm ad ipsius fiat utili-
tatem, contrarium tamen tenet *Peregr.d.art.*35.*n.*25. ubi dicit,
quod confici debet expensis hęreditatis gravatæ, *arg.l.fin.C.de
Jur.delib.& l.suo victu, ff. de oper. libert.* inventarium verò, 12
quod fit per tutorem, fieri debere expensis pupilli, dicit
*Andr.de Isern.sing.*5.*quem refert, & sequitur Cavalc. de Tutor.
& Curat.num.*62.
Limita 3. in fructibus perceptis tempore mortis testatoris, 13
putà vino, bladis, &c. pro his enim hæres tenetur fideicom-
missario universali, quia in culpa fuit, quare res hujusmodi
non distraxerit ad commodum, & beneficium hæreditatis fi-
deicommissariæ, *argum.l.constitutionem, & l.lex, quæ, Cod.de
Admin.Tut.* ubi Tutor in culpa est, si res tempore perituras
non distraxerit, *gl.in l.Marcellus, §.res quæ ff.ad Trebell.Ber-
taz.cons.*87.*n.*23.*& alii apud Peregr. qui communem dicit, in tr.
de fideicommiss.d.art.*10.*n.*34. ubi hoc intelligit: quatenus fru-
ctus superent indigentiam hæredis.
Notandum tamen est, quod si fortè hujusmodi res sine do- 14
lo, & culpa hæredis periissent, tunc hæres non teneretur, *l.*3.
ff.de hæred.vel act.vend.
Quæres, de quo tempore æstimatio facienda sit, quando
hęres gravatus vult retinere tot bona hęreditaria pro pecuniis
per ipsum erogatis in extinctionem æris alieni? Resp. quod 15
tunc æstimatio facienda est secundùm tempus solutionis, non
autem secundùm tempus restitutionis fideicommissi, *ut post
Menoch.cons.*183.*n.*35.*& seq. Surd.cons.*291.*n.*12.*& dec.*92.*n.*4.
*& 6. & alios tenuit Rota coram Card.Cavaler.dec.*130.*n.*1.& 2.
*& decis.*680.*p.*1.*Divers.*

S V M M A R I V M.

1 *An diversitas temporis inficiat dicta testium concordantium in substantia.*
2 *Ubi agitur de probando aliquid in genere, aut factum successivum, vel actum reiterabilem, testes non dicuntur singulares, etiamsi non concordent in tempore: declaratur n.14.*
3 *Possessio in genere probatur etiam per testes discordantes in tempore circa actus possessorios particulares.*
4 *Et quid si ageretur de probanda jurisdictione in genere.*
5 *Et quid si ageretur de probando certum aliquem actum, vel factum, putà confessionem extrajudicialem, certam speciem jurisdictionis, vel quid simile.*
6 *Confessio extrajudicialis probata per duos testes contestes de loco, & tempore plenè probat de æquitate canonica, secus de jure civili.*
7 *Tempus est præcisè probandum, quando agitur ad invalidandum testium depositionem, seu alias probationes, aut actus.*
8 *Quid si primus testis deponeret de certo tempore, & alium adduceret in contestem, qui postea nihil diceret.*
9 *Quando jus est in tempore, illud ad unguem, & præcisè est probandum.*
10 *Quando tempus est de substantia, dictum unius testis non declaratur ex alio: limitatur n.11.*
12 *Testes in modico tempore discrepantes non dicuntur varii.*
13 *Testes non dicuntur singulares, si unus deponeret de tali mense, & alius de certa die mensis.*
14 *An in delictis sufficiant testes singulares.*
15 *An, & quando Judex possit testibus singularibus plenam fidem adhibere.*
16 *Testes plenè probant tempus, licèt dicant, si rectè recordor.*
17 *An in probanda observantia, & consuetudine interpretativa requiratur temporis expressio.*
18 *Testes, quorum unus de majori, alter verò de minori tempore deponit minus tempus probant.*
19 *Testis non deponens de tempore, declaratur ex aliis testibus de eo deponentibus.*
20 *Testis concordans in facto principali, probat, licèt non recordetur de tempore.*
21 *Testium dicta reducenda sunt ad concordiam, ne dicantur variare in tempore.*
22 *Testis dubitativè deponens de tempore, dicitur contestis cum aliis testibus deponentibus de præciso tempore.*
23 *Testes contestes de loco, plenè probant, etiam si non sint contestes de tempore.*
24 *Quando testis unicus plenè probet.*
25 *In judicio manutentionis sufficit unicus testis.*

CA-

CAPUT LXIX.

An probent testes non concordantes in tempore.

1 RESpond. quod diversitas temporis non inficit dicta te-
stium concordantium in substantia, nisi quando tem-
pus esset de substantia actus, *Rom.cons.30.Corn.cons.247.col.8.*
lib.2. quos refert, & sequitur Cravet.cons.78.num.3. Seraphin.
decis.1172. Gabr.commun. conclus.lib.1.tit.de Testib.conclus.2.
num.18.

2 Ex quo infertur, quod ubi agitur de probando aliquid in
genere, aut factum successivum, vel actum reiterabilem,
testes non dicuntur singulares, etiamsi non concordent in
tempore: quia tempus in tali casu non est de substantia actus,
Jordan.Elucubr.divers.lib.14.tit.18.de Testib.n.96.& seq.latè
Gabr.d.concl.2.n.19. & 30. *Caball.resol.crim.cas.293.n.28.* & 37.
cum seq. ubi exemplificat in conjuratione, seu rebellione, quæ
ex variis actibus seu præparamentis conficitur. Unde posses-
3 sio in genere probatur, etiam per testes discordantes in tem-
pore circa actus possessorios particulares; idemque dicendum
4 est, ubi agitur de probanda jurisdictione in genere, *Guid.*
Pap.decis.544. Aret.cons.42.col.penul. Ruin.cons.53.col.1.vol.4.
& cons.67. col.antepenul.vol.5.& alii apud Cravet.d.consil.78.
n.6. Gabr.commun.conclus.lib.1.tit.de Testib.concl.2.n.23. & 33.

5 Secus esset, si ageretur de probando certum aliquem actum
vel factum, putà confessionem extrajudicialem, certam
speciem jurisdictionis, vel aliquod delictum in specie, vel
consuetudinem, aut quid simile: quia tunc tempus est de
substantia, *Gabr.loc.cit.n.23.& seq.Jordan.ubi sup.n.96.Sera-*
6 *phin.dec.1172.* & de confessione extrajudiciali *vide Rotam co-*
ram Penia dec.322.n.1.& seq.Grat.disc.for.c.909.n.2.& seq. ubi,
quod confessio extrajudicialis probata per duos testes conte-
stes de loco, & tempore plenè probat de æquitate canonica,
etiamsi emanaverit parte absente: licèt secus sit de jure civi-
li, secundum quod confessio extra judicium parte absente
facta non facit probationem contra confitentem, *l.certum,§.*
si quis absente,ff.de Confess.l.fin.ff.de Interrogat.act.Caputaq.de-
7 *cis.247.par.3. Greg.dec.290.num.5.* ubi, quod tempus est præ-
cisè probandum quando agitur ad invalidandum testium de-
positionem, seu alias probationes, vel actus; idemque di-
8 cendum, si primus testis deponeret de certo tempore, &
alium adduceret in contestem, qui posteà nihil diceret, *ut*
subdit Jordan.loc.cit.num.100.& videtur sensisse Rot.coram Se-
9 *raph.dict.dec.1172.* & generaliter, quando vis est in tempore,
illud ad unguem, & præcisè est probandum, ita, ut testes
deponere debeant certitudinaliter, & non dubitativè de illo
præciso tempore: alias nihil probant, *Mascard. de probat.*
concl.1357.num.14.& seq. Beltram.ad Greg.d.dec.290.in fin.Se-
raph.d.dec.1172. ubi ait, quod quando tempus est de substan-
10 tia, dictum unius testis non declaratur ex alio, *ut sensit*
etiam Alex.cons.236.n.4.lib.6. Ruin.cons.35.num.16.lib.4.& alii
11 *apud Grat.disc.for. c.60. n.17.& seq.* nisi fortè testes in modico
tempore essent discordes: quod arbitrio Judicis remittitur;
tunc enim probarent, *ut post Ant.de Butr.in c.2.extr.de Regul.*
12 *scripsit Alex.cons.65.n.4.lib.2.* ubi, quod testes in aliquo mo-
dico discrepantes non dicuntur varii, *Jordan.loco cit.nu.*101.
13 & 103. ubi etiam dicit, quod testes non censerentur singula-
res, si unus deponeret de tali mense, & alius de certa die
mensis.

14 Observa tamen, quod tunc dicitur agi de probando deli-
cto in specie, quando tractatur de puniendo aliquem crimi-
naliter, & in tali casu testes singulares non probarent, ali-
quem esse v.g. Adulterum, usurarium &c. dicitur vero agi
de probando delicto in genere, putà adulterio, quando tra-
ctatur non de pœna inferenda, sed ad alium finem, putà ad
privationem dotis, & tunc sufficiunt testes singulares, *Clar.*
in Pract.crim.§.fin.q.53.vers. dixi etiam Bertaz. cons.crim.452.
n.17. & 18. *Farinac.in Pract.crim.tit.de oppositio.contr.dicta*
test.q.64.num.156.& seq.& alii apud Cabal.d.cas.293.num 32.
& seq. ubi, quod ex testibus singularibus probatur impudi-
citia, vel inhonesta vita mulieris, quando agitur de priva-
tione usufructus legati.

15 Notandum est autem, quod potest Judex testibus singula-
ribus plenam fidem adhibere, quando singularitas hujusmodi
sublata esset ex aliis præsumptionibus, vel quando testes essent
valdè digni, & deponerent verisimilia, *Crav.d.cons.78.n.7.Jor-*
dan.ubi sup.n.99. Gabr.d.concl.2.n.62.71.& 76. Rot.dec.256.n.3.
& 4.p.5.tom.1.Recen. & è contra potest Judex etiam in casibus
in quibus testes singulares probant, nullam fidem hujusmodi
testibus præstare, si ad id ex aliqua justa causa moveatur, *So-*
cin.cons.11.col.2.vol.3. quem refert, & sequitur Gabr.tit.de Te-
stib. d. concl.2.num.60.

Notandum 2. quod testes plenè probant tempus, licèt di-
cant si rectè recordor: hujusmodi enim probatio toleratur, 16
quia tempus de memoria facilè labitur, *Bald.in l.cum te,n.2.*
C.de Probat. Alex.cons.203.n.10.lib.2.Mantic.dec.193.n.1. im-
mò magis creditur testi ita deponenti propter verisimilitudi-
nem oblivionis, quàm testi deponenti certitudinariè de tem-
pore, *ut post Ang.cons.25. sensit Alex.cons.65.n.4.lib.2.*

Notandum 3. quod in probanda observantia, & consuetu- 17
dine interpretativa non requiritur temporis expressio, sed
satis est, ut testes deponant, ita solitum esse observari; nisi
fortè probanda esset observantia ex tali tempore, quia tunc
testes non probarent, nisi percurrerent tempus, de quo quæ-
ritur, *Jordan.d.lib.14.tit.18.de testib.n.*110. ubi citat *Decia.con-*
sil.51.n.51.lib.2. Rot.dec.137.n.6.p.1 Noviss.

Notandum 4. quod si unus testis de majori, alter verò de 18
minori tempore deponeret, licet videantur singulares, ta-
men minus tempus probarent, *ad tradit.per Corn.cons.181.nu-*
mer.60.vol.2. Dec.cons.100.n.4.& alios apud Gabr.d.tit.de Te-
stib.concl.2.num.79.

Notandum 5. quod testis non deponens de tempore decla- 19
ratur ex aliis testibus de eo deponentibus, *Cravet.cons.78.*
num.9. Alex.cons.53.num.2.& cons.109.num.9.lib.1. ubi quod 20
quando testis concordat in facto principali, probat etiamsi
non recordetur de tempore, *Gratian.discep.for.c.505.num.8.*
& seq. ubi etiam dicit, quod testium dicta reducenda sunt ad 21
concordiam, ne dicantur variare in tempore, *Greg.dec.290.*
num.7. ubi, quod testis dubitativè deponens de tempore di- 22
citur contestis cum aliis testibus deponentibus de præciso
tempore.

Notandum 6. quod duo testes, si sint contestes de loco, 23
plenè probant, etiamsi non sint contestes de tempore, quia
identitas temporis potest deduci ex juris præsumptione, juxta
quam testes præsumuntur contestes nisi probentur singulares
ut post Bald.Alex.& alios dixit Rot.dec.191.n.4.p.1.Divers.&
dec.256.n.3.p.5.tom.1.Recen.

Notandum 7. quod etiam testis unicus, facti circumstan- 24
tias distinctè recensens, ac nullum habens interesse, si op-
timam sui dicti rationem reddat, putà si præsens fuerit, &
omnia viderit, concurrentibus adminiculis plenè probat in
quacunque materia civili, *Bart.in l.1.§.iidem Cornelio, n.3.ff.*
de Quæst. Bald.cons.136.sub n.5.lib.2.Ces.de Gras.dec.3.nu.6.de
probat.& alii apud Cravet.cons.6.nu.66.Greg.decis.247.num.6.
præsertim si ageretur de probando furto, quod de sui natura,
& a communiter accidentibus est difficilis probationis, *Rota*
decis.266. num.2.& seq.par.5.tom.1. Recen. & in judicio manu-
tentionis sufficere unicum testem, tradit *Bart. in leg.1. §.hoc*
interdicto, ff.de Itin. actuque privat. Covar.pract.cap.14.nu-
mer.2. Gutier.cons.3.n.1. & alii, quos refert, & sequit.Rota de-
cis.273.num.1. eadem par.5. tom.1. in Recen. & coram Greg. de-
cis.313. num.1.

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesia cathedralis reparari debet ex propriis fructibus pro fabrica destinatis.*
2 *Quid si fructus hujusmodi non adsint, aut non sufficiant.*
3 *An Episcopus teneatur ad ornamenta, quæ sunt necessaria ad Divinum ministerium.*
4 *Episcopus pro reparatione Ecclesiæ cathedralis tenetur erogare quartam redituum etiam ejus temporis, quo Ecclesia reparatione non indigebat: limitatur n.7.*
5 *Episcopus tenetur ad hujusmodi reparationem in quantum facere potest.*
6 *An teneantur ad refectionem Ecclesiarum Parochialium Patroni, & alii qui fructus ex dictis Ecclesiis percipiunt.*
7 *An Episcopus teneatur ad reparationem Ecclesiæ cathedralis, ubi laici Parochiani, vel alii illam reparare consueverint.*
8 *Quid requiratur ad hujusmodi consuetudinem inducendam.*

CAPUT LXX.

An Episcopus pro reparatione Ecclesiæ cathedralis teneatur erogare quartam redituum etiam ejus temporis quo Ecclesia reparatione non indigebat.

PRæmittendum est, quod Ecclesia cathedralis reparari 1
debet ex propriis fructibus pro fabrica destinatis, *C.con-*
cesso,c.quatuor,& c.de redditibus,12.q.2. si verò fructus hujus- 2
modi non adsint, aut sufficientes non fuerint, onus repa-
randi spectat ad Episcopum de quarta suorum reddituum
tam

tam futurorum, quàm præteritorum, *c. unio, & ibi gl. 1. communiter recepta, 10. q. 3. Barbat. conf. 26. vol. 3. Bero. conf. 3. n. 6. & seq. vol. 1. gl. & DD. in c. 1. de Eccl. ædif. Bellet. Disquis. cleric. p. 1. tit. de Cleric. debit. §. 13. num. 12. & seq.* ubi etiam, quod eodem
3 modo tenetur Episcopus ad ornamenta, quæ sunt necessaria ad divinum ministerium, quia æqualis est favor fabricæ, & ornamentorum, *arg. cap. fin. de Testam.*

4 His notatis ad quæsitum resp. affirmativè: quia ea quarta est a principio ad hanc causam a sacris canonibus ordinata, & destinata: & ideò debet conservati usque in eventum causæ, pro qua est eroganda, *Bero. d. conf. 3. nu. 10. & seq. vol. 1. quem refert, & sequitur Surd. de Alim. tit. 1. q. 33. n. 24.*

5 Observa tamen, quod Episcopus tenetur ad hujusmodi reparationem, in quantum facere potest, & sic deducto eo, quo indiget ad vitæ substentationem, *Ric. in collect. decis. 2350. p. 6.* ubi dicit, quod Episcopus non tenetur ad reparationem, nisi de superfluis, & *in Prax. for. Eccl. p. 4. res. 337 n. 7. & res. 348. n. 3. vers. sublimita &c.* ubi etiam dicit, quod textus Concilii
6 Tridentini *sess. 21. de reform. cap. 7.* obligantis ad Parochialium Ecclesiarum refectionem Patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt, intelligendus est deductis necessariis alimentis.

7 Observa 2. quod Episcopus non teneretur ad reparationem Ecclesiæ Cathedralis, ubi laici parochiani, vel alii illam reparare consueverint, quia consuetudo vim legis habet, *l. de quibus, ff. de legib. c. fin. de consuet.* unde potest Episcopus in tali casu Parochianos, vel alios ad reparandam Ecclesiam compellere, *arg. c. ad Apostolicam, ex de Simon. Panorm. in c. 1. nu. 3. de Eccl. ædif. Aufrer in decis. capell. Tholos. 499. Innoc. in c. fin. de his, quæ fiunt a major. par. cap. Novar. forens. q. 103. nu. 2. tom. 1. Host. in sum. de Eccl. ædific. §. 1. Rip. resp. 22. col. 2. num. 3. & alii, quos refert, & seq. Ric. in Prax. for. Eccl. par. 4. res. 337. num. 4. & res. 348. per tot.*

8 Notandum tamen est, quod hujusmodi consuetudo ex unico actu non inducitur, sed requiruntur plures actus item requiritur quod populus fuerit in tali usu animo inducendi consuetudinem, *Rip. resp. 26. n. 2. & seq.*

S V M M A R I V M.

1 *An is, qui præsentatur ad aliquod beneficium, tempore nominationis debeat esse Clericus, & n. 2. & 3. & seq.*
4 *Habilitas, seu qualitas ad aliquem actum, requisita, eo tempore existere debet, quo actus ipse perfectionem recipit.*
5 *Declaratur textus in cap. ex litteris de Transact.*

C A P U T L X X I.

An laicus validè præsentari possit ad beneficium jurispatronatus.

1 DUo tempora inspicienda sunt in hoc casu: primum est, quando Patronus aliquem nominat præsentem, vel absentem; & tunc non requiritur necessariò Clericatus in præsentato: tum quia hæc non est propriè præsentatio, sed potius nominatio; tum etiam quia non est jure cautum, ut is, qui præsentatur ad aliquod beneficium tempore nominationis debeat esse clericus, *Rot. coram Penia dec. 12 per tot.*

2 Secundum est, quando nominatus a Patrono personaliter sistitur coram Ordinario institutionem ab eo recepturus; & hæc dicitur propriè præsentatio: & tunc præsentatus necessariò debet esse clericus, aliàs præsentatio non valeret, & ita intelligendus est *textus in c. 2. de instit. & alii similes.*

3 Quare si Patronus nominaverit laicum ad Jurispatronatum, valida esset hujusmodi nominatio; seu præsentatio, dummodò talis fiat clericus, antequam actualiter coram ordinario præsentetur ad effectum institutionis, *Rot. in Maceraten. Capellaniæ 15. Maii 1564. coram Aldobrandino, & in Imolen. jurispatronatus 19. Novembris 1584. coram Orano, & in Burgen. Abbatiæ de Sobarzo 19. Decembris 1588. & 10. Martii 1589. coram Penia, in impress. decis. 4. & dec. 12. per tot.* satis enim est, ut habilitas, seu qualitas ad aliquem actum requisita eo tem-
4 pore existat, quo actus ipse perfectionem recipit, *l. intervenit, ff. de legat. præstan.* constat autem, præsentationem tunc perfici, cum actualiter illa fit coram ordinario de persona instituenda, vel per actualem comparitionem, vel cùm litteræ, seu mandata legitima ordinario exhibentur ad effectum instituendi præsentatum, *ut rectè observat Penia d. dec. 12 num. 8. & 9.*

5 Nec obstat *cap. ex litteris de transact.* ubi impetratio beneficii per laicum facta non valet; quia per impetrationem acquiritur jus impetranti: & ideo necesse est, ut tempore impetrationis sit clericus; secus est in præsentato, seu nominato, cui per simplicem nominationem, antequam ordinario præsentetur, nullum jus acquiritur, *Rota in d. Burgen. Abbatiæ de Sobarzo 19. Decembris, 1588. coram Penia, in impress. dec. 4. num. 18. & seq.*

S V M M A R I V M.

1 *Neophitus dicitur is, qui ex lege Judaica, mahumetica, vel ethnica nuper conversus est ad fidem Christianam in adulta ætate.*
2 *Quid si talis ab infantia baptismum susceperit.*
3 *Neophitus est irregularis: declaratur num. 4.*
4 *Neophitus non arcetur a minoribus ordinibus, sed tantùm a majoribus.*
5 *Conversa ad fidem potest statim fieri monialis, sed non Abbatissa.*
6 *Episcopus post aliquam temporis dilationem potest Neophitum ordinare, si in rebus fidei eum benè instructum, & idoneum repererit.*

C A P U T L X X I I.

Neophitus quando ad ordines promoveri possit.

PRo intelligentia notandum est, quod Neophitus dicitur 1
is, qui ex lege Judaica, mahumetica, vel ethnica nuper conversus est ad fidem christianam in adulta ætate; nam qui ab infantia baptismum suscepit, etiamsi descendat a Patre, vel Avo Judæo, vel Saraceno non dicitur Neophitus, *ut advertit Dec. in c. eam te, n. 32. de Rescript. Bonac. de Censur. disput. 7. q. 2. punct. 1. num. 4. & 5. ubi citat Valent. tom. 4. disp. 7. q. 19.* 2
punct. 3. Henriq. lib. 14. c. 4. Suar. tom. 5. disp. 43. sect. 3. Tolet. lib. 1.
cap. 59. Neophitum vero irregularem esse, constat ex *cap. quo-* 3
niam, dist. 48. & c. Neophitus, dist. 61.

Notandum 2. quod Neophitus non arcetur a minoribus 4
ordinibus, sed tantùm a majoribus, quia jura loquuntur solum de majoribus, *Dec. loc. cit. & alii apud Bellet. p. 1. tit. 1. §. 12.*
n. 9. & 10. ubi etiam dicit, quod conversa ad fidem potest sta- 5
tim fieri monialis, non autem Abbatissa, *Felin. in cap. cùm sit de Judæis, Roman. sing. 422. Riciull. in tr. de Neophit. c. 2. n. 12. quos refert, & sequitur Barbos. de Offic. & potest. Episc. par. 2. alleg. 10. num. 8.*

Difficultas est, quandiù hoc impedimentum durare cen- 6
seatur in qua alii dixerunt, hoc impedimentum cessare per lapsum unius anni, alii per lapsum biennii, alii per lapsum decennii, *de quo vide Roman. d. sing. 422. Campan. in Divers. juris, can. rub. 11. cap. 7. n. 4. & 5. Ricciul. in tr. de Neophit. c. 16. n. 9. Nav. in man. c. 27. n. 205. Barbos. loc. cit. n. 8.* alii verò, quorum sententia verior est, asserunt, id repositum esse arbitrio Episcopi, cui post aliquam temporis dilationem licitum est Neophitum ordinare, si in rebus fidei eum benè instructum, & idoneum repererit, jura enim certum ad hoc tempus non præscribunt, *ita colligitur ex d. cap. Neophitus, 61. dist. & hanc sententiam tenet Barbos. ubi supra, Bonacin. loco cit. Filliuc. tom. 1. tr. 20. cap. 9. n. 240. Suar. de Censur. disp. 42. sect. 3. n. 6. & 7. Dian. par. 4. resol. mor. tr. 2. res. 50.*

S V M M A R I V M.

1 *Clericus non potest puniri a Judice laico etiamsi post delictum commissum deposuerit habitum, & tonsuram: declaratur n. 6. & 7. limitatur n. 8.*
2 *Ad cognoscendum, ad quod forum spectet cognitio, attenditur status, in quo quis erat tempore delicti.*
3 *Si quis debuit conveniri coram certo Judice ratione alicujus exercitii, licèt desinat tale officium exercere, adhuc tamen coram eodem Judice conveniri debet.*
4 *Clericus, qui fuit Notarius in Curia Episcopi, & postea efficitur bigamus, de gestis tempore notariatus conveniri debet coram Episcopo.*
5 *Quid si adesset consuetudo immemorabilis in contrarium.*
8 *An Clericus, qui habitum clericalem, vel regularem assumpsit in fraudem fori sæcularis, possit puniri a Judice laico.*
Fraus præsumitur, si laicus incontinenti, & immediatè post delictum commissum, clericatum assumpsit, ibid.
9 *An laicus relegatus in insulam ad aliquod tempus, si interim ordine suscepto, vel religioso habitu assumpto discesserit a loco relegationis possit condemnari a judice sæculari in pœnam non servati exilii.*
10 *An tempus sententiæ, vel potius commissi criminis attendi debeat in imponendis pœnis.*

CA-

C A P U T LXXIII.

An Clericus, qui post delictum commissum deposuit habitum, & tonsuram, puniri possit a Judice sæculari.

1 RESp. negativè: nam ad cognoscendum, ad quod forum
2 spectet cognitio, attenditur status, in quo quis erat
tempore delicti; & ideò puniri debet a Judice Ecclesiastico,
cujus foro tempore delicti subjiciebatur, Bal.in l.affinitatis,in
fin.C.Commun. de success. Alex.in cons.8.nu.4.vol.1.Grammat.
dec.10.n.3.latè Vermigliol.cons.crim.317.nu.1.Cabal.resol.crim.
cas.147.n.9.& seq. ubi dicit, quod si quis debuit conveniri co-
3 ram certo Judice ratione alicujus exercitii, si desinat tale of-
ficium exercere, adhuc coram eodem Judice conveniendus
4 erit; unde clericus, qui fuit notarius in Curia Episcopi, &
posteà efficitur bigamus si conveniatur de gestis tempore
Notariatus, debet respondere coram Episcopo, etiamsi de-
fierit illud officium exercere, ut sensit etiam Clar.in Pract.cri-
min q.36.vers.qua ratione,Cancer.var.lib.2.cap.3.n.153.& alii
communiter; & hoc procedit, etiamsi adesset consuetudo
5 immemorabilis in contrarium quia per illam non potest tolli
privilegium clericale, ut post Host.in cap.1. de Apost.not.Alex.
cons.149.n.10.vol.6.Gratian.discep.for.cap.226.n.1.& seq.quod
intelligendum est, dummodò in tali clerico cuncurrant re-
quisita Concilii Tridentini sess.23. de ref. cap.6.
6 E contra si laicus delinquens efficiatur Clericus, etiamsi
tempore delicti esset de foro Judicis sæcularis, non poterit a
sæculari puniri: tum quia ecclesiasticus ordo eximit causam
ipsius criminis a sæculari jurisdictione: tum etiam quia laicus
in tali casu, mutavit forum, & statum, ut post Oldrad.con-
sil.4.scripsit Clar.in Pract.crim.lib.5.§.fin.q.36.vers.sæpè nume-
7 ro contingit, ubi de communi, Gratian.d.c.226.n.42.quæ quidem
opinio absque difficultate procedit, quando delinquens sine
fraude, & dolo ordines ecclesiasticos post commissum cri-
men suscepit, ut dicit Bart.in l.1.n.3.de Pæn. Plaza lib.1. Deli-
ctorum c.35.n.1.quem refert Clar.loc.cit.Cabal.cas.108.n.1. putà
si talis delinquens ordines sacros susceperit, vel professionem
emiserit in aliqua Religione approbata: tunc enim constaret
de animo permanendi in Clericatu, vel Religione, ut cum
Farin.Vulp.& aliis diximus in tract.de Regim.Eccl.Episc.lib.4.
c.1.n.28. quamvis satis ad hoc esset, si primam tonsuram, vel
minores ordines susciperet, vel Religionem ingrederetur,
etiamsi adhuc professionem non emiserit, Alex.ad Bart.in d.
leg.1.col.2.litt.A. Mars.sing.534.ad fin. Decian.in tr.crim.tom.1.
lib.4.cap.9.num.24. vers.undecimo extende, & alii apud Caball.
d.cas.508.num.20.
8 Secus esset, si quis habitum clericalem, vel regularem as-
sumeret in fraudem fori sæcularis: quia licèt non possit in ta-
li casu a Judice laico corporaliter puniri, potest tamen plecti
pecuniaria pœna, vel confiscatione bonorum, secundum
communem opinionem quam sequitur Imol. cons.119.n.1. Didac.
pract.q.32.post n.4. Plaza loco cit. quos refert, & sequitur Clar.
ubi sup. Boss.in tit.de Pæn.n.38.Vulp.in Prax.jud.c.38 num.7.&
alii post Bart.in d.l.1.n.3.ff.de Pæn.ubi etiam dicit,quod quan-
do delinquens erat accusatus, vel diffamatus, præsumitur
hoc facere in fraudem Ric.in prax.for.Eccl.p.2.res.59. ubi di-
cit, quod fraus præsumitur, si laicus incontinenti, & im-
mediatè post delictum commissum clericatum assumpsit,
etiamsi non præcesserit criminis accusatio, vel delatio.
Hæc tamen sententia non videtur ex omni parte tuta: quia
persona talis Clerici per susceptionem ordinis Ecclesiastici,
vel habitus religiosi ita eximitur a foro sæculari, ut Judex
laicus efficiatur omnino incapax; & ideò neque quoad bona
puniri potest a Judice laico, ne per unam viam concedatur
quod per aliam negatur; ita Genuens.in prax.Archiep.cap.8.
num.2.& 3.Dian.resol.mor.p.1.tr.2.res.27.& par.3.tr.1.resol.33.
Gratian.cap.226.num.32.& 40.ubi citat Jo: Andr.in cap.1.de
obligat. ad ratioc.
9 Hinc laicus relegatus in insulam ad aliquod tempus si inte-
rim assumpto habitu religioso, vel ordine aliquo suscepto
discessit a loco relegationis, non posset condemnari a Judice
sæculari in pœnam non servati exilii: quia Ecclesiasticus or-
do eximit causam ipsius criminis a sæculari jurisdictione, ut
post Franc.dec.395.Valasc.consult.48.scripsit Gratian.loc.cit.nu-
mer.35.& 42.Caball.d.cas.108.num.3.
10 Quæres, an tempus sententiæ, vel potius cōmissi criminis at-
tendi debeat in imponendis pœnis? Resp. quod in delictis ha-
bētibus pœnam ordinariam, certam, ac limitatam, tempus de-
licti commissi attenditur. quia statim ac quis deliquit, ad illam
pœnam obligatus fuit; & ideo subsequens privilegium, aut
status mutatio pœnam prædictam minuere, aut mutare non
debet, l.1.ff.de Pæn. in delictis verò, in quibus imponitur pœ-
na extraordinaria, aut Judici arbitraria, tempus sententiæ
inspicitur; unde privilegium superveniens, ac status muta-
tio attendi debet, l.pen.ff.ex noxal.caus.&c.ita distinguit Bart.
in d.l.1.nu.3.ff.de Pæn.cujus doctrina in hoc communiter a DD.
approbatur, ut dicit Cabal.res.crim.cas.147.n.15.& seq.

S U M M A R I U M.

1 *Causa commissa Canonico potest ab eodem expediri post renunciatum Canonicatum: limitatur n.3.*
2 *In quolibet actu principium est spectandum, & habilitas illius temporis sufficit.*
4 *Mortuo Delegato, si causa illi fuerat commissa sub nomine dignitatis, successor dignitatis de eadem causa cognoscit.*
5 *Quid si fuerit expressum nomen proprium ejus qui dignitatem habet.*
6 *Causam a Superiore demandatam Vicario Episcopi, non potest Episcopus cognoscere.*
7 *Quid si causa esset commissa Episcopo, vel ejus Vicario.*
8 *Quando causa commissa duobus possit ab uno expediri.*

C A P U T LXXIV.

An causa commissa Canonico, possit ab eodem expediri post renunciatum Canonicatum.

RESp. affirmativè: quia in quolibet actu principium est 1
spectandum, & habilitas illius temporis sufficit: nec
debet vitiari actus legitimus, & perfectus, quamvis perve-
nerit ad casum a quo non poterat inchoari gl.in cap.statutum, 2
11.in ver.Canonicis,in fin.de Rescript.in 6.quam esse communiter
approbatam, dicit Dec.in c.quoniam Abbas,nu.56. de offic.deleg.
Paris.de Resign.benef.lib.1.q.11.n.10.& seq.& ita censuit etiam
Sac.Congr.Concilii 25. Maii 1587.teste Gratian. discep.forens.
cap.92.num.1.& seq.latè Ceval. in spec. opin. com.con.commun.
q.666.num.5.& seq.
Hæc tamen conclusio limitatur in eo, qui effectus est in- 3
capax hujusmodi delegationis, ut quia contraxit matrimo-
nium Imol.& Zabarell.in clem. & si principalis, de rescript.
quos refert & sequitur Paris. loco cit.numer.15.& est communis
opinio.
Mortuo verò delegato, si causa illi fuerit commissa sub 4
nomine dignitatis, putà si commissa fuerit Vicario Episcopi
Archipresbytero, Abbati, & similibus, successor dignita-
tis de eadem causa cognoscit, etiamsi fuerit demandatum
negotium facti; quia dignitas nunquam perit, cap.si gratiosè,
de Resc.in 6.Bal.in l.more, n.5.ff.de Jurisd.omn.jud. Menoch.de
Arbitr.jud.q.68.n.25.& seq.
Secus esset, si fuerit expressum nomen proprium ejus, qui 5
dignitatem habet: quia talis expressio nominis proprii infert
commissionem personalem, Dec.in d.c.quoniam Abbas,n.59.
Paris.loc.cit.n.16.& 17.ubi alios refert.
Quæres, an causam a Superiore demandatam Vicario Epi- 6
scopi possit Episcopus ipse cognoscere? Resp. negativè quia
in ea Vicarius est major ordinario, & est separatum audito-
rium Episcopi ab ejus officiali, Rota in Maceraten. dotis 10.
Martii 581.coram Card.Seraph.quam refert Gratian.d.cap.92.
n.6. ubi, num.seq. addit, hoc procedere, etiamsi causa esset 7
commissa Episcopo, vel ejus Vicario; nam si litteræ Vicario
fuerint præsentatæ, Episcopus non poterit se intromittere,
juxta c.cum plures, de offic. deleg.in 6.
Quæres 2.an causam commissam Vicario Episcopi, & Ar- 8
chipresbytero, seu primæ dignitati, possit Archipresbyter
solus expedire, si munus Vicarii Episcopi simul exerceat?
Resp.affirmativè, c.licèt, & c.quamvis, de offic.deleg.& ita post
Jo: Andr.in reg.rationi, col.4.de Reg.jur. in 6. Lap.alleg.88.col.2.
tenent Dec.in c.quoniam Abbas,n.66.eod.tit.de offic.deleg.

S U M M A R I U M.

1 *Abbas non habita benedictione ab Episcopo non potest suis subditis minores ordines conferre: declaratur n.7.*
2 *Ad benedictionem hujusmodi petendam nullum a jure tempus præfinitum est.*
3 *Benedictio hujusmodi dari debet iis diebus, quibus ordines minores conferri possunt.*
4 *An valeat consuetudo: & observantia conferendi ordines absque dicta benedictione, & n.6.*
6 *Non omnes Abbates benedicuntur, sed tantùm illi, qui sunt benedicendi secundum morem, & usum suæ Ecclesiæ.*
7 *Quid si Episcopus requisitus benedicere renuerit.*

C A-

CAPUT LXXV.

An Abbati præfinitam sit certum tempus ad benedictionem ab Episcopo petendam.

1 PRo intelligentia sciendum est, quod Abbas non obten-
ta benedictione ab Episcopo, non potest suis subditis
minores ordines conferre, *c.cum contingat, t 1. ubi DD. de ætat.
& qual.* quod intelligendum est de Abbate non exempto, *se-
cundum Panorm. in c. cum monasterium, ex. de elect. quem refert,
& sequitur Sylv. in ver. Abbas n.3.* quia si esset exemptus, be-
nedici debet a Papa, vel Legato de latere, *juxta tex. in cap. si
Abbatem, in fin. eod. tit. de elect. in 6.*
2 Ad quæsitum ergo Resp. quod nullum tempus præfinitum
est huic benedictioni, *gloss. in clem. 2. ver. benedici, de stat. mo-
nach. late Grat. discept. for. c. 871. num. 10. & seq.* subdens, *nu. 49.*
3 quod benedictio hujusmodi dari debet illis diebus, quibus
ordines minores conferri possunt, *ut notat etiam Sylv. in
ver. Abbas, num. 4.*
4 Observa tamen, quod talis benedictio omitti potest, cùm
non sit de substantia: & ideò valeret consuetudo, & obser-
vantia conferendi ordines absque benedictione, juxta *text. in
d. clem. 2. ubi gl. in ver. solitæ, de stat. monach.* Unde non omnes
5 Abbates benedicuntur, sed tantùm illi, qui sunt benedicen-
di secundùm morem, & usum suæ Ecclesiæ: quo usu non
6 existente poterunt Abbates conferre ordines, & omnia alia
similia munera obire, *Azor. instit. mor. lib. 12. p. 1. c. 20. q. 2. & 6.
quem refert, & sequitur Grat. d. c. 871. n. 31. ubi, n. 39.* addit, quod
etiam in terminis Concilii Tridentini Abbates possunt con-
ferre ordines minores absque benedictione.
7 Observa 2. quod Abbas, qui de more benedicendus est, si
Episcopus requisitus benedicere renuerit, potest ordines con-
ferre, *c. 1. de supplen. neglig. Prælat.*

S U M M A R I U M.

1 *Filii geniti ante matrimonium, legitimi censentur post illud contractum, & succedunt cum aliis filiis legitimis: declaratur n. 6. & 10.*
2 *Hujusmodi filiis legitimatis per subsequens matrimonium plus relinqui potest, quàm alteri filio legitimo, & naturali.*
3 *Legitimatus per rescriptum, aut aliter, non potest ex testamento, vel donatione Patris, plus consequi, quàm unus ex filiis legitimis, & naturalibus, cui minus fuerit relictum.*
4 *Filii legitimati per subsequens matrimonium succedunt in feudo.*
5 *Item possunt absque alia dispensatione promoveri ad ordines, & dignitates, etiam ad Episcopatum.*
6 *Si tempore conceptionis matrimonium cum illa muliere consistere non potuit, filii per subsequens matrimonium minimè legitimantur.*
7 *Quid si tempore partus matrimonium contrahi potuisset.*
8 *Filii adulterini per subsequens matrimonium non legitimantur.*
9 *Explicatur textus in l. Nuper C. de Natur. liber.*
10 *De jure civili per subsequens matrimonium legitimantur tantùm filii naturales, hoc est nati ex concubinis in domo: sed de jure canonico legitimantur filii nati ex quocunque coitu illicito, dummodo, mulier tempore copulæ uxor esse potuisset.*
11 *In materia successionum attenditur jus civile.*
12 *Filii legitimantur per subsequens matrimonium contractum cum Meretrice, dummodo Pater sit certus.*
13 *Facta substitutione cum ea conditione, si hæres decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, legitimatus per subsequens matrimonium excludit substitutum.*
14 *Quid si facta fuerit substitutio cum tali conditione, si hæres decesserit sine filiis de legitimo, vel vero matrimonio natis.*

CAPUT LXXVI.

An, & quando filius per subsequens matrimonium legitimetur.

1 TAnta est vis matrimonii, ut qui antea geniti sunt post
contractum matrimonium legitimi censeantur, *ut in-
quit text. in c. tanta, Qui fil. sint legit.* unde succedunt cum aliis
filiis legitimis, sive natis post matrimonium ex eadem, sive
etiam natis ex alia uxore præcedente, *ut ex l. cum quis, & l. nu-
per, C. de Natur. liber. §. fin. in Auth. de Trien. & semiss. & aliis
juribus probat Peregr. de fideicomm. art. 24. n. 1. & seq.* ubi etiam
2 dicit, quod hujusmodi filiis legitimatis per subsequens ma-
trimonium plus relinqui potest, quàm alteri filio legitimo,
& naturali: quamvis legitimatus per rescriptum, aut aliter, 3
non possit ex testamento, vel donatione patris plus consequi,
quàm unus ex filiis legitimis, & naturalibus, cui minus fuit
relictum, juxta *tex. in l. communium, §. fin. Cod. de Natur. liber.
Gabr. commun. concl. lib. 6. tit. de legitimat. concl. 1. n. 22.* ubi dicit,
quod tales filii legitimati per subsequens matrimonium suc- 4
cedunt etiam in feudo; item absque alia dispensatione pos-
sunt promoveri ad ordines, & dignitates Ecclesiasticas, etiam 5
ad Episcopatum: quia sequens matrimonium omnes præce-
dentes maculas purgat, *gl. communiter recepta in cap. innotuit,
ver. conjugata, ex de elect. Alex. in leg. ex facto, § si quis rogatus,
n. 19. ff. ad Trebell. Dec. qui de communi testatur, in c. cum in cun-
ctis, n. 24. eod. tit. de elect.*
Hoc tamen procedit, quando tempore conceptionis cum 6
illa muliere matrimonium contrahi potuisset; secus si de di-
cto tempore matrimonium consistere non potuit: tunc enim
per subsequens matrimonium filii non legitimantur, *ut in d. c.
tanta, Qui fil. sint legit. & in l. Paulus, t t. ff. de stat. homin.* etiam- 7
si tempore partus matrimonium contrahi potuisset: in hoc
enim casu tempus conceptionis, non autem partus spectan-
dum est, juxta *veriorem sententiam, quam sequuntur C. in. Bald.
Alber. & alii, quos refert, & seq. Garz. de Benef. p. 7. c. 2. nu. 36. &
38.* unde filii adulterini, vel incestuosi per subsequens matri- 8
monium non legitimantur, *d. c. tanta, Bal. in l. ex libera, Cod. de
suis, & legit. Gabr. d. lib. 6. tit. de legitimat. concl. 1. n. 62.*
Nec obstat text. *in l. nuper, C. de Natur. liber. ubi expressè de- 9
ciditur, partus tempus inspiciendum esse:* quia ille textus loqui-
tur de coitu concubinario, qui de jure civili non punitur, *ut
constat ex tot. tit. ff. & Cod. de concub.* & ideò Inspiciebatur tem-
pus, quod partui erat utilius, *ut notat Bart. in d. l. Paulus, nu. 1.
per l. in concubinatu, ff. de Concubin.*
Addit *Garc. loc. cit. n. 34. in fin.* quod de jure per subsequens 10
matrimonium legitimantur filii tantùm naturales, hoc est
nati ex concubinis in domo; hoc tamen procedere potest de
jure civili, juxta *tex. in l. cum quis, & d. l. nuper, C. de Natur. li-
ber.* secus esset de jure canonico: quia dispositio *d. cap. tanta*,
procedit in quocunque coitu illicito dummodo mulier tem-
pore copulæ uxor esse potuisset, *Nicol. de Ubal. in tract. success.
ab intest. n. 58. Jas. cons. 234. vol. 2. Dec. cons. 55. col. 1. & seq. Rip. in
l. si unquam, num. 55. Cod. de Revoc. donat. Marian. jun. cons. 31.
col. 10. vol. 2. quos refert Gabr. d. lib. 6. tit. de legitimat. conc. 1. n. 55.
& 56.* subdens, quod in materia successionum, in qua at- 11
tenditur jus civile, ista ultima opinio non servaretur, *& ita
sensit etiam Fragos. de Regim. Reip. Christ. par. 1. lib. 3. disp. 6. §. 2.
numer. 38. in fin.* ubi dicit, filios legitimari ex vi matrimonii 12
sequentis contracti cum meretrice, dummodo pater sit
certus.
Quæres an facta substitutione cum ea conditione, si hæres 13
decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, legitimatus per
subsequens matrimonium excludat substitutum? Resp. affir-
mativè: *ita Alex. cons. 3. num. 13. lib. 1. Dec. cons. 155. col. 1. Paris.
cons. 11. col. 5. vol. 2. Ruin. cons. 163. nu. 6. & seq. vol. 3. Rip. in Rubr.
ff. si cert. pet. nu. 3. & in l. si unquam nu. 86. C. de revoc. donat. Boer.
dec. 159. n. 20. & alii apud Gabr. d. tit. de legitimat. concl. 1. nu. 32.
& 33.* ubi addit, quod etiam legitimatus per rescriptum ex-
cludit substitutum.
Secus esset, quando substitutio facta fuerit cum tali con- 14
ditione *si hæres decesserit sine filiis de legitimo, vel vero ma-
trimonio natis,* nam tunc legitimatus per subsequens matri-
monium non excluderet substitutum, cùm talis legitimatus
attento principio nativitatis non dicatur natus de legitimo,
vel vero matrimonio, *Bald. cons. 367. nu. 1. vers. in contrarium,
lib. 5. Alex. d. cons. 3. n. 13. lib. 1. & cons. 5. num. 3. & seq. lib. 7. Ruin.
cons. 92. n. 14. lib. 3. Dec. cons. 155. in fin. Bero. cons. 167. nu. 2. & per
tot. lib. 2. Soc. jun. cons. 63. n. 18. lib. 3. Cephal. cons. 276. nu. 29. lib. 2.
Rol. cons. 100. n. 19. lib. 2. Menoch. cons. 227. n. 70. lib. 3. & cons. 776.
in princ. lib. 8. & de Præsumpt. lib. 4. præs. 71. nu. 23. & seq. Bursat.
cons. 390. num. 50. lib. 4. Peregr. de fideicomm. art. 24. nu. 46. Thesaur.
dec. 196. num. 4. Surd. dec. 319. n. 5. Ciriac. controv. 21. nu. 11.
& 12. lib. 1. & alii, quos refert, & sequitur Ciarlin. controv. for.
lib. 1. cap. 111. numer. 8. ubi dicit, hanc esse magis receptam, &
communissimam sententiam.*

S U M M A R I U M.

1 *Votum castitatis numeratur inter alios casus reservatos summo Pontifici: declaratur num. 2.*
2 *In voto castitatis ad certum tempus servandæ dispensare potest Episcopus.*
3 *An Episcopus possit dispensare in voto non nubendi.*

4 *Dispensatio fieri non debet sine justa causa.*
5 *An superior sine justa causa dispensans peccet mortaliter?*
6 *Dispensatio concessa sine justa, vel rationabili causa non valet: limitatur n.7. & seq.*
9 *An in dispensationibus concedendis requiratur semper causa intrinseca.*
10 *Dispensatio aliquando sumitur pro ipsa irritatione, sed reverà differt ab irritatione.*
11 *In quo differat dispensatio ab irritatione, & n. seq.*
12 *Irritantes votum absque justa causa, venialiter tantùm peccant.*
13 *An legislator, seu ejus successor possit validè, & licitè sine justa causa dispensare in propria lege.*
Et an possit secum in propria lege dispensare, ibid.
14 *Et an petens dispensationem hujusmodi sine justa causa, vel ea utens peccet.*
15 *An valida sit dispensatio ab Episcopo facta sine causa in propria lege.*
16 *Et an valeat dispensatio ab Archiepiscopo facta sine causa in decretis Concilii provincialis.*
17 *Ab Archiepiscopo datur appellatio ad Concilium provinciale.*
18 *Dispensatio facta ab inferiore in lege Superioris non adhibita causæ cognitione, si reverà causa erat justa, valeret in foro conscientiæ.*

CAPUT LXXVII.

An Episcopus dispensare possit in juramento, vel voto castitatis servandæ ad certum tempus.

1 PRæmittendum est, quod inter alios casus Summo Pontifici reservatos numeratur etiam votum castitatis, *ut constat ex c.5. de Pænit. & remiss. inter extravag. commun. libr. 5.* cujus textus dispositio procedit in voto perpetuæ continen-
2 tiæ, juxta *communem Doctorum sensum*; secus in voto castitatis ad certum tempus servandæ: hoc enim non est votum perfectum, & absolutum castitatis, & ideò in hoc casu dispensare posse Episcopum, tradit *Navar. in man. cap. 12. n. 76. Azor. par. 1. lib. 11. cap. 19. q. 6. Graff. dec. par. 1. lib. 2. cap. 31. n. 29. Guttier. qq. canon. lib. 2. cap. 22. num. 48. Tolet. lib. 4. cap. 18. n. 11. quos refert, & sequitur Dian. res. mor. p. 1. tr. 11. res. 57. Bonac. in*
3 *tract. de legib. disp. 4. qu. 2. punct. 7. § 4. num. 21.* ubi dicit, quod potest Episcopus dispensare in voto non nubendi, vel uxorem non ducendi: quia similiter hoc non est votum perfectæ castitatis, *Laym. in Theol. mor. lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 8. Barbos. de offic. Episc. par. 2. alleg. 37. num. 15. Molfes. in Sum. tom. 1. tract. 11. cap. 15. num. 50. Less. lib. 2. cap. 40. dub. 18. num. 105. Reginald. tom. 2. libr. 18. cap. 22. numer. 33. Ugolin. de Potest. Episc. c. 58. num. 3. & alii apud Dian. d. part. 1. tract. 11. res. 61. Navar. cons. 37. de vot.* ubi dicit, quod fieri non potest auctoritate Ecclesiastica, ut manente obligatione, & voto aliquis non teneatur votum adimplere; sed fieri potest; ut in hoc casu hæc non sit materia voti, *ut observat etiam Cajet. 2. 2. q. 88. artic. 12. vers. Ad secundæ quæstionis &c.* ubi etiam dicit, quod quando Superior dispensat in votu, non dispensat in jure Divino, vel naturæ, quia non dispensat in observatione stante voto.

4 Notandum tamen est, quod dispensatio in hujusmodi casibus non debet fieri sine justa causa: quia potestas Prælati spiritualis in ædificationem data est, non in destructionem, *ut docent communiter Doctores cum S. Tho. 2. 2. quæst. 88. art. 12. ad 2.* aliàs illicita esset dispensatio, *Sot. lib. 1. de Just. q. 7. art. 3. & in 4. dist. 39. quæst. un. art. 2. in fin. Azor. part. 1. libr. 5. c. 15. q. 2. Suar. lib. 6. de legib. c. 18. n. 4. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 18. num. 3. Vasq. 1. 2. disp. 178. c. 3. Salas de leg. disp. 20. sect. 5. n. 50. 58. & 59. & alii apud Baldell. in Theol. mor. tom. 1. libr. 5. de legib. disp. 51.*
5 ubi dicit, quod Superior sic dispensando in materia gravi committeret peccatum mortale, *ut sensit etiam Bonac. de legib. disp. 1. q. 2. punct. 3. n. 12. & seq.*

6 An verò valida sit dispensatio concessa absque justa, & rationabili causa? Resp. negativè, *& ita tenent Canonistæ communiter, in c. non ex extr. de vot. Bonac. de legib. disp. 4. q. 2. punct. 7. § 4. n. 24. ubi alios refert, quibus add. Nav. cons. 37. n. 3. & 4. eod. tit. de vot.* ubi, quod dispensatio in tali casu est ipso jure nulla, *Laym. lib. 1. tr. 4. c. 22. n. 11.* ubi dicit, quod non præsumitur Superior dare facultatem inferiori temerè, & iniquè dispensandi in lege universali.

7 Hanc tamen sententiam limitant Doctores quoad subditum dispensatum: nam si bona fide nixus Superioris auctoritate putat, dispensationem sibi justa de causa esse datam, excusatur, donec satis noverit, eam non fuisse sic datam; atque ita respectu subditi dispensatio pro valida habetur; respectu verò Superioris dispensantis illicita est, *ut dict. Nav. in man. prælud. 9. num. 13. Laym. lib. 1. tract. 4. cap. 22. num. 12. Bonac. de legib. disp. 1. q. 2. punct. 3. num. 8. vers. sed contrarium.*

Limitatur 2. ubi causa, ex qua dispensatur, bona fide 8
putatur sufficiens, licèt reverà non sit: tunc enim dispensatio valida est, & is, cum quo dispensatur, potest esse tutus in conscientia: quamvis postea constet, causam fuisse insufficientem: quia ita postulat recta administratio, & regimen animarum ad tollendos scrupulos, & conscientias quietandas, & sic videtur a Deo concessa facultas dispensandi in suis legibus, & sic concedi etiam ab hominibus pro dispensatione in suis, *ita Sanch. de matrim. tom. 3. libr. 8. disp. 17. num. 8. Azor. par. 1. lib. 7. cap. 29. Rebell. de oblig. p. 2. lib. 3. q. 5. n. 12. Sot. in 4. dist. 21. q. 2. art. 2. quos refert, & sequitur Baldell. in Theol. mor. lib. 5. de lege, disp. 52. n. 4. Laym. lib. 1. tract. 4. c. 22. n. 12. Dian. p. 1. tr. 10. res. 33. quibus adde S. Thom. 2. 2. q. 88. ar. 12. ad 2. Sylv. in ver. Dispensatio n. 20. q. 14. in fin.* ubi dicit, quod superior dispensare potest, etiamsi dubitet, causam esse sufficientem: quia in moralibus vix unquam est certitudo sine aliqua admixtione dubietatis; secus esset, quando dubium est de existentia causæ: tunc enim potestas dispensandi rationabiliter exerceri non potest, *ut not. Baldell. d. disp. 51. nu. 1. & seq. & disp. 52. n. 7.* ubi etiam dicit, quod non est necessaria talis causa, quæ per se certò excusat ab obligatione legis, sed satis est, si prudentis judicio sit rationabilis consideratis circumstantiis temporum, & personarum; contrarium tamen sentiunt, *alii apud Bonac. de legib. disp. 1. q. 2. punct. 3. nu. 7. & 8. vers. sed contrarium &c.* ubi dicit, eum, qui absque sufficienti causa obtinuit dispensationem ad contrahendum matrimonium in gradibus prohibitis, indigere nova dispensatione, quando advertit veram insufficientiam prioris dispensationis, & ita servari in Pœnitentiaria testatur *Baldell. loc. cit. d. disp. 52. num. 4.*

Limita 3. in dispensationibus matrimonialibus, quas ad 9
tollenda dubia, quæ solent occurrere circa sufficientiam, aut veritatem causarum, in Curia aliqoando concedi nullis allegatis causis, testatur *Sanch. de matr. lib. 8. disp. 18. n. 8. & disput. 19. n. 35. Suar. lib. 6. de legib. c. 18. n. 26. Sal. eod. tract. disp. 20. sect. 5. n. 52. Baldell. d. lib. 5. disp. 51. n. 7. & seq. Bonac. eod. tract. de legib. disp. 1. q. 2. punct. 3. n. 1. vers. observa tamen &c.* ubi dicunt, quod non est necesse, ut causa semper sit intrinseca, ut quando aliqua circumstantia reddit gravem, & onerosam obligationem legis: sed sufficit, si sit extrinseca; ut quando superior dispensat ad ostendendam benignitatem, vel ad conciliandam sibi benevolentiam ejus, qui Ecclesiæ, vel Reip. est utilis, vel ad remuneranda alicujus promerita, *ut ex cap. tali conjugio 1. q. 7.*

Limita 4. in rescissione, seu irritatione voti, de qua lo- 10
quuntur *Doctores, quos referimus in tract. de Regim. Eccles. Episc. lib. 8. c. 2. n. 6.* quo in loco egimus de facultate, quam habent superiores Regulares, dispensandi, seu irritandi vota suorum subditorum: aliquando enim dispensatio sumitur pro ipsa irritatione, *ut notat Cajet. in 2. 2. qu. 88. art. 12. vers. in responsione ad secundam, & vers. ad primum dubium, Bonac. de Legib. disp. 4. q. 2. punct. 7. § 4. n. 1. Baldell. d. lib. 5. disp. 52. num. 1. vers. Neque contra.* Quare ibi diximus, quod dispensatio fieri non debet sine justa causa, ut docent Doctores communiter: si vero sine justa causa fiat; valida quidem est respectu subditorum regularium, licèt sit illicita, *ut constat ex c. manifestum, 33. q. 5. & docet. Cajet. 2. 2. q. 88. art. 8. quem sequitur Nav. in man. c. 12. n. 73. Laym. in Theol. mor. lib. 4. tract. 4. c. 8. num. 4. ubi citat Flam. p. 3. Method. c. 4. § 42.* quamvis quoad alios contrarium teneant *alii apud Bonac. d. § 4. n. 24. & ita legenda sunt quæ ibidem scripsimus, licèt incuria Typographi nonnulla verba deficiant.*

Observa tamen, quod dispensatio, & irritatio reverà in- 11
ter se differunt: quia in dispensante requiritur jurisdictio Ecclesiastica ordinaria, vel delegata; in eo autem, qui votum irritum reddit, requiritur potestas dominativa, vel quasi in personas sibi subjectas, *ut docet Cajet. in 2. 2. d. q. 88. art. 12. vers. Ad secundæ quæstionis evidentiam, Nav. in man. c. 12. n. 73. Layman in Theol. mor. lib. 4. tr. 4. de voto &c. c. 8. n. 4.* unde Dominus, Maritus, Pater, sive Tutor, & Prælatus regularis irritare possunt vota emissa a servis, uxore, filiis, & Religiosis: sicut universaliter quilibet potest de re sua irritare dispositionem ab alio factam sine suo consensu, *ut latè declarat Bonac. de legib. disp. 4. q. 2. punct. 7. § 2. Baldell. lib. 5. disp. 52. num. 1. vers. Neque contra hoc &c.* ubi dicit, quod hujusmodi vota solùm intelliguntur fuisse facta sub conditione, si placerent iis, sub quorum potestate voventes constituti sunt, *ut ex lib. Numer. cap. 30.*

Secundò differunt, quia dispensatio in votis facta sine 12
justa

justa causa non solùm illicita est, sed etiam invalida; irritatio verò, si absque rationabili causa fiat, illicita quidem est sed non invalida, ut supra diximus, *& notat etiam Bonac. loco cit.* subdens, quod irritantes votum absque justa causa venialiter tantum peccant, etiamsi materia voti sit gravis.

23 An verò legislator, seu ejus successor possit validè, & li-
citè sine justa causa dispensare in propria lege? Resp. quod va-
lidè quidem poterit in tali casu dispensare; quia legis obliga-
tiu pendet a voluntate legislatoris; & ideò sicut in principio
legis potuit aliquem excipere, ita etiam potest illum, condi-
ta lege, excipere per dispensationem; illicita tamen erit hu-
jusmodi dispensatio, quia dispensans sine causa, imprudenter
ter utitur sua potestate; & ideò peccat saltem venialiter ces-
sante scandalo, vel gravi aliorum detrimento, *ita Henriq.
l. 12. c. 3. n. 6. Suar. de leg. lib. 6. c. 19. n. 6. Filliuc. tr. 10. p. 2. c. 10. Va-
lent. 1. 2. disp. 7. q. 9. & alii, quos refert, & sequitur Bonac. de legib.
disp. 1. q. 2. punct. 3. num. 1. & seq.* ubi etiam dicit, quod potest
legislator secum in propria lege sine justa causa validè dispen-
sare, sed non licitè, quia superior ex jure naturali tenetur le-
gem suam servare; obligatio autem legis naturalis non potest
auferri absque justa causa, *Laym. l. 1. tr. 4. c. 22. n. 13. & seq. Mal-
der. in p. 2. q. 97. ar. 4. dub. 2. Suar. de leg. l. 6. n. 14. Azor. p. 1. lib. 5.
c. 15. q. 3. & alii apud Dian. p. 1. tr. 10. res. 32.* ubi observat, quod
24 licèt petens dispensationem in tali casu venialiter peccet, po-
stea tamen in usu dictæ dispensationis sine justa causa obten-
25 tæ nullam culpam ne venialem quidem committit: Unde
valida etiam est dispensatio ab Episcopo facta sine causa in
propria lege, etiamsi lata sit in Synodo, *ut post Sanch. lib. 8.
de matrim. disp. 17. n. 27. Sal. de Legib. disp. 20. sect. 4. n. 42. & 43.
& alios notat Baldell. d. lib. 5. disp. 52. n. 15.* subdens *nn.* 17. quod
invalida esset dispensatio facta ab Archiepiscopo sine causa
26 in decretis Concilii provincialis; quia Archiepiscopus est
inferior Concilio provinciali, cùm ab Archiepiscopo detur
appellatio ad concilium provinciale, *juxta gloss. communiter
approbatam in c. a collatione, de Appel. in 6.*

27 Notandum est etiam, quod dispensatio facta ab inferiore in lege superioris non adhibita causæ cognitione, si reverà causa erat justa, & legitima, valida esset in foro conscientiæ, donec in foro exteriori revocetur, *Bonac. d. disp. 1. q. 2. punct. 3. n. 17. Dian. p. 1. tr. 10. res. 17. ubi cit. Sanch. de matrim. to. 3. libr. 8. disp. 17. n. 11. Sal. de leg. disp. 20. sect. 9. n. 79. Villalob. in Sum. to. 1. tr. 2. dub. 41. num. 4.*

S U M M A R I U M.

1 *Ad inducendum stylum non requiritur certi temporis decursus, sicut requiritur ad consuetudinem.*
2 *Stylus propriè restringitur ad judicialia, consuetudo verò generaliter omnia complectitur.*
3 *Quod tempus requiratur ad inducendam consuetudinem.*
Stylus qualiter probetur, ibid.
4 *Stylus pro lege habetur, & actus factus contra stylum est ipso jure nullus.*
5 *An actus factus contra consuetudinem sit nullus.*
6 *Stylus juri communi contrarius circa decisoria non potest introduci a Judicibus, sed tantum a supremo Principe: limitatur num. 7.*
8 *Stylus respiciens decisoria judicii, debet plenè, & concludenter probari, secus si respiciat ordinatoria.*
9 *Stylus Romanæ Curiæ etiam extra urbem servari debet ab Ecclesiasticis judicibus.*
10 *Quid si consuetudo Curiæ Romanæ a jure discreparet.*
11 *Non inducitur stylus, vel consuetudo in his, quæ vario modo leguntur observata.*
12 *Consuetudo juri communi contraria, & Ecclesiæ onerosa non inducitur, nisi per tempus immemorabile.*
13 *Quando agitur de acquisitione juris alteri quæsiti, non dicitur consuetudo, sed præscriptio.*
14 *Solitum, & consuetum quomodo intelligatur.*
15 *Quid si concedatur alicui officium cum salario consueto.*
26 *Solitum inducitur ex uno, aut duobus ultimis actibus.*
27 *Quid si Testator reliquerit alicui alimenta, quæ vivus præstabat.*
28 *Ultima consuetudo legitimè præscripta derogat præcedenti.*
19 *Quãdo varia est consuetudo, ad jus commune recurrendum est.*
20 *An filia, quæ olim impudicè vixit, exhæredari possit, si ultimo loco vitam honestam duxerit.*
21 *In quo differat consuetudo a præscriptione.*
22 *Leges canonicæ tractantes de fide, & sacramentis nulla consuetudine mutari possunt.*
Idem dicendum, si tractant de privilegiis personarum Ecclesiasticarum, ibidem.
23 *Consuetudo contra jus canonicum spatio 40. annorum inducitur.*
Antonell. de Tempore.
24 *In quo differat consuetudo a statuto.*
25 *Consuetudo præjudicialis Ecclesiæ non attenditur.*
26 *Consuetudo Ecclesiæ favorabilis non potest contrario statuto tolli.*

C A P U T LXXVIII.

Quæ sit differentia inter stylum, & consuetudinem.

PRæcipua inter stylum, & consuetudinem differentia est 1
respectu temporis: non enim requiritur certi temporis
decursus ad inducendum stylum, sicut requiritur ad con-
suetudinem, *tot. tit. C. quæ sit longa consuet. l. diuturna, ff. de legib.
latè Cravet. de antiq. temp. p. 4. n. 7. & seq.* nisi stylus sit contra
jus, quia tunc debet esse legitimè præscriptus, *Marescot. var.
lib. 2. c. 100. n. 20. & 21.* ubi, quod stylus est consuetudo judi-
ciaria continens ordinem, & seriem rerum gerendarum,
Jordan. Elucubr. divers. lib. 14. tit. 17. de Probat. a num. 573. ubi
etiam dicit, quod stylus propriè restringitur ad judicialia,
consuetudo verò generaliter omnia complectitur, *Penia de- 2
cis. 664. n. 5. Bonac. in tr. de legib. disp. 1. q. 1. pun. ult. §. 3. n. 32. Balb.
de præscr. in 5. p. 5. princ. q. 12.* ubi dicit, quod de jure civili con-
suetudo contra jus, sive præter jus præscribitur decem annis 3
concurrentibus extremis requisitis, sed de jure canonico, si
sit contra jus requiruntur 40. anni; si verò sit præteritus, suf-
ficiunt decem anni, *ut concludunt communiter DD. in l. de qui-
bus, ff. de leg. & in l. 1. & 2. C. quæ sit long. consuet. & in c. fin. extr.
de consuet.* quod tamen intelligendum est, quando consuetudo
præter jus detrahit juri Ecclesiæ, tunc enim ad illam indu-
cendam requiritur temporis diuturnitas; secus si non detra-
hit juri Ecclesiæ, quia tunc sufficeret probare per aliquot
actus, aliquando ita fuisse servatum, *secundum Oltrad. cons.
225. num. 24. Paul. de Castr. cons. 347. numer. 4. lib. 1. Aret. cons. 11.
n. 5. Dec. in l. semper in stipulationibus, in fin. ff. de Reg. jur. & in l.
ut liberis n. 19. C. de collat. Gabr. de consuet. concl. 1. num. 70. Nat.
cons. 406. num. 26 lib. 2. Menoch. de Arbitr. cas. 83. n. 10. Rot. in Sa-
lamantina portionis 20. Decembr. 1585. coram Cantuccio, prout
refert Marescot. var. lib. 2. c. 100. nu. 23.* quibus adde *Crescen. dec.
1. de consuet. Aym. cons. 134. nu. 6. Ferent. ad Burat. dec. 497. n. 11.*
ubi quod ad probandam consuetudinem testes debent depo-
nere de temporis diuturnitate, de visu actus, cujus consue-
tudo allegatur, & de illius frequentia, ita ut appareat, in-
tervenisse tacitum consensum populi, vel majoris partis, *Af-
flict. decis. 305. nu. 10.* ubi dicit, quod frequentia inducitur ex
duabus vicibus; item debent deponere de actibus conformi-
bus, rationemq; congruam reddere etiamsi non sint interro-
gati, *latè Marescot. var. lib. 2. c. 100. n. 1. & seq. Rosenth. de feud.
c. 9. concl. 58. n. 9. & seq.* ubi dicit, quod ad consuetudinem indu-
cendam decennium sufficit, dummodo bis in contradictorio
judicio obtinuerit, *Genuens. in tr. de Eccl. c. 1. q. 24.* ubi ad indu-
cendam consuetudinem contra jus canonicum, requirit
duos actus intra tempus 40. annorum, *Anchar. cons. 178. nu. 7.
Alex. cons. 132. n. 4. lib. 1. Dec. cons. 215. n. 2. Burat. dec. 497. n. 9. &
seq.* ubi quod stylus, & consuetudo non probatur per testes
simpliciter affirmantes, talem esse mortem, & stylum, ni-
si etiam deponant, ita aliquando in judicio fuisse judi-
catum.
Notandum est autem, quod stylus pro lege habetur, ita 4
ut actus factus contra stylum sit ipso jure nullus, *ut ex l. gene-
raliter, §. in omnibus, C. de Reb. cred. & jurejur. & l. 1. C. quæ sit
long. consuet. probat Guid. Pap. dec. 198. & 292.* quod procedit,
sive stylus tendat ad litem ordinandam, sive decidendam,
*Card. Florentin. in clem. sæpe, de verb. signif. quem refert Afflict.
dec. 79. num. 4.* actus verò factus contra consuetudinem ita de- 5
mum esset nullus, si consuetudo notoria sit, *ut inquit Jorda.
loc. cit. num. 578.*
Notandum 2. quod stylus juri communi contrarius circa 6
decisoria non potest introduci a judicibus, sed tantum a su-
premo Principe auctoritaté supra jus habente: nisi fortè con-
currant tot actus unà cùm tempore, quot requiruntur ad in- 7
ducendam consuetudinem contrariam juri *ut decisum refert
idem Jordan. d. tit. 17. de Prob. n. 574.*
Notandum 3. quod stylus respiciens decisoria judicii, de- 8
bet plenè, & concludenter probari; secus si respiciat ordi-
natoria, quia tunc posset Judex extrajudicialiter se informa-
re a Notariis, & Causidicis, *Cacher. dec. 22. n. 17. Greg. dec. 484.
num. 5. & 6. & ibidem Beltramin.* subdens, quod Rota ad pro-
bandum stylum extra Curiam non admittit fides extrajudi-
ciales.
Notandum 4. quod stylus Romanæ Curiæ etiam extra ur- 9
bem servari debet a Judicibus Ecclesiasticis, *Gom. in Proœm.
reg. Canc. q. 2. Card. Zabar. in clem. quamvis, de Appell. quos re-
fert, & sequitur Piasec. in Prax. Episc. p. 2. c. 4. numer. 70. Jordan.*

Elucubr, diverf.d.lib.14.tit.17.num.580. & feq. ubi addit, quod
10 confuetudo dictæ Curiæ Romanæ, quatenus a jure difcre-
paret, extra orbem non obligat.
11 Notandum 5. quod neque ftylus, neque confuetudo indu-
citur in his, quæ vario modo leguntur obfervata, *Cravet.
conf.96.n.5. Grat. difc. for. c.861.nu.22. Alex. conf.5.num.7. & 13.
volum.5.*
12 Notandum 6. quod confuetudo juri communi contraria, &
Ecclefiæ onerofa, non inducitur, nifi per tempus immemora-
bile, *ut poft Bald. in c.1.n.8. De his, qui feud. dar. poff. Rom. fingu-
lar.102.n.2. & alios dixit Rot. dec.274. n.1. p.4. tu.1. in Recent.*
13 Notandum 7. quod ubi agitur de acquifitione juris alteri
quæfiti, non dicitur confuetudo, fed præfcriptio, *Put. dec.251.
lib.3. Poft Abb. in c. fin. col. antepenult. de confuetud.*
14 Notandum 8. quod folitum, & confuetum intelligitur id,
quod proximis præcedentibus annis fervatum eft, *late Capyc,
dec.163.n.3.* ubi dicit, quod fi concederetur alicui officium
15 cum falario confueto, & appareret, quod diverfimodè fo-
lutum fit debet infpici falarium, quod duobus, vel tribus an-
nis antecedentibus præftitum eft, vel quod habuit immedia-
tus prædeceffor, non autem quod longo tempore confuetum
eft, *Menoch. qui communem dicit in lib.3. præfump.6. n.39. Cre-
fcen. dec.1. de confuet, Penia d. dec.664. num.6.* ubi quod folitum
16 inducitur ex uno, aut duobus ultimis actibus *quod quidem pro-
batur ex l. Mela ait, verf. fed fi alimenta. ff. de alim. & cibar. le-
gat.* ubi, fi teftator reliquerit alicui alimenta, quæ vivus præ-
17 ftabat, ea demum præftari debent, quæ mortis tempore præ-
ftare folitus erat, ità, ut fi teftator in vita vario modo præfti-
terit, attendi debeat ultima præftatio alimentorum; ex quo
infert *Alex. conf.5. n.22. & feq. lib.5.* quod ultima confuetudo
18 legitimè præfcripta derogat præcedenti, *ut fenfit etiam Man-
tic. de Tac. & ambig. conv. lib.3. tit.9. n.76.* ubi addit, quod cùm
19 varia eft confuetudo ad jus commune recurrendum eft, *Me-
noch. d. lib.3. præfump.6. n.39.* ubi dicit, quod ultimus ftatus fi-
liæ attenditur, ita ut exhæredari non poffit, fi ultimo loco ef-
20 fecta fit vitæ honeftæ, etfi antea parum pudicè vixerit, *& ita
etiam tenent alii Doctores, quos latè recenfet Grat. difcept. for.
cap.370. num.1. & feq.*
21 Notandum 9. quod in multis differt confuetudo a præfcri-
ptione: & prima quidem differentia eft, quod in confuetudine
requiritur confenfus tacitus populi, vel majoris partis: fed
præfcriptio non requirit confenfum Adverfarii, quia currit
etiam contra ignorantem. Secunda eft, quia ex præfcriptio-
ne acquiritur jus privato: per confuetudinem verò acquiritur
in publico, & in communi. Tertia eft, quod in confuetudi-
ne etiam contra jus non requiritur titulus: fed in præfcriptio-
ne contra jus requiritur titulus. Quarta eft, quod confuetu-
do induci poteft fine titulo, & cum mala fide licèt peccent ii,
qui primum contra jus confuetudinem inducunt abfque ju-
fta caufa: fed in præfcriptione femper requiritur bona fides.
Quinta eft, quod licèt in præfcriptione jurium incorpora-
lium debeat probari fcientia, & patientia Adverfarii, tamen
in confuetudine inducenda non eft neceffaria probatio de
fcientia, & patientia, etiamfi agatur de præfcriptione pe-
dagii, & regalium. Sexta eft, quod præfcriptio tendit ad
tollendum jus jam in effe productum, putà dominium vel
actionem: confuetudo verò tendit ad inducendum de novo
quod non eft *ita gloff. in cap. fin. in verf. legitimè, ubi etiam Pa-
nor. de Confuet. Bald. in leg. fin. in 15. oppo. C. de Edict. Div. Adr.
toll. Arch. & Jo: Andr. in c.1. de Præfcr. in 6. Alex. conf.6. vol.1.
& conf.124. vol.4. & conf.16. vol.5. Hoft. in Sum. in tit. de Con-
fuet. §. fin. & alii, quos refert, & fequitur Balb. de Præfcript. in
2. p. prim. princ. q.10. numer.2. & feq. & in 5. p. 5. princ. q.12. nu.5.*
ubi etiam dicit, quod quando agitur de exactione facienda
adverfus omnes de univerfitate, tractandum eft de confue-
tudine, non de præfcriptione, vel inductione præfumptio-
nis tituli.
Notandum 10, quod decreta, feu leges canonicæ tractan- 23
tes de fide, vel Sacramentis nulla unquam confuetudine mu-
tari poffunt, *cap. fin. de Confuet. & cap. fin. de Præfcr.* idem di-
cendum, fi tractant de privilegiis perfonarum Ecclefiafticа-
rum, *gloff. & DD. in c. clerici. de Judic. & in cap. Ecclefia S.
Mariæ, de Conftit. latè Marefcot. var. lib.2. cap.100. n.25. & feq.*
fubdens *num.30.* quod confuetudo contra jus canonicum fpa-
tio 40. annorum inducitur quoad jura, & res temporales ac-
quirendas, vel amittendas, & quoad alias civiles difpofi-
tiones.
Notandum 11. quod ftatutum differt a confuetudine: quia 24
confuetudo regulariter non tollitur, nifi per plures actus;
fed ftatutum unico actu contrario tollitur, quemadmodum
unico actu conditum eft, *Abb. & Fel. in c. cùm acceffiffent, de
Conftit. & alii apud Genuen. in tr. de Eccl. q.155.* ubi id limitat
in ftatuto favorabili Ecclefiæ: hoc enim per unicam contra-
ventionem non tollitur, *fecundum Innoc. in c. accedentibus de
privil. Abb in cap. pro illorum, de Præb, Fel. in d. cap. cùm. accef-
fiffent.*
Notandum 12. quod confuetudo etiam immemorabilis, 25
attendenda non eft, fi fit præjudicialis Ecclefiæ, & abfque
aliqua caufa rationabili inducta, *c. fin. de confuet. latè Gabr. de
Præfcrip. concl.1. & alii apud Genuen. de Ecclef. q.315.* ubi dicit,
quod non valeret confuetudo, ut Prælatus alienet res Eccle-
fiæ fine confenfu Capituli, vel ex qualibet levi caufa, *per tex.
in c. cum caufa, de fent. & re jud.*
Notandum 13. quod fi Civitas confuevit quolibet anno 26
dare Ecclefiæ certam frumenti quantitatem, vel quid aliud
pro eleemofyna, vel alimentis, non poteft contrario ftatuto
hujufmodi præftationem revocare, *cap. veftra, de locat. c. ad
Apoftolicam, de Simon. Bart. in l. privilegia, C. de Sacrof. Ecclef.
Rom. in fing.433. Joan. de Plat. in l. quæcunque, C. de fid. inftrum.
lib.10. Cacher. decif.99. numer.20. & 21. & alii apud Genuen. in
tr. de Ecclef. qu.478. & 493.* ubi etiam dicit, quod præcipua
requifita ad inducendam confuetudinem favore Ecclefiæ,
funt, quod populus a principio folverit fpontè, & quod fo-
lutio fuerit uniformis.

Finis Libri Primi.

JOAN-

JOANNIS CAROLI ANTONELLI SAC. THEOLOGIÆ, AC J. U. D. VELITERNI.

LIBER SECUNDUS.

DE ANNIS.



E anno, seu annis sæpius in jure tam canonico, quàm civili tractatur; nam *in cap.quærenti, de offic.deleg.* Annus datur delegato a Papa, ad exequendam sententiam suam.

In *cap.rursus, & cap.seq.* 11.*q.*3. excommunicato propter civilem, vel criminalem causam, annus datur ad deducendum jura sua.

In *cap.plerumque, de Rescript.* annus datur impetrantibus litteras, seu rescripta Superiorum, ut illis uti possint; aliàs auctoritate posteriorum litterarum possunt conveniri, licèt in ipsis nulla de prioribus mentio habeatur.

In *l.qui gravatos, C.de Censib.lib.*11. gravatus a Peræquatore, facultatem habet conquerendi infra annum, quo elaso amplius non auditur: exceptis minoribus, & absentibus Reip. causa, quibus non currit tempus, donec habuerint experiendi facultatem.

In *paragr.illud quoque, de Hæred. & falc.* hæredi annus conceditur ad solvenda legata, ab admonitione, ex judiciali decreto facta inchoandus, quo elapso, & legatis non solutis cadit a jure hæreditatis. Si verò Legatarii institerint, sibi caveri ab hærede, de præstandis legatis, hæres ad ejusmodi cautionem præstandam habebit sex menses, a die petitionis numerandos, *per leg.certa est forma, Cod. ut in poss.legat. vel fideicomm.&c.*

In *l.*2.*Cod.de Naufrag.lib.*10. ei, qui naufragium substinuit, annus datur ad experiendum jura sua, quo elapso amplius non auditur.

In *cap. quoniam frequenter, ut lit. non contest.* actori, ad cujus instantiam testes fuerunt recepti ante litem contestatam, annus præfigitur ad conveniendum Adversarium, vel ad denunciandum illi receptionem hujusmodi testium, quo elapso attestationes sic receptæ non valent.

In *Concil.Trident.sess.*7.*de reform.cap.*10. Capitulis Ecclesiarum sede vacante prohibetur, nè infra annum a die vacationis, ordinandi licentiam, seu litteras dimissorias concedant.

In *l.si quis, & auct.quæ supplicatio, Cod. de Precib. Imper.offer.* biennium datur, intra quod adversus sententiam quis supplicare potest ad Principem: pendente tamen supplicatione mandatur sententia executioni, *ut ibidem notat glos.in ver.retractationis*, quamvis secus sit pendente appellatione, *ut in l.* 1. *ff. Nihil novar.appell.interpos.*

In *auct.de Alien.& emph.paragr.*1. biennium præfigitur Ecclesiæ Dominæ directæ ad declarandum, an velit, ut emphyteusis penes aliam Ecclesiam remaneat.

In *cap.si quis incognitus*, 17.*quæst.*2. Domino ad revocandum servum in Religionem ingressum, triennium præfigitur, quo elapso Dominus amplius non auditur.

In *l.*2.*paragr.ad filiorum, ubi Bart.Cod.Quom.& quib.quar.pars deb.lib.*10. statuitur, quod si fuerit relictum legatum puellæ cum conditione, ut nubere debeat cum aliquo de tali familia, talis conditio debet impleri intra triennium post pubertatem ipsius puellæ.

In *l.si quis suus, ubi glos.ff.de iur.delib.* hæredi suo, qui paternam hæreditatem repudiavit, bonis in eodem statu manentibus, ut repudiationem intra triennium revocare possit, indulgetur.

In *l.*1 *& l.si pater, Cod.Ne de stat. defunct.* disponitur, ut de statu defunctorum post quinquennium a die mortis computandum non quæratur; unde si pater velut ingenuus vixerit, & post ejus mortem quinquennium effluxerit, filius ad honores ut ingenuus admittitur.

In *l.*1.*paragr.quod dictum est, ff.de separat.* statuitur, ut remedium, & actio, seu Judicis officium de separatione bonorum, quod competit creditori, ut bona sui debitoris separentur ab aliis, quæ jure hæreditario, sive aliunde pervenerint ad debitorem, intra quinquennium post aditionem numerandum, & non ultra postuletur; quamvis Judicis officium regulariter eodem tempore, hoc est spatio 30. annorum quo tollitur actio, præscribatur, *juxta leg.sicut, & leg.omnes, Cod. de Præscript.*30.*ann.*

In *l.*2.*Cod.de vectigal.& comm.* sancitur, ut res, quæ incidit in commissum, post quinquennium [illegible] non possit.

In *Concilio Trid.sess.*14.*de ref.cap.*5. similiter statuitur, ut litteræ conservatoriæ, & privilegi[illegible] vigore competentia per quinquennium dumtaxat durent.

In *l. sive præfinito, ff. de Pæn.* disponitur, ut damnatus ad carceres, vel in triremes non facta temporis expressione, intelligatur de decem annis, non ultra. Et in aliis etiam legibus de Anno, & annis passim fit mentio, prout infra latius Deo aspirante dicturi sumus.

SUMMARIUM.

1 *Quot sint ætates hominis.*
2 *Pupillus proximus infantiæ potest alium sibi obligare, sed ipse alii non obligatur, nisi sit proximus pubertati, & Tutoris auctoritas inter venerit.*
3 *Filiusfamil. in ætate pupillari ne auctore quidem Patre obligatur.*
4 *Infans etiam ad sui utilitatem stipulari non potest.*
5 *Quando quis dicatur infans.*
6 *Quando quis dicatur proximus infantiæ, & pubertati, & num. 7. 8. & 9.*
10 *An pupillus possit præsentare ad beneficium jurispatronatus.*
Et an in concursu præsentatio pupilli præferatur præsentationi Tutoris, ibidem.
11 *Si Testator substituit filio infanti censetur substituisse eidem filio etiam post infantiam usque ad pubertatem.*

CAPUT PRIMUM.

Quis censeatur proximus infantiæ, & pubertati.

1 PRæmittendum est primò, quod *gloss. in proœm. Sexti Decretalium, in ver. perfectus*, sex hominis ætates constituit: prima est infantia, quæ durat usque ad septimum annum: secunda est pueritia, quæ anno 14. in masculis, in fœminis 12. perficitur: Tertia est adolescentia, quæ durat usque ad 25. annum: Quarta, juventus, vel virilis ætas usque ad quinquaginta: Quinta, senectus usque ad septuaginta: Sexta, decrepitas.

Hæc autem glosæ senteotia a Doctoribus communiter approbatur, senectutis ætate excepta, de qua infra dicemus; quamvis aliter sentiat *Hipocr. 1. Aphor.* 13. ubi ætates in quatuor divisit, videlicet in pueritiam, adolescentiam, ætatem consistentem, & in senectutem, *Casert. in Medicin. Theoric. tract. 3. q. 7. art.* 1. ubi dicit, quinque esse hominis ætates, quarum prima est pueritia: quæ producitur usque ad decimum quartum annum: secunda est adolescentia, seu pubertas, quę a pueritię termino protrahitur usque ad vigesimum quintum: tertia est juventus, seu ætas florens; quæ a vigesimoquinto ad trigesimumquintum extenditur: quarta est ætas consistens, quæ quinquagesimum ferè attingit annum; post quam senectus sequitur usque ad sexagesimum, vel sexagesimum quintum, quos annos ætas sequitur decrepitas, senectutis pars deterrima.

2 Præmittendum 2. quod pupillus proximus infantiæ potest alium sibi obligare, etiam sine Tutoris auctoritate, sed ipse alii non obligatur, nisi sit proximus pubertati, & Tutoris auctoritas intervenerit, *§. pupillus, & ibi glos. Aret. & alii,*
3 *Instit. de inutil. stipul.* ubi, quod filiusfamil. in ætate pupilla-
4 ri ne auctore quidem Patre obligatur; Infans verò etiam ad sui utilitatem stipulari non potest, *leg. 1. in princ. & l. mulier, ubi Bart. ff. de verb. oblig.* dicitur autem infans qui septimum ætatis suæ annum noodum explevit, ut supra diximus, & *probat Text. in leg. 1. §. sufficit, ff. de Admin. Tut. l. si infanti, C. de jur. deliber. gl. communiter recepta in l. etiam infantem, ff. de adopt.*

5 Quare videndum nobis est, quis censeatur proximus infantiæ, & pubertati.

6 Et quidem *gloss. in §. pupillus, ver. infantiæ proximus, inst. de inutil. stipul.* censuit, quod proximus infantiæ quis dicitur ab anno septimo expleto usque ad decem annos, & dimidium: proximus vero pubertati censetur qui annum decimum, & dimidiatum explevit; si fuerit masculus: nam fœmina in novem annis cum dimidio dicitur proxima pubertati: quam sententia sequuti sunt, *Aret. ibid. Bart. in l. 1. numer. 6. ff. de Novat. Bald. in leg. non tantum, ff. de excus. Tutor. & communem dic Coval. in spec. opin. commun. con. comm. quæst. 292. in princ.* & ratio est, quia cum infantia duret usque ad septimum annum, illud quod superest ad pubertatem dividitur per medium, & sic apparebit, an sit proximus infantiæ, & pubertati, *arg. tex. in §. ultim. instit. Quib. ex caus. manum. non*
7 *licet*: quod intelligendum est in civilibus: nam in criminalibus causis non dicitur quis proximus pubertati, nisi quando est propè per sex menses, *secundum Jas. in auct. sacramenta puberum, C. si advers. vend. & in l. properandum, §. 1. Cod. de jud. quem refert, & sequitur, Syl. in d. §. pupillus, & ita etiam sensit Bald. in l. excipiuntur, ff. ad Syllanian. Corn. cons. 147. n. 25. vol. 1. & alii apud Viv. comm. opin. 674. numer. 1. vers. in contrarium &c.*

Addit *Aret. loc. cit.* quod si malitia ætatem supplet, tunc 8
etiamsi esset minor decem annis cum dimidio, diceretur proximus pubertati, *per tex. in l. 3. C. si mi. se major. dix. c. a nobis, & c. de illis, ex de spons. impub.*

Hæc sententia videtur probari etiam ex *c. continebatur, ibi, si fuerit ætati proxima, ut in 11. vel circa 12. annum, eodem tit. de Despons. Impub.*

Quia verò non omnibus idem est in eadem ætate intelle- 9
ctus, quoad proximos pubertati existimo, id esse remittendum arbitrio Judicis, qui non tam annorum numerum, quàm personarum, ac Regionis qualitatem spectare debet; nam una Regio altera callidiores habet pueros, *ut sensit Jo: Faber. in d. §. pupillus, Saly. in c. Impunitas, C. de Pæn. Anan. in c. 1. n. 4. de delict. puer. Zasius in tr. de Judæis in q. 11. Natta cons. 434. in fin. vol. 2. & alii, quos refert, & sequitur Viv. comm. opin. 674. n. 2. Menoch. de Arb. Jud. lib. 2. cas. 57. nu. 19. & 44. cum seq.* subdens, puerum, cui sex tantùm menses ad ætatem perfectam deerunt, audaciùs, ac levioribus argumentis esse judicandum pubertati proximum.

Quæres, an pupillus possit præsentare ad beneficium Ju- 10
rispatronatus? Resp. affirmativè, modò sit major septennio, *ut post Lambert. de jurepatr. par. 1. lib. 2. q. 2. art. 9. numer. 3. dixit Rot. dec. 363. nu. 2. & seq. par. 4. tom. 1. in Recen.* ubi etiam quod in concursu ejus præsentatio est præferenda præsentationi Tutorum.

Quæres 2. an testator substituens filio infanti, censeatur 11
etiam substituisse filio post infantiam? Respond. quod dicitur substituisse filio etiam post infantiam usque ad pubertatem, cùm militet eadem ratio providendi filio, *Gratian. cons. 15. num. 25. lib. 2. Menoch. de Præsumpt. libr. 4. præsump. 65. numer. 41.*

SUMMARIUM.

1 *Ad excusationem tutelæ, & curæ is senex dicitur, qui annum septuagesimum complevit.*
2 *Major 55. annis uti senex a muneribus personalibus excusatur.*
3 *In aliis casibus, in quibus nulla clara juris extat constitutio, Judicis arbitrio relinquitur, quinam senex dicatur.*
4 *Quis censeatur senex, ut excusetur a tortura, & n. 6.*
5 *Qui ad annum 70. pervenit, remoto omni judicis arbitrio censeri debet senex.*

CAPUT II.

A quo anno quis censeatur senex.

IN nonnullis casibus lex declaravit, qua ætate homo senex
dicatur: nam ad excusationem tutelæ, & curæ is senex 1
dicitur, qui annum septuagesimum complevit, *l. 3. ff. de Jur.*
immun. §. item major, Instit. de excus. Tut. item major 55. annis 2
uti senex a muneribus personalibus excusatur, *l. ult. Cod. Qui ætat. vel profess. se excus. lib. 10.* quicquid dicat *Didac. de Narbon. de ætat. ad omn. hum. act. requisit. in ver. Annus septuagesimus q. 14. num. 3. & seq.* ubi ad id requirit annum 70. expletum.

Sed in aliis casibus, in quibus nulla clara Juris extat con- 3
stitutio, verius existimo, hoc Judicis arbitrio relinquendum esse, *ut sensit Menoch. de Arb. Jud. l. 2. cas. 58. num. 3. ubi cit. Barbat. cons. 21. l. 2. & con. 22. l. 3. Jo: Andr. in c. quoniam frequenter, ut lit. non contest. & communem dicit Scac. de Jud. libr. 2. c. 8. n. 249. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 9. nu. 84. & seq.* ubi loquitur de Coadjutoria concessa propter senectutem, vel ingravescentem ætatem, *Jordan. Elucubr. divers. libr. 10. tit. 20. num. 117. & seq.*

Hinc Judex arbitrari poterit, quis censeatur senex, ut ex- 4
cusetur a tortura, cùm hoc clarè non sit constitutum *in l. 3. §. gnoscitur, ff. ad Syllan. & ità tenet Didac. de Narbon. loco cit. q. 5. n. 6. vers. nec tamen,* ubi dicit, quod quicunque a 50. anno usque ad 70. ita debilis invenitur, ut sine mortis periculo quæstionem subire nequeat, torqueri non debet, subdens, *num. 8.* quod si fortè torqueatur, & præ dolore delictum, de quo fuerit accusatus, aut quid aliud confiteatur, ex tali confessione velut invalida puniri non poterit, etiamsi eam ratificaverit,

idem

idem sensit Mascard.de Probat.concl.1315.num.6.& seq.vol.3.
quicquid in contrarium asserat Bonifac.de Vitalin.in rub.de
Quæst.& tormen.n.2.Grammat.dec.34.n.4.
5 Observa tamen, quod arbitrium Judicis versatur circa
senes, qui nondum pervenerunt ad annum septuagesimum:
quia is, qui explevit 70. annum remoto omni arbitrio Ju-
dicis censeri debet senex, cùm annus septuagesimus sit ter-
minus aliarum ætatum, ut post Abb. in cap. quoniam frequen-
ter, numer.18. ut lit. non cont. tradit Scacc. de Judic. lib.2.cap.8.
numer.254.
6 Addit Narbon.ubi sup.in vers. Annus septuagesimus c.5.nu.6.
quod nec ferula septuagenarii cæduntur, ne timore, perculsi
aliquando falsis consentiant, vera diffiteantur.

S. V M M A R I V M.

1 *Ad testificandum puberes tantùm admittuntur declaratur num.3.*
2 *Quinam puberes dicantur.*
3 *In criminalibus causis testis debet esse major 20. annis.*
4 *Fœminæ an admittantur ad testificandum in causis criminalibus, & n.6.*
Et an in causis civilibus admittantur, ibid. num.4.
5 *Quid si in delicto commisso non adfuerunt alii testes, nisi mulieres.*
Quæ geruntur in Capitulo, probari possunt per eos, qui sunt de capitulo, ibidem.
7 *In testamentis mulier non est testis idonea.*
8 *An testis testificari possit de iis, quæ vidit in pupillari ætate.*
9 *An unus testis plenè probet contra producentem.*

C A P U T III.

Cujus ætatis quis debeat esse, ut admittatur ad testificandum.

1 RESp. quod puberes tantùm admittuntur, lib.3.§.lege ju-
lia,ff.de Testib.§.testes,instit.de Testam. puberes verò
2 dicuntur, qui 14. annum expleverunt, si masculi sint: fœ-
minæ verò post 12. annum puberes similiter intelliguntur,§.1.
instit.quibus mod.tut.finit. quod procedit in civilibus: nam in
3 criminalibus causis testis debet esse major 20. annis, l. in testi-
monium,ubi glos.ff.de Testib.& tradunt DD.apud Jordan.Elu-
cubr.divers.lib.10.tit.20.n.82.Mascard.de Prob.concl.1313.n.9.
4 & 10.vol.3. fœminæ verò cujuscunque ætatis sint, in causis
criminalibus criminaliter intentatis, a testificando de jure
canonico repelluntur, c.forus, §.testes,& ibid.glos.communi-
ter recepta,ver.non fœmina,de verb.signif. Alex.cons.19.num.1.
vol.1. Angel.Aret.in §.testes autem,inst.de testam. ubi dicit,
quod de jure canonico non possunt esse testes in accusatione
criminali, sed in inquisitione, sic Marau.de jud.in 4.p. princ.
in prim.dist.num.33.Marsil.cons.130.num.34.Bertran.cons.189.
num.2.vol.1. Olstr.cons.145.& alii apud Viv.comm.opin.in vers.
Testes,opin.980. ubi tamen subdit, quod non omninò repel-
luntur, ita ut nulla eis fides præstetur, sed quòd non sint
testes omni exceptione majores, in judiciis verò civilibus, &
criminalibus causis civiliter intentatis, fœminæ etiam de ju-
re canonico recipiuntur, Clar.in Pract.crim. §.fin.q.24.vers.
5 de jure autem canonico &c. immò quando in delicto commis-
so non adfuerunt alii testes, nisi mulieres, eis plena fides ad-
hibetur, ut tradunt DD.communiter in c.3. de Testib. Alciat.
reg.1.præsump.47. ubi dicit, quod textus in d. §.testes, non
servatur de facto: quando veritas aliter haberi non potest:
quamvis constare prius debeat, quod aliter veritas haberi
non possit, Alex.cons.64.volum.1. Mars.consil.31. numer.33.
& cons.80.col.fin.Ruin.jun.cons.120.n.24.vol.2.Menoch.de Arb.
jud.cas.106.n.2.in fin. Rolan.cons.24 numer.68.lib.1.& alii apud
Grat.disc.for.c.525.n.5.& seq. ubi etiam dicit, quod non statur
dicto ipsiusmet fœminæ vel alterius testis inhabilis asserentis,
alios testes non adfuisse, ut notat etiam Arelaten.in annot. ad
Alciat.d.præsump.47.Alex.cons.152.num.11. vol.5. ubi, quod
tunc creditur testi insufficienti in casu, quo veritas aliter ha-
beri non potest, quando ex natura regulari ipsius facti alii
testes verisimiliter non possunt occurrere; secus si possint in-
teresse, licèt casualiter non interfuerint; unde ad proban-
dum ea, quæ geruntur in capitulo Ecclesiæ, admittuntur il-
li, qui sunt de capitulo, quia regulariter in capitulo non so-
lent adesse extranei, c.veniens 2. in fin. de Testibus, idem di-
cendum, quando civiliter agitur de crimine, nam tunc fœ-
mina non repellitur, Marant. loc.cit. ubi dicit, quod ita conclu-
dunt communiter DD. in c.quoniam, & cap.tam litteris extr. de
Testibus.

Antonell. de Tempore.

Sed de jure civili fœminæ etiam in causis capitalibus ad- 6
mittuntur, Spec.in tit.de Teste,§.1.numer.83 Roland.cons.7.sub
n.1.vol.1. Gram.cons.crim.12.num.16.& seq.& alii apud Viv.
loc.cit.& hanc esse magis communem, testatur Alex.cons.11.n.6.
lib.1. ubi dicit, quod speciale est in testamentis, in quibus 7
mulier non est testis idonea, juxta leg.qui testamento,20.§.eum,
qui lege,ff.de testam. vide etiam Aret. in §.testes,numer.2.instit.
de Testam.ordin. ubi excipit crimen publicum, vel ubi ve-
nit imponenda membri abscissio, in quo mulier non potest
esse testis, sicut non potest accusare, leg. qui accusare,ff.de
Accus.

Sed quæres, an ferre quis possit testimonium de iis,quæ vi- 8
dit in pupillari ætate? affirmativè respondet glos.in d.l.3.§.lege
Julia,ver.impuber,ff.de Testib. quia, cum nullo jure prohi-
beatur, idoneus ad id reputari debet, arg.l.1.ff.de Testib. hoc
tamen intelligendum est de iis,quæ vidit, dum erat alicujus
discretionis, ut dicit Bald.in d.l.3.§. Sabinus quoque, hoc est
dum jam egressus fuerat infantiam, sive dum erat proximus
pubertati: aliàs secus, ut declarat Bart. in d.§.l.Julia n.2.& in
l.notionem,§.instrumentorum,ff. de verb.signif. Papien.in form.
libell.juramenti test.§.potest ante,n.17.& communem dicit Vivi.
commun.opin.964.n.4.lib.3.

Quęres 2. an unus testis plenè probet contra producentem? 9
affirmat Soc.jun.cons.69.n.11.lib.1. quem refert,& sequitur Ce-
phal.cons.141.num.5. etiamsi deponat tantùm de credulitate,
Roman.in singul.104.in fin. Marian.jun.cons.69.num.11.vol.1.
Jas.in Rubr.ff.de Jurejur.in 6.limit.& alii apud Gabr.libr.1.tit.
de Testib.concl.1.num.13.& 14. ubi dicit, hanc esse veram, &
communem conclusionem; id tamen procedit, quando attesta-
tiones producuntur; non autem quando quis testes inducit,
ut examinentur; hoc enim casu non approbat testium dicta,
sed tantùm personas, Bursat.cons.106.num.22.Barz.decis.170.
num.10.Magon.dec.Lucen.46.num.42.Maceraten.var.res.lib.1.
res.106. num.12.& alii quos refert & seq. Cancer.var.res.libr.1.
cap.20.num.73.

S V M M A R I V M.

1 *Ad matrimonium quænam ætas acquiratur, & quę ad sponsalia, & n.6.*
2 *An valeant sponsalia contracta ultima die septennii.*
3 *Matrimonium contractum ultima die anni 14. in mare, & 12. in fœmina, validum est favore matrimonii.*
4 *Quid si matrimonium, vel sponsalia contrahantur octo, vel decem diebus ante ætatem legitimam.*
5 *An in præscriptionibus sufficiat ultimam diem attigisse, ut præscriptio censeatur completa.*
6 *Rationis usus eodem tempore viris, & fœminis advenit.*
Potentia generandi tardiùs in viris, quam in fœminis experitur, ibidem.
7 *Minor ætas ad matrimonium sufficit, quando concurrit potentia coeundi, vel quando malitia ætatem supplet.*
Quando malitia dicatur supplere ætatem in matrimonio, ibidem.
8 *An Episcopus dispensare possit cum minoribus carentibus ætate requisita ad matrimonium contrahendum.*
9 *Si malitia ætatem supplet, valida sunt sponsalia etiamsi ante septennium celebrentur.*
10 *Quando malitia censeatur supplere ætatem in sponsalibus.*
11 *An impubes alterius nomine matrimonium contrahere possit.*

C A P U T IV.

Quænam ætas in matrimonio, & sponsalibus requiratur.

ÆTas ad matrimonium requisita in masculo est 14. an- 1
norum & 12. in fœmina: ut constat ex c.2. de Despons.
impub. ad sponsalia verò contrahenda septennium requiritur 2
in utroque,c.1.eod.tit.in 6. valerent tamen sponsalia contracta
ultima die septennii, vel parum ante, secundùm S.Thom.in 4.
dist.27.quem refert,& sequitur Sylv.in Sum.in ver.sponsalia,
n.2. Sanch.de matrim.lib.1.disp.16.num.4.in fin. Henriq.in sum.
lib.13.cap.40.num.3.& alii apud Grat.discep.for.c.413.num.23.
quemadmodum matrimonium contractum ultima die anni
14. in mare, & 12. in fœmina, validum est favore matri- 3
monii, arg.leg.qua ætate,ff.de Testam.& tradit idem Sylv.in
ver.matrimonium 5.num.5. Gratian.dicto cap.413.num.23.Sot.
in 4. dist.27.q.2.art.2. Rebel.p.2.lib.4.qu.5.conclus.2.num.2.Gut-
tier. de Matrim.cap.2.num.20. Ledesm.in 2.p.lib.4.sent.q.60.ar-
tic.1.col.penult. ver.hæsitabis,& alii apud Bonac.in tractat.de
matrim.qu.1.punct.4.num.3.& 11.Dian.par.3.res.mor.tract.4.
res.274.& 277. ubi addit, quod matrimonia, & sponsalia con- 4
tracta tribus, vel etiam octo, aut decem diebus ante legiti-

mam ætatem, judicanda sunt valida tam in foro conscientiæ, quàm in foro externo, quia parum, & nihil in jure æquiparantur, ex *Juribus vulgatis*.

5 Addit *gl. in Rubr. ff. de Divers. & temp. præscrip.* quod etiam in præscriptionibus sufficit, ultimam diem attigisse, ut præscriptio censeatur completa: contrarium tamen in hoc tenuit *Rot. dec. 551. n. 15. p. 5. tom. 2. Rec.*

6 Cur autem camdem ætatem ad sponsalia, & diversam ad matrimonium jus præscripserit in viris, & fœminis? Resp. ex eo procedere, quia ad sponsalia sufficit rationis usus, qui eodem tempore viris, & fœminis advenit; ad matrimonium verò potentia generandi desideratur, quæ tardius in viris experitur, *ita Sanch. de matr. l. 1. disp. 16. nu. 2. quem refert Barbos. in c. litteras, n. 3. de Desp. Impub.*

7 Observa tamen, quod si concurrat potentia coeundi, minor ætas sufficit, *ut constat ex tex. in cap. continebatur, vers. si autem fuerit de Despons. impub. & c. ult. de eo, qui cogn. cons.* ubi matrimonium contractum cum muliere in decimo, vel undecimo anno, concurrente hujusmodi potentia, validum declaratur: idem dicendum, quando malitia ætatem suplet, juxta *gloss. comm. receptam in cap. ad id, de sponsal. & ita sensit etiam Rebell. loco cit. Pontius de Matrim. lib. 12. cap. 5. numer. 3. Dian. dict. resol. 274.* etiamsi contrahentes ad coeundum apti non sint, *secundum Calc. cons. 121. numer. 17. vers. est etiam secunda quem refert, & sequitur Menoch. de Arb. Judic. libr. 2. cas. 57. num. 34.* contrarium tamen est verius: nam tunc malitia dicitur supplere ætatem in matrimonio, quando contrahentes cognoscunt naturam conjugalis contractus, & habent potentiam generandi, *Coninch. de matrim. disp. 21. dub. 5. num. 52. Sanch. lib. 1. disp. 16. num. 9. Reginald. lib. 31. numer. 248. Filliuc. tract. 10. cap. 7. quæst. 9. num. 258. Molfes. tract. 4. cap. 5. num. 18. & alii apud Bona. de matrim. d. q. 1. punct. 4. nu. 2. & 10.* quibus adde *Henriq. in sum. lib. 11. cap. 13. §. 12. Barbos. de off. & potest. Episc. alleg. 35. num. 20. Jordan. Elucubr. lib. 9. tit. 1. nu. 261.*
8 ubi dicit, quod Episcopus potest dispensare in utroque foro cum minoribus carentibus ætate requisita ad matrimonium contrahendum, quando sunt propè ætatem, & dubitatur an malitia ætatem suppleat, *per tex. in c. 2. de despons. impub.*

9 Idem dicendum in sponsalibus; nam si malitia ætatem supplet, valida sunt, etiamsi ante septennium celebrentur, *ut post Regin. libr. 31. n. 248. Nald. ver. sponsalia, nu. 3. & alios sensit Bonac. loc. cit. n. 2.* ubi etiam dicit, quod malitia censetur sup-
10 plere ætatem in sponsalibus, quando ante septennium adesset sufficiens usus rationis, quo contrahentes intelligant id, quod agunt.

11 An verò impubes pro alio, vel alterius nomine matrimonium contrahere possit? affirmat, *post Sanch. & alios Didac. de Narbon. de ætat. ad omn. human. act. requisit. in ver. Annus 17. q. 2. num. 6.*

SUMMARIUM.

1 *Ad faciendum testamentum in masculo requiritur ætas 14. annorum, in fœmina 12. similiter annorum completorum.*
2 *An valeat testamentum conditum ultima die anni 14.*
3 *Quid si condens testamentum haberet curatorem.*
4 *Quænam ætas requiratur in codicillis, & aliis ultimis voluntatibus.*
5 *An filiusfam. testari possit.*
6 *Quando clausula codicillaris operetur, ut testamentum filii sustineatur in vim donationis causa mortis.*
7 *An filiusfam. possit donare causa mortis.*
8 *Quot testes requirantur in donatione causa mortis.*
9 *Donans causa mortis ejus debet esse ætatis, cujus esse eum oportet, si velit testari.*
10 *An filiusfam. possit legare.*
11 *An filiusfam. ad pias causas peculio profectitio, vel adventitio testari possit.*
12 *Filiusfam. Clericus de bonis adventitiis testari potest etiam ad causas prophanas.*
13 *Bona adventitia respectu filiifam. Clerici, castrensia, vel quasi castrensia reputantur, nec Patris quæritur usufructus.*
14 *Auct. Presbyteros, C. de Episcop. & Cler. locum habet in bonis post clericatum quæsitis.*
15 *Bona filiofam. Clerico a Patre donata, ut ad illorum titulum ordinari posset, sequuta ordinum receptione transeunt in peculium quasi castrense.*

CAPUT V.

Quænam ætas requiratur ad faciendum testamentum.

Resp. quod in masculo requiritur ætas 14. annorum, in 1
fœmina verò 12. similiter annorum completorum, *leg.*
qua ætate ff. de Testam. & ad hoc dies cæpta habetur pro com- 2
pleta: & ideò valeret testamentum conditum ultima die an-
ni 14. *ut probat citatus, ubi Bart. & alii communiter*; potest 3
autem quis in dicta ætate testamentum condere, etiamsi haberet curatorem, immò etiamsi curator contradiceret, *l. Aurelio Sempronio, §. Cajusseius, ff. de liberat. legat. & tradunt DD. in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Senatusc. Trebell. Cancer. var. res. p. 1. c. 7. de tutor. num. 9.*

Quod verò dicitur de testamentis, procedit etiam in Co- 4
dicillis, & aliis ultimis voluntatibus: in hoc enim pari passu ambulant, *ut post Bald. observ. Jordan. Elucubr. divers. lib. 10. tit. 20. num. 100.*

Quæres, an filiusfam. testari possit? Resp. quod tam de 5
jure canonico, quam civili testari potest de peculio castrensi, vel quasi castrensi, etiam sine consensu Patris, *l. fin. Cod. Qui testam. fac. poss. l. filiusfam. in fin. ff. de Donat. §. 1. Inst. Quib. non est permiss. fac. testam.* secùs dicendum est de peculio profectitio, vel adventitio, *dict. leg. fin. Cod. qui testam. fac. poss. dict. §. 1. Inst. Quib. non est permiss. fac. testam.* ubi quod nec Patre permittente filiusfam. testari potest, ita, ut neque testamentum convalidetur superveniente habilitate ante mortem, *Bart. in l. 1. §. sed si filius, ff. de l. 3. Surd. de Alim. tit. 7. q. 4.*
num. 20. & 21. Gratian. qui alios refert, disc. for. c. 820. nu. 9. & seq. 6
ubi etiam dicit, quod tale testamentum neque valeret ex vi clausulæ codicillaris in eo appositæ, nec in vim donationis causa mortis nisi pater fuerit præsens, & consensum præstiterit, *ut post Bec. cons. 76. advertit Thesaur. dec. 150. nu. 12. & ita intelligendi sunt DD. apud Theodos. Rub. in sing. 10. 2. claus. 205.*
n. 105. potest enim filiusfam. donare causa mortis Patre per- 7
mittente, *ut in d. l. filiusfam.* quo casu quinque testes, requirun- 8
tur, *l. fin. C. de Donat. caus. mortis*, item requiritur expressa, &
specialis permissio patris, *secundum Bart. in l. tam is §. filiusfa-* 9
mil. ff. de Donat. caus. mort ubi etiam dicit, quod filius donans, causa mortis, ejus debet esse ætatis, cujus esse eum oportet, si velit testari.

An verò possit legare cum patris assensu? Respond. nega- 10
tivè: quia legata relinquuntur in testamento, quod ex alieno arbitrio pendere non debet, *secundum gloss. commun. receptam in dict. leg. tam is, §. filiusfam. ver. Patris, ff. de Donat. caus. mort.*

Observa tamen, quod filiusfam. ad pias causas de peculio 11
profectitio, vel adventitio cum consensu patris testari potest, *c. licèt de sepult. in 6. Dec. in l. senium, nu. 15. C. qui testam. fac. poss. Covar. in rub. de Testam. p. 3. in fin. n. 28. Spin. in rubr. eod. tit. de Testam. p. 4. n. 11. Tiraq. de pia caus. privil. 78. Grass. in §. testamentum, q. 17. n. 12. & 13. & alii apud Grat. disc. for. c. 895. n. 4. ubi n. 55. & seq.* addit, quod valeret hujusmodi testamentum ad pias causas etiam sine consensu patris, si constaret, quod filius posteà factus sui juris, perseveraverit in eadem voluntate: quod probatur etiam ex indiciis, & conjecturis, *juxta gl. in l. 1. §. si filiusfam. ver. duraverit, ff. de l. 3. & ita sensit Bartol. in l. 1. n. 83. C. de sacros. Eccles. Bald. in l. generali n. 3. C. eod. Jas. in auct. ingressi C. eod. tit. Soc. cons. 61. vol. 1. Marcobrun cons. 30. n. 134. & seq. quos refert, & sequitur Genuen. in tract. de Eccles. qu. 173.* ubi quod statutum prohibens, mulierem vel minorem contrahere, vel testari sine consensu propinquorum, non habet locum in testamento, vel contractu ad pias causas, quia tales dispositiones non secundùm leges humanas, sed secundum jura divina, & sacros canones judicari debent, *juxta c. cùm esses, & c. relatum de Testam.*

Immò si filiusfam. esset Clericus de bonis adventitiis pos- 12
set testari etiam absque consensu Patris etiam ad causas profanas quia bona adventitia respectu filiifam. Clerici, ca-
strensia, vel quasi castrensia reputantur, nec Patris quæri- 13
tur ususfructus, *auct. Presbyteros, Cod. de Episc. & cler. l. Sacrosanctæ, C. eod. tit. latè Rota coram Burat. dec. 639.* ubi, quod *dict.*
auct. presbyt. habet locum in bonis, post clericatum quæsitis, 14
Genuens. in tr. de Eccl. q. 633. ubi id extendit etiam ad clericum primæ tonsuræ.

An verò bona filiofam. Clerico a Patre liberè donata, ut ad 15
illorum titulum ordinari posset, transeant in peculium quasi castrense? Resp. affirmativè, sequuta tamen ordinum receptione, *vide quæ scripsimus in tract. de Regim. Eccles. Episc. lib. 5. cap. 17.*

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Ad eligendam sepulturam quænam ætas requiratur, & num. 3. & 5.*
2 *An Pater eligere possit sepulturam pro filio impubere.*
4 *An filius impubes cum auctoritate tutoris possit sibi eligere sepulturam.*
5 *Quid si malitia ætatem suppleat.*
6 *Si infirmus tempore infirmitatis sibi sepulturam elegerit, & posteà convalescat, censetur revocasse illius electionem: limitatur num. 8.*
7 *Donatio causa mortis facta instante mortis periculo, censetur revocata per convalescentiam Donantis.*

CAPUT VI.

Quænam ætas requiratur ad eligendam sepulturam.

1 RESP. quod requiritur pubertas, hoc est ætas 12. anno-
rum in fœmina; & 14. in mare: nam cùm sepulturæ
electio pars sit ultimæ voluntatis, ideò ejusdem ætatis esse de-
bet qui sibi monumentum eligit, ac ille, qui testamentum
ordinat, *ut inquit Didac. de Narbon. de ætat. ad omn. human.
act. requisit. in ver. Annus* 14. *qu.* 47. ante pubertatem verò ele-
ctio non conceditur pupillo, sed Patri, si talis adsit in loco
2 consuetudo, *c. penul. de sepult. in* 6. ubi etiam, quod potest fi-
3 liusfam. pubes etiam absque Patris assensu sibi sepulturam eli-
gere; nec posset filius impubes etiam cum auctoritate Tuto-
4 ris sibi eligere sepulturam: quia Tutoris auctoritas non po-
test ea perficere, quæ porriguntur post mortem pupilli, quo
5 tempore tutela expiravit: nisi fortè malitia suppleret ætatem:
tunc enim impuberes sepulturam sibi eligere possunt, *Bart.
in l. qui in potestate, num. 3. vers. in uno tamen casu, & in leg. si fi-
liusfamil. post numer. 2. ff. de Testam. Lavor. variar. Elucubr.
tom. 1. tit. 2. cap. 11. num. 109. Ric. in Prax. for. Ecclesf. par. 4. re-
sol. 294. num. 36.*

6 Observa tamen, quod si infirmus tempore infirmitatis sibi
elegerit sepulturam, & posteà convalescat, censetur revo-
casse illius electionem, *secundum veriorem Doctorum senten-
tiam*: quemadmodum donatio causa mortis facta instante
mortis periculo censetur revocata ob convalescentiam do-
nantis, *ut post Alciat. in l. non omnis, ff. si cert. pet. Didac. in Rubr.
de Testam. in 3. p. post n. 23. not. Clar. in ver. donatio qu. 25. vers.
sed nunquid*, ubi ita intelligit text. *in l. si mortis causa res dona-
ta, ff. de Donat. caus. mort.*

8 Limita, quando ex conjecturis constat de ejus contraria voluntate, putà si hujusmodi electio facta fuerit in testamento in scriptis, vel nuncupativo, vel alio publico instrumento; quia tunc disponens censetur velle, ut ejus voluntas perpetuò duret, *l. non ad ea, ff. de condit. & demonst. Castr. in con. 36. circa princ. vol. 1. Jas. in l. in testam. num. 14. C. de Testam. milit. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 12. tit. 1. num. 2. & alii apud Ric. in Prax. ut sup. p. 2. res. 312.*

SUMMARIUM.

1 *Ad habitum religiosum suscipiendum annum 12. completus in fæmina, & in viro 14. requiritur.*
2 *Conversi recipi non debent ante 20. ætatis annum.*
3 *Quando quis ad professionem admittatur.*
4 *Quantum temporis detur professo, vel professæ ad dicendum de nullitate professionis.*
5 *An si professio declaretur nulla, censeatur etiam annullata renunciatio.*
6 *Quæ solemnitas requiratur in facienda renunciatione.*
7 *An Concilium Tridentinum reprobaverit obligationes, vel donationes factas ante ingressum in Religionem, intuitu ipsius Religionis.*
8 *Quandiu possit in monasterio immorari puella introducta causa educationis.*
9 *Annus probationis an debeat esse continuus.*
10 *An, si Novitius probationis anno expleto desereret religionem, & posteà rediret, egeat novo probationis anno ad profitendum.*
11 *Annus probationis debet esse necessariò completus, & integer.*
12 *Quando biduum pro uno die habeatur.*
13 *An Convertitæ statim ac ingrediuntur monasterium, possint emittere professionem.*

CAPUT VII.

Quænam ætas requiratur ad ingressum, & professionem in Religione.

AD habitum religiosum suscipiendum in fœmina an- 1
nus duodecimus completus, & in viro decimusquar-
tus requiritur, *c. ad nostram de Regular. Concil. Trid. sess. 25. de* 2
Regular. c. 17. conversi verò recipi non debent ante vigesimum
ætatis annum, ex *decreto Clem. VIII. incip. cùm ad regularem re-
lat. per Quarant. in ver. monasteria, & conventus.*

Quoad professionem verò Concilium Tridentinum sta- 3
tuit, ut in quacunque religione tam virorum, quàm mu-
lierum ea non fiat ante decimum sextum annum expletum,
nec qui minore tempore, quàm per annum post susceptum
habitum in probatione steterit, ad professionem admitta-
tur: aliàs professio anteà facta nulla est, *ut in sess. 25. de Re-
gular. cap. 15.*

Item conversi ad professionem admittendi non sunt, nisi vigesimum primum annum excesserint, ex *decreto citato Clementis VIII.*

Quæres, quantum temporis detur professo, vel profes- 4
sæ ad dicendum de nullitate professionis? Resp. quinquen-
nium esse a Concilio Tridentino præfixum, *ut in sess. 25. de
Regular. cap. 19.* quo elapso professus amplius non auditur,
etiamsi allegaret, vim, & metum semper durasse, nisi intra
ipsum quinquennium reclamaverit, idque legitimè proba-
verit, *ut declaravit Gregor. XIII. teste Val. in diff. utr. for. ver.
Regularis, diff. 2. num. 3. quem refert Dian. par. 3. res. mor. tract. 2.
resol. 62. quibus adde Ric. in Prax. par. 3. resol.* 354. ubi dicit, 5
quod si professio declaretur nulla, censetur etiam annullata
renunciatio: tum quia renunciatio est accessoria, & depen-
dens a professione, tum etiam in quolibet actu, & contractu
etiam jurato intelligitur apposita clausula, *reb. sic stantib.* etiam
si non exprimatur, *l. cum quis, ff. sol. l. quæro, §. inter locatorem,
ff. loc.*

Quæ verò solemnitas requiratur in facienda hujusmodi re- 6
nunciatione? Resp. quod facienda est cum licentia Episcopi,
vel ejus Vicarii intra duos menses proximos ante professio-
nem, & aliter facta etiam cum juramento non valet, ex *de-
creto dicti Concilii Tridentini d. sess. 25. cap. 16.*

An verò Concilium, *d. cap. 16.* reprobaverit obligationes, 7
vel donationes factas ante ingressum in Religionem, intui-
tu ipsius ingressus? affirmat *Navar. cons. 81. de Regul. & alii
apud Sanch. in Sum. tom. 2. libr. 7. c. 5. num. 3.* communis tamen
sententia est, Concilium, *d. cap. 16.* non habere locum in hu-
jusmodi renunciationibus, donationibus, vel obligationi-
bus factis ab existente adhuc in sæculo, etiam animo, &
proposito Religionem ingrediendi, sed tantùm in obligatio-
ne facta post ingressum: tum quia Concilium loquitur de in-
gresso, seu ingressa non autem de ingressuris: tum etiam quia
in renunciatione ante ingressum non possunt servari solemni-
tates Concilii, quæ solum restringuntur ad duos menses an-
te professionem, & *ita censuit Sac. Congregatio Concilii apud
Farin. dec. 227. par. 4. Divers. Dian. p. 3. tr. 2. res. 55. Vulp. in Prax.
Jud. cap. 42. n. 13. Quaran. in ver. monasteria, & conventus, vers.
dubium illud, Ric. in Prax. p. 3. res. 353.*

Quæres 2. quandiu possit Puella in monasterium introdu- 8
cta causa educationis, in eodem monasterio immorari?
Resp. quod potest in monasterio morari usque ad ætatis suæ
annum 25. quo completo exire debet: quamquam si statim
non egrediatur, non incideret in excommunicationem, sed
potest Episcopus terminum illi præfigere, utrum velit mo-
nialis fieri, aut è monasterio egredi, *ut resolvit Sac. Congre-
gat. teste Ric. in Prax. p. 4. res. 209. Leo. in Thes. for. Eccles. cap. 16.
num. 54. par. 2.*

Notandum est autem, quod annus approbationis debet es- 9
se continuus: & ideò si Novitius, vel Novitia exierit è mo-
nasterio intra annum probationis, & deinde redierit: non
possit conjungere primum tempus cum sequente, *ut probat
Sylv. in ver Religio 5. qu. 4. Rota in granaten. professionis 9. Fe-
bruarii 1609. coram Marco Montio, Soc. cons. 118. num. 6. libr. 4.
Lup. alleg. 46. n. 2. & alii apud Gratian. discep. for. cap. 440. n. 14.*
nisi fortè egressus fuerit de licentia Superioris ad id facultatem habentis propter malam valetudinem, vel aliam similem causam, & posteà reverteretur; quia tunc haberetur pro præsente, ac si nunquam fuisset egressus, & conjungi potest primum tempus cum sequente, cùm non stet in tali casu per novitium, quominus conditio adimpleatur, *ut resolvit Sacr. Congreg. Concil. teste eodem Gratian. cap. 166. nu. 14. & seq. & ita etiam Navar. cons. 41. num. 3. de Regul. Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 101. num. 28. Dian. resol. moral. par. 3.*

par.3.tract.2.resol.84.Bonac.de clausf.q.2.punct.10.diff.2.§.2.n.6. Lezan.in sum.qq.Regular.tom.1.cap.25.num.23. ubi addit, hoc procedere, etiamsi Superior illicitè, ac sine rationabili causa licentiam concesserit: quicquid in contrarium sentiat *idem Gratian.dict.cap.440.num.14.* ubi asserit, quod durante anno probationis debet Novitius continuò permanere intra claustra monasterii, ita ut non possit illud tempus discontinuari sub quovis prætextu, etiam ex causa infirmitatis, aut licentia Superioris.

Secus esset, si Novitius vel Novitia exierit sine licentia, vel cum licentia invalida, putà si is, qui licentiam concessit, non poterat illam concedere, *ad trad. per Bal.in auct.habita, n.22.C.ne fil. pro patr. Alex.in l.diem functo,n.33.ff.de offic.Assess.& ita resolvit Grat.d.c.166.n.14.& seq.*

10 Sed quæres, an Novitius, qui probationis anno jam expleto deseruit Religionem, egeat de novo probationis anno ad profitendum, si in monasterium ejusdem ordinis rediret? affirmat *Sylv.in ver.Religio 5.q.4.fr.Emman.to.3.q.15.art.10. & alii apud Barbos.de offic.& potest.Episc.p.3.d.alleg.101.numer.20.Bonac.de clausur.q.2.punct.10.diff.2.§.2.n.4.*

11 Notandum 2. quod prædictus annus probationis debet esse
necessariò completus, & integer, adeò, ut si quis susceperit habitum prima die Januarii post meridiem, non possit
eadem die recurrente in termino anni profiteri ante meridiem, sed expectandum sit punctum suscepti habitus, *ut censuit Sac.Congregatio apud Barbos.d.par.3.alleg.101.nu.22.in 3.*
12 *impressione*, ubi etiam dicit, quod si Novitius compleat probationis annum die 24. Februarii anno bissextili, non dicitur expletus hic annus, nisi secunda die, quæ est 25.ejusdem mensis, nam id biduum pro uno die habetur, *l.cum bis sextus ff.de verb.signif.c.quæsivit, §.festum ex eod.tit.* quicquid dicat *Sanch.de matrim.lib.7.disp.37.nu.12.in fin. Navar.cons.13. num.10. de Regular.qui or refert & sequitur Gratian. discept. for. cap.413.num.16.& seq.* qui censet, validam esse professionem factam eadem die, qua habitus probationis fuit susceptus, quamvis ad complementum anni defecerit spatium sex horarum.

13 Observant tamen Doctores, quod Conversitæ statim ac ingrediuntur monasterium, possunt emittere professionem ex privilegio Sedis Apostolicæ concesso ante Tridentinum, *& ita etiam censuit Sac.Congregatio p out refert Barbos.d.alleg.* 101.*n.*34. subdens, hujusmodi privilegium non fuisse sublatum per decretum Tridentini *d.sess.25.c.15.*quia *in cap.18.ejusdem sess.* præservantur earum constitutiones.

S V M M A R I U M.

C A P U T VIII.

Quænam ætas ad obtinenda beneficia, & pensiones requiratur.

Dico 1. quod ad obtinenda beneficia simplicia, etiam 1
Jurispatronatus, requiritur ætas 14. annorum, ex
Concil.Trid.sess.23.de reform.cap.6. quod locum sibi vendicat,
etiamsi nec possessio, nec fructus percipi possent a proviso,
ante debitam ætatem: quia illa requiritur de tempore collationis tituli, *ut resolvit Sacr.Congreg. teste Jordan. Elucubr.
divers.lib.10.tit.20.nu.8.* annus verò 14. non requiritur completus, sed sufficeret, si esset inchoatus, *ut declaravit Sacra Congregatio apud Gratian.discept.for.cap.397.num.17.Jordan.dict.lib.10.tit.20.num.4.& seq.Ciarlin.contr.for.lib.2.c.211.*
num.39. ubi dicit, quod collatio, & institutio irrita esset, si 2
fiat ei, qui nondum attigit 14. annum, etiamsi deficiat tantum unus dies, vel una hora, *Garc.de Benef.p.7.c.4.n.10.& seq.* subdens, quod si in fundatione expresè cautum fuerit, quod possit præsentari ad beneficium minor 14. annis, valida eo casu esset præsentatio, & institutio subsequuta, *ut censuit etiam Sacra Congregatio apud Ciarlin. loco citat.numer.91.* & 92. ubi dicit, quod Concilium non censetur voluisse derogare fundationi, *Rot. coram Duran. dec.228.n.8.*

Eadem ætas 14. annorum inceptorum sufficit ad Canoni- 3
catum collegiatæ Ecclesiæ obtinendum, *juxta cap.super inordinata, juncta glos.in verb.pueri, de Præb.& est communis DD.opinio*; in hoc enim Concilium Tridentinum nihil innovavit, *ut declaravit Sacra Congregatio teste Piasec.in Prax. Episc.par.2.cap.5.num.21.vers.quod dignitates, Garc.d.p.7.*
cap.4.num.37.& seq. quod procedit, etiamsi parochialis Ec- 4
clesia esset unita hujusmodi Canonicatui; quia tunc etiam
attendenda est natura canonicatus, non Parochialis; & ideò
sufficit, quod provisus in ea constitutus sit ætate, quam exigit canonicatus, dummodo Parochialis unita sit perpetuò,
& accessoriè canonicatui; secus si æquè principaliter, *ut declaravit eadem Sac.Congr.apud Barbos.de offic.& pot.Episc.*
p.3.alleg.60.n.71.Garc.d.p.7.c.4.n.30.& seq. ubi dicit, quod si 5
Parochialis unita esset accessoriè alicui Canonicatui Ecclesiæ Cathedralis, sufficeret ætas 22. annorum inceptorum, quæ in Canonicatus collatione requiritur, ut Infra dicemus, *Jordan.loc.cit.n.9.&* 10. quamvis interim non haberet vocem in capitulo, *juxta dispositionem Concilii Tridentini sess.22. de ref.c.4.& notat Garc.loco cit. num.39.*

An vero Canonicus Collegiatę teneatur infra duos menses 6
fidei professionem emittere, *juxta ejusdem Concilii dispositionem in sess.24.de ref.c.12.*? Resp. negativè, quia Concilium loquitur de Canonicatibus Ecclesiæ Cathedralis, & de beneficiis curatis, *ut censuit Sac.Congr.teste Novar.apud Ricc.in collect.dec.2867.p.7. Garc.de Benef.p.3.c.3.n.12.* tenentur tamen 7
in prima Synodo Diœcesana non solum Canonici collegiatę,
sed etiam alii omnes clerici beneficiati hujusmodi professionem facere, *ut statuit idem Concilium sess.25.de ref.c.2.& notat Bonac.de legib.disp.3 q.2.punct.4.§.1.n.9.Barbos.de offic.& pot. Episc. p.3.alleg.61.num.15.*

Dico 2. quod ad dignitatem, seu canonicatum in Cathe- 8
drali nemo est admittendus, nisi qui eo ordine sacro aut sit initiatus, quem illa dignitas, aut præbenda requirit, aut in tali ætate, ut infra annum ad ordinem Canonicatui, vel dignitati annexum promoveri possit, *Concil.Trid.sess.24.de reform.cap.12.* quem textum Doctores intelligunt, ut de tempore provisionis concurrat ætas integra, *juxta dispositionem ejusdem Concilii sess.22.de ref.c.4. in fin.ibi, nec aliis in posterum fiat provisio, nisi iis, qui jam ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoscantur: aliter irrita sit provisio*, unde si ad præbendam requireretur ordo Subdiaconatus, ad quem Concilium *sess.23.de ref. cap.12.* exposcit annum 22. inceptum, non posset Clericus 21. annum ingressus canonicatum validè obtinere, etiamsi annus sibi permissus ad suscipiendum subdiaconatus ordinem constitueret eum annorum 22. *ita Henriq.in Summ.lib.10.c.9.§.1.& 2. Garc.de Benef.p.7.cap.4. n.19.& seq.& resolvit Sac.Congr.& Rot. Rom.prout refert Jordan.d.lib.10.tit.20.num.14.* ubi etiam notat, quod Concilium *d.sess.24.cap.12* dum dicit, *aut in tali ætate &c.* requirit tempus exactum ad ordinem, & beneficium: indulget verò an-
num, ut intra eum quandocunque quis possit ordinari: 9
quemadmodum ad Ecclesiam parochialem obtinendam requiritur annus 24. exactus, & nihilominus jura indulgent annum ad suscipiendum sacerdotium, *ut in c.cum in cunctis, §.inferiora, de Elect.& c.licèt canon.eod.tit.in 6.*

Idem dicendum quoad Canonicatus Ecclesiarum colle- 10
giatarum, si hujusmodi Canonicatibus ex consuetudine, vel
statu-

statuto ordo sacer annexus sit, *ut in Concilio Trid. sess. 22. de ref. c. 4. Piasec. in Prax. Episc. p. 2. c. 5. n. 21. vers. si tamen &c. Jordan. ubi sup. n. 12. & seq. Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 60. num. 71. in ult. impress.*

11 Item Canonici, quibus animarum curæ exercitium est annexum, debent habere ætatem requisitam ad hujusmodi exercitium, etiamsi cura habita sit penes capitulum: cujus rei ratio est, quia actu debent curam exercere, *Jordan. d. lib. 10. tit. 20. n. 12. Barbos. d. alleg. 60. n. 71.*

12 Addit *Garc. de benef. p. 7. d. c. 4. num. 28.* quod in Ecclesia, ubi nec ante Concilium, nec post, facta fuit distributio sacrorum ordinum, provisus de Canonicatu in Cathedrali, debet esse saltem in ætate requisita ad Subdiaconatum, videlicet, quod attingat vigesimum secundum suæ ætatis annum: quia omnes Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis habent annexum ordinem sacrum, ex *dispositione Sac. Concilii Tridentini sess. 24. de ref. cap. 12.*

13 Quæres quænam ætas requiratur ad consequendas dignitates, & personatus in Ecclesiis Collegiatis, quibus animarum cura nulla subest? Resp. quod de jure antiquo requirebatur ætas 25. annorum inceptorum, quemadmodum requiritur in curatis, ex *c. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect.* poterat tamen Episcopus dispensare cùm majoribus 20. annis, *juxta c. 1. de ætat. & qual. in 6.* hodiè tamen requiritur eadem ætas, quam exposcit Concilium Tridentinum in obtinentibus dignitates, & personatus in Cathedralibus, videlicet quod sint majores 22. annis *ut in sess. 24. de ref. cap. 12. ibi, & 22. annis non minores asciscantur*: videtur enim absurdum, quod major ætas requirenda sit in dignitatibus Ecclesiæ collegiatæ, quàm in dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis, & *ita resolvit Sacr. Congr. teste Garc. d. p. 7. c. 4. num. 58. & seq. ubi etiam id probat ex Conc. d. cap. 12. quicquid in contrarium senserint Zerol. in Prax. Episc. p. 1. ver. beneficia, §. 1. vers. Ad dignitates, Rodriq. tom. 1. qu. 11. art. 2. Piasec. loc. cit. d. c. 5. num. 25. vers. quo ad dignitates, Jordan. d. lib. 10. tit. 20. n. 15. & alii quos refert, & sequitur Barbos. d. alleg. 60. num. 67.*

14 Ex quo inferunt DD. quod anni 40. requisiti in ea, quæ eligenda est in Abbatissam, debent esse similiter completi, quia Concilium *sess. 25. de Regul. c. 7.* eadem loquendi forma utitur, *ibi, non minor annis* 40.

15 Observa tamen, quod si hujusmodi dignitates sine cura annexum haberent ordinem presbyteratus, tunc requireretur in eis ætas 25. annorum ad sacerdotium requisita, *ut sup. diximus ex Conc. d. sess. 24. de ref. c. 12. vers. neminem etiam deinceps &c. & notat etiam Garc. loc. cit. num. 72.*

16 Canonicus verò pœnitentiarius ultra gradum Doctoratus in Theologia, vel jure canonico, debet esse ætatis 40. annorum, seu aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur, *juxta Tridentinum sess. 24. de ref. cap. 8.*

17 An verò 40. anni in pœnitentiario debeant esse completi? affirmat *Garc. d. p. 7. c. 4. n. 32. & seq.* ubi etiam dicit, quod defectus hujusmodi ætatis 40. annorum non obstaret, ubi aliàs aptior in Civitate aut Diœcesi non reperiretur; non enim tenetur Episcopus quærere extra diœcesim personam cum dictis qualitatibus, *arg. c. nullus, 61. dist. & c. sacrorum, 63. dist.* contrarium tamen tenet *Azor. p. 2. lib. 6. c. 5. q. 5. in fin. quem refert, & sequ. Jordan. dict. tit. 20. num. 37.* ubi dicit satis esse, si anni 40. sint incæpti.

18 Dico 3. quod in beneficio curato requiritur ætas 25. annorum inceptorum, *juxta text. in d. c. cùm in cunctis, §. inferiora, de Elect.* eademque ætas requiritur in Abbate, *latè Garc. d. p. 7.*
19 *c. 4. n. 41. & seq.* ubi etiam dicit, quod quilibet potest obtinere beneficia curata aptitudine, etiamsi tantùm habeat primam tonsuram, dummodò sit in dicta ætate.

20 Dico 4. quod ad pensiones obtinendas sufficit ætas septem annorum: Concilium enim *d. sess. 23. c. 6.* solùm loquitur de beneficiis, & nihil innovat quoad pensiones quæ non sunt Ecclesiastica beneficia; unde remanet jus intactum disponens, quod sufficiant septem anni, *Gig. de Pension. q. 13. nu. 4. Crescen. dec. 14. de sent. & re jud.* ubi etiam dicit, quod privatus per sententiam omnibus & singulis beneficiis, & officiis, non censetur privatus pensionibus, nisi quando essent tales, quæ darentur in titulum beneficii; aut quando privatio fieret ex causa hæresis, tunc enim in odium hæretici verbum, beneficium, largè accipitur, & comprehendit pensionem, *juxta gl. communiter receptam in c. quicunq; ver. beneficium, de Hæret. in 6. Gig. q. 94. n. 2.* ubi dicit, quod pensio dicitur assignata loco beneficii, quando reservatur Clerico resignanti beneficium super fructibus beneficii resignati, ne resignans ex resignatione ipsa nimium dispendium patiatur: sive ex causa cessionis juris, quod quis in beneficio prætendebat habere, ac extinctionis litis, & causæ, vel ex quacunque alia causa, & *ita etiam sentiunt alii DD. apud Jordan. d. lib. 10. tit. 20. n. 18. & declaravit Sacr. Congr. apud Gonz. ad reg. 8. Cancell. gl. 5. §. 5. n. 26. Grat. discep. for. c. 397.* quicquid in contrarium sentiat *Garc. de Benef. p. 1. c. 5. n. 129.* ubi asserit, ad pensionem requiri ætatem 14. annorum, sicut in beneficio simplici, hujusmodi verò septennium debet esse completum, quia ad pensionem habendam titulo clericali requiritur prima tonsura, quæ non confertur nisi post septennium, *c. in singulis, 77. dist. gl. in c. nullus, ver. infanti, de Temp. ordin. in 6. gl. ult. in clem. fin. de ætat. & qual. Ric. in Prax. for. eccl. p. 2. res. 254. & p. 1. res. 378. & alii apud Barbos. in c. cum in cunctis, n. 3. de Elect. & in c. super inordinata n. 2. & 3. de Præb.* ubi etiam dicit, quod pueri capaces sunt pensionis, sed necessarium est infantis ætatem exprimere summo Pontifici, *Lanfranch. dec. 22. Merend. cons. 29. Caputaq. decis. 318. p. 2.* ubi, quod non facta mentione de ætate infanti pensio reservata censetur subreptitia.

Dico 5. quod eadem ætas, & habilitas, quæ requiritur, & 21
sufficit ad titulum beneficii, requiritur, & sufficit ad Coadjutoriam a Papa concessam, *Caputaq. dec. 127. p. 1. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. num. 6. & 9.*

Dico 6. quod ad beneficia regularia requiritur ætas præ- 22
scripta in *clem. ne in agro, §. cæterum de stat. Monach.* quem textum non esse immutatum per Concilium Tridentinum, dicit *Garc. d. p. 7. cap. 4. num. 81.*

Dico 7. quod provisio facta non habenti ætatem in benefi- 23
cio requisitam, est nulla, *Garc. d. p. 7. c. 4. n. 82. latè Paris. de Resign. benef. lib. 4. q. 9. n. 23. & seq.* etiamsi ad ætatem ipsam modicum desit temporis, putà unus dies; vel etiam una hora, secundùm *Garc. loc. cit. n. 84. quem refert, & sequitur Jordan. dict. lib. 10. tit. 20. n. 123. & seq.*

Quæres, an minor possit resignare beneficium, quod ob- 24
tinet? Resp. affirmativè, dummodò sit major 14. annorum, *gloss. communiter recepta in cap. ex patre, ver. quamvis minor, vers. sed si minor, de Restit. spol.* quia talis minor, qui est major 14. habetur pro majore in beneficialibus, & aliis causis spiritualibus, ac dependentibus ab eisdem, *c. ult. de Judice in 6.*

Datur tamen minori restitutio in integrum re integra, vi- 25
delicet quando beneficium nondum fuit collatum, probata tamen gravi læsione arbitrio Judicis, *ut tradunt communiter Doctores in d. cap. ex parte.* Unde in Sacro Rotæ Romanæ auditorio concessa fuit restitutio minori, qui resignavit beneficium valoris 80. ducatorum, & habuit pro recompensa beneficium 58. ducatorum, *ut refert Paris. de Resign. benef. lib. 3. q. 7. num. 11. & seq.* ubi etiam dicit, quod probato dolo resignatarii minor resignans restituitur etiam post factam beneficii collationem.

SUMMARIUM.

1 *Adoptans, vel Arrogans plena pubertate, hoc est 19. annis adoptandum, vel arrogandum præcedere debet.*
2 *Adoptio naturam imitatur.*
3 *An infans arrogari possit.*
Et an possit adoptari ibidem.
Et an possit emancipari ibidem.
4 *Quæ requirantur in adoptione, & arrogatione.*
5 *An filii naturales, spurii, & alii ex damnato coitu progeniti adoptari, vel arrogari possint.*

CAPUT IX.

Quænam ætas requiratur in Adoptante, vel Arrogante.

Resp. quod plena pubertate, hoc est 18. annis debet Ado- 1
ptans, vel Arrogans adoptandum, vel arrogandum 2
præcedere, adoptio enim naturam imitatur; ideò cùm pater naturalis sit senior filio, ita etiam Adoptans major debet esse adoptando, *§. minorem natu. ubi Doctores, Instit. de Adopt.*

Notandum tamen est, quod infans arrogari non potest, 3
quia in Arrogatione requiritur, ut arrogandus expressè consentiat quod in infante contingere non potest, cùm ea quæ videt ignoret; & ideò requiritur ut arrogandus saltem sit major septennio, secus est in adoptione, in qua etiam tacitus consensus sufficit: immò etiam quis invitus adoptari potest, *Didac. de Narbon. de ætat. ad omn. human. act. requisit. in ver. annus primus q. 17. n. 2. & in ver. annus septimus, q. 35. nu. 5. & 6. & quæst. 34. n. 1. & seq.* ubi addit, quod neque potest quis ante septimum annum emancipari, quia etiam in hoc requiritur consensus ipsius emancipandi *latè Ursell. in conclusio. legal. ver. Adoptio, concl. 58. n. 2. & 27.* ubi etiam dicit, quod tam 4
in adoptione, quàm arrogatione requiritur Scriptura, causæ cognitio, Principis auctoritas, & partium præsentia, *ut notatur in l. 2. & in l. si Paterfam. §. fin. ff. de Adopt.*

Notan-

4 *Dispensatio fieri non debet sine justa causa.*
5 *An superior sine justa causa dispensans peccet mortaliter?*
6 *Dispensatio concessa sine justa, vel rationabili causa non valet: limitatur n.7. & seq.*
9 *An in dispensationibus concedendis requiratur semper causa intrinseca.*
10 *Dispensatio aliquando sumitur pro ipsa irritatione, sed reverà differt ab irritatione.*
11 *In quo differat dispensatio ab irritatione, & n. seq.*
12 *Irritantes votum absque justa causa, venialiter tantùm peccant.*
13 *An legislator, seu ejus successor possit validè, & licitè sine justa causa dispensare in propria lege.*
Et an possit secum in propria lege dispensare, ibid.
14 *Et an petens dispensationem hujusmodi sine justa causa, vel ea utens peccet.*
15 *An valida sit dispensatio ab Episcopo facta sine causa in propria lege.*
16 *Et an valeat dispensatio ab Archiepiscopo facta sine causa in decretis Concilii provincialis.*
17 *Ab Archiepiscopo datur appellatio ad Concilium provinciale.*
18 *Dispensatio facta ab inferiore in lege Superioris non adhibita causæ cognitione, si reverà causa erat justa, valeret in foro conscientiæ.*

CAPUT LXXVII.

An Episcopus dispensare possit in juramento, vel voto castitatis servandæ ad certum tempus.

1 PRæmittendum est, quod inter alios casus Summo Pontifici reservatos numeratur etiam votum castitatis, *ut constat ex c.5. de Pænit. & remiss. inter extravag. commun. libr.5.* cujus textus dispositio procedit in voto perpetuæ continen-
2 tiæ, juxta *communem Doctorum sensum;* secus in voto castitatis ad certum tempus servandæ: hoc enim non est votum perfectum, & absolutum castitatis, & ideò in hoc casu dispensare posse Episcopum, tradit *Navar. in man. cap.12. n.76. Azor. par.1. lib.11. cap.19. q.6. Graff. dec. par.1. lib.2. cap.31. n.29. Guttier. qq. canon. lib.2. cap.22. num.48. Tolet. lib.4. cap.18. n.11. quos refert, & sequitur Dian. res. mor. p.1. tr.11. res.57. Bonac. in*
3 *tract. de legib. disp.4. qu.2. punct.7. §.4. num.21.* ubi dicit, quod potest Episcopus dispensare in voto non nubendi, vel uxorem non ducendi: quia similiter hoc non est votum perfectæ castitatis, *Laym. in Theol. mor. lib.4. tract.4. cap.8. num.8. Barbos. de offic. Episc. par.2. alleg.37. num.15. Molfes. in Sum. tom.1. tract.11. cap.15. num.50. Less. lib.2. cap.40. dub.18. num.105. Reginald. tom.2. libr.18. cap.22. numer.33. Ugolin. de Potest. Episc. c.58. num.3. & alii apud Dian. d. part.1. tract.11. res.61. Navar. cons.37. de vot.* ubi dicit, quod fieri non potest auctoritate Ecclesiastica, ut manente obligatione, & voto aliquis non teneatur votum adimplere; sed fieri potest; ut in hoc casu hæc non sit materia voti, *ut observat etiam Cajet. 2.2. q.88. artic.12. vers. Ad secundæ quæstionis &c.* ubi etiam dicit, quod quando Superior dispensat in voto, non dispensat in jure Divino, vel naturæ, quia non dispensat in observatione stante voto.

4 Notandum tamen est, quod dispensatio in hujusmodi casibus non debet fieri sine justa causa: quia potestas Prælati spiritualis in ædificationem data est, non in destructionem, *ut docent communiter Doctores cum S. Tho. 2.2. quæst.88. art.12. ad 2.* aliàs illicita esset dispensatio, *Sot. lib.1. de Just. q.7. art.3. & in 4. dist.39. quæst. un. art.2. in fin. Azor. part.1. libr.5. c.15. q.2. Suar. lib.6. de legib. c.18. n.4. Sanch. lib.8. de matr. disp.18. num.3. Vasq. 1.2. disp.178. c.3. Salas de leg. disp.20. sect.5. n.50. 58. & 59. & alii apud Baldell. in Theol. mor. tom.1. libr.5. de legib. disp.51.*
5 ubi dicit, quod Superior sic dispensando in materia gravi committeret peccatum mortale, *ut sensit etiam Bonac. de legib. disp.1. q.2. punct.3. n.12. & seq.*

6 An verò valida sit dispensatio concessa absque justa, & rationabili causa? Resp. negativè, *& ita tenent Canonistæ communiter, in c. non ex extr. de vot. Bonac. de legib. disp.4. q.2. punct.7. §.4. n.24. ubi alios refert, quibus add. Nav. cons.37. n.3. & 4. eod. tit. de vot.* ubi, quod dispensatio in tali casu est ipso jure nulla, *Laym. lib.1. tr.4. c.22. n.11.* ubi dicit, quod non præsumitur Superior dare facultatem inferiori temerè, & iniquè dispensandi in lege universali.

7 Hanc tamen sententiam limitant Doctores quoad subditum dispensatum: nam si bona fide nixus Superioris auctoritate putat, dispensationem sibi justa de causa esse datam, excusatur, donec satis noverit, eam non fuisse sic datam; atque ita respectu subditi dispensatio pro valida habetur; respectu verò Superioris dispensantis illicita est, *ut dict. Nav. in man. prælud.9. num.13. Laym. lib.1. tract.4. cap.22. num.12. Bonac. de legib. disp.1. q.2. punct.3. num.8. vers. sed contrarium.*

Limitatur 2. ubi causa, ex qua dispensatur, bona fide 8
putatur sufficiens, licèt reverà non sit: tunc enim dispensatio valida est, & is, cum quo dispensatur, potest esse tutus in conscientia: quamvis postea constet, causam fuisse insufficientem: quia ita postulat recta administratio, & regimen animarum ad tollendos scrupulos, & conscientias quietandas, & sic videtur a Deo concessa facultas dispensandi in suis legibus, & sic concedi etiam ab hominibus pro dispensatione in suis, *ita Sanch. de matrim. tom.3. libr.8. disp.17. num.8. Azor. par.1. lib.7. cap.29. Rebell. de oblig. p.2. lib.3. q.5. n.12. Sot. in 4. dist.21. q.2. art.2. quos refert, & sequitur Baldell. in Theol. mor. lib.5. de lege, disp.52. n.4. Laym. lib.1. tract.4. c.22. n.12. Dian. p.1. tr.10. res.33. quibus adde S. Thom. 2.2. q.88. ar.12. ad 2. Sylv. in ver. Dispensatio n.20. q.14. in fin.* ubi dicit, quod superior dispensare potest, etiamsi dubitet, causam esse sufficientem: quia in moralibus vix unquam est certitudo sine aliqua admixtione dubietatis; secus esset, quando dubium est de existentia causæ: tunc enim potestas dispensandi rationabiliter exerceri non potest, *ut not. Baldell. d. disp.51. nu.1. & seq. & disp.52. n.7.* ubi etiam dicit, quod non est necessaria talis causa, quæ per se certò excusat ab obligatione legis, sed satis est, si prudentis judicio sit rationabilis consideratis circumstantiis temporum, & personarum; contrarium tamen sentiunt, *alii apud Bonac. de legib. disp.1. q.2. punct.3. nu.7. & 8. vers. sed contrarium &c.* ubi dicit, eum, qui absque sufficienti causa obtinuit dispensationem ad contrahendum matrimonium in gradibus prohibitis, indigere nova dispensatione, quando advertit veram insufficientiam prioris dispensationis, & ita servari in Pœnitentiaria testatur *Baldell. loc. cit. d. disp.52. num.4.*

Limita 3. in dispensationibus matrimonialibus, quas ad 9
tollenda dubia, quæ solent occurrere circa sufficientiam, aut veritatem causarum, in Curia aliquando concedi nullis allegatis causis, testatur *Sanch. de matr. lib.8. disp.18. n.8. & disput.19. n.35. Suar. lib.6. de legib. c.18. n.26. Sal. eod. tract. disp.20. sect.5. n.52. Baldell. d. lib.5. disp.51. n.7. & seq. Bonac. eod. tract. de legib. disp.1. q.2. punct.3. n.1. vers. observa tamen &c.* ubi dicunt, quod non est necesse, ut causa semper sit intrinseca, ut quando aliqua circumstantia reddit gravem, & onerosam obligationem legis: sed sufficit, si sit extrinseca; ut quando superior dispensat ad ostendendam benignitatem, vel ad conciliandam sibi benevolentiam ejus, qui Ecclesiæ, vel Reip. est utilis; vel ad remuneranda alicujus promerita, *ut ex cap. tali conjugio 1. q.7.*

Limita 4. in rescissione, seu irritatione voti, de qua lo- 10
quuntur *Doctores, quos referimus in tract. de Regim. Eccles. Episc. lib.8. c.2. n.6.* quo in loco egimus de facultate, quam habent superiores Regulares, dispensandi, seu irritandi vota suorum subditorum: aliquando enim dispensatio sumitur pro ipsa irritatione, *ut notat Cajet. in 2.2. qu.88. art.12. vers. in responsione ad secundam, & vers. ad primum dubium, Bonac. de Legib. disp.4. q.2. punct.7. §.4. n.1. Baldell. d. lib.5. disp.52. num.1. vers. Neque contra.* Quare ibi diximus, quod dispensatio fieri non debet sine justa causa, ut docent Doctores communiter: si vero sine justa causa fiat; valida quidem est respectu subditorum regularium, licèt sit illicita, *ut constat ex c. manifestum, 33. q.5. & docet. Cajet. 2.2. q.88. art.8. quem sequitur Nav. in man. c.12. n.73. Laym. in Theol. mor. lib.4. tract.4. c.8. num.4. ubi citat Flam. p.3. Method. c.4. §.42.* quamvis quoad alios contrarium teneant *alii apud Bonac. d. §.4. n.24. & ita legenda sunt quæ ibidem scripsimus, licèt incuria Typographi nonnulla verba deficiant.*

Observa tamen, quod dispensatio, & irritatio reverà in- 11
ter se differunt: quia in dispensante requiritur jurisdictio Ecclesiastica ordinaria, vel delegata; in eo autem, qui votum irritum reddit, requiritur potestas dominativa, vel quasi in personas sibi subjectas, *ut docet Cajet. in 2.2. d. q.88. art.12. vers. Ad secundæ quæstionis evidentiam, Nav. in man. c.12. n.73. Layman in Theol. mor. lib.4. tr.4. de voto &c. c.8. n.4.* unde Dominus, Maritus, Pater, sive Tutor, & Prælatus regularis irritare possunt vota emissa a servis, uxore, filiis, & Religiosis: sicut universaliter quilibet potest de re sua irritare dispositionem ab alio factam sine suo consensu, *ut latè declarat Bonac. de legib. disp.4. q.2. punct.7. §.2. Baldell. lib.5. disp.52. num.1. vers. Neque contra hoc &c.* ubi dicit, quod hujusmodi vota solùm intelliguntur fuisse facta sub conditione, si placerent iis, sub quorum potestate voventes constituti sunt, *ut ex lib. Numer. cap.30.*

Secundò differunt, quia dispensatio in votis facta sine 12
justa

justa causa non solùm illicita est, sed etiam invalida; irrita-
tio verò, si absque rationabili causa fiat, illicita quidem est
sed non invalida, ut supra diximus, *& notat etiam Bonac.loco
cit.* subdens, quod irritantes votum absque justa causa veniali-
ter tantùm peccant, etiamsi materia voti sit gravis.
13 An verò legislator, seu ejus successor possit validè, & li-
citè sine justa causa dispensare in propria lege? Resp. quod va-
lidè quidem poterit in tali casu dispensare; quia legis obliga-
tio pendet a voluntate legislatoris; & ideò sicut io principio
legis potuit aliquem excipere, ita etiam potest illum, condi-
ta lege, excipere per dispensationem; illicita tamen erit hu-
jusmodi dispensatio, quia dispensans sine causa, impruden-
ter otitur sua potestate; & ideò peccat saltem venialiter ces-
sante scandalo, vel gravi aliorum detrimento, *ita Henriq.
l.12.c.3.n.6.Suar.de leg.lib.6.c.19.n.6. Filliuc.tr.10.p.2.c.10.Va-
lent.1.2.disp.7.q.9.& alii, quos refert, & sequitur Bonac.de legib.
disp.1.q.2.punct.3.num.1.& seq.* ubi etiam dicit, quod potest
legislator secum in propria lege sine justa causa validè dispen-
sare, sed non licitè, quia superior ex jure naturali tenetur le-
gem suam servare; obligatio autem legis oaturalis non potest
auferri absque justa causa, *Laym.l.1.tr.4.c.22.n.13.& seq. Mal-
der.in p.2.q.97.ar.4.dub.2. Suar. de leg.l.6.n.14. Azor.p.1.lib.5.
c.15.q.3.& alii apud Dian.p.1.tr.10.res.*32. ubi observat, quod
14 licet petens dispensationem in tali casu venialiter peccet, po-
stea tameo in usu dictæ dispensationis sine justa causa obten-
15 tæ nullam culpam ne venialem quidem committit: Uode
valida etiam est dispensatio ab Episcopo facta sioe causa in
propria lege, etiamsi lata sit in Synodo, *ut post Sanch.lib.8.
de matrim.disp.17.n.27. Sal.de Legib.disp.20.sect.4.n.42.& 43.
& alios notat Baldell.d.lib.5.disp.52.n.15.* subdens *nu.*17. quod
invalida esset dispensatio facta ab Archiepiscopo sine causa
16 in decretis Concilii provincialis; quia Archiepiscopus est
inferior Concilio provinciali, cùm ab Archiepiscopo detur
appellatio ad concilium provinciale, *juxta gloss. communiter
approbatam in c.a collatione, de Appel. in 6.*
17 Notandum est etiam, quod dispensatio facta ab inferiore
in lege superioris non adhibita causæ cognitione, si reverà
causa erat justa, & legitima, valida esset in foro conscientiæ,
donec in foro exteriori revocetur, *Bonac.d.disp.1.q.2.punct.3.
n.17.Dian.p.1.tr.10.res.17.ubi cit. Sanch. de matrim.to.3.libr.8.
disp.17.n.11. Sal.de leg.disp.20.sect.9.n.79.Villalob.in Sum.to.1.
tr.2.dub.41.num.4.*

SUMMARIUM.

1 *Ad inducendum stylum non requiritur certi temporis decursus, sicut requiritur ad consuetudinem.*
2 *Stylus propriè restringitur ad judicialia, consuetudo verò generaliter omnia complectitur.*
3 *Quod tempus requiratur ad inducendam consuetudinem.*
Stylus qualiter probetur, ibid.
4 *Stylus pro lege habetur, & actus factus contra stylum est ipso jure nullus.*
5 *An actus factus contra consuetudinem sit nullus.*
6 *Stylus juri communi contrarius circa decisoria non potest introduci a Judicibus, sed tantum a supremo Principe: limitatur num.*7.
8 *Stylus respiciens decisoria judicii, debet plenè, & concludenter probari, secus si respiciat ordinatoria.*
9 *Stylus Romanæ Curiæ etiam extra urbem servari debet ab Ecclesiasticis judicibus.*
10 *Quid si consuetudo Curiæ Romanæ a jure discreparet.*
11 *Non inducitur stylus, vel consuetudo in his, quæ vario modo leguntur observata.*
12 *Consuetudo juri communi contraria, & Ecclesiæ onerosa non inducitur, nisi per tempus immemorabile.*
13 *Quando agitur de acquisitione juris alteri quæsiti, non dicitur consuetudo, sed præscriptio.*
14 *Solitum, & consuetum quomodo intelligatur.*
15 *Quid si concedatur alicui officium cum salario consueto.*
16 *Solitum inducitur ex uno, aut duobus ultimis actibus.*
17 *Quid si Testator reliquerit alicui alimenta, quæ vivus præstabat.*
18 *Ultima consuetudo legitimè præscripta derogat præcedenti.*
19 *Quãdo varia est consuetudo, ad jus commune recurrendum est.*
20 *An filia, quæ olim impudicè vixit, exhæredari possit, si ultimo loco vitam honestam duxerit.*
21 *In quo differat consuetudo a præscriptione.*
22 *Leges canonicæ tractantes de fide, & sacramentis nulla consuetudine mutari possunt.*
Idem dicendum, si tractant de privilegiis personarum Ecclesiasticarum, ibidem.
23 *Consuetudo contra jus canonicum spatio 40.annorum inducitur. Antonell. de Tempore.*
24 *In quo differat consuetudo a statuto.*
25 *Consuetudo præjudicialis Ecclesiæ non attenditur.*
26 *Consuetudo Ecclesiæ favorabilis non potest contrario statuto tolli.*

CAPUT LXXVIII.

Quæ sit differentia inter stylum, & consuetudinem.

PRæcipua inter stylum, & consuetudinem differentia est 1
respectu temporis: non enim requiritur certi temporis
decursus ad inducendum stylum, sicut requiritur ad con-
suetudinem, *tot.tit.C.quæ sit longa consuet.l.diuturna, ff.de legib.
latè Cravet.de antiq.temp.p.4.n.7.& seq.* nisi stylus sit contra
jus, quia tunc debet esse legitimè præscriptus, *Marescot.var.
lib.2.c.100.n.20.&* 21. ubi, quod stylus est consuetudo judi-
ciaria continens ordinem, & seriem rerum gerendarum,
*Jordan. Elucubr. divers.lib.14.tit.17.de Probat.a num.*573. ubi
etiam dicit, quod stylus propriè restringitur ad judicialia,
consuetudo verò generaliter omnia complectitur, *Penia de- 2
cis.664.n.5.Bonac.in tr.de legib.disp.1.q.1.pun.ult.§.3.n.32.Balb.
de præscr.in 5.p.5.princ.q.*12. ubi dicit, quod de jure civili con-
suetudo contra jus, sive præter jus præscribitur decem annis 3
concurrentibus extremis requisitis, sed de jure canonico, si
sit contra jus requiruntur 40. anni; si verò sit præteritus, suf-
ficiunt decem anni, *ut concludunt communiter DD. in l.de qui-
bus, ff.de leg.& in l.1.& 2.C.quæ sit long.consuet. & in c.fin. extr.
de consuet.* quod tamen intelligendum est, quando consuetudo
præter jus detrahit juri Ecclesiæ, tunc enim ad illam indu-
cendam requiritur temporis diuturnitas; secus si non detra-
hit juri Ecclesiæ, quia tunc sufficeret probare per aliquot
actus, aliquando ita fuisse servatum, *secundùm Oltrad. cons.*
225.*num.*24.*Paul.de Castr.cons.*347.*numer.*4.*lib.*1. *Aret.cons.*11.
*n.*5. *Dec.in l.semper in stipulationibus, in fin.ff.de Reg.jur.& in l.
ut liberis n.19.C.de collat.Gabr.de consuet.concl.1. num.70.Nat.
cons.406.num.26 lib.2. Menoch.de Arbitr.cas.83.n.10.Rot.in Sa-
lamantina portionis* 20.*Decembr.*1585.*coram Cantuccio, prout
refert Marescot.var.lib.2.c.100.nu.*23. quibus adde *Crescen.dec.
1.de consuet.Aym.cons.134.nu.6.Ferent.ad Burat. dec.497.n.*11.
ubi quod ad probandam consuetudinem testes debent depo-
nere de temporis diuturnitate, de visu actus, cujus consue-
tudo allegatur, & de illius frequeotia, ita ut appareat, in-
tervenisse tacitum consensum populi, vel majoris partis, *Af-
flict.decis.*305. *nu.*10. ubi dicit, quod frequentia inducitur ex
duabus vicibus; item debent deponere de actibus conformi-
bus, rationemq; congruam reddere etiamsi non sint interro-
gati, *latè Marescot.var.lib.2.c.100.n.1.& seq. Rosenth. de feud.
c.9.concl.58.n.9.& seq.* ubi dicit, quod ad consuetudinem indu-
cendam decennium sufficit, dummodo bis in contradictorio
judicio obtinuerit, *Genuens.in tr.de Eccl.c.1.q.*24. ubi ad indu-
cendam consuetudinem contra jus canonicum, requirit
duos actus intra tempus 40. annorum, *Anchar.cons.178.nu.7.
Alex.cons.132.n.4.lib.1. Dec.cons.215.n.2. Burat.dec.497.n.9.&
seq.* ubi quod stylus, & consuetudo non probatur per testes
simpliciter affirmaotes, talem esse mortem, & stylum, ni-
si etiam deponant, ita aliquando in judicio fuisse judi-
catum.
Notandum est autem, quod stylus pro lege habetur, ita 4
ut actus factus contra stylum sit ipso jure oollus, *ut ex l.gene-
raliter, §.in omnibus, C.de Reb.cred. & jurejur. & l.1. C. quæ sit
long.consuet.probat Guid.Pap.dec.*198.& 292. quod procedit,
sive stylus tendat ad litem ordinandam, sive decidendam,
*Card.Florentin.in clem.sæpe, de verb.signif. quem refert Afflict.
dec.79.num.*4. actus verò factus contra consuetudinem ita de- 5
mum esset nullus, si consuetudo notoria sit, *ut inquit Jorda.
loc.cit.num.*578.
Notandum 2. qood stylus juri communi contrarius circa 6
decisoria non potest introduci a judicibus, sed tantum a su-
premo Principe auctoritatẽ supra jus habente: nisi fortè con-
currant tot actus unà cùm tempore, quot requiruntur ad in- 7
ducendam consuetudinem contrariam juri *ut decisum refert
idem Jordan.d.tit.17.de Prob.n.*574.
Notandum 3. quod stylus respiciens decisoria judicii, de- 8
bet plenè, & concludenter probari; secus si respiciat ordi-
natoria, quia tunc posset Judex extrajudicialiter se informa-
re a Notariis, & Causidicis, *Cacher.dec.22.n.17.Greg.dec.484.
num.5.& 6.& ibidem Beltramin.* subdens, quod Rota ad pro-
bandum stylum extra Curiam oon admittit fides extrajudi-
ciales.
Notandum 4. quod stylus Romanæ Curiæ etiam extra ur- 9
bem servari debet a Judicibus Ecclesiasticis, *Gom. in Proœm.
reg.Canc.q.2.Card.Zabar.in clem. quamvis, de Appell. quos re-
fert, & sequitur Piasec.in Prax.Episc.p.2.c.4.numer.70.Jordan.*

Elucubr, diverſ. d. lib. 14. *tit.* 17. *num.* 580. *& ſeq.* ubi addit, quod
10 conſuetudo dictæ Curiæ Romanæ, quatenus a jure diſcre-
paret, extra urbem non obligat.
11 Notandum 5. quod neque ſtylus, neque conſuetudo indu-
citur in his, quæ vario modo leguntur obſervata, *Cravet.
conſ.* 96. *n.* 5. *Grat. diſc. for. c.* 861. *nu.* 22. *Alex. conſ.* 5. *num.* 7. *&* 13.
volum. 5.
12 Notandum 6. quod conſuetudo juri communi contraria, &
Eccleſiæ onerosa, non inducitur, niſi per tempus immemora-
bile, *ut poſt Bald. in c.* 1. *n.* 8. *De his, qui feud. dar. poſſ. Rom. ſingu-
lar.* 102. *n.* 2. *& alios dixit Rot. dec.* 274. *n.* 1. *p.* 4. *to.* 1. *in Recent.*
13 Notandum 7. quod ubi agitur de acquiſitione juris alteri
quæſiti, non dicitur conſuetudo, ſed præſcriptio, *Put. dec.* 251.
lib. 3. *Poſt Abb. in c. fin. col. antepenult. de conſuetud.*
14 Notandum 8. quod ſolitum, & conſuetum intelligitur id,
quod proximis præcedentibus annis ſervatum eſt, *late Capyc.
dec.* 163. *n.* 3. ubi dicit, quod ſi concederetur alicui officium
15 cum ſalario conſueto, & appareret, quod diverſimodè ſo-
lutum ſit debet inſpici ſalarium, quod duobus, vel tribus an-
nis antecedentibus præſtitum eſt, vel quod habuit immedia-
tus prædeceſſor, non autem quod longo tempore conſuetum
eſt, *Menoch. qui communem dicit in lib.* 3. *præſump.* 6. *n.* 39. *Cre-
ſcen. dec.* 1. *de conſuet. Penia d. dec.* 664. *num.* 6. ubi quod ſolitum
16 inducitur ex uno, aut duobus ultimis actibus *quod quidem pro-
batur ex l. Mela ait, verſ. ſed ſi alimenta. ff. de alim. & cibar. le-
gat.* ubi, ſi teſtator reliquerit alicui alimenta, quæ vivus præ-
17 ſtabat, ea demum præſtari debent, quæ mortis tempore præ-
ſtare ſolitus erat, ità, ut ſi teſtator in vita vario modo præſti-
terit, attendi debeat ultima præſtatio alimentorum; ex quo
infert *Alex. conſ.* 5. *n.* 22. *& ſeq. lib.* 5. quod ultima conſuetudo
18 legitimè præſcripta derogat præcedenti, *ut ſenſit etiam Man-
tic. de Tac. & ambig. conv. lib.* 3. *tit.* 9. *n.* 76. ubi addit, quod cùm
19 varia eſt conſuetudo ad jus commune recurrendum eſt, *Me-
noch. d. lib.* 3. *præſump.* 6. *n.* 39. ubi dicit, quod ultimus ſtatus fi-
liæ attenditur, ita ut exhæredari non poſſit, ſi ultimo loco ef-
20 fecta ſit vitæ honeſtæ, etſi antea parum pudicè vixerit, *& ita
etiam tenent alii Doctores, quos latè recenſet Grat. diſcept. for.
cap.* 370. *num.* 1. *& ſeq.*
21 Notandum 9. quod in multis differt conſuetudo a præſcri-
ptione: & prima quidem differentia eſt, quod in conſuetudine
requiritur conſenſus tacitus populi, vel majoris partis: ſed
præſcriptio non requirit conſenſum Adverſarii, quia currit
etiam contra ignorantem. Secunda eſt, quia ex præſcriptio-
ne acquiritur jus privato: per conſuetudinem verò acquiritur
in publico, & in communi. Tertia eſt, quod in conſuetudi-
ne etiam contra jus non requiritur titulus: ſed in præſcriptio-
ne contra jus requiritur titulus. Quarta eſt, quod conſuetu-
do induci poteſt ſine titulo, & cum mala fide licèt peccent ii,
qui primum contra jus conſuetudinem inducunt abſque ju-
ſta cauſa: ſed in præſcriptione ſemper requiritur bona fides.
Quinta eſt, quod licèt in præſcriptione jurium incorpora-
lium debeat probari ſcientia, & patientia Adverſarii, tamen
in conſuetudine inducenda non eſt neceſſaria probatio de
ſcientia, & patientia, etiamſi agatur de præſcriptione pe-
dagii, & regalium. Sexta eſt, quod præſcriptio tendit ad
tollendum jus jam in eſſe productum, putà dominium vel
actionem: conſuetudo vero tendit ad inducendum de novo
quod non eſt *ita gloſ. in cap. fin. in verſ. legitimè, ubi etiam Pa-
nor. de Conſuet. Bald. in leg. fin. in* 15. *oppo. C. de Edict. Div. Adr.
toll. Arch. & Jo: Andr. in c.* 1. *de Præſcr. in* 6. *Alex. conſ.* 6. *vol.* 1.
& conſ. 124. *vol.* 4. *& conſ.* 16. *vol.* 5. *Hoſt. in Sum. in tit. de Con-
ſuet. §. fin. & alii, quos refert, & ſequitur Balb. de Præſcript. in*
2. *p. prim. princ. q.* 10. *numer.* 2. *& ſeq. & in* 5. *p.* 5. *princ. q.* 12. *nu.* 5.
ubi etiam dicit, quod quando agitur de exactione facienda
adveſurs omnes de univerſitate, tractandum eſt de conſue-
tudine, non de præſcriptione, vel inductione præſumptio-
nis tituli.
Notandum 10, quod decreta, ſeu leges canonicæ tractan- 22
tes de fide, vel Sacramentis nulla unquam conſuetudine mu-
tari poſſunt, *cap. fin. de Conſuet. & cap. fin. de Præſcr.* idem di-
cendum, ſi tractant de privilegiis perſonarum Eccleſiaſtica-
rum, *gloſ. & DD. in c. clerici, de Judic. & in cap. Eccleſia S.
Maria, de Conſtit. latè Mareſcot. var. lib.* 2. *cap.* 100. *n.* 25. *& ſeq.*
ſubdens *num.* 30. quod conſuetudo contra jus canonicum ſpa-
tio 40. annorum inducitur quoad jura, & res temporales ac-
quirendas, vel amittendas, & quoad alias civiles diſpoſi-
tiones.
Notandum 11. quod ſtatutum differt a conſuetudine: quia 24
conſuetudo regulariter non tollitur, niſi per plures actus;
ſed ſtatutum unico actu contrario tollitur, quemadmodum
unico actu conditum eſt, *Abb. & Fel. in c. cum acceſſiſſent, de
Conſtit. & alii apud Genuen. in tr. de Eccl. q.* 155. ubi id limitat
in ſtatuto favorabili Eccleſiæ: hoc enim per unicam contra-
ventionem non tollitur, *ſecundum Innoc. in c. accedentibus de
privil. Abb in cap. pro illorum, de Præb. Fel. in d. cap. cum acceſ-
ſiſſent.*
Notandum 12. quod conſuetudo etiam immemorabilis, 25
attendenda non eſt, ſi ſit præjudicialis Eccleſiæ, & abſque
aliqua cauſa rationabili inducta, *c. fin. de conſuet. latè Gabr. de
Præſcrip. concl.* 1. *& alii apud Genuen. de Eccleſ. q.* 315. ubi dicit,
quod non valeret conſuetudo, ut Prælatus alienet res Eccle-
ſiæ ſine conſenſu Capituli, vel ex qualibet levi cauſa, *per tex.
in c. cum cauſa, de ſent. & re jud.*
Notandum 13. quod ſi Civitas conſuevit quolibet anno 26
dare Eccleſiæ certam frumenti quantitatem, vel quid aliud
pro eleemoſyna, vel alimentis, non poteſt contrario ſtatuto
hujuſmodi præſtationem revocare, *cap. veſtra, de locat. c. ad
Apoſtolicam, de Simon. Bart. in l. privilegia, C. de Sacroſ. Eccleſ.
Rom. in ſing.* 433. *Joan. de Plat. in l. quæcunque, C. de fid. inſtrum.
lib.* 10. *Cacher. deciſ.* 99. *numer.* 20. *&* 21. *& alii apud Genuen. in
tr. de Eccleſ. qu.* 478. *&* 493. ubi etiam dicit, quod præcipua
requiſita ad inducendam conſuetudinem favore Eccleſiæ,
ſunt, quod populus a principio ſolverit ſpontè, & quod ſo-
lutio fuerit uniformis.

Finis Libri Primi.

JOAN-

JOANNIS CAROLI ANTONELLI SAC. THEOLOGIÆ, AC J. U. D. VELITERNI.

LIBER SECUNDUS.

DE ANNIS.



De anno, seu annis sæpius in jure tam canonico, quàm civili tractatur; nam *in cap. querenti, de offic. deleg.* Annus datur delegato a Papa, ad exequendam sententiam suam.

In *cap. rursus, & cap. seq.* 11. *q.* 3. excommunicato propter civilem, vel criminalem causam, annus datur ad deducendum jura sua.

In *cap. plerumque, de Rescript.* annus datur impetrantibus litteras, seu rescripta Superiorum, ut illis uti possint; aliàs auctoritate posteriorum litterarum possunt conveniri, licèt in ipsis nulla de prioribus mentio habeatur.

In *l. qui gravatos, C. de Censib. lib.* 11. gravatus a Peræquatore, facultatem habet conquerendi infra annum, quo elaso amplius non auditur: exceptis minoribus, & absentibus Reip. causa, quibus non currit tempus, donec habuerint experiendi facultatem.

In *paragr. illud quoque, de Hæred. & falc.* hæredi annus conceditur ad solvenda legata, ab admonitione, ex judiciali decreto facta inchoandus, quo elapso, & legatis non solutis cadit a jure hæreditatis. Si verò Legatarii institerint, sibi caveri ab hærede, de præstandis legatis, hæres ad ejusmodi cautionem præstandam habebit sex menses, a die petitionis numerandos, *per leg. certa est forma, Cod. ut in poss. legat. vel fideicomm. &c.*

In *l.* 2. *Cod. de Naufrag. lib.* 10. ei, qui naufragium substinuit, annus datur ad experiendum jura sua, quo elapso amplius non auditur.

In *cap. quoniam frequenter, ut lit. non contest.* actori, ad cujus instantiam testes fuerunt recepti ante litem contestatam, annus præfigitur ad conveniendum Adversarium, vel ad denunciandum illi receptionem hujusmodi testium, quo elapso attestationes sic receptæ non valent.

In *Concil. Trident. sess.* 7. *de reform. cap.* 10. Capitulis Ecclesiarum sede vacante prohibetur, nè infra annum a die vacationis, ordinandi licentiam, seu litteras dimissorias concedant.

In *l. si quis, & auct. quæ supplicatio, Cod. de Precib. Imper. offer.* biennium datur, intra quod adversus sententiam quis supplicare potest ad Principem: pendente tamen supplicatione mandatur sententia executioni, *ut ibidem notat glos. in ver. retractationis*, quamvis secus sit pendente appellatione, *ut in l.* 1. *ff. Nihil novar. appell. interpos.*

In *auct. de Alien. & emph. paragr.* 1. biennium præfigitur Ecclesiæ Dominæ directæ ad declarandum, an velit, ut emphyteusis penes aliam Ecclesiam remaneat.

In *cap. si quis incognitus,* 17. *quæst.* 2. Domino ad revocandum servum in Religionem ingressum, triennium præfigitur, quo elapso Dominus amplius non auditur.

In *l.* 2. *paragr. ad filiorum, ubi Bart. Cod. Quom. & quib. quar. pars deb. lib.* 10. statuitur, quod si fuerit relictum legatum puellæ cum conditione, ut nubere debeat cum aliquo de tali familia, talis conditio debet impleri intra triennium post pubertatem ipsius puellæ.

In *l. si quis suus, ubi glos. ff. de iur. delib.* hæredi suo, qui paternam hæreditatem repudiavit, bonis in eodem statu manentibus, ut repudiationem intra triennium revocare possit, indulgetur.

In *l.* 1 *& l. si pater, Cod. Ne de stat. defunct.* disponitur, ut de statu defunctorum post quinquennium a die mortis computandum non quæratur; unde si pater velut ingenuus vixerit, & post ejus mortem quinquennium effluxerit, filius ad honores ut ingenuus admittitur.

In *l.* 1. *paragr. quod dictum est, ff. de separat.* statuitur, ut remedium, & actio, seu Judicis officium de separatione bonorum, quod competit creditori, ut bona sui debitoris separentur ab aliis, quæ jure hæreditario, sive aliunde pervenerint ad debitorem, intra quinquennium post aditionem numerandum, & non ultra postuletur; quamvis Judicis officium regulariter eodem tempore, hoc est spatio 30. annorum, quo tollitur actio, præscribatur, *juxta leg. sicut, & leg. omnes, Cod. de Præscript.* 30. *ann.*

In *l.* 2. *Cod. de vectigal. & comm.* sancitur, ut res, quæ incidit in commissum, post quinquennium peti non possit.

In *Concilio Trid. sess.* 14. *de ref. cap.* 5. similiter statuitur, ut litteræ conservatoriæ, & privilegia illarum vigore competentia per quinquennium dumtaxat durent.

In *l. sive præfinito, ff. de Pœn.* diſponitur, ut damnatus ad carceres, vel in triremes non facta temporis expreſſione, intelligatur de decem annis, non ultra. Et in aliis etiam legibus de Anno, & annis paſſim fit mentio, prout infra latius Deo aſpirante dicturi ſumus.

S U M M A R I U M.

1 *Quot ſint ætates hominis.*
2 *Pupillus proximus infantiæ poteſt alium ſibi obligare, ſed ipſe alii non obligatur, niſi ſit proximus pubertati, & Tutoris auctoritas intervenerit.*
3 *Filiusfamil. in ætate pupillari ne auctore quidem Patre obligatur.*
4 *Infans etiam ad ſui utilitatem ſtipulari non poteſt.*
5 *Quando quis dicatur infans.*
6 *Quando quis dicatur proximus infantiæ, & pubertati, & num. 7. 8. & 9.*
10 *An pupillus poſſit præſentare ad beneficium Jurispatronatus.*
Et an in concurſu præſentatio pupilli præferatur præſentationi Tutoris, ibidem.
11 *Si Teſtator ſubſtituit filio infanti cenſetur ſubſtituiſſe eidem filio etiam poſt infantiam uſque ad pubertatem.*

C A P U T P R I M U M.

Quis cenſeatur proximus infantiæ, & pubertati.

1 PRæmittendum eſt primò, quod *gloſſ. in proœm. Sexti Decretalium, in ver. perfectus*, ſex hominis ætates conſtituit: prima eſt infantia, quæ durat uſque ad ſeptimum annum: ſecunda eſt pueritia, quæ anno 14. in maſculis, in fœminis 12. perficitur: Tertia eſt adoleſcentia, quæ durat uſque ad 25. annum: Quarta, juventus, vel virilis ætas uſque ad quinquaginta: Quinta, ſenectus uſque ad ſeptuaginta: Sexta, decrepitas.

Hæc autem gloſæ ſententia a Doctoribus communiter approbatur, ſenectutis ætate excepta, de qua infra dicemus; quamvis aliter ſentiat *Hipocr. 1. Aphor.* 13. ubi ætates in quatuor diviſit, videlicet in pueritiam, adoleſcentiam, ætatem conſiſtentem, & in ſenectutem, *Caſert. in Medicin. Theoric. tract. 3. q. 7. art.* 1. ubi dicit, quinque eſſe hominis ætates, quarum prima eſt pueritia: quæ producitur uſque ad decimum quartum annum: ſecunda eſt adoleſcentia, ſeo pubertas, quę a pueritię termino protrahitur uſque ad vigeſimum quintum: tertia eſt juventus, ſeu ætas florens; quæ a vigeſimoquinto ad trigeſimumquintum extenditur: quarta eſt ætas conſiſtens, quæ quinquageſimum ferè attingit annum; poſt quam ſenectus ſequitur uſque ad ſexageſimum, vel ſexageſimum quintum, quos annos ætas ſequitur decrepitas, ſenectutis pars deterrima.

2 Præmittendum 2. quod pupillus proximos infantiæ poteſt
alium ſibi obligare, etiam ſine Tutoris auctoritate, ſed ip-
ſe alii non obligatur, niſi ſit proximus pubertati, & Tutoris
auctoritas intervenerit, *§. pupillus, & ibi gloſ. Aret. & alii,*
3 *Inſtit. de inutil. ſtipul.* ubi, quod filiusfamil. in ætate pupilla-
4 ri ne auctore quidem Patre obligatur: Infans verò etiam ad
ſui utilitatem ſtipulari non poteſt, *leg. 1. in princ. & l. mulier,*
ubi Bart. ff. de verb. oblig. dicitur autem infans qui ſeptimum
ætatis ſuæ annum nondum explevit, ut ſupra diximus, &
probat Text. in leg. 1. §. ſufficit, ff. de Admin. Tut. l. ſi infanti, C.
de jur. deliber. gl. communiter recepta in l. etiam infantem, ff. de
adopt.

5 Quare videndum nobis eſt, quis cenſeatur proximus infantiæ, & pubertati.

6 Et quidem *gloſſ. in §. pupillus, ver. infantiæ proximus, inſt.*
de inutil. ſtipul. cenſuit, quod proximus infantiæ quis dicitur
ab anno ſeptimo expleto uſque ad decem annos, & dimi-
dium: proximus vero pubertati cenſetur qui annum deci-
mum, & dimidiatum explevit; ſi fuerit maſculus· nam fœ-
mina in novem annis cum dimidio dicitur proxima puberta-
ti: quam ſententia ſequuti ſunt, *Aret. ibid. Bart. in l. t. numer. 6.*
ff. de Novat. Bald. in leg. non tantum, ff. de excuſ. Tutor. & com-
munem dic Cevall. in ſpec. opin. commun. con. comm. quæſt. 292. in
princ. & ratio eſt, quia cum infantia duret uſque ad ſepti-
mum annum, illud quod ſupereſt ad pubertatem dividitur
per medium, & ſic apparebit, an ſit proximus infantiæ, &
pubertati, *arg. tex. in §. ultim. inſtit. Quib. ex cauſ. manum. non*
7 *licet*: quod intelligendum eſt in civilibus: nam in crimina-
libus cauſis non dicitur quis proximus pubertati, niſi quan-
do eſt prope per ſex menſes, *ſecundum Jaſ. in auct. ſacramen-*
ta puberum, C. ſi adverſ. vend. & in l. properandum, §. 1. Cod. de
jud. quem refert, & ſequitur, Syl. in d. §. pupillus, & ita etiam
ſenſit Bald. in l. excipiuntur, ff. ad Syllanian. Corn. conſ. 147. n. 25.
vol. 1. & alii apud Viv. comm. opin. 674. numer. 1. verſ. in contra-
rium &c.

Addit *Aret. loc. cit.* quod ſi malitia ætatem ſupplet, tunc 8
etiamſi eſſet minor decem annis cum dimidio, diceretur pro-
ximus pubertati, *per tex. in l. 3. C. ſi mi. ſe major. dix. c. a nobis, &*
c. de illis, ex de ſponſ. impub.

Hæc ſententia videtur probari etiam ex *c. continebatur, ibi, ſi fuerit ætati proxima, ut in* 11. *vel circa* 12. *annum, eodem tit. de Deſponſ. Impub.*

Quia vero non omnibus idem eſt in eadem ætate intelle- 9
ctus, quoad proximos pubertati exiſtimo, id eſſe remitten-
dum arbitrio Judicis, qui non tam annorum numerum, quàm
perſonarum, ac Regionis qualitatem ſpectare debet; nam
una Regio altera callidiores habet pueros, *ut ſenſit Jo: Faber.*
in d. §. pupillus, Saly. in c. Impunitas, C. de Pœn. Anan. in c. 1. n. 4.
de delict. puer. Zaſius in tr. de Judæis in q. 11. Natta conſ. 434. in
fin. vol. 2. & alii, quos refert, & ſequitur Viv. comm. opin. 674. n. 2.
Menoch. de Arb. Jud. lib. 2. caſ. 57. nu 19. *& 44. cum ſeq.* ſubdens,
puerum, cui ſex tantum menſes ad ætatem perfectam dee-
runt, audaciùs, ac levioribus argumentis eſſe judicandum
pubertati proximum.

Quæres, an pupillus poſſit præſentare ad beneficium Ju- 10
riſpatronatus? Reſp. affirmativè, modò ſit major ſepten-
nio, *ut poſt Lambert. de jurePatr. par. 1. lib. 2. q. 2. art. 9. numer. 3.*
dixit Rot. dec. 363. nu. 2. & ſeq. part. 4. tom. 1. in Recen. ubi etiam
quod in concurſu ejus præſentatio eſt præferenda præſenta-
tioni Tutorum.

Quæres 2. an teſtator ſubſtituens filio infanti, cenſeatur 11
etiam ſubſtituiſſe filio poſt infantiam? Reſpond. quod dici-
tur ſubſtituiſſe filio etiam poſt infantiam uſque ad puberta-
tem, cùm militet eadem ratio providendi filio, *Gratian.*
conſ. 125. num. 25. lib. 2. Menoch. de Præſumpt. libr. 4. præſump.
65. numer. 41.

S U M M A R I U M.

1 *Ad excuſationem tutelæ, & curæ is ſenex dicitur, qui annum ſeptuageſimum complevit.*
2 *Major 55. annis uti ſenex a muneribus perſonalibus excuſatur.*
3 *In aliis caſibus, in quibus nulla clara juris extat conſtitutio, Judicis arbitrio relinquitur, quinam ſenex dicatur.*
4 *Quis cenſeatur ſenex, ut excuſetur a tortura, & n. 6.*
5 *Qui ad annum 70. pervenit, remoto omni judicis arbitrio cenſeri debet ſenex.*

C A P U T II.

A quo anno quis cenſeatur ſenex.

IN nonnullis caſibus lex declaravit, qua ætate homo ſenex
dicatur: nam ad excuſationem tutelæ, & curæ is ſenex 1
dicitur, qui annum ſeptuageſimum complevit, *l. 3. ff. de Jur.*
Immun. §. item major, Inſtit. de excuſ. Tut. item major 55. annis 2
uti ſenex a muneribus perſonalibus excuſatur, *l. ult. Cod. Qui*
ætat. vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10. quicquid dicat *Didac. de Narbon. de ætat. ad omn. hum. act. requiſit. in ver. Annus ſeptuageſimus q. 14. num. 3. & ſeq.* ubi ad id requirit annum 70. expletum.

Sed in aliis caſibus, in quibus nulla clara Juris extat con- 3
ſtitutio, verius exiſtimo, hoc Judicis arbitrio relinquen-
dum eſſe, *ut ſenſit Menoch. de Arb. Jud. l. 2. caſ. 58. num. 3. ubi cit.*
Barbat. conſ. 21. l. 2. & con. 22. l. 3. Jo: Andr. in c. quoniam frequen-
ter, ut lit. non conteſt. & communem dicit Scac. de Jud. libr. 2. c. 8.
n. 249. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 9. nu. 84. & ſeq. ubi lo-
quitur de Coadjutoria conceſſa propter ſenectutem, vel in-
graveſcentem ætatem, *Jordan. Elucubr. diverſ. libr. 10. tit. 20.*
num. 117. & ſeq.

Hinc Judex arbitrari poterit, quis cenſeatur ſenex, ut ex- 4
cuſetur a tortura, cùm hoc clarè non ſit conſtitutum *in l. 3. §.*
gnoſcitur, ff. ad Syllan. & ita tenet Didac. de Narbon. loco cit. q. 5.
n. 6. verſ. nec tamen, ubi dicit, quod quicunque a 50. anno uſ-
que ad 70. ita debilis invenitur, ut ſine mortis periculo quæ-
ſtionem ſubire nequeat, torqueri non debet, ſubdens, *num. 8.*
quod ſi fortè torqueatur, & præ dolore delictum, de quo fuerit
accuſatus, aut quid aliud confiteatur, ex tali confeſſione
velut invalida puniri non poterit, etiamſi eam ratificaverit,
idem

idem sensit Mascard. de Probat. concl. 1315. num. 6. & seq. vol. 3.
quicquid in contrarium asserat Bonifac. de Vitalin. in rub. de
Quæst. & tormen. n. 2. Grammat. dec. 34. n. 4.

5 Observa tamen, quod arbitrium Judicis versatur circa
senes, qui nondum pervenerunt ad annum septuagesimum:
quia is, qui explevit 70. annum remoto omni arbitrio Ju-
dicis censeri debet senex, cùm annus septuagesimus sit ter-
minus aliarum ætatum, ut post Abb. in cap. quoniam frequen-
ter, numer. 18. ut lit. non cont. tradit Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 8.
numer. 254.

6 Addit Narbon. ubi sup. in vers. Annus septuagesimus c. 5. nu. 6.
quod nec ferula septuagenarii cæduntur, ne timore, perculsi
aliquando falsis consentiant, vera diffiteantur.

S. U M M A R I U M.

1 *Ad testificandum puberes tantùm admittuntur declaratur num. 3.*
2 *Quinam puberes dicantur.*
3 *In criminalibus causis testis debet esse major 20. annis.*
4 *Fœminæ an admittantur ad testificandum in causis criminalibus, & n. 6.*
Et an in causis civilibus admittantur, ibid. num. 4.
5 *Quid si in delicto commisso non adfuerunt alii testes, nisi mulieres.*
Quæ geruntur in Capitulo, probari possunt per eos, qui sunt de capitulo, ibidem.
7 *In testamentis mulier non est testis idonea.*
8 *An testis testificari possit de iis, quæ vidit in pupillari ætate.*
9 *An unus testis plenè probet contra producentem.*

C A P U T III.

Cujus ætatis quis debeat esse, ut admittatur ad testificandum.

1 REsp. quod puberes tantùm admittuntur, lib. 3. §. lege ju-
lia, ff. de Testib. §. testes, instit. de Testam. puberes verò
2 dicuntur, qui 14. annum expleverunt, si masculi sint: fœ-
minæ verò post 12. annum puberes similiter intelliguntur, §. 1.
instit. quibus mod. tut. finit. quod procedit in civilibus: nam in
3 criminalibus causis testis debet esse major 20. annis, l. in testi-
monium, ubi glos. ff. de Testib. & tradunt DD. apud Jordan. Elu-
cubr. divers. lib. 10. tit. 20. n. 82. Mascard. de Prob. concl. 1313. n. 9.
4 & 10. vol. 3. fœminæ verò cujuscunque ætatis sint, in causis
criminalibus criminaliter intentatis, a testificando de jure
canonico repelluntur, c. forus, §. testes, & ibid. glos. communi-
ter recepta, ver. non fæmina, de verb. signif. Alex. cons. 19. num. 1.
vol. 1. Angel. Aret. in §. testes autem, inst. de testam. ubi dicit,
quod de jure canonico non possunt esse testes in accusatione
criminali, sed in inquisitione, sic Maran. de jud. in 4. p. princ.
in prim. dist. num. 33. Marsil. cons. 130. num. 34. Bertran. cons. 189.
num. 2. vol. 1. Oltr. cons. 145. & alii apud Viv. comm. opin. in vers.
Testes, opin. 980. ubi tamen subdit, quod non omninò repel-
luntur, ita ut nulla eis fides præstetur, sed quòd non sint
testes omni exceptione majores, in judiciis verò civilibus, &
criminalibus causis civiliter intentatis, fœminæ etiam de ju-
re canonico recipiuntur, Clar. in Pract. crim. §. fin. q. 24. vers.
5 de jure autem canonico &c. immò quando in delicto commis-
so non adfuerunt alii testes, nisi mulieres, eis plena fides ad-
hibetur, ut tradunt DD. communiter in c. 3. de Testib. Alciat.
reg. 1. præsump. 47. ubi dicit, quod textus in d. §. testes, non
servatur de facto: quando veritas aliter haberi non potest:
quamvis constare prius debeat, quod aliter veritas haberi
non possit, Alex. cons. 64. volum. 1. Mars. consil. 31. numer. 33.
& cons. 80. col. fin. Ruin. jun. cons. 120. n. 24. vol. 2. Menoch. de Arb.
jud. cas. 106. n. 2. in fin. Rolan. cons. 24. numer. 68. lib. 1. & alii apud
Grat. disc. for. c. 525. n. 5. & seq. ubi etiam dicit, quod non statur
dicto ipsiusmet fœminæ vel alterius testis inhabilis asserentis,
alios testes non adfuisse, ut notat etiam Arelaten. in annot. ad
Alciat. d. præsump. 47. Alex. cons. 152. num. 11. vol. 5. ubi, quod
tunc creditur testi insufficienti in casu, quo veritas aliter ha-
beri non potest, quando ex natura regulari ipsius facti alii
testes verisimiliter non possunt occurrere; secus si possint in-
teresse, licèt casualiter non interfuerint; unde ad proban-
dum ea, quæ geruntur in capitulo Ecclesiæ, admittuntur il-
li, qui sunt de capitulo, quia regulariter in capitulo non so-
lent adesse extranei, c. veniens 2. in fin. de Testibus, idem di-
cendum, quando civiliter agitur de crimine, nam tunc fœ-
mina non repellitur, Marant. loc. cit. ubi dicit, quod ita conclu-
dunt communiter DD. in c. quoniam, & cap. tam litteris extr. de
Testibus.

Antonell. de Tempore.

Sed de jure civili fœminæ etiam in causis capitalibus ad- 6
mittuntur, Spec. intit. de Teste, §. 1. numer. 83 Roland. cons. 7. sub
n. 1. vol. 1. Gram. cons. crim. 12. num. 16. & seq. & alii apud Viv.
loc. cit. & hanc esse magis communem, testatur Alex. cons. 11. n. 6.
lib. 1. ubi dicit, quod speciale est in testamentis, in quibus 7
mulier non est testis idonea, juxta leg. qui testamento, 20. §. eum,
qui lege, ff. de testam. vide etiam Aret. in §. testes, numer. 2. instit.
de Testam. ordin. ubi excipit crimen publicum, vel ubi ve-
nit imponenda membri abscissio, in quo mulier non potest
esse testis, sicut non potest accusare, leg. qui accusare, ff. de
Accus.

Sed quæres, an ferre quis possit testimonium de iis, quæ vi- 8
dit in pupillari ætate? affirmativè respondet glos. in d. l. 3. §. lege
Julia, ver. impubes, ff. de Testib. quia, cum nullo jure prohi-
beatur, idoneus ad id reputari debet, arg. l. 1. ff. de Testib. hoc
tamen intelligendum est de iis, quæ vidit, dum erat alicujus
discretionis, ut dicit Bald. in d. l. 3. §. Sabinus quoque, hoc est
dum jam egressus fuerat infantiam, sive dum erat proximus
pubertati: aliàs secùs, ut declarat Bart. in d. §. l. Julia n. 2. & in
l. notionem, §. instrumentorum, ff. de verb. signif. Papien. in form.
libell. juramenti test. §. potest ante, n. 17. & communem dicit Vivi.
commun. opin. 964. n. 4. lib. 3.

Quęres 2. an unus testis plenè probet contra producentem? 9
affirmat Soc. jun. cons. 69. n. 11. lib. 1. quem refert, & sequitur Ce-
phal. cons. 141. num. 5. etiamsi deponat tantùm de credulitate,
Roman. in singul. 104. in fin. Marian. jun. cons. 69. num. 11. vol. 1.
Jas. in Rubr. ff. de Jurejur. in 6. limit. & alii apud Gabr. libr. 1. tit.
de Testib. concl. 1. num. 13. & 14. ubi dicit, hanc esse veram, &
communem conclusionem; id tamen procedit, quando attesta-
tiones producuntur; non autem quando quis testes inducit,
ut examinentur; hoc enim casu non approbat testium dicta,
sed tantum personas, Bursat. cons. 106. num. 22. Barz. decis. 170.
num. 10. Magon. dec. Lucen. 46. num. 42. Maceraten. var. res. lib. 1.
res. 106. num. 12. & alii quos refert & seq. Cancer. var. res. libr. 1.
cap. 20. num. 73.

S U M M A R I U M.

1 *Ad matrimonium quænam ætas acquiratur, & quę ad sponsalia, & n. 6.*
2 *An valeant sponsalia contracta ultima die septennii.*
3 *Matrimonium contractum ultima die anni 14. in mare, & 12. in fæmina, validum est favore matrimonii.*
4 *Quid si matrimonium, vel sponsalia contrahantur octo, vel decem diebus ante ætatem legitimam.*
5 *An in præscriptionibus sufficiat ultimam diem attigisse, ut præscriptio censeatur completa.*
6 *Rationis usus eodem tempore viris, & fæminis advenit.*
Potentia generandi tardius in viris, quam in fæminis experitur, ibidem.
7 *Minor ætas ad matrimonium sufficit, quando concurrit potentia coeundi, vel quando malitia ætatem supplet.*
Quando malitia dicatur supplere ætatem in matrimonio, ibidem.
8 *An Episcopus dispensare possit cum minoribus carentibus ætate requisita ad matrimonium contrahendum.*
9 *Si malitia ætatem supplet, valida sunt sponsalia etiamsi ante septennium celebrentur.*
10 *Quando malitia censeatur supplere ætatem in sponsalibus.*
11 *An impubes alterius nomine matrimonium contrahere possit.*

C A P U T IV.

Quænam ætas in matrimonio, & sponsalibus requiratur.

ÆTas ad matrimonium requisita in masculo est 14. an- 1
norum & 12. in fœmina: ut constat ex c. 2. de Despons.
impub. ad sponsalia verò contrahenda septennium requiritur 2
in utroque, c. 1. eod. tit. in 6. valerent tamen sponsalia contracta
ultima die septennii, vel parum ante, secundùm S. Thom. in 4.
dist. 27. quem refert, & sequitur Sylv. in Sum. in ver. sponsalia,
n. 2. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 16. num. 4. in fin. Henriq. in sum.
lib. 13. cap. 40. num. 3. & alii apud Grat. discep. for. c. 413. num. 23.
quemadmodum matrimonium contractum ultima die anni
14. in mare, & 12. in fœmina, validum est favore matri- 3
monii, arg. leg. qua ætate, ff. de Testam. & tradit idem Sylv. in
ver. matrimonium 5. num. 5. Gratian. dicto cap. 413. num. 23. Sot.
in 4. dist. 27. q. 2. art. 2. Rebel. p. 2. lib. 4. qu. 5. conclus. 2. num. 2. Gut-
tier. de Matrim. cap. 2. num. 20. Ledesm. in 2. p. lib. 4. sent. q. 60. ar-
tic. 1. col. penult. ver. hæsitabis, & alii apud Bonac. in tractat. de
matrim. qu. 1. punct. 4. num. 3. & 11. Dian. par. 3. res. mor. tract. 4.
res. 274. & 277. ubi addit, quod matrimonia, & sponsalia con- 4
tracta tribus, vel etiam octo, aut decem diebus ante legiti-

mam ætatem, judicanda sunt valida tam in foro conscientiæ,
quàm in foro externo, quia patum, & nihil in jure æquipa-
rantur, ex *juribus vulgatis*.

5 Addit *gl. in Rubr. ff. de Diverſ. & temp. præſcrip.* quod etiam
in præscriptionibus sufficit, ultimam diem attigisse, ut pre-
scriptio censeatur completa: contrarium tamen in hoc te-
nuit *Rot. dec. 551. n. 15. p. 5. tom. 2. Rec.*

6 Cur autem eamdem ætatem ad sponsalia, & diversam ad
matrimonium jus præscripserit in viris, & fœminis? Resp. ex
eo procedere, quia ad sponsalia sufficit rationis usus, qui eo-
dem tempore viris, & fœminis advenit: ad matrimonium
verò potentia generandi desideratur, quæ tardius in viris ex-
peritur, *ita Sanch. de matr. l. 1. diſp. 16. nu. 2. quem refert Barboſ.
in c. litteras, n. 3. de Deſp. Impub.*

7 Observa tamen, quod si concurrat potentia coeundi, minor
ætas sufficit, *ut conſtat ex tex. in cap. continebatur, verſ. ſi autem
fuerit de Deſponſ. impub. & c. ult. de eo, qui cogn. conſ.* ubi matri-
monium contractum cum muliere in decimo, vel undeci-
mo anno, concurrente hujusmodi potentia, validum de-
claratur: idem dicendum, quando malitia ætatem suplet,
juxta *gloſſ. comm. receptam in cap. ad id, de ſponſal. & ita ſenſit
etiam Rebell. loco cit. Pontius de Matrim. lib. 12. cap. 5. numer. 3.
Dian. dict. reſol. 274.* etiamsi contrahentes ad coeundum apti
non sint, *ſecundum Calc. conſ. 121. numer. 17. verſ. eſt etiam ſe-
cunda quem refert, & ſequitur Menoch. de Arb. Judic. libr. 2.
caſ. 57. num. 34.* contrarium tamen est verius: nam tunc ma-
litia dicitur supplere ætatem in matrimonio, quando con-
trahentes cognoscunt naturam conjugalis contractus, & ha-
bent potentiam generandi, *Coninch. de matrim. diſp. 21. dub. 5,
num. 52. Sanch. lib. 1. diſp. 16. num. 9. Reginald. lib. 31. numer. 248.
Filliuc. tract. 10. cap. 7. quæſt. 9. num. 258. Molſeſ. tract. 4. cap. 5.
num. 18. & alii apud Bona. de matrim. d. q. 1. punct. 4. nu. 2. & 10,*
quibus adde *Henriq. in ſum. lib. 11. cap. 13. §. 12. Barboſ. de off. &
poteſt. Epiſc. alleg. 35. num. 20. Jordan. Elucubr. lib. 9. tit. 1. nu. 261.*
8 ubi dicit, quod Episcopus potest dispensare in utroque foro
cum minoribus carentibus ætate requisita ad matrimonium
contrahendum, quando sunt propè ætatem, & dubitatur an
malitia ætatem suppleat, *per tex. in c. 2. de deſponſ. impub.*

9 Idem dicendum in sponsalibus: nam si malitia ætatem sup-
plet, valida sunt, etiamsi ante septennium celebrentur, *ut
poſt Regin. libr. 31. n. 248. Nald. ver. ſponſalia, nu. 3. & alios ſenſit
Bonac. loc. cit. n. 2.* ubi etiam dicit, quod malitia censetur sup-
10 plere ætatem in sponsalibus, quando ante septennium adesset
sufficiens usus rationis, quo contrahentes intelligant id,
quod agunt.

11 An verò impubes pro alio, vel alterius nomine matrimo-
nium contrahere possit? affirmat, *poſt Sanch. & alios Didac.
de Narbon. de ætat. ad omn. human. act. requiſit. in ver. Annus
1742. num. 6.*

S V M M A R I V M.

1 *Ad faciendum teſtamentum in maſculo requiritur ætas 14. an-
norum, in fœmina 12. ſimiliter annorum completorum.*
2 *An valeat teſtamentum conditum ultima die anni 14.*
3 *Quid ſi condens teſtamentum haberet curatorem.*
4 *Quænam ætas requiratur in codicillis, & aliis ultimis volun-
tatibus.*
5 *An filiusfam. teſtari poſſit.*
6 *Quando clauſula codicillaris operetur, ut teſtamentum filii
ſubſtineatur in vim donationis cauſa mortis,*
7 *An filiusfam. poſſit donare cauſa mortis.*
8 *Quot teſtes requirantur in donatione cauſa mortis.*
9 *Donans cauſa mortis ejus debet eſſe ætatis, cujus eſſe eum opor-
tet, ſi velit teſtari.*
10 *An filiusfam. poſſit legare.*
11 *An filiusfam. ad pias cauſas peculio profectitio, vel adventi-
tio teſtari poſſit.*
12 *Filiusfam. Clericus de bonis adventitiis teſtari poteſt etiam ad
cauſas prophanas,*
13 *Bona adventitia reſpectu filiifam. Clerici, caſtrenſia, vel qua-
ſi caſtrenſia reputantur, nec Patris quæritur uſusfructus.*
14 *Auth. Presbyteros, C. de Epiſcop. & Cler. locum habet in bonis
poſt clericatum quæſitis.*
15 *Bona filiofam. Clerico a Patre donata, ut ad illorum titulum
ordinari poſſet, ſequuta ordinum receptione tranſeunt in pe-
culium quaſi caſtrenſe,*

C A P U T V.

Quænam ætas requiratur ad faciendum teſtamentum.

RESp. quod in masculo requiritur ætas 14. annorum, in 1
fœmina verò 12. similiter annorum completorum, *leg.
qua ætate ff. de Teſtam.* & ad hoc dies cœpta habetur pro com- 2
pleta: & ideò valeret testamentum conditum ultima die an-
ni 14. *ut probat citatus, ubi Bart. & alii communiter:* potest 3
autem quis in dicta ætate testamentum condere, etiamsi ha-
beret curatorem, immò etiamsi curator contradiceret, *l. Au-
relio Sempronio, §. Cajus Seius, ff. de liberat. legat. & tradunt DD.
in l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Senatuſ. Trebell. Cancer. var. reſ. p. 1.
c. 7. de tutor. num. 9.*

Quod verò dicitur de testamentis, procedit etiam in Co- 4
dicillis, & aliis ultimis voluntatibus: in hoc enim pari passu
ambulant, *ut poſt Bald. obſerv. Jordan. Elucubr. diverſ. lib. 10.
tit. 20. num. 100.*

Quæres, an filiusfam. testari possit? Resp. quod tam de 5
jure canonico, quam civili testari potest de peculio castren-
si, vel quasi castrensi, etiam sine consensu Patris, *l. fin. Cod.
Qui teſtam. fac. poſſ. l. filiusfam. in fin. ff. de Donat. §. 1. Inſt. Quib.
non eſt permiſſ. fac. teſtam.* secus dicendum est de peculio profe-
ctitio, vel adventitio, *dict. leg. fin. Cod. qui teſtam. fac. poſſ.
dict. §. 1. Inſt. Quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* ubi quod nec Pa-
tre permittente filiusfam. testari potest, ita, ut neque testa-
mentum convalidetur superveniente habilitate ante mor-
tem, *Bart. in l. 1. §. ſed ſi filius, ff. de l. 3. Surd. de Alim. tit. 7. q. 4.
num. 20. & 21. Gratian. qui alios refert, diſc. for. c. 820 nu. 9. & ſeq.* 6
ubi etiam dicit, quod tale testamentum neque valeret ex vi
clausulæ codicillaris in eo appositæ, nec in vim donationis
causa mortis nisi pater fuerit præsens, & consensum præstite-
rit, *ut poſt Bec. conſ. 76. advertit Theſaur. dec. 150. nu. 12. & ita
intelligendi ſunt DD. apud Theodoſ. Rub. in ſing. 10. 2. clauſ. 205.
n. 105.* potest enim filiusfam. donare causa mortis Patre per- 7
mittente, *ut in d. l. filiusfam.* quo casu quinque testes, requirun- 8
tur, *l. fin. C. de Donat. cauſ. mortis*, item requiritur expressa, &
specialis permissio patris, *ſecundum Bart. in l. tam is §. filiusfa-* 9
mil. ff. de Donat. cauſ. mort ubi etiam dicit, quod filius donans,
causa mortis, ejus debet esse ætatis, cujus esse eum oportet, si
velit testari.

An verò possit legare cum patris assensu? Respond. nega- 10
tivè: quia legata relinquuntur in testamento, quod ex alie-
no arbitrio pendere non debet, *ſecundum gloſſ. commun. rece-
ptam in dict. leg. tam is, §. filiusfam. ver. Patris, ff. de Donat. cauſ.
mort.*

Observa tamen, quod filiusfam. ad pias causas de peculio 11
profectitio, vel adventitio cum consensu patris testari po-
test, *c. licèt de ſepult. in 6. Dec. in l. ſenium, nu. 15. C. qui teſtam. fac.
poſſ. Covar. in rub. de Teſtam. p. 3. in fin. n. 28. Spin. in rubr. eod. tit.
de Teſtam. p. 4. n. 11. Tiraq. de pia cauſ. privil. 78. Graſſ. in §. te-
ſtamentum, q. 17. n. 12. & 13. & alii apud Grat. diſc. for. c. 895. n. 4.
ubi n. 55. & ſeq.* addit, quod valeret hujusmodi testamentum
ad pias causas etiam sine consensu patris, si constaret, quod
filius posteà factus sui juris, perseveraverit in eadem volun-
tate: quod probatur etiam ex indiciis, & conjecturis, *jux-
ta gl. in l. 1. §. ſi filiusfam. ver. duraverit, ff. de l. 3. & ita ſenſit Bar-
tol. in l. 1. n. 83. C. de ſacoſ. Eccleſ. Bald. in l. generali n. 3. C. eod. Jaſ.
in auth. ingreſſi C. eod. tit. Soc. conſ. 61. vol. 1. Marcobrun conſ. 30.
n. 134. & ſeq. quos refert, & ſequitur Genuen. in tract. de Eccleſ.
qu. 173.* ubi quod statutum prohibens, mulierem vel mino-
rem contrahere, vel testari sine consensu propinquorum,
non habet locum in testamento, vel contractu ad pias cau-
sas, quia tales dispositiones non secundum leges humanas, sed
secundum jura divina, & sacros canones judicari debent, *jux-
ta c. cum eſſes, & c. relatum de Teſtam.*

Immò si filiusfam. esset Clericus de bonis adventitiis pos- 12
set testari etiam absque consensu Patris etiam ad causas pro-
fanas quia bona adventitia respectu filiifam. Clerici, ca-
strensia, vel quasi castrensia reputantur, nec Patris quæri- 13
tur ususfructus, *auth. Presbyteros, Cod. de Epiſc. & cler. l. Sacro-
ſanctæ, C. eod. tit. latè Rota coram Burat. dec. 639.* ubi, quod *dict.
auth. presbyt.* habet locum in bonis, post clericatum quæsitis, 14
Genuenſ. in tr. de Eccl. q. 633. ubi id extendit etiam ad clericum
primæ tonsuræ.

An verò bona filiofam. Clerico a Patre liberè donata, ut ad 15
illorum titulum ordinari posset, transeant in peculium qua-
si castrense? Resp. affirmativè, sequuta tamen ordinum re-
ceptione, *vide quæ ſcripſimus in tract. de Regim. Eccleſ. Epiſc.
lib. 5. cap. 17.*

SUMMARIUM.

1 *Ad eligendam sepulturam quænam ætas requiratur, & num. 3. & 5.*
2 *An Pater eligere possit sepulturam pro filio impubere.*
4 *An filius impubes cum auctoritate tutoris possit sibi eligere sepulturam.*
5 *Quid si malitia ætatem suppleat.*
6 *Si infirmus tempore infirmitatis sibi sepulturam elegerit, & postea convalescat, censetur revocasse illius electionem: limitatur num. 8.*
7 *Donatio causa mortis facta instante mortis periculo, censetur revocata per convalescentiam Donantis.*

CAPUT VI.

Quænam ætas requiratur ad eligendam sepulturam.

1 RESP. quod requiritur pubertas, hoc est ætas 12. annorum in fœmina; & 14. in mare: nam cùm sepulturæ electio pars sit ultimæ voluntatis, ideò ejusdem ætatis esse debet qui sibi monumentum eligit, ac ille, qui testamentum ordinat, *ut inquit Didac. de Narbon. de ætat. ad omn. human. act. requisit. in ver. Annus 14. qu. 47.* ante pubertatem verò electio non conceditur pupillo, sed Patri, si talis adsit in loco
2 consuetudo, *c. penul. de sepult. in 6.* ubi etiam, quod potest fi-
3 liusfam. pubes etiam absque Patris assensu sibi sepulturam eligere; nec posset filius impubes etiam cum auctoritate Tuto-
4 ris sibi eligere sepulturam: quia Tutoris auctoritas non potest ea perficere, quæ porrigunt ur post mortem pupilli, quo
5 tempore tutela expiravit: nisi fortè malitia suppleret ætatem: tunc enim impuberes sepulturam sibi eligere possunt, *Bart. in l. qui in potestate, num. 3. vers. in uno tamen casu, & in leg. si filiusfamil. post numer. 2. ff. de Testam. Lavor. variar. Elucubr. tom. 1. tit. 2. cap. 11. num. 109. Ric. in Prax. for. Eccles. par. 4. resol. 294. num. 36.*

6 Observa tamen, quod si infirmus tempore infirmitatis sibi elegerit sepulturam, & posteà convalescat, censetur revocasse illius electionem, *secundum veriorem Doctorum sententiam*: quemadmodum donatio causa mortis facta instante mortis periculo censetur revocata ob convalescentiam donantis, *ut post Alciat. in l. non omnis, ff. si cert. pet. Didac. in Rubr. de Testam. in 3. p. post n. 23. not. Clar. in ver. donatio qu. 25. vers. sed nunquid,* ubi ita intelligit text. *in l. si mortis causa res donata, ff. de Donat. caus. mort.*

8 Limita, quando ex conjecturis constat de ejus contraria voluntate, putà si hujusmodi electio facta fuerit in testamento in scriptis, vel nuncupativo, vel alio publico instrumento; quia tunc disponens censetur velle, ut ejus voluntas perpetuò duret, *l. non ad ea, ff. de condit. & demonst. Castr. in con. 36. circa princ. vol. 1. Jas. in l. in testam. num. 14. C. de Testam. milit. Mantic. de confect. ult. vol. lib. 12. tit. 1. num. 2. & alii apud Ric. in Prax. ut sup. p. 2. res. 312.*

SUMMARIUM.

1 *Ad habitum religiosum suscipiendum annum 12. completus in fœmina, & in viro 14. requiritur.*
2 *Conversi recipi non debent ante 20. ætatis annum.*
3 *Quando quis ad professionem admittatur.*
4 *Quantum temporis detur professo, vel professæ ad dicendum de nullitate professionis.*
5 *An si professio declaretur nulla, censeatur etiam annullata renunciatio.*
6 *Quæ solennitas requiratur in facienda renunciatione.*
7 *An Concilium Tridentinum reprobaverit obligationes, vel donationes factas ante ingressum in Religionem, intuitu ipsius Religionis.*
8 *Quandiu possit in monasterio immorari puella introducta causa educationis.*
9 *Annus probationis an debeat esse continuus.*
10 *An, si Novitius probationis anno expleto desereret religionem, & postea rediret, egeat novo probationis anno ad profitendum.*
11 *Annus probationis debet esse necessariò completus, & integer.*
12 *Quando biduum pro uno die habeatur.*
13 *An Convertitæ statim ac ingrediuntur monasterium, possint emittere professionem.*

CAPUT VII.

Quænam ætas requiratur ad ingressum, & professionem in Religione.

AD habitum religiosum suscipiendum in fœmina annus duodecimus completus, & in viro decimusquar- 1
tus requiritur, *c. ad nostram de Regular. Concil. Trid. sess. 25. de* 2
Regular. c. 17. conversi verò recipi non debent ante vigesimum ætatis annum, ex *decreto Clem. VIII. incip. cùm ad regularem relat. per Quarant. in ver. monasteria, & conventus.*

Quoad professionem verò Concilium Tridentinum sta- 3
tuit, ut in quacunque religione tam virorum, quàm mulierum ea non fiat ante decimum sextum annum expletum, nec qui minore tempore, quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur: aliàs professio anteà facta nulla est, *ut in sess. 25. de Regular. cap. 15.*

Item conversi ad professionem admittendi non sunt, nisi vigesimum primum annum excesserint, ex *decreto citato Clementis VIII.*

Quæres, quantum temporis detur professo, vel profes- 4
sæ ad dicendum de nullitate professionis? Resp. quinquennium esse a Concilio Tridentino præfixum, *ut in sess. 25. de Regular. cap. 19.* quo elapso professus amplius non auditur, etiamsi allegaret, vim, & metum semper durasse, nisi intra ipsum quinquennium reclamaverit, idque legitimè probaverit, *ut declaravit Gregor. XIII. teste Val. in diff. utr. for. ver. Regularis, diff. 2. num. 3. quem refert Dian. par. 3. res. mor. tract. 2.*
resol. 62. quibus adde Ric. in Prax. par. 3. resol. 354. ubi dicit, 5
quod si professio declaretur nulla, censetur etiam annullata renunciatio: tum quia renunciatio est accessoria, & dependens a professione, tum etiam in quolibet actu, & contractu etiam jurato intelligitur apposita clausula, *reb. sic stantib.* etiam si non exprimatur, *l. cum quis, ff. sol. l. quæro, §. inter locatorem, ff. loc.*

Quæ verò solemnitas requiratur in facienda hujusmodi re- 6
nunciatione? Resp. quod facienda est cum licentia Episcopi, vel ejus Vicarii intra duos menses proximos ante professionem, & aliter facta etiam cum juramento non valet, ex *decreto dicti Concilii Tridentini d. sess. 25. cap. 16.*

An verò Concilium, *d. cap. 16.* reprobaverit obligationes, 7
vel donationes factas ante ingressum in Religionem, intuitu ipsius ingressus? affirmat *Navar. cons. 81. de Regul. & alii apud Sanch. in Sum. tom. 2. libr. 7. c. 5. num. 3.* communis tamen sententia est, Concilium, *d. cap. 16.* non habere locum in hujusmodi renunciationibus, donationibus, vel obligationibus factis ab existente adhuc in sæculo, etiam animo, & proposito Religionem ingrediendi, sed tantùm in obligatione facta post ingressum: tum quia Concilium loquitur de ingresso, seu ingressa non autem de ingressuris: tum etiam quia in renunciatione ante ingressum non possunt servari solemnitates Concilii, quæ solum restringuntur ad duos menses ante professionem, *& ita censuit Sac. Congregatio Concilii apud Farin. dec. 227. par. 4. Divers. Dian. p. 3. tr. 2. res. 55. Vulp. in Prax. Jud. cap. 42. n. 13. Quaran. in ver. monasteria, & conventus, vers. dubium illud, Ric. in Prax. p. 3. res. 353.*

Quæres 2. quandiu possit Puella in monasterium introdu- 8
cta causa educationis, in eodem monasterio immorari? Resp. quod potest in monasterio morari usque ad ætatis suæ annum 25. quo completo exire debet: quamquam si statim non egrediatur, non incideret in excommunicationem, sed potest Episcopus terminum illi præfigere, utrum velit monialis fieri, aut è monasterio egredi, *ut resolvit Sac. Congregat. teste Ric. in Prax. p. 4. res. 209. Leo. in Thes. for. Eccles. cap. 16. num. 54. par. 2.*

Notandum est autem, quod annus approbationis debet es- 9
se continuus: & ideò si Novitius, vel Novitia exierit è monasterio intra annum probationis, & deinde redierit: non possit conjungere primum tempus cum sequente, *ut probat Sylv. in ver Religio 5. qu. 4. Rota in granaten. professionis 9. Februarii 1609. coram Marco Montio, Soc. cons. 118. num. 6. libr. 4. Lup. alleg. 46. n. 2. & alii apud Gratian. discep. for. cap. 440. n. 14.* nisi fortè egressus fuerit de licentia Superioris ad id facultatem habentis propter malam valetudinem, vel aliam similem causam, & posteà reverteretur; quia tunc haberetur pro præsente, ac si nunquam fuisset egressus, & conjungi potest primum tempus cum sequente, cùm non stet in tali casu per novitium, quominus conditio adimpleatur, *ut resolvit Sacr. Congreg. Concil. teste eodem Gratian. cap. 166. nu. 14. & seq. & ita etiam Navar. cons. 41. num. 3. de Regul. Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 101. num. 28. Dian. resol. moral.*

par. 3.

par.3.tract.2.resol.84.Bonac.de clauf.q.2.punct.10.diff.2.§.2.n.6. Lezan. in sum.qq.Regular.tom.1.cap.25.num.23. ubi addit, hoc procedere, etiamsi Superior illicité, ac sine rationabili causa licentiam concesserit: quicquid in contrarium sentiat *idem Gratian.dict.cap.440.num.14.* ubi asserit, quod durante anno probationis debet Novitius continuó permanere intra claustra monasterii, ita ut non possit illud tempus discontinuari sub quovis prætextu, etiam ex causa infirmitatis, aut licentia Superioris.

Secus esset, si Novitius vel Novitia exierit sine licentia, vel cum licentia invalida, putá si is, qui licentiam concessit, non poterat illam concedere, *ad trad. per Bal. in auct.habita, n.22.C.ne fil. pro patr. Alex.in l.diem functo,n.33.ff.de offic.Assess.& ita resolvit Grat.d.c.166.n,14.& seq.*

10 Sed quæres, an Novitius, qui probationis anno jam expleto deseruit Religionem, egeat de novo probationis anno ad profitendum, si in monasterium ejusdem ordinis rediret? affirmat *Sylv.in ver.Religio 5.q.4.fr.Emman.to.3.q.15.art.10.& alii apud Barbos.de offic.& potest.Episc.p.3.d.alleg.101.numer.20.Bonac.de clausur.q.2.punct.10.diff.2.§.2.n.4.*

11 Notandum 2. quod prædictus annus probationis debet esse
necessarió completus, & integer, adeó, ut si quis susceperit habitum prima die Januarii post meridiem, non possit
eadem die recurrente in termino anni profiteri ante meridiem, sed expectandum sit punctum suscepti habitus, *ut censuit Sac Congregatio apud Barbos.d.par.3.alleg.101.nu.22.in 3.*
12 *impressione*, ubi etiam dicit, quod si Novitius compleat probationis annum die 24. Februarii anno bissextili, non dicitur expletus hic annus, nisi secunda die, quæ est 25.ejusdem mensis, nam id biduum pro uno die habetur, *l.cum bis sextus ff.de verb.signif.c.quæsivit, §.festum ex eod.tit.* quicquid dicat *Sanch.de matrim.lib.7.disp.37.nu.12.in fin. Navar.cons.13. num.10. de Regular.quos refert & sequitur Gratian. discept. for. cap.413.num.16.& seq.* qui censet, validam esse professionem factam eadem die, qua habitus probationis fuit susceptus, quamvis ad complementum anni defecerit spatium sex horarum.

13 Observant tamen Doctores, quod Convertitæ statim ac ingrediuntur monasterium, possunt emittere professionem ex privilegio Sedis Apostolicæ concesso ante Tridentinum, & *ita etiam censuit Sac.Congregatio prout refert Barbos.d.alleg. 101.n.34.* subdens, hujusmodi privilegium non fuisse sublatum per decretum Tridentini *d.sess.25.c.15.quia in cap.18.ejusdem sess.* præservantur earum constitutiones.

S V M M A R I V M.

1 *Ad obtinenda beneficia simplicia quænam ætas requiratur.*
2 *Quid si in fundatione cautum fuerit, quod ad beneficium præsentari quis possit ante ætatem legitimam.*
3 *Quænam ætas exigatur ad obtinendum Canonicatum in Ecclesia collegiata, & n.10.*
4 *Quid si Parochialis Ecclesia unita sit hujusmodi canonicatui.*
5 *Et quid si Parochialis unita sit Canonicatui Ecclesiæ Cathedralis.*
6 *An Canonicus collegiatæ teneatur infra duos menses fidei professionem emittere.*
7 *Canonici collegiatæ, & alii Clerici beneficiati tenentur in prima Synodo Diœcesana professionem facere.*
8 *Quæ requirantur ad obtinendum canonicatum in cathedrali; & num.12.*
9 *Ad Ecclesiam parochialem obtinendam requiritur annus 24. exactus.*
11 *Quænam ætas exigatur in Canonico, cui annexum est exercitium curæ animarum.*
13 *Ad dignitates, & personatus Ecclesiæ collegiatæ quænam ætas requiratur, & n.15.*
14 *Anni 40. requisiti in Abbatissa, an debeant esse completi.*
16 *In Pœnitentiario quænam ætas requiratur, n.17.*
18 *Quænam ætas exigatur in obtinente beneficium curatum, & in Abbate.*
19 *Quilibet potest obtinere beneficia curata aptitudine, etiamsi tantum habeat primam tonsuram.*
20 *Ad pensiones obtinendas quænam ætas necessaria sit.*
An privatus beneficiis per sententiam, censeatur privatus pensione, ibidem.
21 *Ad coadjutoriam a Papa concessam quænam ætas, & habilitas sufficiat.*
22 *Ad beneficia regularia quænam ætas exigatur.*
23 *Provisio facta non habenti ætatem in beneficio requisitam, est nulla.*
24 *An minor resignare possit beneficium.*
25 *Et an ei detur restitutio in integrum.*

C A P U T VIII.

Quænam ætas ad obtinenda beneficia, & pensiones requiratur.

Dico 1. quod ad obtinenda beneficia simplicia, etiam 1
Jurispatronatus, requiritur ætas 14. annorum, ex
Concil.Trid.sess.23.de reform.cap.6. quod locum sibi vendicat,
etiamsi nec possessio, nec fructus percipi possent a proviso,
ante debitam ætatem: quia illa requiritur de tempore collationis tituli, *ut resolvit Sacr.Congreg. teste Jordan. Elucubr.
divers.lib.10.tit.20.nu.8.* annus veró 14. non requiritur completus, sed sufficeret, si esset inchoatus, *ut declaravit Sacra Congregatio apud Gratian.discept.for.cap.397.num.17.Jordan.dict.lib.10.tit.20.num.4.& seq.Ciarlin.contr.for.lib.2.c.211.
num.39.* ubi dicit, quod collatio, & institutio irrita esset, si 2
fiat ei, qui nondum attigit 14.annum, etiamsi deficiat tantum unus dies, vel una hora, *Garc.de Benef.p.7.c.4.n.10.& seq.* subdens, quod si in fundatione expressé cautum fuerit, quod possit præsentari ad beneficium minor 14.annis, valida eo casu esset præsentatio, & institutio subsequuta, *ut censuit etiam Sacra Congregatio apud Ciarlin. loco citat.numer.91.* & 92. ubi dicit, quod Concilium non censetur voluisse derogaré fundationi, *Rot.coram Duran. dec.228.n.8.*
Eadem ætas 14. annorum inceptorum sufficit ad Canoni- 3
catum collegiatæ Ecclesiæ obtinendum, *juxta cap.super inordinata, junct.glos.in verb. pueri, de Præb.& est communis DD.opinio*; in hoc enim Concilium Tridentinum nihil innovavit, *ut declaravit Sacra Congregatio teste Piasec.in Prax. Episc.par.2.cap.5.num.21.vers.quod dignitates, Garc.d.p.7.
cap.4.num.37.& seq.* quod procedit, etiamsi parochialis Ec- 4
clesia esset unita hujusmodi Canonicatui; quia tunc etiam attendenda est natura canonicatus, non Parochialis; & ideó sufficit, quod provisus in ea constitutus sit ætate, quam exigit canonicatus, dummodo Parochialis unita sit perpetuó, & accessorié canonicatui; secus si æqué principaliter, *ut declaravit eadem Sac.Congr.apud Barbos.de offic.& pot.Episc.
p.3.alleg.60.n.71.Garc.d.p.7.c.4.n.30.& seq.* ubi dicit, quod si 5
Parochialis unita esset accessorie alicui Canonicatui Ecclesiæ Cathedralis, sufficeret ætas 22. annorum inceptorum, quæ in Canonicatus collatione requiritur, ut infra dicemus, *Jordan.loc.cit.n.9.& 10.* quamvis interim non haberet vocem in capitulo, *juxta dispositionem Concilii Tridentini sess.22.de ref.c.4.& notat Garc.loco cit. num.39.*
An veró Canonicus Collegiatæ teneatur infra duos menses 6
fidei professionem emittere, *juxta ejusdem Concilii dispositionem in sess.24.de ref.c.12.?* Resp.negativé, quia Concilium loquitur de Canonicatibus Ecclesiæ Cathedralis, & de beneficiis curatis, *ut censuit Sac.Congr.teste Novar.apud Ricc.in col-
lect.dec.2867.p.7. Garc.de Benef.p.3.c.3.n.12.* tenentur tamen 7
in prima Synodo Diœcesana non solum Canonici collegiatę, sed etiam alii omnes clerici beneficiati hujusmodi professionem facere, *ut statuit idem Concilium sess.25.de ref.c.2.& notat Bonac.de legib.disp.3 q.2.punct.4.§.1.n.9. Barbos.de offic.& pot. Episc.p.3.alleg.61.num.15.*
Dico 2. quod ad dignitatem, seu canonicatum in Cathe- 8
drali nemo est admittendus, nisi qui eo ordine sacro aut sit initiatus, quem illa dignitas, aut præbenda requirit, aut in tali ætate, ut infra annum ad ordinem Canonicatui, vel dignitati annexum promoveri possit, *Concil.Trid.sess.24.de reform.cap.12.* quem textum Doctores intelligunt, ut de tempore provisionis concurrat ætas integra, *juxta dispositionem ejusdem Concilii sess.22.de ref.c.4. in fin.ibi, nec aliis in posterum fiat provisio, nisi iis, qui jam ætatem, & cæteras habilitates integré habere dignoscantur: aliter irrita sit provisio*, unde si ad præbendam requireretur ordo Subdiaconatus, ad quem Concilium *sess.23.de ref. cap.12.* exposcit annum 22. inceptum, non posset Clericus 21.annum ingressus canonicatum validé obtinere, etiamsi annus sibi permissus ad suscipiendum subdiaconatus ordinem constitueret cum annorum 22. *ita Henriq.in Summ.lib.10.c.9.§.1.& 2. Garc.de Benef.p.7.cap.4. n.19.& seq.& resolvit Sac.Congr.& Rot. Rom.prout refert Jordan.d.lib.10.tit.20.num.14.* ubi etiam notat, quod Concilium *d.sess.24.cap.12* dum dicit, *aut in tali ætate &c.* requirit tempus exactum ad ordinem, & beneficium: indulget veró an-
num, ut intra eum quandocunque quis possit ordinari: 9
quemadmodum ad Ecclesiam parochialem obtinendam requiritur annus 24. exactus, & nihilominus jura indulgent annum ad suscipiendum sacerdotium, *ut in c.cum in cunctis, §.inferiora, de Elect.& c.licét canon.eod.tit.in 6.*
Idem dicendum quoad Canonicatus Ecclesiarum colle- 10
giatarum, si hujusmodi Canonicatibus ex consuetudine, vel
statu-

statuto ordo sacer annexus sit, *ut in Concilio Trid. sess.22. de ref. c.4. Piasec. in Prax. Episc. p.2. c.5. n.21. vers. si tamen &c. Jordan. ubi sup. n.12. & seq. Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 60. num. 71. in ult. impress.*

11 Item Canonici, quibus animarum curæ exercitium est annexum, debent habere ætatem requisitam ad hujusmodi exercitium, etiamsi cura habita sit penes capitulum: cujus rei ratio est, quia actu debent curam exercere, *Jordan. d. lib.* 10. *tit.* 20. *n.* 12. *Barbos. d. alleg.* 60. *n.* 71.

12 Addit *Garc. de benef. p.7. d. c.4. num.* 28. quod in Ecclesia, ubi nec ante Concilium, nec post, facta fuit distributio sacrorum ordinum, provisus de Canonicatu in Cathedrali, debet esse saltem in ætate requisita ad Subdiaconatum, videlicet, quod attingat vigesimum secundum suæ ætatis annum: quia omnes Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis habent annexum ordinem sacrum, ex *dispositione Sac. Concilii Tridentini sess.* 24. *de ref. cap.* 12.

13 Quæres quænam ætas requiratur ad consequendas dignitates, & personatus in Ecclesiis Collegiatis, quibus animarum cura nulla subest? Resp. quod de jure antiquo requirebatur ætas 25. annorum inceptorum, quemadmodum requiritur in curatis, ex *c. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect.* poterat tamen Episcopus dispensare cùm majoribus 20. annis, *juxta c.1. de ætat. & qual. in 6.* hodiè tamen requiritur eadem ætas, quam exposcit Concilium Tridentinum in obtinentibus dignitates, & personatus in Cathedralibus, videlicet quod sint majores 22. annis *ut in sess.24. de ref. cap.12. ibi, & 22. annis non minores asciscantur*: videtur enim absurdum, quod major ætas requirenda sit in dignitatibus Ecclesiæ collegiatæ, quàm in dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis, & *ita resolvit Sacr. Congr. teste Garc. d. p.7. c.4. num.58. & seq. ubi etiam id probat ex Conc. d. cap.12. quicquid in contrarium senserint Zerol. in Prax. Episc. p.1. ver. beneficia, §.1. vers. Ad dignitates, Rodriq. tom.1. qu.11. art.2. Piasec. loc. cit. d. c.5. num.25. vers. quo ad dignitates, Jordan. d. lib.10. tit.20. n.15. & alii quos refert, & sequitur Barbos. d. alleg.60. num.67.*

14 Ex quo inferunt DD. quod anni 40. requisiti in ea, quæ eligenda est in Abbatissam, debent esse similiter completi, quia Concilium *sess.25. de Regul. c.7.* eadem loquendi forma utitur, *ibi, non minor annis* 40.

15 Observa tamen, quod si hujusmodi dignitates sine cura annexum haberent ordinem presbyteratus, tunc requireretur in eis ætas 25. annorum ad sacerdotium requisita, *ut sup. diximus ex Conc. d. sess.24. de ref. c.12. vers. neminem etiam deinceps &c. & notat etiam Garc. loc. cit. num.72.*

16 Canonicus verò pœnitentiarius ultra gradum Doctoratus in Theologia, vel jure canonico, debet esse ætatis 40. annorum, seu aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur, *juxta Tridentinum sess.24. de ref. cap.*8.

17 An verò 40. anni in pœnitentiario debeant esse completi? affirmat *Garc. d. p.7. c.4. n.32. & seq.* ubi etiam dicit, quod defectus hujusmodi ætatis 40. annorum non obstaret, ubi aliàs aptior in Civitate aut Diœcesi non reperiretur; non enim tenetur Episcopus quærere extra diœcesim personam cum dictis qualitatibus, *arg. c. nullus, 61. dist. & c. sacrorum, 63. dist.* contrarium tamen tenet *Azor. p.2. lib.6. c.5. q.5. in fin. quem refert, & sequ. Jordan. dict. tit.20. num.37.* ubi dicit satis esse, si anni 40. sint incæpti.

18 Dico 3. quod in beneficio curato requiritur ætas 25. annorum inceptorum, *juxta text. in d. c. cùm in cunctis, §. inferiora, de Elect.* eademque ætas requiritur in Abbate, *latè Garc. d. p.7.*
19 *c.4. n.41. & seq.* ubi etiam dicit, quod quilibet potest obtinere beneficia curata aptitudine, etiamsi tantùm habeat primam tonsuram, dummodò sit in dicta ætate.

20 Dico 4. quod ad pensiones obtinendas sufficit ætas septem annorum: Concilium enim *d. sess.23. c.6.* solùm loquitur de beneficiis, & nihil innovat quoad pensiones quæ non sunt Ecclesiastica beneficia; unde remanet jus intactum disponens, quod sufficiant septem anni, *Gig. de Pension. q.13. nu.4. Crescen. dec.14. de sent. & re jud.* ubi etiam dicit, quod privatus per sententiam omnibus & singulis beneficiis, & officiis, non censetur privatus pensionibus, nisi quando essent tales, quæ darentur in titulum beneficii; aut quando privatio fieret ex causa hæresis, tunc enim in odium hæretici verbum, beneficium, largè accipitur, & comprehendit pensionem, *juxta gl. communiter receptam in c. quicunq; ver. beneficium, de Hæret. in 6. Gig. q.94. n.2.* ubi dicit, quod pensio dicitur assignata loco beneficii, quando reservatur Clerico resignanti beneficium super fructibus beneficii resignati, ne resignans ex resignatione ipsa nimium dispendium patiatur: sive ex causa cessionis juris, quod quis in beneficio prætendebat habere, ac extinctionis litis, & causæ, vel ex quacunque alia causa, & *ita etiam sentiunt alii DD. apud Jordan. d. lib.*10. *tit.*20. *n.*18. *& declaravit Sacr. Congr. apud Gonz. ad reg.8. Cancell. gl.5. §.5. n.26. Grat. discep. for. c.397.* quicquid in contrarium sentiat *Garc. de Benef. p.1. c.5. n.129.* ubi asserit, ad pensionem requiri ætatem 14. annorum, sicut in beneficio simplici, hujusmodi verò septennium debet esse completum, quia ad pensionem habendam titulo clericali requiritur prima tonsura, quæ non confertur nisi post septennium, *c. in singulis, 77. dist. gl. in c. nullus, ver. infanti, de Temp. ordin. in 6. gl. ult. in clem. fin. de ætat. & qual. Ric. in Prax. for. eccl. p.2. res.254. & p.1. res.378. & alii apud Barbos. in c. cum in cunctis, n.3. de Elect. & in c. super inordinata n.2. & 3. de Præb.* ubi etiam dicit, quod pueri capaces sunt pensionis, sed necessarium est infantis ætatem exprimere summo Pontifici, *Lanfranch. dec.22. Merend. cons.29. Caputaq. decis.318. p.2.* ubi, quod non facta mentione de ætate infanti pensio reservata censetur subreptitia.

Dico 5. quod eadem ætas, & habilitas, quæ requiritur, & 21
sufficit ad titulum beneficii, requiritur, & sufficit ad Coadjutoriam a Papa concessam, *Caputaq. de.127. p.1. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloss.5. §.9. num.6. & 9.*

Dico 6. quod ad beneficia regularia requiritur ætas præ- 22
scripta in *clem. ne in agro, §. cæterum de stat. Monach.* quem textum non esse immutatum per Concilium Tridentinum, dicit *Garc. d. p.7. cap.4. num.81.*

Dico 7. quod provisio facta non habenti ætatem in benefi- 23
cio requisitam, est nulla, *Garc. d. p.7. c.4. n.82. latè Paris. de Resign. benef. lib.4. q.9. n.23. & seq.* etiamsi ad ætatem ipsam modicum desit temporis, putà unus dies; vel etiam una hora, secundùm *Garc. loc. cit. n.84. quem refert, & sequitur Jordan. dict. lib.10. tit.20. n.123. & seq.*

Quæres, an minor possit resignare beneficium, quod ob- 24
tinet? Resp. affirmativè, dummodò sit major 14. annorum, *gloss. communiter recepta in cap. ex patre, ver. quamvis minor, vers. sed si minor, de Restit. spol.* quia talis minor, qui est major 14. habetur pro majore in beneficialibus, & aliis causis spiritualibus, ac dependentibus ab eisdem, *c. ult. de Judice in 6.*

Datur tamen minori restitutio in integrum re integra, vi- 25
delicet quando beneficium nondum fuit collatum, probata tamen gravi læsione arbitrio Judicis, *ut tradunt communiter Doctores in d. cap. ex parte.* Unde in Sacro Rotæ Romanæ auditorio concessa fuit restitutio minori, qui resignavit beneficium valoris 80. ducatorum, & habuit pro recompensa beneficium 58. ducatorum, *ut refert Paris. de Resign. benef. lib.3. q.7. num.11. & seq.* ubi etiam dicit, quod probato dolo resignatarii minor resignans restituitur etiam post factam beneficii collationem.

S V M M A R I U M.

1 *Adoptans, vel Arrogans plena pubertate, hoc est 19. annis adoptandum, vel arrogandum præcedere debet.*
2 *Adoptio naturam imitatur.*
3 *An infans arrogari possit.*
Et an possit adoptari ibidem.
Et an possit emancipari ibidem.
4 *Quæ requirantur in adoptione, & arrogatione.*
5 *An filii naturales, spurii, & alii ex damnato coitu progeniti adoptari, vel arrogari possint.*

CAPUT IX.

Quænam ætas requiratur in Adoptante, vel Arrogante.

Resp. quod plena pubertate, hoc est 18. annis debet Ado- 1
ptans, vel Arrogans adoptandum, vel arrogandum 2
præcedere, adoptio enim naturam imitatur; ideò cùm pater naturalis sit senior filio, ita etiam Adoptans major debet esse adoptando, *§. minorem natu. ubi Doctores, Instit. de Adopt.*

Notandum tamen est, quod infans arrogari non potest, 3
quia in Arrogatione requiritur, ut arrogandus expressè consentiat quod in infante contingere non potest, cum ea quæ videt ignoret; & ideò requiritur ut arrogandus saltem sit major septennio, secus est in adoptione, in qua etiam tacitus consensus sufficit: immò etiam quis invitus adoptari potest, *Didac. de Narbon. de ætat. ad omn. human. act. requisit. in ver. annus primus q.17. n.2. & in ver. annus septimus, q.35. nu.5. & 6. & quæst.34. n.1. & seq.* ubi addit, quod neque potest quis ante septimum annum emancipari, quia etiam in hoc requiritur consensus ipsius emancipandi *latè Ursell. in conclusio. legal. ver. Adoptio, concl.58. n.2. & 27.* ubi etiam dicit, quod tam 4
in adoptione, quàm arrogatione requiritur Scriptura, causæ cognitio, Principis auctoritas, & partium præsentia, *ut notatur in l.2. & in l. si Paterfam. §. fin. ff. de Adopt.*

Notan-

Notandum 2. quod filii naturales, spurii & alii ex damnato coitu progeniti nec adoptari, nec arrogari possunt, ut ex *textu in l.legem, ubi DD. Cod. de Natur.libr. Auth.quibus mod. natural. fil.effician.legitim. §. & nos non latuit.*

SUMMARIUM.

1 *Ætas 18.annorum completorum requiritur in Judice ordinario: limitatur n.6.*
2 *Textus in l.cum lege, ff. de Recep.arbitr.explicatur.*
3 *In delegato requiritur ætas 20. annorum completorum: limitatur n.6. declaratur n.10.*
4 *Consules majores 20. annis esse debent.*
5 *Quænam ætas requiratur in Rectore scholarium.*
6 *An possit dari Delegatus minor annis 20. de consensu partium.*
7 *Quando minor 18. annis possit esse Judex ordinarius, & delegatus.*
8 *Arbiter minor annis 20. esse non potest, & n.10.*
9 *Quid si pendente compromisso fieret annorum 20.*
11 *Quando exceptio hujusmodi minoritatis proponi debeat.*
12 *In Advocato requiritur annus 17. completus.*
13 *In promovendo ad Doctoratum quænam ætas requiratur.*
14 *Et quæ in Procuratore ad negotia.*
15 *Et quæ in Procuratore ad judicia.*
16 *An Procurator constitutus ad negotia censeatur etiam constitutus ad causas, & lites.*
17 *An minor 25. annis possit procuratorem constituere sine auctoritate Tutoris, vel Curatoris, & n.19.*
18 *An valeat sententia lata pro Procuratore minoris minus legitimè constituto.*
19 *In casibus in quibus minor pro majore habetur, potest etiam ante 25. annum procuratorem constituere.*
20 *Minor potest matrimonium per Procuratorem contrahere.*
21 *Et an possit tanquam unus de universitate, & collegio Procuratorem constituere ad judicia.*

CAPUT X.

Quænam ætas in Judice requiratur.

1 RESp. quod major decem & octo annis potest esse Judex ordinarius, *l.quidam Consulebant, ubi Bart.ff.de re judic.* nec obstat tex. *in l.cum lege, ff.de Recep.arb.* ubi videtur re-
2 quiri ætas 20. annorum completorum, quia ibi tantùm dicitur, quod minor 20. annorum completorum, quia ibi tantùm
dicitur, quod minor 20. annis non cogitur jure, si tamen judicat, valida est sententia, ut *utrobique not.Gl.& DD.* quamvis contrarium sentiat *Ric.in Prax.for.Eccl.par.4.res.117.* ubi,
3 quod Judex non potest, constitui minor 21. anno. In delegato autem requiritur ætas 20. annorum completorum, *cap. cùm vigesimum, de off.de l.gl.in d.l.quidam consulebant*, ubi dicit, *textum in d.l.cum lege*, procedere delegato, *Bald. in auth.*
4 *habita, n.45.C.ne fil.pro Patr.* ubi eamdem ætatem exposcit in
5 Rectore scholarium, & in Consule idem dicit *Jordan.Elucubr.divers.lib.10.tit.20.n.106* potest tamen dari delegatus de
6 consensu partium etiam minor anois 20. dummodò sit major 18. ut *in d.c.cum vigesimum*, quicquid dicat *Bart.in d.l.quidam consulebant*, ubi asserit, quod minor 18.& major 14.potest esse delegatus, si ex consensu partium delegetur, minor verò 18.
7 si cum ex certa scientia Princeps elegerit, potest esse Judex tam ordinarius, quàm delegatus, *d.l.quidam consulebant, ff. de re jud.d.c.cum vigesimum, de off. del.*
8 Arbiter verò etiam de partium consensu, minor annis 20. esse non potest; aliter omnia ab eo gesta irrita sunt, *d. l. cum*
9 *lege, ubi Doctores, ff.de Recep. Arbiter.* etiamsi deindè pendente adhuc compromisso fieret annorum 20. nisi novus tunc accesserit partium consensus: quia hæc ætas de tempore facti compromissi desideratur, *arg.cap.si eo tempore de rescrip.in 6. Spec.in tit.de Arb.§.2.n.4.Jordan.d.lib.10.tit.20.n.65.& seq.& lib.13.tit.7.de Arb.n.31.* nec mirum esse debet, si major in de-
10 legato, & Arbitro, quàm in Judice Ordinario ætas requiratur: tum quia personis ut plurimum incognitis causæ delegantur, & ideò ætas major requiritur, cùm in minori ætate minor discretio inesse præsumatur; tum quia multa remedia sunt in judicio, putà supplicatio, appellatio, recusatio &c. in Arbitrio verò sola pœnæ solutio; unde etiam in hoc majorem judicii maturitatem lex exposcit, ne partes in promptum indicant periculum propter Arbitri ignorantiam, ut *dicit gl.fin.in d.c.cum vigesimum.*
11 Hujusmodi verò minoritatis exceptio regulariter proponi debet in principio litis hoc est antequam aliquid coram Judice quis proponat, quod videatur eum approbare in Judicem, vel judicium suscipere, *Bar.in d.l.quidam consulebant n.9.per tex.in l.fin.C.de excep.l.sed etsi suscepit, ff.de Judic.c.inter monasterium, ex de re judic.* potest tamen talis exceptio etiam post 12
litem contestatam opponi, quando suspicio post litem contestatam est orta, *l.non distinguemus, §.cum quidam, ubi gloss.in ver.ex aliis causis, ff.de Recept.arb. & tradunt DD. in cap. insinuante, de off.de l.ubi latè Barbosa n.3.& 4.*

Addit *Didac.de Narbon.de ætat.ad omn.human.act.requisit. in ver. Annus Decimus septimus, q.2.n.1.& seq.Jordan.d.lib.10. tit.20.num.67. & seq.* quod in Advocato requiritur annus 17. 13
completus, *jux. l.1. §.initium, ff.de postul.* eadem ætas desideratur in promovendo ad doctoratum, & in procuratore ad 14
negotia, *secundum Spec.in tit.de Advoc.§.1.n.16.Ric.in Prax. for.Eccl.par.4.res.117.Jordan.d.lib.10.tit.20.n.68.* Procurator
verò ad judicia debet esse major annis 25. *cap. qui generaliter* 15
§.fin.de Proc. in 6. hanc autem ætatem in hujusmodi procuratore lex requirit, ut faciliùs conveniri possit actione mandati, *jux.l.si remunerandi, §.1.ff.mand & not.gl.in d.§.fin.* aliàs, si esset minor, posset petere restitutionem in integrum, ut *advertit Specul.loc.cit. d.num.16.*

An verò procurator constitutus ad negotia censeatur 16
etiam constitutus ad causas, & lites? Resp. affirmativè per tex. *in l.qui generaliter, ubi Doctores, de Procur.in 6.*

His adde, quod minor 25. annis, neque ad lites, neque 17
ad negotia potest procuratorem constituere sine auctoritate Tutoris, vel curatoris, *l.neque Cod. de Procur.* valeret tamen 18
sententia lata pro procuratore minoris, etsi minus legitimè constituto, quamvis contra eum lata non valeret, *l.non eo minus, C. eod. tit.*

In casibus verò, in quibus minor pro majore habetur, po- 19
test etiam ante 25. annum procuratorem constituere: unde cùm mulier post annos 12. & vir post 14. ad effectum matrimonii contrahendi pro majoribus habeantur, possunt etiam 20
in dicta ætate causam matrimonii per procuratorem tractare, *juxta textum in cap.ex parte, de Rest.spol.*

Item cùm minor possit esse de universitate, & collegio, 21
vocemque in eo habere tanquam unus de collegio; poterit etiam syndicum, vel procuratorem constituere ad judicia, *Specul.in tit.de Syndico n.3.ubi, quod ita de consuetudine servatur, Jordan.d.lib.10.tit.20.num.74.*

SUMMARIUM.

1 *Ad Episcopatum requiritur ætas 30.annorum completorum limitatur n.3.*
2 *Qui in Episcopum eligitur, in sacro ordine saltem ante sex menses debet esse constitutus.*
4 *Quænam ætas requiratur in Cardinalibus.*
5 *An summus Pontifex debeat habere ætatem ad Episcopatum requisitam.*
6 *Cujus ætatis debeat esse Vicarius Episcopi.*
7 *Quam ætatem debeat habere Inquisitor.*
8 *Quænam ætas requiratur in Abbatissa.*

CAPUT XI.

Quænam ætas ad Episcopatum requiratur.

RESp. quod requiritur ætas 30. annorum completa, per 1
tex. *in cap.cum in cunctis, de elect. & tradit Garz.de Benef.p.7.c.4.num.76.* ubi etiam dicit, quod in sacro ordine sal- 2
tem ante sex menses debet esse constitutus is, qui ad Episcopatum eligitur; observat tamen *Campan.in Divers.jur.canon. rub.7.cap.3.num.3.& rub.7. c.6.num.44. quem refert Barbos.de off.& potest.Episcop.p.2.alleg.1.num.27.* quod in Regno Fran- 3
ciæ idoneus ad Episcopatum judicatur qui in vigesimo septimo constitutus est anno, ex *concordatis inter Leonem X. & Galliæ Regem.*

Eadem ætas 30. annorum completorum in Cardinalibus 4
requiritur, ex *Concilio Tridentino sess.24. de reform. cap.1. vers.ea verò omnia &c.* exceptis Cardinalibus Diaconis, in quibus satis est, si in vigesimo secundo ætatis anno sint constituti, ex *constitutione Sixti V. quam refert idem Garz.d.par.7. cap.4.num.78.& 79.Jordan.Elucubr.divers.lib.10.tit.20.n.41.* subdens *n.45.* quod summus Pontifex, cùm sit urbis, & or- 5
bis Episcopus deberet saltem habere ætatem ad Episcopatum requisitam.

Quæres, cujus debeat esse ætatis Vicarius Episcopi? Resp. 6
quod debet habere ætatem 25. annorum, *Azor.inst.mor.par.2. lib.3.c.43.q.10. Alzed.de Præcell. Episc.dign.p.2.q.2.n.3.& alii apud Barbos. ubi sup.par.3. alleg.54.numer.3.* ubi etiam dicit, quod super minori ætate Vicarii Episcopus nequit dispensare, *ut notat etiam Jordan.lib.12.tit.1.num.95.* sufficit autem, quod annus 25. sit inceptus, *l.ad Remp.ff.de muner.& honor.gloss.in d.c.cum in cunctis, vel exegerit.*

Quæ-

7 Queres 2. quænam ætas requiratur in Inquisitore? Respond. quod requiritur ætas 40. annorum inceptorum, ex *clem. nolentes, de Hæret.* cujus rei aliquam rationem assignat *Scac. de Jud. lib. 1. c. 87. n. 8. Jordan. lib. 10. tit. 20. num. 36.* quia scilicet in Inquisitore major requiritur prudentia, cùm in causis fidei, quas tractat, majus versetur periculum; sed ex hoc sequeretur, quod eadem ætas necessaria esset in Episcopo, qui est Ordinarius Inquisitor; Ideò *glos. in d. clem. nolenter* dicit, quod hoc est de arbitrariis, in quibus non cogimur reddere rationem.

8 Quæres 3. in qua ætate eligenda sit Abbatissa? Resp. quod eligenda est in ætate requisita a Concil. Tridentino *sess. 25. de Regul. c. 7.* videlicet, ut non sit minor annis 40. & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit; & si in monasterio non reperiantur tales moniales, eligi debet ex iis, quæ in eodem monasterio annum 30. excesserint, & quinque saltem annis post professionem rectè vixerint, nec potest Episcopus super hoc dispensare, ut *decisum refert Garz. de Benef. p. 7. c. 4. n. 71. Armendar. in Addit. ad recopil. leg. Navar. li. 1. tit. de Ætat. n. 19. Novar. in suo oper. novi Juris Pontific. concl. 1. nu. 2. sub Rubr. de Ætat. quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. Eccles. p. 4. resol. 61.*

S V M M A R I V M.

1 *Ad primam tonsuram, & quatuor minores ordines quænam ætas exigatur.*
2 *Cujus ætatis Subdiaconus, & Diaconus, esse debeant.*
3 *Ubicunque requiritur certa ætas ad aliquem actum, vel exercitium, sufficit illam attigisse.*
4 *In quam pœnam incidat is, qui ante ætatem legitimam ad ordines promotus fuerit, & num. 6.*
5 *In casibus, in quibus jus tempus præfinitum exigit non habet locum illa regula, quod parum distat, nihil distare videtur.*
7 *An ordinatus ante legitimam ætatem recipiat characterem.*
8 *Quid si infans ad Sacerdotium promoveatur.*
9 *An is, qui compleret 24. annum die 24. Februarii, possit ad sacerdotium promoveri die 25. ejusdem currente bissextili.*
10 *Spatio 20. annorum præsumitur dispensatio, ut quis dicatur benè ordinatus.*
11 *Quam pœnam incurrat Episcopus ordinans ante legitimam ætatem.*
12 *An Episcopus possit primam tonsuram, & quatuor minores ordines eadem die alicui conferre, & n. 16.*
13 *An, si quis susciperet Subdiaconatum, & Diaconatum eadem die, possit licitè ministrare in Subdiaconatu.*
14 *Et an fungi possit officio Diaconatus ex dispensatione Episcopi.*
15 *Episcopus conferens uni plures ordines sacros eadem die, quam pœnam incurrat.*

C A P U T XII.

Quænam ætas ad Ecclesiasticos ordines requiratur.

1 AD primam tonsuram, & quatuor minores ordines septennium completum exigit *gloss. ult. in Clem. fin. de ætat. & qual. Bonac. de Sacram. disp. 8. quæst. unic. punct. 5. numer. 12.* Alii verò ad tres primos ordines, duodecimum annum expletum, & ad Acolytatum decimumquartum inchoatum requirunt, *ita Sot. in 4. sent. dist. 25. quæst. 1. artic. 2. vers. quo autem, & Campan. in Divers. Jur. Canon. rubr. 7 cap. 2. num. 3. quos refert, & sequitur Barbos. in cap. cum in cunctis, num. 4. de elect.* Alii denique sentiunt, ad Ostiariatum, Lectoratum, Exorcistatum sufficere septennium completum: ad Acolytatum verò requiri decimumquartum annum expletum, quorum sententia verior videtur, per textum *in cap. in singulis, ubi gloss. 77. dicto cap. nullus, de Tempor. ordin. in 6.*

2 Ad Subdiaconatum verò requiruntur 22. anni inchoati, ad Diaconatum viginti tres similiter inchoati, ad Presbyteratum viginti quinque, etiamsi per medium tantùm diem inchoati sint, *juxta Concil. Tridentinum sess. 23. de reform. c. 12. ibi nullus in posterum ad subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimumtertium, ad Presbyteratus ante vigesimumquintum ætatis suæ annum promoveatur*: nam regula est, quod sive agatur, de materia favorabili, sive de materia odiosa, vel pœnali, ubicumque
3 requiritur certa ætas ad aliquem actum, vel exercitium, sufficit illam attigisse, nisi contrarium exprimatur in lege, *gl. in clem. fin. ver. in decimooctavo, de ætat. & qual. Zerol. in prax. ver. ordo, §. 1. Majol. de Irreg. lib. 1. cap. 30. num. 8. Leo. in Thes. for. Eccles. par. 1 cap. 4. num. 31. Guttier. canon. lib. 1. cap. 26. n. 3. Ceval. comm. contr. comm. q. 523. post n. 4. & alii apud Barbos. de off. & pot. Episc. p. 1. alleg. 16. n. 1.* præsertim quia quando perfectum, & integrum annum idem Concilium exposcit, id exprimit, addendo particulam, expletum, *ut in sess. 25. de Regul. c. 15. ibi, ante decimum sextum annum expletum, ita Henriq. in summ. lib. 10. c. 19. §. 2. & lib. 13. cap. 38. §. 2. Petr. de Ledesm. in Summ. p. 1. tr. de Sacram. ord. c. 7. à princ. Garz. de Benef. p. 7. c. 4. n. 21. Conin. de Sacram. to. 2. disp. 20. nu. 102. & alii apud Barbos. in d. c. cum in cunctis, n. 5. & de off. & potest. Episc. p. 2. all. 16. n. 1. Piasec. in Prax. Episc. p. 1. c. 1. n. 23. Bonac. de Sacr. disp. 8. q. unic. punct. 5. n. 12. & alii communiter.*

Qui vero ante ætatem legitimam ad aliquem ex sacris or- 4
dinibus promotus fuerit, a suorum ordinum executione ip-
so jure est suspensus; & si hujusmodi suspensione durante
in eisdem ordinibus ministrare præsumpserit, eo ipso ir-
regularitatem incurrit, ac beneficiis Ecclesiasticis, quæ obti-
net, potest privari, ex *Constitutione Pii II. incip. cum ex sacro-
rum, quam refert Piasec. in Prax. Episc. p. 1. cap. 1 num. 24. Ric.
in Prax. for. Eccles. par. 2. resol.* 105. quod procedit, etiamsi in
ætate unus dies, aut hora deficeret: quia hic non habet locum
regula illa, *quod parum distat, nihil distare videtur*, sicut nec 5
in aliis, in quibus jus exigit tempus præfinitum, *Henriq. in
Summ. lib. 7. cap. 20. §. 2. in gloss. lit. O. quem refert Barbos. de off &
pot. Episc. p. 2. alleg. 16. nu. 3. Nav. cons. 9. de Temp. Ordin. Dian.
res. mor. p. 5. tract. 5. res 17.*

Observa tamen, quod suscipiens minores ordines ante 6
legitimam ætatem non subjicitur pœnis dictæ Constitutionis
Pii II. quæ loquitur tantùm de suscipientibus sacros ordi-
nes, *Nav. in man. cap. 24. num. 70. Piasec. loco cit. numer. 24. &
alii communiter.*

Observa 2. quod ordinatus ante legitimam ætatem semper 7
recipit characterem: & ideò iterum ordinari non debet, *cap.
un. de Cler. per salt. promot.* quod procedit etiamsi infans ad sa- 8
cerdotium promoveatur, *Conin. disp. 20. dub. 10. num. 94. & 97.
Fill. tract. 9. cap. 4. q. 2. & alii apud Bonac. de Sacram. disput. 8.
quæst. un. punct. 5. num. 1. & seq. Piasec. in Prax. Episc. par. 1. c. 1.
num. 22.* ubi etiam, quod infans in tali casu non teneretur ad
servandam castitatem, nisi post rationis usum, votum rati-
ficaverit; hujus rei ratio est, quia ætas ad suscipiendos ordines
jure tantùm positivo constituta est, non autem jure Divino,
*ut dicit Sot. in 4. sent. dist. 25. q. 1. art. 2. concl. 3. Barbos. d. par. 2. al-
leg. 16. num. 4. & seq.*

Observa 3. quod si quis compleret vigesimumquartum 9
annum die 24. Februarii non posset ad sacerdotium pro-
moveri die 25. ejusdem currente anno bissextili, quia in tali
casu non censeretur inchoatus annus vigesimusquintus ad sa-
cerdotium requisitus, cùm id biduum pro uno die habeatur,
l. cum bissextus, ff. de verb. signif. c. quæsivit, §. festum, ex eod. tit.
idemque dicendum est de aliis ordinibus.

Observa 4. quod dispensatio præsumitur intervenisse spa- 10
tio 20. annorum, ut quis dicatur benè ordinatus, *ut post Anch.
cons. 117. Sarnen. in reg. de Trien. q. 10. num. 18. dixit Rota coram
Card. Cavaler. dec. 1. num. 6.*

Quæres, quàm pœnam incurrat Episcopus ordinans an- 11
te legitimam ætatem? Respond. quod potest suspendi a col-
latione ordinum per superiorem: non tamen est ipso facto
suspensus, *c. vel non est compos. de Temp. ord. & notat. Piasec.
d. p. 1. cap. 1. num. 24.*

Quæres 2. an possit Episcopus primam tonsuram, ac qua- 12
tuor minores ordines eadem die alicui conferre? Resp. ne-
gativè: id enim vetitum est in Tridentino, *sess. 23. de reform.
cap. 11.* nullam tamen censuram, vel irregularitatem incur-
reret qui plures, vel omnes minores ordines eadem die susci-
peret, quia id nullo jure cautum reperitur; *Salsed. apud
Diaz, cap. 25. Alter. de Censur. tom. 2. disput. 10. cap. 4. col. 7. & 8.
quos refert, & sequitur Bonac. de Censur. in partic. disp. 3. quæst. 1.
punct. 4. §. 1. nu. 2. Jordan. Elucubr. diversi lib. 9. tit. 1. de Dispens.
num. 160. & seq.* subdens, quod minores una cum sacris, aut
plures sacri eadem die suscipi prohibentur sub pœna suspen-
sionis, *cap. litteras vestras, de Tempor. ord. cap. 2. de eo, qui furt.
ord. susc.* ubi suscipiens minores ordines cum Subdiaconatu
permittitur in minoribus ordinibus ministrare non autem 13
in Subdiaconatu; quemadmodum suscipiens subdiacona-
tum, & Diaconatum eadem die, posset licitè ministrare in
subdiaconatu, licèt fungi non possit officio Diaconatus,
dict. cap. litteras vestras, ubi dispensatio ab hujusmodi sus- 14
pensione Papæ reservatur; & ideò non potest Episcopus a
prædicta suspensione dispensare, nisi delictum sit occul-
tum, *juxta Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 6. Nav. in man.
cap. 25. num. 71. vers. octavò peccat, Jorda. loco cit. n. 163. Ma-*

jol.

sol.lib.4.de irreg.c.11.Bonac.loc.cit. ubi addit, quod consuetudo in contrarium ab hac suspensione excusat, *ut sensit etiam Nav.in man.c.27.num.*241.

15 Item Episcopus conferens eidem una die plures sacros ordines, suspenditur a collatione ordinum, quos illicitè contulit, donec a Papa dispensetur, *d.c.litteras vestras, & c.Dilectus filius, de Temp. ord.*

16 Observat tamen *gl.in cap.quicumque in ver.Acolytus dist.*77. quod potest Episcopus primam tonsuram, & quatuor minores ordines eidem una die conferre, si talis adesset consuetudo, *per tex.in c.2. de eo, qui furt. ord.susc.*

S V M M A R I V M.

1 *Ætas probari potest ex testimonio Parentum.*
2 *Item per consanguineos.*
3 *Item per testes familiares.*
4 *An in aliis causis familiares recipiantur in testes, & numer.*8.
5 *Furtum in Domo factum, testimonio domesticorum probatur.*
6 *Quando testes de Universitate fidem faciant pro ipsa universitate.*
7 *Quando suscipiens ordines ante legitimam ætatem, excusetur a censura.*
Mater præsumitur habere veram notitiam ætatis filiorum, ibidem.
8 *Familiaritas, ut obstet testi in aliis causis, probari debet de tempore juramenti, & depositionis.*
9 *Ætas similiter probatur per librum Parochi: limitatur numer.*10. *&* 11.
Et an probetur obitus per hujusmodi librum, ibidem numer. 9.
10 *Et an ex libro Parochi probetur punctum, vel hora nativitatis.*
11 *Fides Parochi non probat, nisi formiter extrahatur partita libri.*
12 *An ætas probetur per librum Parentis.*
13 *Et an probetur ex indiciis, & conjecturis.*
14 *Et an probetur per testes de auditu, vel per testes singulares, vel aspectum.*
15 *Et an testis de credulitate admittatur.*
16 *An probetur minor ætas per dationem Curatoris.*
17 *An probetur obitus, si duo testes deponant de anno, & non de mense, & duo de mense, & non de anno.*
18 *An mors probetur per famam.*

C A P U T X I I I.

Quomodo ætas probetur.

1 DIversimodè ætas probari potest: & primo ex testimonio
2 Parentum, consanguineorum, & aliorum domesticorum: : nam filii nascuntur in domo, & secretò, ut ex-
3 perientia docet; ea autem, quæ domi, & secretò fiunt, testimonio domesticorum probatur, *l.consensu, §.super plagis, C.de Repud.ità Mascar.de Probat.concl.*668. *vol.*2. ubi, quod testimonium patris, vel matris facit semiplenam probationem, *Sfort.in tract.de integr. restit.p.1.q.37.art.5.numer.57. & alii apud Barbos.in c.super eo,2.nu.16.de Testib.Piasec.in Prax. Epis.p.1.c.1.n.24. Menoch.de Præsump.lib.2.præsump.51.n.28. Rot.coram Card.Caval.dec.371.n.1.Ciriac.contr.371.n.2.libr.2. & est communis opinio:* quemadmodum etiam in aliis causis fa-
4 miliares recipiuntur in testes, *Innoc.in c.in litteris ex de Testib. & in c.insinuante,ex de off.deleg. quem refert, & sequitur Bal.in*
5 *l.2.num.4.de Testib.* ubi id intelligit de familiaribus honestis, & bonæ famæ; unde furtum in domo factum testimonio domesticorum probatur, cùm ab aliis sciri non possit, *ut dict.*
6 *Bart.communiter receptus in l.si quando,n.5. C.unde vi.* & testes de universitate fidem faciunt pro ipsa universitate, quando actus gestus est clam, & secretò in universitate, *cap.veniens,2. de Testib.*

7 Quare si quis promoveatur ad sacros ordines ante legitimam ætatem, non remanet suspensus, si ejus mater fidem fecerit, quod esset ætatis sufficientis, *ut post Nav.cons.50.de Tempor.ordin.in antiq.dicit Quarant. in ver.ordo, versic. Quibus sic specialiter & c.Card.Cavaler.decis.1.num.3.* potuit enim filius credere attestationi matris, cùm præsumatur habere veram notitiam ætatis filiorum, *leg.de tutela, ubi gloss.in vers. ignar.Cod.unde in integr.rest.* consequenter non fit irregularis celebrando, cùm non dicatur violare censuram, quamvis peccet mortaliter celebrando, sciens se non habere legitimam ætatem, *secundùm Nugn.3.p.q.39.art.20.Rodriq.2.par. c.10.concl.2.Suar.tom.5.de Cens.disp.51.sect.2.n.4.& alios apud Bonac.de Sacram.disp.8.quæst.punct.5.num.13.*

Addit *Bart.in l.1.§.si servus 2.ff.de Quæst. Ang.cons.1.nu.4.* 8
Fel.in c.in litteris,24.n.10.de Test. Rol.cons.41.nu.46.lib.1.Crot. cons.122.n.17.Alex.cons.149.n.7.vol.5.& alii apud Grat.discep. for.c.374.n.2.& seq. quod in aliis causis familiaritas non obstat testi, si non probetur de tempore juramenti, & depositionis: prout generale est, in similibus exceptionibus semper attendendum esse tempus depositionis, *l.3.ff.de Testi.l.3.§.causæ,ubi gl.in ver.non eadem fidem ff.de Carbon.edict.l.ad testium, §.conditionem, ff.de Testam.*

Secundò probatur ætas per librum Parochi, quemadmo- 9
dum ex eodem Parochi libro probatur, aliquem esse vita defunctum: quia pertinet ad Parochi officium ità scribere, & consuetudo fidem illi scripturæ tribuit, *Mascard. de Probat. concl.672.n.18.& seq.Grat.discep.for.c.155.n.14.Card.Cavaler. dec.444. num.4.*

Observa tamen, quod quando agitur de probanda ætate 10
minori strictè, nempè puncto pene nativitatis, non sequeretur concludens probatio ex libro Parochi, cùm non omnes certo tempore, postquam nati sunt, baptizentur, sed aliqui post biduum, aliqui post triduum, & aliqui etiam post decennium, nisi fortè in libro baptismatis scripta fuerit hora nativitatis, *ut rectè observat Menoch.d.lib.2.præsump.51.num.56.* subdens, quod si ageretur de probanda ætate minori latè, hoc est per latam temporis distantiam, tunc minor ætas probaretur saltem præsumptivè, cùm a communiter contingentibus filii nati batizari consueverint post octo, vel decem dies suæ nativitatis, *ut notat etiam Jord.in Elucubr.divers.libr.14. tit.17. de Prob. num.197.*

Observa 2. quod Parochi fides non probat, nisi formiter 11
extrahatur partita libri, prout jacet: *Beltram.ad Gregor.decis.359.num.9.ubi etiam refert, ità resolvisse Rot.in Tolet.Capellæ 18. Maii 1615.coram Pirovano, & in Æsina bonorum 17. Maii 1607.coram Andrea.*

An verò ætas probetur per librum Parentis? Repond. ne- 11
gativè, cùm jure cautum non sit, ut tantùm fidei illi scripturæ tribuatur, *ut dicit Menoch.dicta præsumpt.51.numer.10.* facit tamen plusquam semiplenam probationem; & ideò defertur juramentum in ejus supplementum, *ut tenuit Rot.coram Mantic.decis.58.in fin.* quamvis contrarium sentiat *Barbos.in dict.cap.super eo,num.17.de Testib.* ubi dicit, quod filiorum ætas sufficienter probatur per librum Parentis: & quod plenè probet, quando Pater est mortuus: *scripsit Cravet.de Antiq.temp.p.1.§.vidimus,n.36.Masc.de Prob.concl.669. num.15. vol.2.*

Tertiò probatur ætas ex inditiis, & conjecturis, cùm sit 13
difficilis probationis; unde probari potest per testes de audi- 14
tu, quia in his, qu sunt difficilis probationis, sufficiunt testes de auditu, *Mascard.de probat.concl.675.vol.2.Salic.in l.si minorem 4.sub n.5. Cod.de in integ.restit.minor.Ciriac.contr. 371.n.6.& seq.* subdens, quod in quolibet alio actu testes de auditu probant junctis aliis adminiculis. Item probari potest per testes etiam singulares deponentes de judicio suo vel per aspectum, præsertim quando agitur de ætate longæva, *l.cum de ætate,ubi gl.ff.de Probat.l.minor 25.annis adito Præside,ff.de min. & notat Menoch.lib.2.præsump.50.num.38.Vermiglio.cons. crim.261. nu.5.* ubi, quod probatio hujusmodi per aspectum transfert onus probandi contrarium in partem adversam, *Grammat.dec.48.num.18. quibus adde Ciriac.d.contr.371.nu.5.* ubi dicit: quod testis de credulitate admittitur, quando 15
agitur de minori ætate, *Alciat.de præsump.reg.2.præsumpt.14. num.8.& seq. Mantic.dec.124.num.2.Rot.decis.45.num.9.& seq. par.6.Recent.*

An verò per dationem Curatoris, probetur minor ætas? 16
Respond. quod ubi Curator datus fuit absolutè & simpliciter, tunc probatur minor ætas quoad omnes, quia præsumitur pro decreto Judicis; secus si esset datus Curator minori respectu certę causę, & certæ personæ, quia tunc datio Curatoris solum probat in præjudicium illius, ad cujus instantiam fuit datus Curator, *Menoch.lib.2.præsump.50.n.41.& 42.Grat. discep.for.c.155.num.8.*

Quæres, an probetur obitus, si duo testes deponant de an- 17
no, & non de mense, & duo de mense, & non de anno? Resp. affirmativè, quia simul juncti probabunt mensem, & annum, *Crescent.dec.3.de Prob.*

Quæres 2. quando mors probetur per famam? Resp. quod, 18
ut mors probetur per famam, requiritur primò, ut testes dicant, majorem partem populi sic sentire, nec sufficeret, si dicant esse publicam vocem & famam; secundò concurrere debet causa rationabilis, ex qua fama mortis potuerit ortum habere; tertiò concurrere debent alia indicia, & adminicula cum fama, putà si is, de cujus morte tractatur,

erat

erat senex, vel æger; quartò fama ortum habere debet a personis gravibus, & fide dignis; quintò requiritur, ut mors sequuta fuerit in locis remotis: nam quando mors contingit in loco viciniori, aliæ probationes sumi possunt, & testes inveniri: sexto requiritur, ut casus mortis non sit recens, sed antiquus; septimò requiritur, ut simus in causis modici præjudicii, quia mors non probatur per famam in causis gravioribus, octavò testes reddere debent causam scientiæ, etiamsi non sint de hoc interrogati, *ità Bart. in l.2.§. si dubitetur, ff. Quem testam. aper. Alex.cons.187.nu.5.vol.6.& cons.25.& 117.vol.4.Cravet.cons.127.n.17.Menoch.de Adipisc. poss.Remed.4.n.672.& alii, quos refert, & sequitur Mascard. de Probat.vol.2.concl.1070.*

S V M M A R I V M.

1 *Senes saltem septuagenarii carcerari non possunt pro debito civili: limitatur n.5.*
2 *Pupilli, minores, aut mulieres in carceribus pro debito civili detineri non possunt.*
3 *An annus septuagenarius ad hunc effectum requiratur completus.*
4 *Senes quando a tutela, & cura excusentur.*
5 *Quid si senex in ea ætate 70. annorum cum juramento se se obligaverit.*

C A P U T XIV.

An senes carcerari possint pro debito civili.

1 IN hac quæstione alii censent, Senes in hoc non esse expressè privilegiatos; & ideò posse pro debito civili detineri in carceribus, cum præsertim possint se ab illis statim eximere aut per solutionem, aut per bonorum cessionem, *ut*
2 *inquit Cacher.dec.113.per tot.* subdens, quod senes non sunt
arctius detinendi, sed solùm arrestandi in domo Prætoris, ut
aliqua ratio ætatis habeatur; æquior tamen est sententia aliorum asserentium, senes saltem septuagenarios minimè esse
carcerandos pro debito civili, quemadmodum nec pupilli,
minores, mulieres, infirmi, ac nobiles in carceribus pro
debito detineri possunt, *ita Alex.in l.neque, in fin. ff. de Iujus
voc. Didac.in Narbon. de ætat.ad omn. human. act. requisit. in
ver. Annus 70.q.10.& alii, quos refert, & sequitur Grat. discep.
for.c.328.n.10.& seq.& c.805.nu.1.& seq.* nec requiritur annus
septuagenarius expletus, sed sufficit, si fuerit inchoatus,
*secundum glos.in clem.fin.ver.in decimo octavo, de ætat. & qual.
Barbos.de off.& pot.Epis.par.2.alleg.16.num.1.* ubi dicit, quod
3 quando mentio fit de anno; sufficit, si quis illum attigerit,
nisi contrarium in jure exprimatur: & hæc sententia passim
servatur in visitationibus carceratorum: tales enim senes
ad eam tam gravem ætatem perducti præsumuntur infirmi, *ut dicit Alciat.reg.1.præsumpt.ultim.numer.3.Menoch.
lib.6.præsumpt.46.num.8.* unde etiam a tutela, & cura excu-
4 santur, quamvis in hoc requiratur, ut annus 70. sit expletus, *per textum in leg.3.ff.de Jur.Immun.§.item major. Inst. de
excus.Tut.l.2.ff.de Excus.Tut. Didac.de Narbon.loco cit.q.14.
num.3.& seq.*
5 Limita in eo, qui cùm esset ætatis septuaginta annorum,
se obligavit cum juramento in aliquo contractu: tunc enim non haberet hujusmodi privilegium, ut tanquam senex non non possit carcerari, secundùm *Anch.q.8.nu.9.p.2. Carpan.super stat. Mediolan.cap.243.num.9.par.1.quos refert, & sequitur Grat.discep.for.cap.328.n.20.* quia tacite ejusmodi immunitati renunciare censetur contrahendo in tali ætate, *ut inquit Narbon.ubi supra d.q.10.n.7.*

S V M M A R I V M.

1 *Quilibet præsumitur vivere usque ad centum annos: contrarium n.2.& seq.*
3 *Non præsumitur, aliquem vivere ultra metam centum annorum.*
4 *Post spatium centum annorum non tenetur quis mortem alicujus probare.*
5 *Quando vita est fundamentum intentionis agentis, illa probari debet.*
6 *Qui se fundat in morte, tenetur illam probare.*
7 *Quare ætas nostra diminuta sit post diluvium.*

C A P U T XV.

Quanto tempore quis vivere præsumatur.

COmmunis est opinio, quod quilibet præsumitur vivere 1
usque ad centum annos, *per textum in l.fin. C.de Sacros.
Eccl. & l.an usus fructus, ff.de usufr.*
Contrarium tamen alii rectius sentiunt, cùm videamus, paucos, vel nullos ad istam ætatem centum annorum 2
pervenire; unde hæc præsumptio non est vera, *ut latè tradit
Gabr.commun.conclus.lib.1.tit. de præsump.concl.16.*

Quare hujusmodi præsumptionem hodiè habere locum solummodo usque ad 60. vel 70. annos, tenet *Alex.cons.90.nu.9. lib.6.Alciat.in reg.1.præsump.44.Cancer.var.res.lib.3.c.1.n.224.* quia hodiè, homines nonnisi usque ad dictum tempus communiter vivunt: quorum sententia si vera esset, necessarium haud esset vitam probare usque ad metam dictorum 60. vel 70. annorum, quia satis, probaretur juris præsumptione, ut *advertit Corn.cons.251.volum.1.Jas.in l.fin.col.fin. Cod.de Sacros.Ecclesf.Cozad.consil.68. Paris.cons.86.in fin.vol.4.Grat.consil.66.col.penul.vol.2. Bertran.cons.175.col.2.vol.2.& alii apud Gabr. loco cit. num.2.*

Ego sentio nullam in hoc esse juris præsumptionem: nullus 3
enim est textus, ex quo probari possit, ut quis præsumatur vivere usque ad certum tempus: nam textus, *in d.l.fin.C.de Sacros.Eccl.& in d.l.an usus fructus, ff.de usufruct.* tantùm probat,
quod non est præsumendum, aliquem vivere ultra metam
centum annorum quia is, finis vitæ longævi hominis est; Ex
quo rectè infert *Affl.super constit.fol.301.in tit.de success. nobil.
n.52. quem refert, & sequitur Gabr.d.tit.de Præsump. concl.16.* 4
numer.11. quod post spatium centum annorum non tenetur
quis mortem alicujus probare, cum post illud tempus unusquisque præsumatur mortuus, *ut notat etiam Alciat. d. præsump.44.num.3.*
Quare, ubi vita, vel mors est fundamentum intentionis 5
agentis, illa probari debet, *Bart.in l.si quidem, C.solut.matr.* 6
Gabr.d.concl.16.n.6.Garz.de benef.p.5.c.1.nu.535. unde si quis
olim probavit, se habere filios, non præsumitur post aliquod tempus eos vivere, nisi id probetur, *Bart.in l.2.num.7. ff.Jud.solv.*
Quæres, quare ætas nostra diminuta sit post diluvium? 7
Resp. quod hujus rei causa fuit iniquitas generis humani: omnis quippè caro corruperat viam suam super terram; & ideò Deus ad reprimendam peccandi audaciam, breviores etiam vitæ limites præfinivit, *ut constat ex lib.Genes.cap.6.* plurimas igitur aquas Deus immisit, ex quibus abrasa fuit terræ superficies ubi erat optima germinandi vis: & pars inferior, quæ non erat ad germinandum ità efficax, ex aquis salsis Oceani per universum terrarum orbem diffusi sterilior, ac deterior effecta est, *juxta illud Psal.106. terram fructiferam in salsuginem a malitia inhabitantium in ea.* Hinc tellus maris vitiata salsedine, pauciores modò, ac minus salubres fructus gignit: & quia ex alimentis hujusmodi corruptis nutrimur, necesse est, ut vita quoque nostra minuatur, *ut observat Tostat.super Genes.d.c.6. quem refert Grat.discept.for.c.179.n.39. vide etiam Sylv.var.lect.par.1.cap.1.* ubi aliæ etiam rationes recensentur.

S V M M A R I V M.

1 *Judex in delictis ex causa minoris ætatis pœnam minuere tenetur: limitatur n.11.12.15.& 16.*
2 *Minor nec pœna capitali, nec alia corporali punitur, & num.4.& 5.*
3 *Quid si minor atrociora crimina commiserit, & numer. 11. & 12.*
4 *Quando fures pœna capitis puniantur.*
5 *Qua pœna puniatur mulier, quæ data opera partum abegit.*
6 *An quis possit de delicto in minori ætate commisso in pœnam ordinariam condemnari, postquam effectus est major.*
7 *Senes delinquentes mitiùs puniuntur.*
8 *Pueri ante 14. annum expletum committentes sodomiam, & alia carnis delicta regulariter non puniuntur.*
9 *Impuberes, si in excommunicationem juris inciderint, an possint a Judice propter contumaciam excommunicari.*
10 *An infans contrahat irregularitatem.*
11 *In crimine læsæ majestatis, & parricidii minor ordinaria pœna etiam capitali punitur, declaratur n.14.*
12 *Minori non minuitur pœna, quando homicidium esset gravissi-*

vissimum, vel ubi in Regione esset frequentia delictorum similium: declaratur num. 14.
13 *Quenam dicatur pœna capitalis.*
14 *Minor quando, & qualiter puniatur.*
15 *In Urbe major 20. annis, si delinquat, ordinaria pœna plectitur.*
16 *In statu Ecclesiastico homicidis non prodest minor ætas, si majores sint 14. annis ex constitutione Pii IV.*
17 *An dicta Constitutio in omnibus delictis servetur.*
18 *Declaratur dicta Constitutio Pii IV.*
Dicta Constitutio strictissimè est intelligenda, ibid.
19 *An, & quando minor ex sua confessione puniri possit.*

CAPUT XVI.

An Judex teneatur minuere pœnam in delictis ex causa minoris ætatis.

1 RESp. affirmativè, *ut colligitur ex l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor. Boss. in tit. de confess. numer. 69. Tiraq. de pœn. caus. 7. Grammat. decis. 33. num. 12. & seq.* ubi dicit, quod minor
2 nec pœna capitali punitur, nec alia corporali, *& hanc esse magis communem dicit Cabal. resol. crim. q. 134. n. 1. & seq. Fariu. de furt. q. 174. n. 85. & q. 92. n. 122. & alii apud Vermigl. consl. crim. 261. num. 2.* quod quidem non tantùm procedit in delictis gra-
3 vibus, seu atrocibus, in quibus videlicet lex, seu statutum imponit simpliciter pœnam mortis naturalis, vel civilis, scilicet triremium perpetuò, sed etiam in atrocioribus, in quibus lex statuit pœnam graviorem, quàm simplicis mortis, putà si jubeat, tales reos igne comburi, vel in frusta scindi &c. *de quibus latè Clar. in Pract. crim. lib. 5. §. 1. vers. sunt etiam delictorum &c. & ita tenent Rol. consl. 77. lib. 3. Nat. consl. 458. Soc. Jun. consl. 7. lib. 3. & alii apud Thesaur. dec. 161. n. 5. quos sequitur Gasp. Thes. ibid.*
4 Unde minor 25. annis, etiamsi esset fur famosus, suspendi non debet, sed alia pœna citra mortem puniendus est arbitrio Judicis, *ut post Fulgos. consl. 157. Dec. consl. 535. col. fin. Caccial. pract. consl. crim. Divers. ultimo loco collecta per Zilet. in magna forma consl. 92. tom. 1. Cacher. dec. 60. nu. 8. & alios notat Caball. rel. crim. cas. 134.* ubi de communi, etiamsi furtum esset magnum, vel reiteratum usque ad tertiam vicem; quamvis enim in his casibus pœna capitis infligatur, *ut latè probat Menoch. de arbitr. Jud. cas. 295. num. 9. & seq.* hoc tamen intelligendum est, quando hujusmodi delicta, vel reiterationes fiunt a majoribus 24. annorum, *Ludovic. decis. Lucen. 17. num. 82. per doctrinam Clar. in Pract. crim. qu. 60. versic. sed in omnem casum.*
5 Idemque dicendum est, si sacrilegium, sodomiam, vel aliud stuprum violentum, aut homicidium voluntarium commiserit: *Caball. loco citato Thesaur. d. decis. 161. num. 5. & ibidem Gasp. Thesaur. in addit. lit. a Cacher.* qui loquitur in muliere minore, quæ data opera partum abegit, *decis. 60. per tot.* ubi refert, talem mulierem, quia erat humilis conditionis, fuisse fustibus publicè cæsam, & in perpetuum exilium mis-
6 sam: nec posse qui de delicto in omnori ætate commisso in pœnam ordinariam condemnari, postquam effectus est major, *gloss. in l. sciant, ver. moritur. C. de legitim. hæred. quam communiter DD. sequuntur, ut dicit Clar. in pract. crim. §. fin. q. 60. vers.*
7 *sed numquid &c.* subdens, *vers. seq.* quod tenes etiam delinquentes mitius puniuntur, *Bonif. de Vitalin. in tract. de malef. rub. de confes. num. 2.* ubi addit, quod pueri ante 14. annum
8 expletum committentes sodomiam, & alia carnis delicta, regulariter non puniuntur propter imbecillitatem ætatis, *juxta c. illud relatum, 15. q. 1. cap. 1. de delict. puer. gloss. in l. clarum,*
9 *ver. concedunt, Cod. de Auctor. præst.* unde tales impuberes, etiamsi doli capaces sint, & in excommunicationem juris inciderint, a Judice tamen propter contumaciam excommunicari nequeunt, cum nec vim verborum præcepti Judicis, nec judiciarium ordinem intelligant, *latè Ric. in Prax. for. Eccles. part. 1. resol. 442. & resol. 462.* eadem part. 1. ubi
10 quod infans non contrahit irregularitatem, immo nec etiam major infante, si tempore, quo deliquit, non erat doli capax.
11 Limitatur tamen suprà dicta conclusio in crimine læsæ majestatis, & parricidii: in his enim minor ordinaria pœna etiam capitali plectitur, *Heur. Boic. in c. 1. de delict. puer. quem*
12 *refert, & sequitur Thes. d. decis. 161. numer. 5.* quemadmodum nec esset locus mitigationi pœnæ, ubi homicidium esset gravissimum, vel quando in Regione esset frequentia delictorum similium, *Vulpell. resp. crim. 101. numer. 12. & seq. & alii*
13 *apud Caball. d. cas. 134. n. 9. &* 10. pœna autem capitalis dicitur mortis, metalli, & deportationis, *ut not. Bald. in l. quid ergo, §. pœna gravior, n. 7. in prima lectura, ff. de his, qui notan. infam.*

Hoc tamen procedit in eo, qui est minor quidem annis 25. 14
sed major 14. *ut post Bald. in l. quicunque C. de serv. fugit. Alber. in l. auxilium §. in delictis ff. de minor. & alios observat Ludov. dec. Lucen. 17. n. 71. & seq.* nam impubes, si non est doli capax, omninò excusatur ut de infante est tex. in *l. infans ff. ad l. Corn. de Sicar.* ubi idem dicitur in furioso; si verò est doli capax, punitur quidem, dummodo sit proximus pubertati, & deliquerit in committendo; nunquam tamen debet pœna capitali affici, sed ejus pœna debet esse citra mortem, vel membri mutilationem, & ita in praxi servatur, *teste Clar. in d. §. fin. q. 60. in princ.*

Observa tamen, quod in urbe major 20. annis etiam in aliis 15
delictis ordinaria pœna plectitur, quia talis pro majore in omnibus, & per omnia habetur, *ut in statuto ejusdem Urbis c. 47. lib. 1.* Idemque servandum est in aliis locis, ubi similia statuta vigent, *Add. ad Thesaur. dec. 161. & alii, quos refert, & sequitur Caball. d. cas. 134. n. 11.* subdens *n. 12.* quod in statu Ec- 16
clesiastico homicidis non prodest minor ætas annorum 20. dummodo majores sint 14. ex Constitutione Pii IV. *De non admitten. appellat. edita 26. Maii 1565. & notat etiam Ludov. decis. Lucen. 17. num. 51. & seq. Vermigliol. consil. crim. 261. num. 6.* subdens, quod dicta constitutio, excepto homicidio, in aliis 17
non servatur.

Notandum est autem, quod dicta constitutione Pii IV. non 18
tollitur, quin ob minorem ætatem pœna sit diminuenda secundùm formam juris: per illam enim Constitutionem tollitur tantùm beneficium restitutionis competens minori contra fictam confessionem homicidii resultantem ex contumacia, & contra sententiam condemnatoriam, contra quam fictam confessionem absque alia probatione minor de jure restitui poterat, *juxta l. minor etiam, ff. de minor.* & ideò minor constitutione non obstante puniendus non est pœna ordinaria delicti: nam quemadmodum, si minor confessus esset homicidium propria, & vera confessione, vel illud aliter probaretur, pœna commutatur, ita etiam commutari debet, quando homicidium probatur ex ficta confessione, quæ ex contumacia resultat, cùm dicta constitutio tanquam juris communis correctoria sit strictissimè intelligenda, *l. præcipimus, in fin. C. de Appell. quem textum ita ait Bart. in l. si verò §. de viro ff. sol. matr. Paris. consl. 56. num. 6. lib. 2. Corn. consl. 168. n. 2. lib. 3. & alii apud Cephal. consl. 59. num. 26. vol. 1. & in specie Houded. consl. 59. n. 48. usque ad fin. lib. 1.* ubi etiam dicit, quod ratio, ex qua summus Pontifex constitutionem illam edidit, solùm ostendit, voluisse eum providere, ne post annum homicida contra confessionem, & condemnationem audiatur, vel juvetur beneficio minoris ætatis, si illas infringere, & revocare vellet.

Observa 2. quod minor ex confessione extrajudiciali per 19
ipsum facta sine tutoris, vel curatoris auctoritate, non potest inquiri, nec puniri, *l. clarum, C. de auctorit. præst.* etiamsi hujusmodi confessio esset jurata, *Rol. a Vall. consl. 1. n. 37. lib. 1. quem refert, & sequitur Ludovicus decis. Lucen. 17. num. 2. Vermigl. consl. crim. 260. n. 1.* qui loquitur in terminis statuti Urbis *lib. 1. cap. 15.* invalidantis contractus, seu actus de sui natura lasivos factos per minores, seu mulieres absque solemnitatibus ibidem præscriptis: nisi delictum plenè constet per testes; vel alio modo, præterquam ex sua confessione, vel nisi confessio a minore facta fuerit in Judicio Judice interrogante, *ut post Farinac. de Reo confess. & convict. q. 81. n. 354. 356. & 370. cum seq. scripsit Vermigl. ibid. num. 2. & 3.* in hac enim parte dispositio, *d. l. clarum*, de consuetudine non servatur, *ut d. Clar. in §. fin. q. 55. vers. ulterius potest, Ludov. d. dec. 17. n. 5. & seq. Boss. in tit. de Confess. num. 69.*

SUMMARIUM.

1 *Substituitur vocatus post mortem filiorum testatoris sub conditione, si uterque in pupillari ætate decesserit, non admittitur nisi verificata conditione in persona utriusque & n. 4. & 5. declaratur n. 6. & 16. limitatur num. 7. 8. 9. 10. 13. 14. 15. & 17.*
2 *Nomen collectivum, uterq; non verificatur in altero tantùm.*
3 *Quando voluntas disponentis refragatur, pluralis sermo non resolvitur in singularitates.*
4 *Quando portio unius emphyteutæ accrescat alteri emphyteutæ.*
11 *Mater in successione præfertur fratri non utrinque conjuncto.*
12 *Quando monasterium, cui duo, vel plures bona sua post mortem donarunt, ad successionem præmorientis admittatur.*
16 *Quando substitutus duobus admittatur ad partem unius tantùm, & num. 18.*

19 An

19 *An substitutus filio, si sine liberis in pupillari ætate decesserit, admittatur, si filius pubes decessit sine liberis.*
20 *Quando legatum alicui relictum post mortem alterius, debeatur ante mortem illius.*

CAPUT XVII.

An facta substitutione filiis sub conditione si uterque in pupillari ætate decederet, substitutus admittatur, altero tantùm in pupillari ætate decedente.

1 RESp. negativè: unde substitutus non admittitur, nisi
verificata conditione in persona utriusque, *l. cum qui-*
2 *dam, ubi Alex. & alii C. de Impub. & aliis substit.* tum ratione
rigoris sumpti ex propria significatione nominis collectivi,
uterque, quod non verificatur in altero tantum, tum ratione
æquitatis, & præsumptæ charitatis Patris in filium: Pater
enim substituendo extraneum liberis eum adjectione nominis
collectivi, cogitavit suam posteritatem extraneo præferre,
cum omnis testatio præsumatur prudens, & omnis prudens
hoc faciat, *ut dicit Bald. in d. l. cum quidam numer. 1. & seq.* ubi
3 etiam, quod quando voluntas disponentis restagatur, pluralis
sermo non resolvitur in singularitates, *ut in leg. falsæ, §.
fin. ff. de Cond. & Demon. & not. etiam Alex. in d. l. cum quidam,
num. 3. post med.*
4 Ex quo infertur, quod licèt unus ex filiis decedat impubes,
si postea alter ad pubertatem perveniat, excluditur substitutus
in totum: quia hæreditas impuberis fuit ad fratrem applicata,
& ideò substituto deferri non potest, *l. qui duos, ff. de reb.
dub.* hæreditas verò puberis ad substitutum pertinere non potuit,
quia finitur substitutio pubertate, *leg. in pupillari, ff. de
Vulg. & pup. subst.*
5 Idemque dicendum est, si testator ita dixerit, instituo filios
meos impuberes, & eis decedentibus in pupillari ætate,
vel sine liberis, substituo Titium, nam decedente uno in
pupillari ætate, vel sine liberis fratre superstite, substitutus
non admittitur, quia etiam in hoc casu filius, qui superest,
ex verisimili mente defuncti substitutum excludit, *Bald. cum
quidam num. 7. Alex. ibid. num. 5. & 9. Rom. cons. 131. in fin. vers.
secunda dubitatio, Soc. cons. 94. col. 2. volum. 4. Barbos. consil. 55.
col. 8. vol. 2. Alex. cons. 38. col. 1. ver. nec obstat si dicetur, volum. 1.
Corn. cons. 31. colum. 1. vol. 4. Gozad. cons. 67. col. 2. Anan. cons. 66.
col. 1. Anz. cons. 81. col. 2. & alii apud Gabr. comm. conclus. libr. 4.
tit. de substit. conclus. 3.* ubi *conclus. 4. numer. 10.* addit, quod si
res data sit in emphyteusim duobus fratribus hoc pacto, ut
post mortem omnium sine liberis redeat ad concedentem,
portio unius decedentis sine liberis non redit ad concedentem,
sed accrescit superstiti.
6 Et hoc quidem procedit, ubi superest aliquis de liberis ipsius
testatoris, qui ita possit ab intestato succedere cohæredi
suo, ut ad eum successio devolvatur: alioquin non excluderetur
substitutus, *Bart. communiter receptus in l. hære-*
7 *des mei, §. cum ita, in fin. ff. Ad Senatusc. Trebell. Bald. in leg.
cum quidam, num. 11. vers. quid ergo in casu, C. de Impub. & aliis
substit. & alii quos latè recenset Gabr. d. tit. de Subst. conclus. 3.
numer. 15.*
8 Unde si unus ex filiis non fratrem, sed alium extraneum
hæredem instituerit, tunc frater superstes non repellet substitutum:
quia testator hoc voluisse non præsumitur, sed solum
censetur voluisse conservare inter fratres jus legitimæ
successionis, ab intestato, *ut post Bald. dicit Alex. in d. l. cum
quidam, num. 4. & cons. 167. num. 5. vol. 5. per tex. in l. qui duos, ff.
de Vulg. & pup. & l. qui duos in prin. ff. de reb. dub.* idem dicen-
9 dum est, si frater superstes hæreditatem fratris prædefuncti
repudiavit, *Ruin. cons. 67. col. 3. volum. 3. Corn. cons. 283. col. penult.
vol. 1. Curt. Jun. in l. penult. col. fin. C. de Impub. & alii apud*
10 *Gabr. ubi supra n. 17.* vel si aliqua ex causa succedere non poterat
frater superstes fratri præmortuo, ut quia erant ex diversis
matribus, & supervivebat mater fratris mortui, quæ præ-
11 fertur fratri non utrinque conjuncto, *juxta auct. defuncto, C.
ad senatusc. Tertull. gloss. 2. in leg. 1. ff. de jur. & fact. ignor.* tunc
enim substitutus admittitur, *Alex. d. cons. 167. num. 4. Jas. in
dict. l. penult. colum. 2. Cod. de Impud. Ruin. cons. 36. col. fin. vol. 3.
& alii, quos refert, & sequitur Gabr. d. titul. de substit. conclus. 3.
numer. 16.*
12 Hinc infert *Bald. in dict. l. cum quidam numer. 11.* quod
si maritus, & uxor sua bona post mortem donaverit monasterio,
uno defuncto, si superstes non potest prædefuncto
succedere, monasterium ad successionem præmorientis
admittitur: cujus rei potissima ratio est, quia inter virum,
& uxorem nulla est conjunctio quoad res donatas,
& ideò unusquisque intelligitur loqui discretivè, *& ita
tenent Paul. de Castr. in leg. Lucius, §. Cajo colum. 1. ff. Ad Tre-*

*bell. Alex. cons. 167. col. fin. vol. 7. & alii apud Gabr. loco cit. conclus.
4. num. 9.*
Si verò nulla supersit persona, quæ ex verisimili mente te- 13
statoris substitutum excludat, tunc substitutus admittitur ad
portionem unius decedentis, in quo verificata sit conditio
substitutionis, *Bart. & alii in l. hæredes mei §. cum ita, ff. ad Tre-
bell.* unde duobus extraneis institutis, substitutio facta ope- 14
ratur, ut statim primo mortuo substitutus admittatur, *ut tra-
dunt omnes in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. latè Gabr.
d. tit. de Substit. concl. 4,* item facta substitutione impuberibus 15
cum ea conditione, si uterque in pupillari ætate decesserit,
ubi primus decessit pubes, & alter impubes, substitutus admitteretur
ad successionem, seu hæreditatem secundi morientis
in pupillari ætate dummodo ex pubere præmortuo
non extent filii, quia in tali casu non dicitur extare persona,
quæ substitutum excludat ex præsumpta mente testatoris,
*Bart. in d. l. hæredes mei, §. cum ita n. 3. vers. sed hic extitit, Alex.
in d. l. cum quidam, num. 4. ubi etiam Bald. n. 2. Cod. de impub. &
aliis substit. Gabr. qui alios refert loco cit. conclus. 3. in fin. & con-* 16
clus. 4. num. 12. ubi dicit, quod ad hæreditatem ultimi admittitur
substitutus, non autem ad hæreditatem primi decedentis,
quia quoad primum, qui decessit in pubertate, substitutio
evanuit, *l. in pupillari, ff. de Vulg. & pup. substit.* quod procedit,
etiamsi primus decesserit in pupillari ætate: quia decedente
postea secundo similiter in pupillari ætate, non admittitur
substitutus ad partem primi ex tacita mente defuncti, qui
præsumitur voluisse inter fratres conservare jus legitimæ successionis,
*Alex. qui dicit, hoc esse mirum, in d. l. cum quidam, n. 8.
in fin. C. de Impub. & aliis substit.*
Idem dicendum, quando illi, qui supersunt, sunt in eo- 17
dem, vel pari gradu cum substituto: quia tunc etiam substitutus
admittitur, cum non videatur excludi ex præsumpta
mente defuncti, *Bart. in d. §. cum ita nu. 3. in fin. per dictum text.
Alex. in d. l. cum quidam, num. 4.*
Observat tamen *Dec. cons. 594. col. 1. & seq. Ang. cons. 80. col.* 18
*fin. Corn. cons. 283. col. pen. vol. quos refert, & sequitur Gabr. dict.
concl. 4. in fin.* quod talis interpretatio, ut ad portionem ultimi
admittatur substitutus, quando non superest persona, quæ
substitutum excludat ex præsumpta mente defuncti fit in favorem
tantùm descendentis a testatore, non autem alterius
extranei, vel etiam transversalis.
Quæres, an substitutus filio, si sine liberis in pupillari æta- 19
te decesserit, admittatur, ubi filius pubes decessit sine liberis?
Resp. affirmativè: nam si testator voluisset solùm substituere
filio decedenti intra ætatem pupillarem, superflua essent
illa verba, sine liberis: nam qui decedit in pupillari ætate,
secundùm communem cursum naturæ decedit sine liberis;
Quare, ne ea verba *sine liberis*, superflua sint dicendum est,
testatorem voluisse substituere etiam post ætatem pupillarem
in casu descendentiæ sine liberis, *Paul. Castren. cons. 43. num. 2.
lib 3.* ubi dicit, quod talis substitutio intra ætatem pupillarem
est pupillaris, & postmodum fideicommissaria, *Capr. cons. 66.
col 2. Dec. in l. generaliter, in princ. C. de instit. & subst. Ruin. cons.
103. nu. 23. lib. 2. Rubeus cons. 129. Ferron. in commentar. ad consuet.
Burdegal. lib. 2. col. 3. Paris. cons. 73. nu. 15. lib. 2. Neviz. cons.
53. n. 2. & 3. & alii apud Menoch. lib. 4. præsump. 51. nu. 12. ubi de
communi, Giovagn. libr. 1. cons. 19. nu. 8. & 15. & per tot. ubi dicit,
hanc esse magis communem, & veram sententiam.*
Quæres 2. an fideicommissum a matre relictum filio, & 20
collatum in tempus mortis Patris, in cujus potestate tunc
erat, debeatur statim ac filius etiam vivente patre sui juris
factus fuerit? Respond. affirmativè, attenta verisimili mente
matris, quæ ideò censetur apposuisse conditionem mortis
patris, ut hæreditas pertineret ad filios non autem ad patrem:
quod pariter habet locum sive per mortem, sive per
emancipationem filius efficiatur sui juris, *ut est textus in l. mulier,
& ibi DD. communiter, ff. Ad Trebell.* ex quo etiam deducitur,
quod si testator legavit uxori centum fruenda toto
tempore vitæ suæ, donec castè, & honestè vixerit & post
ejus mortem substituit Titium: statim admitteretur substitutus,
si mulier ad secunda vota transiret; quia paria sunt,
legatum finitum esse per mortem mulieris, per transitum
ad secunda vota, quamvis testator alterum casum tantùm
consideraverit: credebat enim testator, uxorem non nubere,
& ideò de morte loquutus fuit, *ut inquit Jo: Andr. in
add. ad spec. in titul. de Secund. nupt. Alex. consil. 100. numer. 6.
libr. 4. Dec. cons. 1. num. 89. lib. 1. & alii apud Menoch. libr. 4. præsumpt.
65. num. 10. & præsumpt. 185. numer. 31. ubi de communi,
quibus adde Gratian. disceptat. forens. cap. 563. numer. 16. & seq.*
ubi *post Castrens. consil. 451. libr. 1.* observat, quod si testator
legat per verba, *donec, vel quamdiu uxor viveret in vita viduili*,
tunc sub duplici conditione legatum resolvitur, scilicet
si legataria transiret ad secunda vota, item & cum more-

retur: quibus casibus legatum redit ad hæredes viri; secus si de vita uxoris mentionem non fecerit, putà si dixerit, *donec se abstinueris convolare ad secundas nuptias*: tunc enim legatum non resolvitur nisi sub una conditione scilicet si transierit ad secunda vota: & per consequens si ad secundas nuptias uxor non convolaverit, legatum perpetuò remanebit penes hæredes mulieris, quia post mortem censetur mulier permanere in eo statu, in quo erat tempore mortis, *arg. text. in l. ambiguitatem, C. de usufr.*

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata super ætate facit jus quoad omnes: declaratur num. 3. 4. & 14.*
2 *Quid si sententia lata fuerit super libertate, filiatione, legitimitate, civilitate, origine, vel clericatu.*
3 *Quisnam dicatur legitimus contradictor.*
4 *Quando probetur fraus, vel collusio.*
5 *An tertius, cui sententia nocet quoad plenum præjudicium, executionem dictæ sententiæ impedire possit.*
6 *Appellandi tempus tertiò non currit, nisi a die prolationis sententiæ.*
7 *Sententia nocet tertio, si fuit citatus.*
8 *Quando duo, vel plures ex eadem, vel diversa causa pro portionibus jus habent, sententia adversus unum lata, non præjudicat alteri.*
9 *Quid si haberent jus in solidum.*
10 *Quando defectus semel ab uno appositus ad infringendam electionem non possit amplius ab alio opponi.*
11 *In individuis sententia lata pro uno, vel contra unum ex consortibus prodest, vel nocet alteri, declaratur num. 12. limitatur n. 13.*
14 *Quando sententia super statu lata in contumaciam contradictoris, præjudicet aliis.*
15 *Quando sententia contra contumacem non præsumatur lata in contumaciam.*
16 *Intra quod tempus de causa status quæri possit.*
17 *Qui non est filius, nunquam præscribere potest filiationem.*
18 *An de statu servili quæri possit post mortem, & intra quod tempus.*
19 *An præscriptum sit tempus, in quo opponi possit de illegitimitate.*
20 *Naturalis, vel spurius nulliter legitimatus spatio 30. annorum hereditatem paternam præscribit.*

C A P U T XVIII.

An sententia lata super ætate faciat jus quoad omnes.

1 Resp. affirmativè, *l. de ætate, ubi omnes ff. de minor.* unde
sententiam hujusmodi fidem facere in alio judicio,
respectu ætatis illius temporis, quo sententia lata fuit, dixit
Bart. in d. l. ætate, num. 17. Menoch. lib. 2. præsump. 50. n. 42. Grat.
2 *discept. for. cap. 155. num. 12.* Idem dicendum, si lata fuerit
sententia super libertate, filiatione legitimitate, civilitate
origine, vel clericatu: quia ubi tractatur de conditione per-
sonæ, sententia afficiens personam, facit jus quoad omnes,
glos. in c. quamvis, ver. res inter alios, de senten. & re jud. Bald.
in l. ingenuum, n. 6. ff. de stat. homin. Alex. in l. sæpè nu. 62. ff. de re
Jud. Cancer. lib. 2. c. 16. num. 48. quod intellige, dummodo sen-
3 tentia lata fuerit cum legitimo contradictore, & nulla adsit
collusio, vel fraus, *Bart. in d. l. ingenuum, Greg. dec. 488. n. 10.*
Add. ad Burat. decis. 358. num. 10. Gonz. ad Reg. 8. Cancell. glos. 9.
§. 1. num. 86. Peregr. de fideicomm. art. 53. num. 44. ubi etiam di-
cit, legitimum contradictorem esse, qui in causa principa-
li habet interesse;

4 Secus esset, si lata fuerit contra absentem, & non compa-
rentem: necesse enim est, quod causa defendatur, ut sen-
tentia lata super statu faciat jus quoad omnes, *ut post Covar.*
pract. qq. c. 13. n. 5. Alex. in d. l. sæpè, n. 60. & 78. dixit Rot. in Bri-
tonorien. Jurispatronatus 20. Decembris, 1610. coram Ubaldo,
& coram Card. Caval. dec. 250. n. 5. Cancer. ubi sup. n. 115. & seq.
ubi addit, quod probabitur fraus seu collusio eo ipso, quod vi-
ctus non curavit jura sua deducere, aut exhibere, *ut notat*
etiam Surd. de Alim. tit. 9. n. 32. & seq.

5 Observa tamen, quod ubi sententia nocet tertiò quoad
plenum præjudicium, tertius executionem dictæ sententiæ
aliter impedire non potest, quàm ab ea appellando, vel de
nullitate sententiæ dicendo, *Covar. in pract. c. 15. n. 2. & c. 16.*
6 *circa princip. quem refert, & sequitur Cancer. d. lib. 2. c. 16. nu. 54.*
subdens *n. 55.* quod si sententia transierit in judicatum contra
victum, potest tertius adhuc ab ea appellare; quia appellan-
di tempus tertio non currit, nisi a die prolationis sententiæ,
ut observat etiam Alex. in d. l. sæpè, nu. 82. ff. de re Jud. ubi etiam 7
dicit, quod licèt sententia de sui natura non faciat jus quoad
alios, nocebit tamen tertio, si fuit citatus, *per l. si deserta, C. si*
propt. publ. pensit.

Observa 2. quod quando duo, vel plures ex eadem, vel 8
diversa causa pro portionibus jus habent, sententia adversus
unum pro jure suo lata, non præjudicat alteri, *Bal. in l. 2. Cod.*
quibus res jud. non noc. Abb. in c. quamvis, col. 6. extr. de re jud.
Lofred. cons. 10. n. 4. & alii apud Peregr. de fideic. art. 53. n. 40. ubi
exemplificat in duobus cohæredibus, vel collegatariis; Unde 9
si quis ageret contra unum possessorem partis hæreditatis,
sententia non præjudicabit possessori alterius partis, qui in
judicio citatus non fuit, *Alex. in d. l. sæpè, num. 60. Cancer. dict.*
lib. 2. c. 16. num. 53. secus esset, ubi duo, vel plures haberent
jus in solidum: tunc enim si alter eorum agat, sententia con-
tra eum lata, quæ in judicatum transierit perimit jus aliorum:
quia de eadem re, & causa non nisi semel quæri potest, *ut re-*
ctè subdit idem Peregr. loc. cit. d. art. 53. n. 41. ubi etiam exempli- 10
ficat in actionibus popularibus, vel quasi popularibus. Un-
de quando proponitur contra electum ad dignitatem aliquis
defectus ad infringendam electionem, lata semel sententia
contra opponentem, quæ in judicatum transierit, non po-
terit alius eumdem defectum amplius opponere, *ut post gloss.*
in cap. cum dilectus, ver. judicatum de elect. & Innoc. in capitul.
super his de Accusat. docet Alex. in dict. l. sæpè, numer. 33. ff. de
re jud.

Similiter in individuis, quales sunt servitutes, sententia 11
lata pro uno, vel contra unum ex consortibus, prodest, vel
nocet alii, juxta *gl. communiter receptam in l. qui aliena, §. fin. in*
ver. prædio, ff. de negot. gest. & hæc est verior opinio per textum
l. si de communi ff. de servit. vendic. quod quidem procedit in
servitute jam constituta, *prout loquitur textus in d. l. si de com-* 12
muni; non autem in servitute constituenda, hoc enim ca- 13
su sententia lata cum uno nec prodest, nec nocet alteri, *Bart.*
in l. 2. §. ex his, n. 14. ff. de verb. oblig. quem sequitur Alex. in d. l. sæ-
pè, n. 48. & alii communiter.

Observa 3. quod sententia super statu, si lata fuerit cum 14
magna causæ cognitione in contumaciam contradictoris, om-
nibus præjudicat, *Alex. in d. l. sæpè, n. 79. post Bald. in l. 3. nu. 11.* 15
C. Quib. res jud. non noc. ubi dicit, quod contra contumacem
non præsumitur sentētia lata in contumaciam, si ex actis appa-
ret de plenissima probatione, vel si ille fuit absens ex justa, &
probabili causa.

Observa 4. quod de causa status aliquando intra decen- 16
nium tantum, aliquando etiam post decennium quæri potest:
nam emancipatio, & adoptio non legitimè facta decem annis
præscribitur, ut impugnari ultra non possit, *l. post mortem, ff.*
de Adopt. l. 1. C. de Patr. pot. de invaliditate vero legitimatio-
nis, uti factæ a non habente auctoritatem, semper opponi
potest, *Bald. in l. nullo num. 5. C. de rei vendic. Barbat. consil. 27.*
col. ult. vol. 1. Balb. de Præscrip. in 1. par. 6. p. princip. n. 53. & alii
apud Peregr. de fideicomm. art. 23. d. num. 88. usque ad fin. ubi 17
etiam dicit, quod is, qui non est filius, nunquam præscri-
bere potest filiationem.

Item de statu servili quæri etiam post mortem potest, sed 18
intra quinquennium a die mortis computandum, *tot. tit. C. Ne*
de stat. defunct. post quinquen. quærat. similiter de illegitimita- 19
te, videlicet quod quis natus non fuerit ex legitimis parenti-
bus, opponi etiam potest post ejus decessum, *c. causam, 7. Qui*
fil. sint legit. etiam post quinquennium, secundum *Abb. & An-*
ton. de Butr. in c. per venit, extr. Qui fil. sint legit. quos refert, & se-
quitur Honded. cons. 87. n. 57. quod proculdubio procedit, ubi
agitur de illegitimitate filiorum viventium, quia in hoc ca-
su non obstat titulus prædictus, *Ne de stat. defunct. ut subdit*
Honded. loco cit.

Addit *Bald. in d. l. nullo, n. 4. Cæpol. in l. nemo, n. 10. ff. de Usu-* 20
cap. pro leg. & alii apud Peregr. d. art. 23. n. 94. quod naturalis,
vel spurius nulliter legitimatus spatio 30. annorum hæredita-
tem paternam præscriberet: quemadmodum hujusmodi tem-
poris præsidio tutus esset, nulla accedente legitimatione,
juxta l. sicut, & l. omnes, C. de præscrip. 30. ann.

S V M M A R I V M.

1 *Maritus immobilia incontinenti, mobilia verò intra annum uxori, sive ejus hæredibus soluto matrimonio restituere debet: limitatur n. 4. 5. 6. 7. 9. 10. & 13.*
2 *An maritus, seu ejus hæres cavere debeat cum fidejussione de restituenda dote elapso anno.*
3 *Quid si maritus, seu ejus hæres non satis dederit.*
4 *Quando maritus dotem purè legavit, dilatio legalis censetur sublata.*

5 Hære-

5 *Hæredes mariti statim non expectata anni dilatione possunt cogi ad restituendas res mobiles, in quarum retentione nullum commodum prætendere possunt.*
6 *Quando bona immobilia data sunt in dotem æstimata, non tenetur maritus ad restitutionem rei æstimatæ, sed tantùm ad pretium.*
7 *Et an pretium hujusmodi statim, vel potius intra annum restituere debeat.*
8 *Pecunia ex immobilibus redacta, vel quæ parata est ad prædia emenda, inter mobilia computatur.*
9 *Si vendita fuerit res immobilis dotalis, pecunia inde redacta intra annum restituenda est.*
10 *Dos, quæ a principio constituta est in pecunia numerata, si postea conversa fuerit in corpora hæreditaria, in continenti restitui debet.*
11 *Pecunia in montibus vel censibus collata, inter immobilia computatur.*
12 *An, & quando Maritus, qui in dotem accepit res mobiles, teneatur ad æstimationem hujusmodi rerum, & n.53.*
13 *Maritus tenetur statim restituere bona immobilia æstimata, ubi constat, æstimationem fuisse factam ad alium effectum, quàm inducendæ venditionis.*
14 *Quando æstimatio non præsumatur facta ad effectum inducendæ venditionis.*
15 *Maritus non tenetur ad restitutionem dotis, nisi in quantum facere potest, & quomodo id intelligatur.*
16 *An hujusmodi privilegium competat Socero, qui dotem recepit.*
17 *An maritus, & communes filii pro restitutione dotis carcerari possint.*
18 *Et an frater ad alterius fratris instantiam carcerari possit.*
19 *Quando maritus gaudeat dicto privilegio, ne teneatur, nisi in quantum facere potest.*
20 *An maritus possit prædicto privilegio renunciare, & num.21. & 22.*
23 *An prædicto privilegio censeatur renunciatum per obligationem cameralem.*
24 *In quibus casibus maritus tale privilegium amittat, & n.25. 26.27.28.29.30.31. & 32.*
33 *An maritus justè percipere possit fructus dotis in anno, in quo contingit divortium.*
34 *An maritus, qui non exegit totam dotem vivente uxore, possit ea mortua residuum exigere, si non habet unde vivat.*
35 *Fructus dotis per viduam post annum luctus percepti cedunt in extinctionem dotis: limitatur n.36.*
37 *Bona acquisita per uxorem tam constante matrimonio, quàm eo soluto intra tamen annum luctus, præsumuntur provenisse ex bonis viri: limitatur n.38.*
39 *Quid requiratur, ut renunciatio hypothecæ per uxorem facta valeat.*
40 *Annuli sponsalitii cedunt commodo uxoris.*
41 *Quid si annulus esset alienus, & facto matrimonio maritus illius loco alium daret.*
42 *Vestes festivæ, & alia ornamenta pretiosa, facta constante matrimonio a marito, ad ipsum maritum, seu ejus hæredem spectant, vestes verò, & cætera ornamenta quotidiana ad uxorem.*
43 *An donatio vestium festivarum substineatur in vita mariti, & numer.45.*
44 *Et an valeat donatio aliarum rerum, quæ fit honoris causa.*
46 *Et an ex hujusmodi donatione detrahatur falcidia, sicut de legatis.*
47 *Quando donatio facta inter conjuges, morte confirmetur.*
48 *An donatio facta a Socero, confirmetur morte Soceri.*
49 *Quando vestes, & alia ornamenta facta a Patre pro filio accipiente uxorem, conferenda sint in divisione bonorum post mortem Patris.*
50 *Quæ vestes, censeantur quotidianæ, & quæ festivæ.*
51 *Ad quem spectent gemmæ, vestes, & alia ornamenta, quæ a sponso mittuntur sponsæ ante celebratum matrimonium, & num.52.*
52 *An inter sponsos donatio valeat.*
53 *An ea, quæ usu consumuntur, restitui debeant.*
54 *Et an hæres gravatus ad hujusmodi rerum restitutionem teneatur.*
55 *Jocalia donata sponsæ a consanguineis viri, acquiruntur uxori, non marito.*
56 *Filiusfam. quicquid acquirit, acquirit Patri.*
57 *An maritus, qui legavit vestes uxori, censeatur legasse etiam pretiosas, & festivas.*
58 *Ad quid teneatur hæres, si testator ei mandavit, ut vestiat uxorem.*
59 *Quomodo dividendi sunt fructus inter maritum, & uxorem soluto matrimonio.*
60 *Quid si res dotales fuerunt æstimatæ.*
61 *Quando bona Patris tacitè obligentur pro restitutione dotis a filio receptæ, & n.62. & seq.*
63 *An Pater obligetur pro dicta restitutione, simpliciter consentiendo matrimonio per filium contrahendo, vel contracto.*
65 *Pater tenetur bona sua pro dotis restitutione obligare.*
66 *Quid si filius receperit dotem Patre præsente, vel nudum consensum præstante.*
67 *An, si dos solvatur Socero præsente filio, bona filii censeantur obligata.*
68 *Quando solus filius teneatur ad restitutionem dotis.*
69 *Si Pater, & filius fateantur recepisse dotem præsumitur, eos recepisse pro dimidia, & unusquisque pro sua portione tenetur contrarium, n.72.*
70 *Quid si solus Pater administrat, vel solus filius.*
71 *In dubio præsumitur Pater administrare bona filii.*
73 *Quando dos solvitur filio jussu Patris, Pater insolidum tenetur.*
74 *Pretium rei dotalis venditæ ad manus mariti pervenisse præsumitur, etiamsi uxor simul, & maritus confiteantur pretium hujusmodi habuisse.*
75 *Cui dos solvenda sit, si tam filius, quàm Pater vult eam recipere.*

CAPUT XIX.

Quod tempus detur marito, seu ejus hæredibus ad restituendam dotem soluto matrimonio.

RESp. quod mobilia intra annum restitui debent, immo- 1
bilia verò in continenti, *l.un. §.exactio, C. de rei uxor.*
action.

Tenetur autem maritus, seu ejus hæres cavere cùm fide- 2
jussione de restituenda dote elapso anno: quia cùm ea dilatio
marito concessa sit miserationis, vel humanitatis causa, ideò
fidejussio etiam non promissa præstatur, *Franch.dec.218.quem*
refert, & sequitur Fenzon.ad Stat.Urb.lib.1.c.133.num.3.& 4.
Cancer.var.p.1.c.9.n.2. ubi addit, quod si maritus non satis- 3
dederit, cogitur ad restituendam statim dotem, juxta *leg.si*
constante, §.quotier, §.solut.matrim.

Hæc tamen conclusio limitatur primò quando maritus do- 4
tem purè legavit: quia tunc dilatio legalis censetur sublata;
& ideò dos statim peti potest, etiamsi consistat in rebus mo-
bilibus, *l.1. ubi Doctores, ff.de Dot.præleg. Surd.de Alim. tit.7.*
quæst.22.n.13.Cancer.var.p.1. c.9.n.99. ubi *n.100.* addit, quod
hæredes mariti statim non expectata anni dilatione pos- 5
sunt cogi ad restituendas res mobiles, in quarum reten-
tione nullum possunt prætendere commodum, *Fontanell. de*
pact.nupt. claus.3.p.11.num.7.

Limitatur 2. ubi bona immobilia data fuerint in dotem æsti- 6
mata: tunc enim, sicut non tenetur maritus ad restitutionem
rei æstimatæ, sed tantùm ad pretium, *l. cum dotem, C. de Jur.*
dot. ità non statim, sed intra annum pretium hujusmodi resti- 7
tuere debet, juxta textum *in d.l.un.§.exactio, C.de rei uxor.act.*
ità Rolan.cons.92.n.9.vol.2.& alii apud Fenzon.loc.cit.nu.23.& 8
seq. ubi etiam dicit, quod pecunia ex immobilibus redacta
inter mobilia computatur, sicuti & ea quæ parata fuisset ad
prædia emenda, *& ita etiam tenent alii Doctores apud Ge-*
nuens.in Prax. Archiep.c.60.num.13.

Ex quo infert *idem Fenzon.ubi supra, n.9.& seq.* quod si ven- 9
dita sit res immobilis dotalis, pecunia inde redacta non erit
statim restituenda, sed intra annum, per textum *in leg.cum in*
fundo, ubi gl. in ver.statuto tempore, ff.de Jur.dot. & est commu- 10
nis opinio è contra verò dos, quæ a principio constituta est in
pecunia numerata, si postea conversa fuerit in corpora hære-
ditaria, potest incontinenti exigi soluto matrimonio, *Fon-*
tan.de Pact.nup.claus.7.gl.3.p.11.n.9.per tex.in l.ità constante,
27.*cum l.seq.ff.de jur.dot.*

Secus dicendum est de pecunia fructifera, qualis est pecu- 11
nia in montibus, vel censibus collocata: hæc enim inter im-
mobilia computanda est, *clem.exivi, §.cumque annui reditus,*
de verb.sign.

Notandum est autem, quod si maritus in dotem acceperit 12
mobilia æstimata, putà pannos, vestes, animalia, & simi-
lia, semper tenebitur ad æstimationem hujusmodi rerum,
etiamsi usu, & tempore, deteriora effecta sint: secus si mo-
bilia non fuerunt æstimata, *l.æstimata, ff.sol.matr. l.plerumque,*
ff.de Jur.dot.

Notandum 2. quod maritus teneretur statim restituere bo- 13
na immobilia æstimata, quando appareret, æstimationem

fuisse factam ad alium effectum, quàm inducendæ venditio-
nis, putà ad cognoscendum valorem, ut post Jas. in l. ex con-
ventione sub n. 2. Cod. de pact. Covar. pract. qq. cap. 28. sub n. 2. &
alios dixit Rot. coram Greg. decis. 573. num. 5. & in Spoletana bo-
norum 6. Aprilis 1601. coram Penia, & in Romana restitutionis
dotis 10. Martii 1608. coram eodem, prout refert Beltramin. ad
14 Greg. d. dec. 573. num. 16. ubi etiam notat, quod hoc maximè
colligeretur ex eo, si conventum esset, quod restitueretur
dos in iisdem rebus, sive corporibus; immo si æstimatio fa-
cta fuerit ex intervallo post constitutam dotem, illa non fa-
ceret emptionem: quia æstimatio ad effectum inducendæ
venditionis debet fieri de tempore constitutionis dotis, aut
paulò post, ut tradunt DD. in d. l. ex conventione, Barbat. con-
sil. 19. col. fin. vol. 4. Soc. Jun. cons. 41. n. 14. lib. 1. & alii quos refert,
& sequitur Rota dec. 30. num. 5. & 6. apud Pacif. de Salv. interd.
idem dicendum, quando æstimatio non est facta condigno
pretio, quia neque tunc faceret venditionem, Bald. in dict.
l. ex conventione, n. 1. C. de Pact. Greg. dec. 194. nu. 20. & seq. sub-
dens, quod hoc est probandum, quia in dubio pretium præ-
sumitur justum.

15 Notandum 3. quod maritus non tenetur ad restitutionem
dotis, nisi in quantum facere potest: & ideò dimitti sibi de-
bet, quantum sufficiat pro alimentis, l. maritum, cum seq. ff. sol.
matr. sive personalis, sive realis actio contra maritum inten-
tetur: utroque enim casu militat ratio miserationis, & reve-
rentiæ, propter quam hujusmodi beneficium inductum fuit,
ut d. Cevall. in Spec. opin. comm. con. comm. q. 230. Surd. de alim.
tit. 1. q. 78. n. 40. unde si maritus tota dote indiget ad decenter
vivendum, tota dos ei relinquitur; si pars illius sufficit, pars
tantùm relinquitur, & reliquum restituitur, Fontan. de pact.
nupt. claus. 7. gl. 3. p. 11. num. 80. & seq. ubi idem dicit in Socero,
16 quando ipse dotem recepit.

17 Unde non posset maritus, neque communes filii in tali
18 casu carcerari, latè Thesaur. decis. 119. ubi etiam dicit, quod
frater ad alterius fratris instantiam carcerari non potest, licèt
possit in solidum conveniri, Ferentill. ad Burat. decis. 20. n. 9. &
alii apud Ursell. concl. 152. in ver. Assecura. dot. d. n. 78.

19 Prædictum autem privilegium non tantùm competit ma-
rito contra uxorem viventem, putà si uxor virum vergen-
tem ad inopiam cogat ad restitutionem dotis juxta text. in l. si
constante, ff. sol. matr. & l. maritum, juncta gloss. in ver. facere po-
test, ff. eod. tit. in quibus terminis loquitur Ursell. loco cit. sed
etiam quando hæres uxoris defunctæ agit contra maritum:
leg. si post divortium, ff. eod. tit. solut. matrim. ubi DD. Fontanell.
de Pact. nuptial. claus. 7. gloss. 3. par. 11. nu. 89. ubi citat Mastrill.
decis. 93. num. 9.

20 An verò hujusmodi privilegio possit maritus renunciare,
negat Giurb. dec. 45. num. 13. Ric. in collect. dec. 227. part. 1. quia
talis renunciatio esset contra bonos mores, nempè contra re-
verentiam, quæ marito exhibenda est ab uxore: quod pro-
cedit, etiamsi maritus dicto privilegio cum juramento re-
nunciaverit: non enim valida esset talis renunciatio, quia ju-
ramentum non obligat contra bonos mores, l. alia, §. elegan-
ter, ubi Bart. ff. sol. matr.

21 Hoc tamen intelligendum est pro tempore, quo durat ma-
trimonium: tunc enim tali beneficio renunciari non potest,
quia durat jus reverentiale, quod non potest remitti; secus
esset pro eo tempore, quo matrimonium jam solutum fue-
rit, quia tunc cessat ratio reverentiæ, Bart. & alii communi-
ter in l. alia §. eleganter, ff. sol. matr. Surd. de alim. tit. 1. qu. 78. nu-
mer. 48. & seq. & ita etiam sensit Fontanell. de Pact. nup. claus. 7.
gl. 5. p. 11. n. 64. & seq.

22 Requiritur tamen expressa renunciatio, ita, ut non suffice-
ret generalis, Ricc. in collect. dec. 231. Ursil. ad Afft. dec. 308. n. 21.
Giurb. dec. 45. n. 14. & seq. Surd. ibid. num. 50. & seq. quibus adde
23 Rot. dec. 594. p. 4. tom. 3. Recent. ubi quod dicto privilegio non
censetur renunciatum per obligationem cameralem.

24 Sunt autem multi casus, in quibus maritus tale privilegium
amittit, & primo si transiret ad secunda vota, secundùm Can-
cer. var. q. 1. c. 9. n. 114. quia per transitum ad secundas nuptias
dicitur injuria afficere uxorem, §. quæ verò, & ibi gloss. in ver.
& defuncti, in Auth. de Nupt. contrarium tamen verius vide-
tur, & ita tenet Host in tit. de secund. nupt. §. quare, col. 2. versic.
sic vidisti Ro cons. 182. Azor. in Sum. in tit de Secu. nup. in princ.
Ang. in §. quia verò in Auth. de non eligend. secund. nub. & in §. si
vero expectet, in auth. de nupt. & alii apud Gabr. comm. conclus.
lib. 3. tit. de secund. nupt. concl. 5. n. 6. ubi dicit, quod viro nulla
pœna imponitur etiam per juris civilis dispositionem, licèt
statim nubat.

25 Secundò non gauderet dicto beneficio, quando dos resti-
tuenda est extraneo: in hoc enim non militat ratio maritalis
reverentia ob quam privilegium, prædictum fuit introductum,
ut decisum refert Ric. in Collect. dec. 227. p. 1. Font. de Pact. nupt.
claus. 7. glos. 3. p. 11. n. 88. ubi citat Philip. Pascal. de vir. pat. potest.
p. 2. c. 9. num. 29. Mar. Giurb. in consue. Senat. Messan. cap. 13. gl. 6.
par. 1. num. 49.

Tertiò, ubi maritus nuberet retenta magna dote, ità ut 26
in eo cesset inopia, & paupertas, quia tunc prædictum privi-
legium non haberet locum, Ferrer. in 3. par. observ. c. 62. quem
refert, & sequitur Fontanel. d. claus. 7. gl. 3. par. 11. n. 76. ubi etiam
testatur, ita fuisse decisum in Regia audientia Principatus Cata-
loniæ.

Quartò maritus privatur dicto privilegio, si dolo fecit, 27
quominus posset dotem solvere, vel si ejus culpa res dotales
interiissent, l. etiam, §. 1. ff. sol. matr. vel si uxor ipsa etiam ege- 28
ret, & non haberet, unde viveret: quia in pari causa neces- 29
sitatis præfertur mulier, arg. l. assiduis, §. exceptis, Cod. qui pot. in
pign. hab. ità Jacob. de Aret. in l. si maritus, ff. sol. matr. Bar. in leg.
Maritum, versus fin. ubi etiam Alex. col. 3. n. 1. ff. eod. tit. Bald. in
l. 2. Cod. quod cum eo &c. & alii apud Surd. de Alim. tit. 1. qu. 78.
num. 26. & seq. ubi etiam alios casus enumerat, in quibus ma-
ritus amittit dictum privilegium, & tit. 8. privil. 84. & hæc est
magis communis opinio.

Quintò si maritus absque allegatione dicti privilegii, to- 30
tam dotem restituit, non potest amplius uti hujusmodi pri-
vilegio: quia beneficium, ne egeat, non parit actionem ad
agendum, sed exceptionem ad retinendum, ut dicit Petr. Bar-
bos. in d. l. maritum, n. 35. quem refert, & sequitur Fontanel. loco
cit. num. 86.

Sextò dictum beneficium, ne egeat, non competit viris, 31
qui ex artificio vivere possunt, late Fontanel. d. p. 7. glos. 3. p. 11.
n. 42. & seq. ubi citat Barbos. in d. l. maritum, n. 139. & seq. ff. de sol.
matr. Cost. remed. subsid. 28. num. 7. Viv. dec. 527. nu. 8. lib. 4. Ma-
scar. concl. 1154. num. 36.

An verò Maritus prædictum privilegium amittat, si in 32
legem matrimonii commiserit propter sævitiam ingratitudi-
nem, & similia? Resp. affirmativè, quia sicut non tenet
renunciatio expressè, cùm sit contra bonos mores, ità nec
tacitè, delinquendo in legem, ut post Franc. decis. 164. num. 3.
Barbos. loco cit. n. 43. & seq. dixit Rot. dec. 594. n. 13. & seq. part. 4.
tom. 3. in Recen.

Notandum 4. quod maritus justè percipere potest fructus 33
dotis in anno, in quo contingit divortium, cùm duraverit
matrimonium, pro aliqua parte anni, & sic attento initio
anni, licitè dicitur fructus percipere, arg. l. un. Cod. de usucap.
transform. Grat. discep. for. cap. 427. n. 26. ubi citat Barbos. in l. di-
vortio, §. ob donationes, n. 20. ff. sol. matr. Soc. Jun. in l. stipulatio-
nes non dividuntur, n. 199. de verb. oblig. quod intellige juxta ea,
quæ infra dicemus, num. 59. & 60.

Notandum 5. quod si maritus non exegerit totam dotem 34
antequam uxor decederet, non posset ea mortua residuum
dotis exigere sub prætextu, quòd non habeat unde vivat, quia
beneficium, ne egeat, non parit actionem ad agendum, sed
exceptionem ad retinendum, ut supra diximus & ita decisum
refert Fontanel. de Pact. Nupt. claus. 7. gl. 3. p. 11. n. 87.

Notandum 6. quod regulariter fructus dotis per viduam 35
post annum luctus percepti, cedunt in extinctionem dotis,
Bart. in l. in insulam, §. usuras, nu. 3. ff. sol. matrim. Rim Jun. cons.
399. num. 40. Cephal. cons. 133. num. 130. lib. 1. & alii quos refert,
& sequitur Honded. cons. 36. num. 8. lib. 2. & est communis opinio,
nisi concurreret longæva præstatio per spatium 30. annorum 36
tunc enim præsumitur, præcessisse omnia requisita ad effe-
ctum consequendi dictos fructus, Dec. in l. si certis annis n. 14.
& seq. Cod. de Pact. Gabr. commun. conclus. tit. de Præsumption.
conclus. 1. numer. 18. cum seq. Menoch. de præsumpt. libr. 3. præ-
sumpt. 131. num. 58. vers. tertium est Rota decis. 173. num. 9. & 10.
par. 4. tom. 2. Recent.

Notandum 7. quod pecuniæ, & alia bona acquisita per 37
uxorem soluto matrimonio intra annum luctus præsumuntur
provenisse ex bonis viri: quemadmodum bona per eam acqui-
sita constante matrimonio præsumuntur a viro, vel ex ejus
bonis provenisse, l. etiam vers. nec est ignotum C. de Donat. int.
vir. & uxor. nisi fortè mulier haberet bona propria; quia tunc 38
cessaret dicta præsumptio, Cravet. cons. 61. nu. 7. Gabr. de Præ-
sumpt concl. 15. nu. 12. Menoch. in tract. de Præsumpt. lib. 3. præ-
sump. 51. num. 32. Ciriac. contr. 40. num. 9.

Notandum 8. quod, ut renunciatio hypothecæ per uxo- 39
rem facta valeat, non sufficit, quod alia bona superessent
tempore renunciationis, sed requiritur etiam quod alia bona
existant tempore restitutionis dotis: alias potest mulier ha-
bere regressum ad jus hypothecæ semel renunciatum, juxta
opinionem Joan. de Imol. in cap. pervenit in 4. colum. de empt.
& vend. quam uti æquiorem favore dotis sequitur Afflict. decis.
313. quod procedit etiamsi renunciatio mulieris esset jurata,
quia, hoc casu juramentum non obstabit, ut post Paris.
cons. 75. numer. 16. & 17. libr. 3. notat. Grat. discept. for. cap. 723.
num. 20.

*num.20.& seq. ubi dicit, quod ista opinio est verior, & approba-
ta tam de jure canonico, quàm civili.*
40 Notandum 9. quod annuli sponſalitii, etiam magni valo-
ris, qui dantur in Ecclesia; vel alio loco tempore benedi-
ctionis, vel desponsationis, non sunt marito, seu ejus hæ-
redibus restituendi, sed cedunt commodo uxoris, sive da-
ti fuerint ante contractum matrimonium, sive post illud
contractum: cùm enim annuli necessarii hodiè sint ad ma-
trimonium contrahendum, inspecta consuetudine non con-
tinentur nomine donationis, sed habentur pro impensa de-
bita, & ad matrimonium necessaria, *l. si quis pro uxore, ff. de
Dona. int. vir. & ux. ita Rom. conf. 146. n. 2. Nat. conf. 317. num. 3.
Lup. in Rub. de Donat. int. vir. & uxor. §. 4. nu. 2. & alii, quos re-
fert, & sequitur Surd. dec. 166. num. 1.* ubi dicit, quod si annul-
41 lus esset alienus, & facto jam matrimonio maritus illius lo-
co alium daret, ille noviter datus esset uxoris: quia non est
donatio nova, sed jam factæ confirmatio, per tex. *in l. si do-
natæ rer, §. 1. ff. de Donat. int. vir. & uxor.*
42 Notandum 10. quod vestes festivæ, ac cætera ornamenta,
& jocalia pretiosa facta constante matrimonio a marito, sive
a Socero, pertinent ad maritum, sive illius hæredes, quia
facta videntur ad effectum, ut ornatior incedat uxor, *arg. l.
sed si vir ex lana, ff. de Don. int. vir. & uxor.* vestes verò, & alia
ornamenta quotidiana ad uxorem spectant mortuo marito;
hæc enim censentur donata tanquam pars alimentorum, *l. ex
annuo, ff. eod. l. id vestimentum, ff. de Pecul. & ita tenet Bart. in l.
penult. §. 1. n. 3. ff. sol. matr. Afflict. dec. 315. nu. 2. & seq. & est com-
munis opinio teste Surd. loco cit. num. 4. & seq.* ubi addit, quod
43 etiam vestium festivarum donatio substinetur in vita mariti,
44 sicut valet donatio aliarum rerum, quæ fit honoris causa,
per textum *in l. quod adipiscendæ, & l. nuper ex indulgentia, ff.
45 de Donat. int. vir. & uxor.* quod intellige, ut confirmetur ea
donatio morte mariti, si revocetur, juxta text. *in l. dona-
tiones, quas parentes, Cod. eod. tit. & notant DD. apud Surd. ubi
46 supr. n. 10.* quia inter virum, & uxorem donatio prohibita est,
l. 1. ff. eod. tit. unde talis donatio substinetur in vim relicti po-
tius, quàm in vim contractus, ac de illa detrahitur falcidia,
sicut de legatis, *Cæpol. conf. civil. 8. num. 3. Corn. conf. 124. lib. 4.
Paul. de Castr. conf. 138. n. 1. Paris. conf. 128. num. 8. lib. 1. Didac. in
rub. de Testam. in 3. p. nu. 3. Clar. in §. donatio q. 9. vers. sciat an-
47 tem,* ubi subdit, quod ad hoc requiritur traditio vera, vel sal-
tem ficta, & sic aliquid, quod fungatur vice traditionis, alias
si intervenisset sola promissio, non confirmaretur morte, *l.
Papinianus, ubi Bart. & alii, ff. eod. tit. de Don. int. vir. & uxor.*
48 Addunt alii, quod si donatio facta fuerit a Socero, non
confirmaretur morte Soceri, si matrimonium adhuc constet;
sed expectanda est mors mariti, quia videtur facta contem-
platione mariti, & ideò judicandum est de illa ac si facta es-
set a marito, *ita Capr. conf. 149. Rol. conf. 10. n. 12. vol. 1. quos re-
fert Surd. dec. 166. num. 14.*
49 Ità etiam vestes, & alia quotidiana ornamenta facta a
patre pro filio accipiente uxorem, non sunt conferenda in
divisione bonorum post mortem Patris, quia sunt propria
illius mulieris, & ab initio in illis tenuit donatio inter Soce-
rum, & Nurum; secus esset in vestibus, & aliis ornamen-
tis pretiosis, & festivis; tunc enim talia, qualia sunt, ve-
niunt in divisione, cum ad Socerum spectent, *Bart. in l. 1. §. nec
castrense, nu. 9. ff. de Collat. bon. per dictum textum in l. id vesti-
mentum ff. de Pecul.*
50 Quæ verò vestes sint quotidianæ, & quæ festivæ, remittitur
arbitrio Judicis, qui considerare debet qualitatem persona-
rum, & dotis quantitatem, ut *post gl. in l. si præsidi C. de donat.
ant nup. docet Affl. dec. 315. n. 15.* unde quoad mulieres nobiles,
vel magnæ potentiæ, quæ solent uti quotidiè gemmis, & vesti-
bus pretiosis idem erit de pretiosis vestibus, quod de quotidia-
nis, *Bald. in l. his, §. servus, vers. item prædictis adde, ff. sol. matr.
Natt. conf. 147. n. 11. in fin. Menoch. de Arb. Jud. cas. 218. in fin. &
alii apud Surd. decis. 166. num. 8.*
51 Idem ferè dicendum est in gemmis, vestibus, & aliis or-
namentis, quæ a sponso mittuntur sponsæ ante celebratum
matrimonium: nam res magni valoris tenetur mulier resti-
tuere, quia videntur concessæ a sponso, ut sponsa sit orna-
tior, atque ità proprii decoris causa; quæ verò sunt parvi
valoris, censentur donatæ, unde maritus, seu ejus hæredes
repetentes jocalia, & ornamenta, tenentur probare, quod
ea sint magni valoris, aliàs succumbent, cum id sit funda-
mentum suæ intentionis, *Cancer. p. 1. c. 9. n. 192. Greg. dec. 474.
Surd. dec. 166. nu. 27. & seq.* ubi id etiam remittit Judicis arbi-
trio, qui secundum qualitatem personarum, & alias circum-
stantias judicabit, quæ res sint magni vel parvi valoris.
52 Observa tamen, quod si res hujusmodi expresse donentur
tunc pertinent ad Sponsam, si matrimonium postea sequu-
tum sit, quia inter sponsos valet donatio, *l. cum hic status, §. si*

Antonell. de Tempore.

*sponsus, & §. si quis sponsam, l. Seja, §. virgini, ff. de Donat. inter
vir. & uxor.*
Observa 2. quod ea bona, sive res, quæ usu consumun- 53
tur, ex lapsu longi temporis verisimiliter præsumuntur con-
sumptæ, & ideò si non fuerint æstimatæ, non sunt restituen-
dæ, *Afflict. dec. 13. n. 27. Peregr. de fideic. ar. 10. n. 40. Andr. dec. 69.
n. 3. Rot. dec. 201. n. 34. p. 4. tom. 2. in Recent.* quemadmodum nec 54
hæres gravatus tenetur ad hujusmodi rerum restitutionem: nec
sunt imputandæ in detractionibus, *ut supra diximus num. 12.
Paris. conf. 55. in fin. lib. 2. Rim. Jun. conf. 459. n. 18. & seq. Rot. co-
ram Greg. dec. 285. num. 3.*
Observa 3. quod jocalia donata sponsæ a consanguineis vi- 55
ri, acquiruntur uxori, non marito: & ideò restituenda non
sunt, *latè Alciat. reg. 1. præsump. 18. Menoch. lib. 3. præsump. 26.
n. 17. & seq.* nec obstat, quod hujusmodi jocalia donata fue-
rint sponsæ contemplatione mariti: quia ex hoc non sequi-
tur, quod acquiri debeant marito: hoc enim tantùm proce- 56
dit in filiofamil. qui quicquid acquirit, acquirit Patri juxta *l.
cum oportet, Cod. de Bon. quæ liber.* non ita est in aliis, *ut con-
stat ex l. socium, qui in eo, §. ult. ff. pro Soc.* ubi donata socio pro-
pter ipsam societatem, seu contemplatione Societatis, non
acquiruntur Societati, sed propria efficiuntur ipsius Socii,
cui donatio facta est.
Observa 4. quod si maritus legavit vestes uxori, intelligi- 57
tur legasse vestes etiam pretiosas & festivas, *Bar. in l. fin. §. uxo-
ri ff. de Aur. & arg. l. Rom. in sing. 628. & alii apud Surd. dec. 241.
n. 9. Cancer. var. lib. 3. c. 20. nu. 74. & seq. per d. textum in l. fin. §.
uxori, ff. de Aur. & arg. legat.* aliàs legatum esset frustratorium,
si tantum intelligeretur de vestibus quotidianis, cùm istæ ju-
re proprio spectent ad uxores, ut supra diximus; nisi maritus
legaverit uxori vestes suas, quia tunc intelligeretur legasse ve-
stes quotidianas, non autem festivas, *ut decisum refert idem
Cancer. loco cit. num. 76.*
Addunt alii, quod si testator mandavit hæredi, ut vestiat 58
uxorem suam viduam, non liberatur hæres semel eam ve-
stiendo, sed tenetur durante viduitate eam vestire vel singu-
lis annis, si id mos regionis exposcit vel fractis primis vestibus
alias tradere, *ut dicit Bal. in l. 1. n. 5. C. de fideicom. Alex. in l. di-
vortio, §. 1. n. 8. ff. sol. matr. Rom. sing. 295. & alii apud Cancer. ubi
supra, num. 80.*
Notandum 11. quod fructus inter maritum, & uxorem 59
soluto matrimonio dividendi sunt pro rata temporis quo ma-
trimonium eo anno duravit, & maritus onera matrimonii
substinuit, *l. fructus, & l. si alienam, ff. sol. matr. l. cum in fundo,
§. divortio, ff. de Jur. dot.* quod locum habet in rebus dotalibus
inæstimatis: secus si æstimatio præcessit, quia tunc omnes 60
fructus spectant ad maritum tanquam emptorem, *l. un. §. cum-
que ex stipulatu, C. de rei uxor. act.*
Notandum 12. quod bona Patris tacitè obligantur pro re- 61
stitutione dotis a filio receptæ, quando Pater jussit, filium
accipere uxorem, & dotem: vel quando ei accipienti uxorem,
& dotem consensit: *Bart. & alii communiter in l. si cum dotem,
§. transgrediamur, ff. sol. matr.*
Idem dicendum, si filius recepit dotem sine jussu Patris il- 62
lam tamen verterit, seu erogaverit in Patris utilitatem: quia
tunc tenetur pater de in rem verso, *ut in d. §. transgrediamur,
& notat Papien. in form. libell. quo ux. agit &c. in gl. uxor. quon-
dam, num. 18.* ubi etiam addit, quod quando filius jussu Patris
dotem recepit, solus Pater tenetur, *arg. l. fin. ff. quod jussu.*
An verò Pater obligetur pro dicta restitutione, simpliciter 63
consentiendo matrimonio per filium contrahendo, vel con-
tracto? alii negant, nisi etiam consentiat filio recipienti do-
tem: quia pater poterat dicere, quod sibi dos solvatur, & non
filio, ne fortè eam dissiparet, *ita Negus. de Pignor. in 4. membr.
2. p. n. 36. Curt. jun. conf. 133. num. 5. Corn. conf. 256. n. 6. & 7. vol. 1.
Milanen. dec. 19. n. 33. quos refert, & sequitur Cancer. var. par. 1.
c. 9. n. 217.* unde pater in tali casu non teneretur nisi de peculio
filii, *ut in d. §. transgrediamur.*
Alii verò contrarium expresse tenuerunt: cum quia pater 64
simpliciter consentiens matrimonio, censetur etiam consenti-
re receptioni, & restitutioni dotis, sine qua matrimonium re-
gulariter contrahi non solet: tum etiam quia, cum pater te- 65
neatur bona sua pro dotis restitutione obligare, jam ea pro ob-
ligatis habentur, *ita Dec. in auct. præterea, in 1. notab. Cod. unde
vir. & uxor. Cephal. conf. 671. nu. 9. Campeg. in tract. dot. art. ult.
q. 57. & alii apud Surd. dec. 62. nu. 13. & seq. Jo. de Amic. conf. 90.
Pacif. de Salv. interc. insp. 3. cap. 4. n. 91.* quorum sententiæ ego
etiam accedo, quia magis favet matrimonio: præsertim si fi- 66
lius receperit dotem patre præsente, vel nudum consensum
præstante, *ut notat Papien. loco cit. n. 19.*
Econtra verò si dos solvatur Socero præsente filio, seu ma- 67
rito; bona filii non censentur obligata, quia sola illius præsen-
tia non inducit consensum in præjudicialibus, cùm ad patrem

non autem ad filium spectet dotem recipere, & pro ea se obligare, *latè Surd.dec.47.per tot. Cacher.dec.44.n.6.*

68 Observa tamen, quod pater non teneretur ad restitutionem
dotis si receperit nomine filii tantum, hoc acto, ut ipse non
teneatur; & tunc solus filius tenetur, si habet ratum, ut dicit
Papiens.loco ci.n.17.post Bart.in d.§.transgrediamur, ubi etiam,
quod neque obligatur pater, quando filius non accepit sibi
personam congruam, sed vilem.

69 Observa 2. quod si pater, & filius fateantur recepisse dotem,
præsumitur, eos recepisse pro dimidia, & unusquisque pro
sua tantum portione tenetur, secundum *Alex.in cons.38.vol.2.
Ruin.cons.186.n.7.vol.1. Corn.cons.303.vol.4. Castr.cons.296.&
360.vol.1. Bald.Nov.in Tract.dot.p.7.q.38.Campeg.eod.tract.
p.2.q.169.Viv.comm.opin.595.& alios apud Surd.dec.47.n.3.&*
70 *seq.* ubi subdit, quod si solus pater administrat, solus pater
in tali casu obligatur: quia præsumitur, dotem ad eum pervenisse;
quemadmodum si filius administrabat, eadem præsumptione
filius tenetur, *Cyn.in d.§.transgrediamur, quem refert Cacher.dec.44.*
ubi etiam dicit, quod in dubio præsumi-
71 tur, Patrem administrare bona filii.

72 Alii vero indistinctè tenent, quod pater, & filius simul
recipientes dotem, in solidum teneantur; hoc enim speciale
est in dote, ut pater, & filius recipientes dotem, efficiantur
duo rei debendi in solidum obligati, *Spec.de Dot. post divort.
rest.§.1.vers.illud quoque, Cacher.loc.cit.nu.11.* ubi etiam dicit,
73 quod quando dos solvitur filio jussu patris, pater similiter in
solidum tenetur, *& ita tenent Bald.Novell.de dot.p.7.sub n.1.
Corn.cons.303.n.5.& 6.vol.4.Barbos.in d.§.transgrediamur,numer.34.&
35.& alii apud Pacif.de Salv.interd.inspect.3.cap.4.
n.108. quorum sententiæ ego etiam accedo.*

74 Addit *Bald.in auct.si qua mulier, Cod.ad Vellejan.Crav.consil.91.num.11.
Viv.comm.opin.505.num.2.* quod ubicunque maritus,
& uxor confiterentur habuisse pretium rei dotalis venditæ,
tunc totum pretium ad manus ipsius mariti pervenisse
præsumitur.

75 Cui verò dos solvenda sit, si tam filius, quàm pater vult
eam recipere? Resp. quod aut filius habitat simul cum patre,
& tunc solvenda est Patri, qui substinere debet onera filii,
& uxoris: aut filius habitat separatim a patre, & in tali casu
solvenda est filio, cùm ipse substinere debeat onera matrimonii,
*ita Papien.in form.libell.quo uxor agit &c. in gloss.
uxor quondam num.21.*

S V M M A R I U M.

1 *Hæredes mariti, non restituentes dotem intra annum, tenentur viduam alere si non habeat unde se alere possit: limitatur numer.16.& 22.*
2 *Quid si fructus dotis ad alimenta non sufficiant.*
3 *Et an teneantur præstare viduæ vestes lugubres.*
4 *Vestis venit nomine victus.*
5 *Quid si vidua de suo expenderit in vestibus lugubribus.*
6 *An viduæ debeantur vestes lugubres, si ipsa dotem non solverit.*
7 *Hæredes dotem restituentes non expectato anno, liberantur ab onere alendi.*
8 *An mulier post annum possit petere alimenta.*
9 *Vidua percipiens fructus rei pignoratæ pro restitutione dotis, tenetur illos computare ad extinctionem sortis.*
10 *An uxor transiens ad secunda vota petere possit alimenta ab hæredibus primi viri.*
11 *An hæredes ipsius uxoris alendi sint intra annum, si ipsa præmoriatur.*
12 *Uxorem divitem an teneantur hæredes viri alere.*
13 *Alimenta, quæ præstantur ex legis dispositione, nunquam debentur, si is, qui alimenta petit, habeat aliunde.*
14 *Quando dicatur mulier non habere unde se alat.*
15 *An mulier teneatur stare cum hæredibus viri.*
16 *Alimenta uxori relicta a viro, debentur etiamsi mulier habeat unde se alat.*
17 *Et an in tali casu teneatur operari ad commodum hæredum.*
18 *Quando uxor mitti possit in possessionem bonorum mariti.*
19 *Pro alimentis conveniri potest hæres etiam intra tempora ad conficiendum inventarium.*
20 *An vidua secundò nubens amittat legatum alimentorum sibi relictum a viro.*
21 *Pœnæ de jure civili inflictæ contra secundò nubentes intra annum luctus, sublatæ sunt a jure canonico, exceptis pœnis impositis favore filiorum.*
22 *An uxor prægnans, si habeat aliunde, alenda sit ab hæredibus viri.*
23 *Legatum, quod præstari uxori jussit maritus per annum luctus, extinguitur, cum primùm uxor ad secundas nuptias convolavit.*
24 *Legatum factum uxori viduæ intelligi debet viduitate durante.*
25 *An uxor habens Patrem divitem, ali debeat ab hæredibus viri.*
26 *Quando mulier dicatur habere aliunde.*
27 *An teneantur hæredes viri ad alimenta, quando dos non restituenda est uxori, sed extraneo.*
28 *An mulieri indotatæ debeantur alimenta ab hæredibus viri.*
29 *Quando mulier succedat viro unà cum liberis.*
30 *An, & quando hæredes mariti præstantes uxori alimenta, lucrentur integros fructus dotis.*

C A P U T XX.

An hæredes mariti teneantur uxori præstare alimenta intra annum luctus.

RESp. quod hæredes mariti non restituentes dotem in pe- 1
cunia consistentem intra annum, tenentur viduam
alere, si non habeat, unde se alat, *gloss. communiter recepta
in l.un.§.exactio, ver.restituendis, Cod.de rei uxor. action. Bart.
in l.divortio, numer.1. ff.sol.matrim. Mantic.decis.171.num.2.
Ursil.ad Afflict.decis.284.num.7. Thesaur.decis.43.num.1.Fontanell.de
Pact.nupt.claus.7.gloss.3.part.5.num.6. Surd.de alim.
tit.9.quæst.43.ubi contrariam opinionem reprobat:* quod proce- 2
cit sive fructus dotis sufficiant ad alimenta, sive non, *Bart.
in dict.l.divortio, in fin. ubi etiam Alex.num.19.& alii, Capic.
decis.24.num.5.& 6. Gregor.decis.462.num.2.& seq.* unde iidem 3
hæredes ex ipsius juris communis dispositione tenentur præ-
stare inopi viduæ vestes lugubres, etiam pretiosas pro qua- 4
litate personæ, quia vestis victus nomine venit, *leg. verbo
victus, ff.de verb.signif. Alex.consil.133.numer.1.libr.4.& alii
apud Fenzon. ad statut.Urb.cap.136.numer.4.& 5.lib.1. Cancer.variar.lib.3.cap.11.num.35.*
ubi dicit, quod si vidua in ve- 5
stibus lugubribus de suo expenderit, poterit ab hæredibus
viri earum valorem petere quod procedit etiam si mulier do-
tem non solverit, quia adhuc ei deberentur vestes lugubres 6
juxta qualitatem personæ, secundùm *Thesaur. decis.43. num.1.
Cancer.var.par.1.cap.9.num.153.* ratio est, tum quia provisio
anni luctus non datur propter dotem, sed propter hono-
rem viri, quem mulier intra annum luget: tum quia duran-
te anno luctus videtur mulier durare in matrimonio, *l.omnem,
Cod. de bon.mater.* & ideò sicut maritus tenebatur eam
alere etiamsi fructus dotis non sufficerent, ita etiam ejus hæ-
redes, *arg.leg.2.C.de fruct.& lit.expens.* tum quia si fructus
dotis excederent valorem alimentorum, illi cederent lucro
hæredum, *arg.tex. in l.creditor, §.si inter, ubi gloss.& Bart. ff.
mand.idem Bart.in l.divortio nu.5.ff.sol.matrim. quem sequuntur
Bald.Castr. Imol. Rom. Alex.& alii, quos congerit Surd.
in tract.de alim.ti.1.q.44.num.29.& 30.* tum etiam quia hære-
des eligere possunt, vel dotem restituere, vel eam retinere,
& alimenta præstare: cùm dilatio anni ad restituendam do-
tem concessa sit in favorem hæredum mariti, *d.l.un.§.exactio,
C. de rei ux. action.*

Dixi, non restituentes dotem intra annum, primò quia si 7
hæredes eligerent dotem restituere non expectato anno, libe-
rantur ab onere alendi, *Bald.in auct.& qui jurat, num.61. C.de
Bon.auct.jud.poss. Alex.in l.divortio, nu.21.ff.sol.matr. Surd.de* 8
alim.tit.7.q.22.n.8.Capic.dec.24.n.8. ubi dicit, quod debet hæ-
res totam dotem in tali casu solvere; secundò post annum
mulier non potest petere alimenta, cùm possit sortem exige-
re, ut *tradunt DD.in c.salubriter de usur.& l.divortio, ff.sol.matrim.
Cephal.cons.133.num.130.& seq.Didac.lib.3.var.res.cap.1.
n.3.& alii apud Surd.ubi supra tit.1.q.45. nu.2.& seq.* ubi etiam 9
dicit, quod si percipiat fructus rei pignoratæ pro restitutione
dotis, tenetur illos computare in extinctionem sortis, *latè
Alex.cons.27.num.2.vol.4.*

Dixi, tenentur viduam alere, primò quia si uxor transi- 10
visset ad secunda vota, cùm in tali casu alenda sit a secundo
viro, non posset petere alimenta ab hæredibus primi viri, ut
*d. Ang.in l.divortio col.2.ff.sol.matr. Jas.in §.fuerat n.25. Inst.de
act.& alii, quos refert, & sequitur Surd.de alim.tit.1.q.44.n.74.
& tit.7.q.22.n.9.* secundò quia hæredes ipsius uxoris non sunt 11
alendi intra annum, si ipsa præmoritur, cum hoc sit privi-
legium personale, quod soli uxori competit, *l.un.C.de priv.
dot.idem Surd. d.tit.7.q.22. n.8. vers.septimus &c.*

Dixi si non habeat, unde se alat, quia si uxor esset dives, 12
non tenerentur hæredes viri illam alere, *l.penult.ubi gloss.fin.ff.
ut in poss.l.gl.1.in l.divortio in princ.ff.sol.matr. Spec.in tit. Qui*

fil.sint

fil. sint legit. §. 1. n. 28. *Capic. dec. 24. nu. 5. in fin.* æquum est enim,
ut hæredes, qui dotem retinent, mulieri interim subveniant,
ne in opprobrium prioris matrimonii mendicare cogatur, *at-
que hæc est communior, & verior sententia, quicquid dicat Dec.
in l. de alimentis n. 6. C. de Transf.* ubi asserit, quod mulier sem-
13 per est alenda ab hæredibus viri sive pauper sit, sive dives: cu-
jus opinio rejicitur per tex. *in l. si quis a liberis, vers. denique &
§. solent judices, vers. alimenta, ff. de liber. agnosc.* ubi alimen-
ta, quæ præstantur ex legis dispositione, nunquam deben-
tur si is, qui alimenta petit, habeat aliunde præterea ab hæ-
redibus debentur alimenta ex quadam æquitate: cessat au-
tem æquitas, quando mulier habet aliunde, ut *d. Surd. d. tr.
de aliment. a tit. 1. quæst. 44. num. 48. Alex. d. cons. 27. nu. 2. & alii
communiter.*
14 Dicitur autem mulier non habere, unde se alat, etiamsi præ-
ter dotem haberet suppellectilia, annulos, & alia bona mo-
bilia, quæ non solent fructum reddere: quia ubi de alimen-
tis loquimur: respectu habemus ad redditum, *l. ius alimento-
rum, ff. ubi pup. educ. deb. gl. & DD. in l. 1. §. exactio, Cod. de Rei
uxor. act. Plot. de in litem juran.* §. 11. n. 23. nisi bona hujusmodi
essent magni valoris, quia tunc non essent gravandi hæredes
onere alimentorum, secundum *Surd. loc. cit. d. tit. 1. q. 44. n. 43.
cujus sententia satis æqua videtur.*
15 An verò mulier teneatur in tali casu stare cum hæredibus
viri? Resp. negativè, *Bart. in d. l. divortio nu. 4. ff. sol. matr.* ubi
quod tunc de alimentis debet deduci quantum interest hære-
dis; ipsam in domo operari, si inspecta qualitate personæ de-
beret, vel solita esset operari; secus essent in iis mulieribus,
quarum nullæ sunt operæ, ut Dominæ magnæ, quæ suis ma-
nibus nihil operantur tunc enim de suis operis nulla habetur
ratio, *jux. l. fin. ff. de oper. ser. & ita sentiunt Doctores apud Feu-
zon. ubi supra num. 21.* contrarium tamen tenet *Spec. in tit. Qui
fil. sint legit. num. 30. Bal. in l. divortio col. 2. vers. sed hic quæro, ff.
sol. matrim.* ubi dicit, quod quando vidua petit alimenta ab
hæredibus viri miserationis causa tenetur habitare cum eis, si
ipsi volunt, & ipsa honestè potest, & ita etiam sensit *Me-
noch. de Arbitr. Jud. cas. 168. num. 12. & cas. 170. num. 12. Surd. de
Alim. tit. 4. q. 29. n. 35. & 38. Fontanell. de Pact. nup. claus. 7. gl. 3.
p. 5. num. 19. & 20.*
16 Limitatur tamen supradicta conclusio, quando alimenta
fuerunt relicta a viro: tunc enim ea debentur, etiamsi mu-
lier habeat unde se alat, cùm habeantur jure actionis, quo
17 casu mulier non tenetur operari ad commodum hæredum,
Bald. in d. l. divortio col. 2. Surd. de alim. tit. 1. q. 44. nu. 45. & 50.
18 ubi etiam dicit, quod uxor in tali casu si non habeat ali-
menta, mittitur in possessionem bonorum mariti, ut eis ala-
tur, donec legatum sibi solvatur, juxta textum *in l. penul. ff.
ut in poss. legat.* etiam nondum adita hæreditate per hæredem
19 mariti, cùm pro alimentis conveniri possit hæres etiam in-
tra tempora ad conficiendum inventarium, *Cordub. in l. si quis
a liberis, §. si quis ex his, n. 141. ff. de liber. agnosc.* quem refert, &
sequitur *Surd. d. tit. 1. q. 44. n. 35. & seq. & tit. 7. q. 22. nu. 9. & seq.*
20 ubi dicit, quod vidua secundò nubens etiam intra annum
luctus non amitteret hujusmodi legatum: quia pœnæ de ju-
re civili inflictæ contra secundò nubentes intra annum lu-
21 ctus, sublatæ sunt a jure canonico, quod servatur etiam in
foro civili, *ut tradunt Doctores in cap. cùm secundùm, de se-
cund. nupt.* exceptis pœnis impositis favore filiorum, *gloss. &
DD. in l. liberorum, ff. de iis, qui notant. infam. Afflict. decis. 75.
num. 5. & 6.*
22 Addit *Surd. d. tit. 1. q. 44. nu. 51.* quod uxor prægnans alenda
est ab hæredibus, quamvis habeat aliunde, per textum *in l. cu-
rator, in princ. ff. de ventr. in poss. mitt. ibi, nec ad rem pertinet, an
dotem habeat, unde substentare se possit, quia videntur quæ ita
præstantur, ipsi præstari, qui in utero est: & ita etiam sensit Ang.
cons. 42. n. 1. Mant. de Tac. lib. 12. tit. 31. n. 11. Bald. in l. divortio,
ff. sol. matr. Grat. disc. for. c. 244. n. 32. ubi n. 48.* addit, quod vidua
non prohibetur petere alimenta, si ea statuto, vel consuetu-
dine ei differatur exactio dotis.
23 Quid verò dicendum sit, si maritus reliquit uxori alimen-
ta per annum luctus præstanda, & deinde uxor intra annum
secundas nuptias contraxit? Resp. quod hujusmodi legatum
extinguitur, cùm primùm uxor ad secundas nuptias convo-
lavit: quia censetur factum intuitu viduitatis, & luctus:
24 quemadmodum legatum factum uxori viduæ intelligi debet
viduitate durante, *Bart. in l. ex facto, nu. 1. ff. de vulg. & pupill.
latè Surd. in d. tract. de alim. tit. 9. q. 30. a n. 11.*
25 Quæres, an teneantur hæredes viduam alere, si habeat pa-
trem divitem? Resp. affirmativè: quia pater solùm officio Ju-
dicis tenetur, si filia non habeat aliunde, sed si dotem habet,
non dicitur indigere: unde hæredes, qui dotem retinent, vi-
duam alere debent, *Alex. in d. l. divortio, n. 16. Capic. dec. 24. n. 7.
& 11. Plot. in lit. juran. §. 11. n. 23.* quamvis contrarium sentiat
Antonell. de Tempore,
Aret. in cons. 98. prout illum *refert, & sequitur Surd. ubi sup. a
tit. 7. q. 22. num. 1.* subdens, *num. 3.* quod mulier dicitur habere 26
aliunde, quando ex industria potest sibi victum quærere, *ut
videtur colligi ex textu in l. si quis a liberis, in fin. ubi gl. in ver. ut
operi, ff. de liber. agnosc.*
Quæres 2. an teneantur hæredes viri ad alimenta, quando 27
dos non est restituenda uxori, sed extraneo? Resp. negativè,
quia Doctores loquuntur in ea, cui dos est restituenda, *Aret.
d. cons. 98. n. 2. Cord. in d. §. si quis ex his, n. 120. & alii apud Surd.
d. tit. 1. q. 44. n. 66. & tit. 7. q. 22. n. 8.* unde nec mulieri indotatæ 28
alimenta debentur ab hæredibus viri, etiamsi aliunde non
habeat, *Alex. in d. l. divortio, nu. 20.* sed eo casu a jure mulieri 29
conceditur, ut succedat viro unà cum liberis in quarta par-
te, si liberi non sunt ultra tres, aliàs succederet in virili, ut
in *auct. præterea, Cod. und. vir. & ux. & post Cord. in d. §. si quis
ex his, num. 155. notat etiam Thes. decis. 44. numer. 3. & ibi Add.
lit. A.* ubi, quod hujusmodi quarta alimentorum loco sub-
rogata est.
Notandum est autem, quod doctrina Bart. & aliorum as- 30
serentium, hæredes mariti præstantes alimenta uxori lucrari
integros fructus dotis, procedit durante anno luctus; secus
post annum, quia tunc hæredes mariti, si mulieri alimenta
dederunt, non lucrantur fructus ultra ratam, & concurren-
tem quantitatem alimentorum, *ut post Cum. in d. l. divortio nu-
mer. 6. Jas. ibid. n. 18. Salyc. in l. un. nu. 31. C. de Rei uxor. act. dixit
Rota coram Gregor. decis. 462.* ubi ex hoc infert, quod etiam
pendente anno luctus, quando dos consistit in immobilibus
quo casu statim reddi debet, hæredes mariti, qui uxori ali-
menta præstarunt, non lucrantur fructus dotis, sed fit com-
pensatio cum alimentis similiter usque ad concurrentem
quantitatem.

S V M M A R I V M.

CAPUT XXI.

An hæredes mariti non restituentes viduæ dotem post annum, teneantur ad interesse, seu ad fructus dotales.

AFfirmat, *Ang. in §. fuerat Inst. de action. Imol. in leg. di-* 1
vortio, ff. sol. matr. Afflict. dec. 284. n. 2. Thes. dec. 43. nu. 3.
ubi dicunt, quod si vidua est inops, & non habet unde perci-
piat alimenta, potest agere ad interesse propter moram com-
missam in restitutione dotis ad rationem quinque pro cen-
tenario, juxta textum *in §. si verò alicujus, in Auct. de non
alien. quod etiam not. gloss. in auct. perpetua, ver. justa, Cod.
de Sacros. Eccles. decis. 140. numer. 3. par. 1. Divers.* ubi, quod

2 licita est recompensatio quinque proce tenario. Mora verò
non committitur, nisi post judicialem interpellationem, juxta
ta text. *in l. si ex legati causa, ff. de verb. oblig. l. quod te, ff. si cert.*
3 *pet.* Unde ad hoc duo copulativè requiruntur, videlicet
quod mulier, seu vidua sit inops, & quod fecerit omnes diligentias
gentias pro recuperanda dote, *ita Alex. cons. 74. numer. 15. &*
cons. 141. num. 7. lib. 5. Crav. cons. 189. numer. 7. vers. sextus casus,
Duran. decis. 176. num. 4. Mantic. decis. 171. nu. 2. Surd. de Alim.
tit. 1. q. 45. num. 26. ubi dicit, quod hæc opinio magnam habet
æquitatem, sed non fundatur jure, *& tit. 6. quæst. 10. num. 3.*
Rot. in Recen. decis. 587. par. 3. & decis. 14. p. 15. tom. 1. ubi etiam
4 dicitur quod hujusmodi fructus taxari debent juxta statutum
seu consuetudinem Regionis, & quidem per statutum Urbis
bis *lib. 1. cap. 137.* disponitur, ut fructus dotis viduæ solvantur
ad rationem septem scutorum cum dimidio pro centenario,
Grat. discep. for. cap. 244. num. 46. & seq. ubi etiam dicit, quod
talis taxatio valet stante confirmatione Papæ, quamvis alias
non valeret: *quibus adde alios, quos refert, & sequitur Galgan.*
5 *ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 137. vers. verum in proposito, &c.* &
quod hujusmodi fructus debeantur mulieri non solum ex dote
te data, sed etiam ex promissa a Patre ipsius mulieris, decisum
sum refert *Fenzon. in annot. ad citatum Urbis Statutum dicto*
cap. 137. num. 40. & seq.

6 Verùm hæc procedunt, quando ultra moram hæredum
in restituenda dote, concurrit ratio damni emergentis, vel
lucri cessantis, putà si mulier ob hujusmodi moram mutuò
pecunias acceperit pro alimentis, vel erat parata fundum
emere, vel aliàs solita erat negotiari, *Bartol. cons. 127. num. 2.*
lib. 1. Alex. cons. 141. num. 2. lib. 5. Rot. decis. 38. in fin. par. 5. Recen.
Neguſ. de Pign. in 5. memb. 5. p. num. 17. Afflict. decis. 284. num. 4.
Menoch. cons. 7. num. 15. & 16. lib. 1. Neviz. cons. 74. num. 3. Grat.
discep. for. cap. 244. num. 11. & seq. ubi addit quod neque maritus
tus percipere potest fructus dotis soluto matrimonio: quia
onera matrimonii solùm considerantur respectu personæ
uxoris, cui maritus subministrat alimenta, quæ cessant ea
mortua: & ideò cessare etiam debet æquitas cujus ratione
permittitur istud interesse, *Bart. d. cons. 128. num. 2. Dec. in leg.*
de alimentis, num. 6 Cod. de Transact. Rol. cons. 55. num. 1. & seq.
lib. 2. & alii apud Mantic. decis. 171. nu. 3. ubi etiam dicit, quod
7 nec damnum emergens, aut lucrum cessans debetur nisi post
interpellationem; non enim potest mulier in tali casu petere
alimenta ultra dotem, tum quia quicquid accedit sorti, usura
est, *cap. consuluit, de usur.* tum quia cessat titulus dotis, &
causa privilegii, *ut post Auchar. dixit Alex. in l. divortio, numer.*
mer. 23. ff. sol. matr. Rot. dicta dec. 38. num. 1. par. 5. tom. 1. Recent.
Mant. d. dec. 171. num. 4.

8 Requiritur tamen in tali casu probatio, quod mulier pecunias
cunias mutuas acceperit ob aliquam necessitatem, vel imminens
minens periculum: quemadmodum constare debet, quod
mulier consueverat negotiari, vel quod adetat fundus venalis,
nalis, & quod erat illum emptura, sed destitit, quia non
habebat pecuniam, secundum *Paul. de Castr. in l. divortio, ff.*
sol. matr. Alex. cons. 200. num. 3. volum. 6. Cravet. cons. 89 num. 4.
Houded. cons. 36. n. 33. lib. 2. ubi dicit, quod interesse non debetur,
tur, nisi probetur, quod retardata solutio fuit causa amissi
lucri certi, seu damni passi, cùm possibile sit ex aliis causis
sis id evenisse, *& ita sentiunt etiam alii apud Surd. de Alim.*
tit. 1. q. 45. n. 33. & seq. ubi etiam dicit, quod tunc habetur ratio
lucri, quando pro certo apparet, quod fuisset lucrata; quamvis
vis in hoc contrarium senserint alii Doctores asserentes, damnum
num emergens præsumi ex inopia mulieris quæ præter dotem
non præsumitur habere alia bona, ex quibus ali possit: sicuti
etiam præsumitur lucrum cessans propter facilem, & frequentissimam
quentissimam emptionem annuorum redituum; vel locorum
rum montium, *ita Navar. in c. si fœneraveris 14. q. 3. n. 67. Covar.*
var. lib. 3. variar. c. 1. n. 3. Pinel. in l. ult. n. 6. C. de bon. mater. Surd.
cons. 194. n. 5. Rot. dec. 3 83. num. 4. & seq. p. 5. tom. 1. in Recen. Thes.
dec. 43. num. 4. & 5.

9 Secus esset, quando fructus dotales petuntur a marito sustinente
stinente onera matrimonii: quia tunc licitè exigi possunt in
compensationem dictorum onerum, etiamsi ratio damni
emergentis, vel lucri cessantis, non concurrat, cùm hujusmodi
jusmodi usura sit onerosa, non gratuita, *cap. salubriter, de*
usur. Alex. cons. 141. num. 5. lib. 5. Cancer. variar. par. 1. cap. 9. numer.
mer. 159. latè Grat. discep. for. cap. 244. num. 2. & seq. ubi etiam
dicit, quod marito denegantur fructus dotis, si non sustinet
net onera matrimonii etiam propter culpam uxoris, putà si
absque causa uxor a viro recesserit, *Galganet. ad statut. Urb.*
lib. 1. cap. 137. Rota apud Fenzon. decis. 91. vers. quæ etiam proce-
10 *dunt &c.* ubi quod ad effectum, ut fructus debeantur, tria
requiruntur; promissio dotis, matrimonium, & sustentatio
tatio onerum & quidem si dos promissa fuerit ad diem certam
tam tunc post diem assignatam currunt hujusmodi fructus
dotales, quia ex ejus lapsu inducitur mora, *l. magnam, Cod.*
de Contr. & committ. stipul. Alex. cons. 147. num. 3. li. 5. latè Fenzon.
zon. in Annot. ad stat. Urb. cap. 137. lib. 1. lit. D. Rota apud eundem
dem Fenzon. decis. 86. vers. Quia pluribus. Si verò nulla dies 11
fuerit destinata ad solutionem dotis usuræ, seu fructus dotales
les currerent a die interpellationis, si maritus sustinuerit
onera matrimonii, *l. in insulam, §. usuras, ff. solut. mat. l. fin. ff.*
de dol. mal. excep. Ang. in §. fuerat, num. 21. Inst. de Action. Cancer.
cer. loco cit. num. 160. vers. Hæc tamen, Ferentill. ad Burat. decis. 12
159. *lit. A.* ubi dicit, quod quando dos est promissa viro ad
omne ipsius beneplacitum, & petitionem, censetur data
dilatio usque ad diem petitionis, & consequenter fructus
medii temporis non debentur: & quod etiam extraneus dotans,
tans, seu promittens dotem teneatur ad fructus dotales, constat
stat ex *leg. fin. §. præterea, Cod. de Jur. dot. & tenuit Rota dec. 87.*
vers. circa secundum &c. apud Fenzon. & in Roman. alimentorum
torum 15. Junii 1565. coram Robusterio, quam refert idem Fenzon.
zon. loco cit. ad dictum cap. 137. lit. E. num. 50. & seq. ubi etiam
dicit, quod petitio dictorum fructuum præscribitur per 13
spatium 16. annorum, juxta ejusdem Urbis statutum *capit.*
pit. 158. libr. 1.

An verò fructus dotales non exacti a viro constante matri- 14
monio, exigi possint a muliere eo soluto? Resp. affirmativè:
vè: quia isti fructus, cùm sint dotis accessio, dotem sequuntur:
tur: & ideò cum maritus illos non exegerit, remanserunt in
credito dotis, & consequenter ad mulierem transeunt cum
dote, *Rot. in Romana fructuum dotis 15. Novembr. 1596. coram*
Orano, quæ apud Fenzon. est dec. 85.

Observa tamen, quod soluto matrimonio per mortem 15
uxoris, non debentur fructus marito etiamsi ex matrimonio
remanserint filii: quia soluto matrimonio deficit requisitum,
ex quo solutio fructuum sustinetur, scilicet alimentatio uxoris
ris secundum dignitatem illius, & quantitatem dotis in quo
principaliter consistunt onera matrimonii, non autem in
alimentis filiorum, quos de jure naturæ alere tenetur Pater,
l. si quis a liberis, ff. de liber. agnosc. unde etiam promissio solutionis
tionis fructuum dotis corruit defuncta uxore, alias per eorum
exactionem committeretur usura, *latè Rota in Romana fructuum*
ctuum dotis 12. Maii 1625. coram Coccino apud Fen- 16
zon. ubi supra decis. 91. ubi etiam dicitur quod de jure communi,
muni, si ipsa mulier viveret soluto matrimonio, non potest
test exigere fructus, & si exegisset, in sortem computare tenetur.
netur.

Observa 2. quod ex Statuto Urbis *c. 137. lib. 1.* fructus dotis 17
non debentur viduæ repetenti dotem soluto matrimonio ab
hæredibus viri, nisi post judicialem interpellationem, *Rota*
apud Fenzon. dec. 87. vers. circa primum.

Observa 3. quod ad hoc, ut extraneus, qui dotem pro- 18
misit, teneatur ad fructus dotis, requiritur, quod saltem
elapsum sit biennium a die contracti matrimonii, quo elapso
so sine alia interpellatione constituitur in mora, *leg. final. §.*
præterea, ubi Sal. & alii, Cod. de Jur. dot. Alex. consil. 147. numer.
mer. 4. libr. 5.

Observa 4. quod Pater soluto matrimonio potest in do- 19
mum suam revocare filiam etiam invitam ex jure patriæ potestatis,
testatis, *l. si uxorem, ubi gloss. Bald. & alii Cod. de condit. insert.*
Alex. cons. 133. n. 4. & 5. lib. 4. ubi etiam dicit, quod filia etiam
constante matrimonio remanet in potestate patris quoad omnia,
nia, quæ causantur a patria potestate, & ideò testari non
potest, *per l. qui in potestate, ff. de Testam. latè Gramm. dec. 54.*
per tot. & est communis opinio, verùm hoc non haberet locum,
cum, quando vidua haberet filios, cum quibus vellet convivere,
vere, & habitare, quia nimis durum esset, matrem a filiis,
& filios a matre separari *l. possessionum, Cod. Commun. utriusque*
Jud. Gomes. var. res. tom. 2. cap. 2. num. 14.

SUMMARIUM.

1 *Mater defuncto Patre habet annum ad petendum tutorem filiis, & num. 20.*
2 *Mater etiam ad petendum curatorem ventri habet annum ex æquitate.*
3 *An elapso anno admittatur purgatio moræ.*
4 *Quid si Pater civiliter tantum moritur.*
5 *Annus hujusmodi præfigitur omnibus, qui ad pupilli successionem vocantur.*
6 *Mater, & alii Pupillo successuri, non excluduntur ab ejus hæreditate, si pupillus intra annum moritur, secus si post annum, & illi tutorem non petierint: declaratur n. 7.*
8 *An mater, quæ filio curatorem non petiit, privetur successione.*
9 *An mater, quæ non petiit tutorem, amittat etiam legitimam.*

10 *Legi-*

10 *Legitima est quota successionis ab intestato.*
11 *Mater exclusa ob non petitum tutorem, hæreditas pupilli sequentibus in gradu defertur, etiamsi tutorem non petierint.*
12 *Quando incipiat currere annus sequenti in gradu.*
13 *Quid requiratur, ut mater, vel alius proximior in successione eximatur a pœnis juris.*
14 *Mater, quæ non petiit, curatorem dari ventri, æque punitur ac si non petiisset tutorem filio jam nato: declaratur numer. 15.*
16 *Verba, data opera, fraudem, & culpam important.*
17 *Quid probare debeat agens ad excludendam matrem.*
18 *Curator ventri dari debet, etiamsi datus fuerit tutor filiis jam natis.*
19 *Hujusmodi curatoris officium finitur nato posthumo.*
21 *Quando mater debeat petere curatorem ventri.*
22 *Quando mater non habeat integrum annum ad petendum tutorem filiis.*
23 *Mater potest esse tutrix suorum filiorum, & præfertur omnibus aliis legitimis & dativis exceptis testamentariis, & num. 42.*
24 *Minor 25. annis tutor esse non potest.*
25 *Quando mater excusetur, si tutorem filio non petierit.*
26 *Tutor etiam testamentarius administrationem suscipere non potest, nisi administratio illi decernatur a Judice.*
27 *Mater tenetur conficere inventarium, etiamsi a testatore inventarii confectio ei remissa fuerit.*
28 *Quando minor 25. annis, qui de facto tutelam suscepit, teneatur de administratione facta tempore minoris ætatis.*
29 *Tutela matris, & Aviæ non est necessaria, sed voluntaria.*
30 *Mater, & Avia existentes in mora suscipiendi tutelam per quatuor menses, videntur illam renunciasse, & Judex alium Tutorem constituere eo casu potest.*
31 *An, & quando mater, & Avia teneantur renunciare secundis nuptiis, & Vellejano.*
32 *Mater tutrix non tenetur nisi de dolo, non autem de negligentia.*
Mater tutrix non conficiens inventarium, non privatur legitima, & successione filiorum, si dolus absit, ibid.
33 *Mater non petens tutorem filio, non excluditur a legatis particularibus sibi factis, neque privatur substitutione fideicommissaria, aut vulgari.*
34 *In termino matri præfixo ad petendum tutorem filio, non computantur novem dies luctus.*
35 *An prædictus annus possit a Judice minui.*
36 *In quibus casibus mater excusetur a pœnis inflictis ob non petitum tutorem, & n.37.38.39.40.41.42.43. & 44.*
37 *An minores 25. annis a prædictis pœnis excusentur, & n.36.*
41 *Onus petendi tutorem injungitur matri, quando est locus dativæ tutelæ.*
43 *Quando tutor legitimus, vel Testamentarius privetur successione.*
45 *Quibus pœnis puniatur mater, si ad secundas nuptias transierit non petito filiis tutore.*
46 *Quando hæres substitutus admittatur ad hæreditatem ante mortem instituti.*
47 *Quibus casibus mater transiens ad secunda vota non teneatur filiis tutorem petere, & n.48.49.50.& 51.*
48 *Cui teneatur mater reddere rationem si administravit.*
52 *An Pater transiens ad secundas nuptias teneatur filio petere tutorem.*
53 *Mulier transiens ad secunda vota tenetur reservare filiis primi matrimonii quicquid ex facultatibus primi viri lucrativo titulo consequuta est, ac etiam bona quæsita ex successione liberorum ejusdem matrimonii, & n.55.& 56. limitatur n.57.68.70.71.73.78.79.80.81.82.& 83.*
54 *Lucrum hujusmodi inter filios primi matrimonii æqualiter distribuitur.*
56 *Quid si secundæ nuptiæ de facto, ac nulliter essent contractæ.*
58 *Quid si ex primo matrimonio superesset tantùm fœmina, quæ fuisset exclusa per masculos a successione Patris.*
59 *Et quid si filia renunciaverit bonis maternis, ac paternis.*
60 *Et quid si filia prioris matrimonii acceptaverit legatum factum a Patre cum onere plus non petendi.*
61 *Declaratur textus in auct. de non eligen. secund. nup. §. cum igitur, & n.72.*
62 *Quid si res a primo viro uxori relictæ fuerunt alienatæ, & consumptæ ab accipiente.*
63 *Quando mater teneatur cavere filiis.*
64 *An mater, quæ ad secundas nuptias minimè convolavit, alienare possit ea, quæ ex primo matrimonio consequuta fuit: & quid si non alienavit.*
65 *An dispositio l. fœminæ, Cod. de secund. nup. procedat etiam in Patre secundo nubente.*
66 *Quid si filii non extant, sed tantùm nepotes.*
67 *An maritus incurrat pœnas a jure civili impositas contra secundò nubentes intra annum luctus.*
68 *Mulier transiens ad secundas nuptias non tenetur filiis primi matrimonii reservare proprietatem legati sibi a marito relicti in remunerationem servitiorum.*
69 *Donatio remuneratoria titulum onerosum continet.*
70 *An mulier nobilis, vel juvenis si dotata fuerit a viro ignobili, vel sene, teneatur bona sibi in dotem data reservare filiis primi matrimonii.*
An talis dotatio, vel donatio valida sit, ibid.
71 *Pœnæ introductæ contra parentes ad secunda vota transeuntes, locum non habent deficientibus filiis ejusdem matrimonii.*
73 *Quid si filius hæredem matrem scripserit, vel illi aliquid reliquerit pro legitima, & n.75. & 77.*
74 *An, & quando mater consequi possit legitimam in bonis filii, qui in aliqua Religione professionem emisit.*
76 *Mater ob transitum ad secunda vota amittit legitimam, & ideò contra testamentum filii venire non potest.*
79 *Si filius vivens non est conquestus, matrem transivisse ad secundas nuptias, præsumitur prædictas pœnas remisisse.*
80 *Quid si filius tacitè, vel expressè consenserit secundis nuptiis matris, & quando præsumatur consensus.*
Si Pater filium exhæredavit, & postea cum illo cohabitet, & continuat, censetur exhæredationem revocasse, ibid.
An mulieres, vel minores excusentur, si errent in jure, ibidem.
81 *An mater excusetur a pœnis secundò nubentium, si nupserit de consensu mariti.*
82 *An parentes a prædictis pœnis excusentur, si secundas nuptias contrahunt ad utilitatem filiorum.*
83 *An mulier minor 25. annis excusetur a pœnis dict. leg. fœminæ.*
84 *Mulier transiens ad secunda vota non potest conjugi suo plus relinquere, quàm uni ex liberis primi matrimonii, cui minus concedit, & quod ultra relinquitur, inter liberos æqualiter dividitur: limitatur num. 87.89. & 91. declaratur d. num. 91.*
85 *An ad dictum lucrum admittantur filii a successione exclusi.*
86 *Favor filii præponderat etiam piæ causæ.*
88 *Quando locum habeat textus in leg. hac edictali, Cod. de Secund. nupt.*
89 *Quid si primus maritus consenserit, ut mulier nuberet.*
90 *An mulier, quæ transivit ad secundas nuptias, possit relinquere plus filiis secundi matrimonii, quàm primi, vel è contra, & n.93.*
An filia exclusa per statutum possit conqueri de inæquali relicto, & uti remedio d. l. hac edictali, ibid. n.90.
92 *An pater possit plus relinquere secundis filiis, quàm primis.*
94 *An prædictæ pœnæ hodie sint in usu.*
95 *Pœnæ inductæ propter festinantiam nubendi omnes sunt sublatæ: remanent tamen intacta jura, quæ ad favorem filiorum inducta sunt.*
96 *Quid si mulier intra annum luctus stuprum committat, seu luxuriosè vivat, & n.98.*
97 *Mulier inhonestè vivens amittit tutelam.*
99 *An mater, si intra annum luctus nubat, amittat vestes lugubres.*

CAPUT XXII.

Quibus casibus mater privetur successione filiorum.

§. I.

Quantum temporis detur matri, defuncto Patre ad petendum tutorem filiis, & quam pœnam incurrat, si tutorem illis non petierit.

B*Art. in l. 2. §. confestim, n. 2. ff. ad Senatusc. Tertull.* censuit, 1
quod defuncto Patre mater filiis suis impuberibus tutorem petere debet intra 40. dies: sed alii sentiunt, quod mater habet annum ad petendum tutorem filiis, *ita Bald. consil. 140. vol. 1. Corn. cons. 234. volum. 4. Abb. cons. 90. in fin. vol. 2. Capr. cons. 100. Paul. de Castr. in l. cum stipulatus, ff. de verb. oblig. & in cons. 147. vol. 1. Alex. in l. si decesserit, circa fin. ff. qui satisd. cog. & alii apud Gab. commun. concl. lib. 6. tit. de tutel. concl. 1. num. 35.*

num.35.& 81. Steph.Grat.discep.for.cap.72.n.13.19.& seq. ubi
2 addit, quod mater etiam ad petendum curatorem ventri habet annum ex æquitate, Cancer.var.resol par.1.c.7.de Tutor. num.53.& seq. ubi etiam dicit, quod anno elapso non admit-
3 titur purgatio moræ: quod etiam procedit, quando Pater civiliter tantùm moritur propter relegationem cum amissio-
4 ne Jurium, ut d. Merlin.in tract.de legit.lib.4.tit.2.q.5.numer.6. per tex.in leg.3. C.qui pet.tutor. & hæc est communis, & verior opinio per tex.in §.sed Quemadmodum Inst.de senatusc.Tertull.
5 & l.Sciant C.de legit.hered. ubi ad hoc annus præfigitur omnibus, qui ad successionem vocantur pupilli mortui, sive ab intestato, sive Jure substitutionis.

Annus autem hujusmodi est utilis; & ideò non currit, nisi a die scientiæ mortis naturalis, vel civilis Patris; quæ quidem scientia debet plenè, & concludenter probari, ità ut non sufficiant conjecturæ, Tiraq. de retr.lign. §.35.gl.4.nu.11. Caput aq.dec.116.n.4. Gravet.cons.197.n.14. Corn.cons.87.nu.2. & seq.lib.4. Gabr.de Tutel.concl.1.num.50.& alii apud Maresc. var.lib.1.cap.71. ubi etiam dicit, quod ad hunc effectum necessaria est scientia qualitatum, propter quas patria potestas amittitur.

6 Quare quemadmodum mater, & alii pupillo successuri, si intra annum pupillus moritur, ab ejus hæreditate non excluduntur, ut d. Ang.in d.§.sed quemadmodum, num.3. Bald.in l.Matres, vers.est & alius casus, C.ad Tertull. Merlin.de legit. lib.4.tit.2.q.5.numer.14.& alii communiter: ita si post annum
7 decedat, illique tutorem non petierint, cadunt a successione, per d.l.sciant: quod intellige, si pupillus moriatur in pupillari ætate, quia exceptio non petiti tutoris non excludit matrem ab hæreditate filii postea facti adulti, cum privatio successionis sit restricta tantum ad pupillarem ætatem, l. matres C.ad senatusc.Tertull. Unde si mater filio curatorem non
8 petiit, non privatur successione; quia tunc pubes potest illum petere, & non datur ei invito, ut post Franch. dec.167. n.2.not.Ciriac.contr.367.num.39.& seq.lib.2.

9 An vero Mater, si non petit tutorem, amittat etiam legitimam? Alii negant, quia non dicitur succedere qui in legitima succedit: Alii verò affirmant, quorum sententia verior est, quia quoties mater excluditur a successione, censetur etiam exclusa a legitima, cum legitima sit quota successionis
10 ab intestato, auct. novissima l.parentibus, & l.quæ nuper, C.de inoff.testam.ita tenet Bald.cons.140.vol.1. Barb.cons.67.col.antep.in fin. & seq.vol.3. prout eos refert, & sequitur Gabr. loco cit. n.15.& communem dicit Cancer.var.res.p.1.d.c.7.num.55. quod procedit etiamsi non transeat ad secundas nuptias, Merlin.de legit.lib.4.tit.2.q.5.num.5.

11 Observa tamen, quod matre exclusa ob non petitum tutorem, hæreditas pupilli sequentibus in gradu defertur, etiamsi tutorem non petierint; quia omnes illæ leges, quæ excludunt a successione propter tutorem non petitum, loquuntur in his, quorum prima, & proxima spes successionis est; secus in aliis, qui succedunt primis exclusis: isti enim possunt petere, si volunt, non tamen puniuntur, si non petierunt, leg.2.§.fin.ff ad Tertull.glos.& DD. in l. nepotibus, C.qui pet.tut.Bart.cons.215.n.3.vol.1.& in d.l.2.n.7.& 8.ff. qui per tut.& hanc esse magis communem dicit Gabr. d.libr.6.tit.
12 de Tutel.concl.1.n.9. nisi prior in gradu esset mortuus, vel ob negligentiam per sententiam fuerit exclusus, & hujusmodi sententiæ sequens in gradu notitiam habuerit; quia tunc incipit currere annus sequenti: Cancer. var.c.7.n.61.p.1. Surd. dec.48.n.11.& seq. Gab. loco cit.num.13.

13 Observa 2. quod ut mater, vel alius proximior in successione eximatur a periculo, & pœnis Juris, debet omnem curam adhibere, ut detur pupillo tutor cum effectu, idest quod datus satisdet, faciat inventarium, ac suscipiat administrationem, Bart.in leg.fin.§.personis, Cod.de administr.Tut. Corn. cons.132.col.ult.n.11.lib.2.& alii apud Grat.discep.for.c.219.n.1. & seq.idem tenuit Bald.in l.precibus, n.17.C.de Impuber.& aliis substit. ubi dicit, quod si mater petierit tutorem, & tutor deinde fuerit datus, nihil videtur egisse, si tutor postea non administravit.

14 Observa 3. quod mater, quæ non petiit curatorem dari ventri: æquè punitur, ac si non petiisset tutorem filio jam nato, leg.2.§.si mater, vers.quid si cum prægnans, ff.ad Senatusc. Tertull.Bart.cons.22 n.5. Bald.cons.432.lib.2.& alii apud Gratian.discep.for.c.72.num.5.

15 Hæc tamen intellige, quando mater scienter, & ex industria, ac data opera omisit tutorem, vel curatorem pete-
16 re, d.l.2.§.si mater, vers.non solum, hæc autem verba, data opera, fraudem, & culpam important, l.1.§.sciendum, ff.de magistr.conven.& ideò hæc qualitas fraudis esset probanda, ut d. Bart.in leg.1.ff. Ne quid in flum.publ. Ex quo inferunt
17 DD. quod agens ad excludendam matrem, non solum debet probare, filium impuberem esse mortuum, & tutorem non fuisse petitum, pupillumque supervixisse Patri post annum, ut dict.Alex.cons.185.numer.10.lib.6. Ossasc. decis.58.numer.8. sed probare etiam debet, matrem sua culpa non petiisse tutorem filio, ut illius hæreditate privetur, ut post Bursat.cons.8.numer.40.libr.1. observat Gratian. discep.forens. cap.668. num.1.

Addit idem Gratian.loco cit.num.6. quod quamvis esset da- 18
tus tutor filiis, qui jam erant nati, non tamen sufficeret ista tutela, si alius reperiretur in utero: nam illi etiam esset providendum, non de tutore, sed Curatore, juxta leg. inter bonorum, ff.de administr.Tutor. cujus curatoris officium 19
finitur nato posthumo, l.1.§.tamdiu, ff.de ventr.in poss.mit. Ang.in §.cum autem, in fin. Inst.de Tutel. & ideò tunc etiam mater habet annum ad petendum tutorem filio jam nato, juxta text. in dict.l.sciant, Cod.de legit.hæred. quia licèt mater 20
tunc teneatur petere curatorem, non tamen tenetur petere tutorem, Gratian.dict.cap.72.numer.14.ubi cit.Bald.in §. Impuberes, num.5.inst.de Attil.Tut. Tiraq.de Retr.lignag.gl.9. §.1.num.79.& alios.

Notandum tamen est, quod tunc mater debet petere cu- 21
ratorem ventri, quando creditores, vel successuri instant, vel adest aliqua justa causa petendi, puta ob æs alienum aut quid simile: l.1.§.quoties de Ventr.in poss.mit l.si quis instituatur §.Item si conditioni ff.de hæred.inst.

Observa 4. quod mater non haberet integrum annum 22
quando filius tempore mortis Patris habet tredecim annos, & unum mensem; tunc enim si decedat penultima die pupillaris ætatis, mater non excusatur, sed privatur hæreditate, ut d.Bald.cons.432.ad fin.lib.2. quem refert, & sequitur Grat. dict. cap.72. num.5.

Observa 5. quod mater potest esse tutrix suorum filiorum, 23
etiamsi aliæ fœminæ ab hoc munere excludantur: immò mater præfertur omnibus aliis legitimis, & dativis, exceptis testamentariis, juxta Auct.matri, & aviæ, C.quando mulier tutel. etiamsi debitrix esset filiis, secundum Bellon.de Potest.cor.quæ incontinen.fiunt &c. lib.1.c.109.n.2. Surd.de Alim.tit.4.q.13.numer.14. dummodo habeat ætatem 25. annorum completam, 24
l.fin.C.de legit.tut. ubi minor 25. annis tutor esse non potest, & dixit Rota dec.435.n.2.p.5.tom.2.Recen. & tunc non punitur, si 25
alium tutorem filio impuberi non petierit, dummodo administrationem suscipiat cum Judicis auctoritate, & Inventarium conficiat: aliàs non excusaretur, etiamsi data esset tutrix in testamento, l.2.§.si mater, ibi nec legitime tutelam administret, juncta gloss.ibidem ff.ad Tertull. Bart.cons.215.volum.1. Gabr.d.lib.6.tit.de tut.concl.1.n.23.& seq.quibus adde Surd.decis.48.n.6. Cancer.var.c.7.n.53.p.1. Honded.cons.51.n.35.& seq. lib.2. ubi dicit, quod tutor etiam testamentarius administra- 26
tionem suscipere non potest, nisi administratio illi decernatur a Judice, Gabr.commun concl.l.3.tit.de secund.nupt.concl.9. n.21.Cacher.dec.58.n.19. ubi addit, quod mater tenetur con- 27
ficere Inventarium, etiamsi a testatore Inventarii confectio ei remissa fuisset.

Notandum tamen est, quod si minor 25. annis, de facto 28
tutelam susceperit, & administraverit, tenebitur de administratione facta etiam tempore minoris ætatis, ubi dolum commiserit, vel factus fuerit locupletior, Aug. consil. 102. Boer.dec.104.num.8.& alii apud Cancer.var.par.1.cap.7. num.77.& 78.

Notandum 2. quod tutela matris, & Aviæ non est neces- 29
saria, prout aliæ tutelæ, sed voluntaria, cum ad illam volentes tantum admittantur; unde existentes in mora illam 30
suscipiendi per quatuor menses, videntur illam renunciasse ità, ut a Judice habente notitiam de mora Matris, seu Aviæ alius tutor constitui possit, ut latè probat Honded.cons.23.n.17. & seq.lib.2. ubi etiam dicit, quod si Mater, vel Avia non fue- 31
rit relicta tutrix in testamento, tenetur renunciare secundis nuptiis, & Vellejano, aliàs tutela redderetur nulla: verùm hæc renunciatio non est in usu, ut d.Bellon.loc.cit.n.4. Peregr. de jur.fisc.lib.3.tit.16.num.1.

Notandum 3. quod mater tutrix non tenetur, nisi de do- 32
lo, si probetur, non autem de negligentia, ut d. Alex.cons.62. n.9.in fin.vol.4.per tex.in l.si servus vetitus, ff.de l.1. ex quo inferunt DD. quod mater tutrix non conficiens inventarium, non privatur legitima, & successione filiorum, si dolus absit: sed contra eam proceditur, prout contra alios quoscunque administratores, arg. l.Aurelius §.Titius Testamento, ibi, præsumptio enim propter naturalem affectum facit, omnia Patri videri concessa, ff. de liberat. legat.ita Merlin.de legit. libr.4. tit.2.quæst.7.num.11.& seq. Menoch.de Arb.Judic.cas.209.numer.26.& 27.

Observa 6. quod mater non petens tutorem filio, non 33
propterea excluditur a legatis particularibus sibi factis, neque

priva-

privatur substitutione fideicommissaria, per quam succeditur testatori, non autem ipsi pupillo, *l.fin.§.si verò maritus, ff.qui pet.tut. & tradunt communiter DD.in d.leg.sciant,C.de legit.hæred.Gutier.de Tut.par.1.c.16.n.124. quem refert & sequitur Cancer.d.p.1.c.7.n.57.* Idemque dicendum est in substitutione vulgari, ex qua similiter succedit testatori, *Petr. de Ancharan.cons.440.col.2.in fin. Paris.cons.41.col.8. vol.2.& alii apud Gabr.d.tit.de tutel. concl.1.num.45. Grat.discept.for.c.219. num.14.& seq.*

34 Observa 7. quod in termino matri præfixo ad petendum tutorem filio non computantur novem dies luctus, *Roder. Suarez in l post rem judic.lim.9.numer.2.ff.de re jud.quem refert Grat.discep.for.c.403.num.26.*

35 Observa 8. quod annus prædictus potest minui per Judicem causa cognita, si viderit, pupilli multum interesse; & si intra terminum a Judice statutum mater non petierit tutelam sibi decerni, vel alium constitui, cadit ab hæreditate pupilli, ut *d. Bald.in l.matres, vers.tu non recedas, Cod.ad Tertull.*

36 In multis verò casibus mater excusatur a pœnis inflictis ob non petitum tutorem, videlicet si esset minor 25. annis, *l.fin. C.si adverf.delict. Bart.cons.30.lib.1. Bald.in l.matres n.1. C. ad Tertull.Grat.disc.for.c.72.nu.8. Merlin.de legit.lib.4.tit.2.qu.4. nu.28.& 31.* ubi dicit, quod annus prædictus ad petendum tutorem non currit matri, nisi a die, quo est effecta major: nisi fortè transierit ad secundas nuptias, quia tunc statim ac est effecta major, tenetur petere tutorem, nec in tali casu habet annum, secundùm *Cancer.var.p.1.c.7.n.53.Grat.decis.March. 177.n.7.& 8.* ubi excusat matrem, quæ tempore mortis mariti erat annorum 24. cùm dimidio, & non petiit tutorem, antequam excederet annum 25. cum hoc casu initium sit attendendum; quicquid dicat *Bald.in l.precibus n.17.vers.quid ergo, C. de Impub.& aliis subst. & alii quos refert Gratian. cap. 668. numer.4.*

37 An verò masculi minores 25. annis a prædicta pœna excusentur? affirmat *Grat. dict. decis.177.n.6.ubi alios refert.*

Notandum tamen est, quod si ex statuto major 20. annis habeatur pro majore 25. mater, & alii ad quos spectat, excedentes 20. debent petere tutorem intra annum quamvis secundum jus commune sint minores, aliàs privarentur successione, *Grat.dict.dec.177.nu.9.& seq.* ubi id intelligit, quando statutum est generale quoad omnia: secus si se restringat quoad certos actus.

38 Secundò excusatur, quando pupillus habet substitutum pupillariter, quia tunc in succedendo causæ talis substituti est prima, & potior, *Bart.in l.2.nu.8.& seq.ff.qui pet.tut.Bald. cons.317.vol.5.Ang.cons.118.in fin. & alii apud Gabr. dict.tit.de tut.concl.1.n.66.* Unde in tali casu substitutus tutorem petere debet, *Merlin.de legit.lib.4.tit.2. q.4.n.35.& q.5.n.9.* ubi etiam dicit, quod omissio facta a substituto, facit devolvere successionem matri, *Honded.cons.51.nu.15.& seq.lib.2.* ubi addit quod expressa pupillaris substitutio excludit matrem etiam a legitima.

Notandum est autem, quod si substitutus excludatur ob non petitum tutorem, tunc incipit currere tempus matri: cessat enim causa, propter quam excusabatur; quia matri omni tempore, quo filio esset tutor, imponitur necessitas, *Bart. in d l.2.in fin.* Unde punitur, si uno, vel pluribus remotis, rejectis alium non petierit, ut *in acti.§.sed quemadmodum, Inst. de Senatusc.Tertull.*

39 Tertiò excusatur, quando non stat per eam, putà si fuit impedita, *l.2.§.confestim.ff.ad Tertull.l.admone eam, Cod. qui pet.tut.Ang.in d.§.sed quemadmodum,in princ.Gabr.lib.6.tit.de tut.concl.1.n.60.& seq.Cancer.var.p.1.c.7.n.53.*ubi excusat matrem rusticam, quæ in loco non potuit consulere peritiores; & quod mater excusetur a prædicta pœna ex qualibet justa causa, dixit *Bursat.cons.8.n.40. lib.1. quem refert Grat. discep. for.c.668.nu.1.ubi num.7.* addit, quod si mater rectè administravit, non privatur successione filii etiamsi non petierit tutorem, & inventarium non confecerit, *Maresc. variar.lib.1. c.71.n.9.* ubi dicit, quod excusatetur mater, ubicunque dato tutore pupillus involveretur litibus, putà si multi sint creditores, qui velint ipsum convenire: tunc enim mater non petendo tutorem potius consulit pupillo, ut minus inquietetur, *l.3.§.tractari,vers.ergo etiam ff. ad Tertull.glos.in l.matres C. ad Tertull.*

40 Quartò excusatur, si filius haberet tutorem testamentarium; nam tunc non tenetur alium tutorem petere *auct.matri,& Aviæ, Cod.quan.mul.tut.&c. Grat.discep.for.c.72.nu.10. & cap.209.num.17. Afflict.dec.75.num.2.Gabr.dict.titul.de tut.*
41 *concl.1.num.70.& seq. Merlin.de legitim.lib.4.tit.2.quæst.5.numer.17.* ubi dicit, quod onus petendi tutorem injungitur matri, quando est locus dativæ tutelæ.

Adduntalii, quod mater similiter excusatur, quando pupillus habet tutorem legitimum, *Ita gloss. in d.l. matres C.ad* 42
Tertull. Alex.cons.185.numer.12.lib.6.& alii apud Gabr.lib.6. tit.de Tutel.concl.1.n.70. ubi dicit, quod nec mater, nec alius, ad quem spectat onus petendi tutorem, privatur successione, quando pupillus habet tutorem legitimum; contraria tamen sententia verior est, quia mater hodiè, si vult, præfertur omnibus tutoribus legitimis, & dativis, ut *in auct. matri & Aviæ, C.quand.mul.tut.* & ideò non excusatur propter legitimum, quia non est legitimis locus, nisi ipsa prius declaret se nolle, ita ut legitimus possit administrare, *l.2.§.si mater ff. ad Tertull.ita Bart.in l.2.§.quid si Pater n.2. ff. ad Senatusconf. Tertull.& in l.Matres,C.eod.tit.ad Tertull.& ibi Bald.num.1. Honded.cons.51.num.30.lib.2.* nisi fortè ex dispositione statuti legitimus excluderet matrem, quia tunc mater non teneretur alium tutorem petere, *Bald.cons.4.n.1.lib.2.Gabr.cons.27.n.11. libr.2. quos refert, & sequitur Grat.discep.for. cap.72.numer.10.* Idemque dicendum est, si legitimus auctoritate Judicis præferatur matri, & administret, *Bald.in dict.leg.matres,num.1. vers.secundus casus, Maresc.var.libr.1.cap.71.num.10. Merlin. de legit.d.lib.4.tit.2.q.5.n.18.* si verò legitimus vigore statuti excludens matrem non esset legitimæ ætatis, adhuc teneretur mater sub eisdem pœnis tutorem petere, quia interim est locus dativo, *Bald.in d.l.matres,num.5.* ubi id limitat si infra annum compleretur ætas legitima: *Paul.de Castr. consil.370. in fin.volum.1. Corn.cons.113.col.fin.vol.4.& alii apud Gabr.d.* 43
lib.6.tit. de Tutel.concl.1.num.65. ubi quod si ille, ad quem spectat successio, est etiam tutor testamentarius seu legitimus, privatur successione, si non administrat, aut alium dari non petit.

An verò matri imputandum sit, si non petiit tutorem testamentarium, vel legitimum cogi ad administrandum, & ad faciendum inventarium? Negat *Bart. in l.4. num.3. ff. qui per tut.* ubi dicit, quod hæc cura non videtur ei injuncta, *Grat.discep.for.cap.219.Honded.cons.51.num.30.lib.2.* ubi dicit, quod hujusmodi diligentiam tenetur solùm adhibere circa tutores, quos ita petit, non autem circa Testamentarios, vel legitimos, quamvis contrarium sentiat *Spec.in tit. de Tutor.§.nunc,n.10. Merlin. de legit.libr.4.tit.2.q.4.nu.10.per tex.in l.2. §.Idoneos cum §.seq. ff.ad Tertull.*

Quintò excusatur mater, si patre bannito tutelam infantis 44
non susceperit, etiamsi pater per bannum posset impunè offendi: nam hujusmodi Banniti regulariter non amittunt patriam potestatem, exceptis rebellibus, & transfugis, qui in hostes se convertunt; & ideò filio banniti non datur tutor, cùm solùm dandus sit ei, qui non est in potestate alterius, *leg. fin.in princ.C.de Curat.Furios.* sed datur curator, instar ejus, cujus, pater est apud hostes *l.muto, §.ei cujus, ff.de Tutor.Peregr.de jur. fisc.lib.3.tit.7.n.23. Rip.in l.ex facto, §.ex facto n.19. ff.ad Senatusc.Trebell.Sylv.in §.cùm autem,num.6. Inst.Quib. mod.jus patr.pot.solv. quos refert, & sequitur Grat.discept.for. cap.309.num.22.& seq.*

§. 2.

Quando mater transiens ad secunda vota privetur successione filii.

Communis est conclusio, quod si mater legitima libe- 45
rorum tutela suscepta ad secundas nuptias transierit, antequam eis alium tutorem petierit, illique quod debetur ex ratione tutelæ gestæ persolverit, si filius impubes moritur, non solùm privatur ejus successione, sive ab intestato sive jure substitutionis, jux. *l.omnem, C.ad Senatusc. Tertull.* sed etiam privatur omnibus legatis, & fideicommissis sibi a Patre pupilli relictis, ac donationibus causa mortis, *l.1. juncta auct.eisdem pœnis, ubi Bald.& alii C.de secund. nup.* ubi etiam, quod hujusmodi legata, seu donationes transeunt ad hæredes mariti, *Marian.Sen.cons.39.num.11.lib.1. quem refert Peregr.de jur.fisc.lib.3.tit.16.num.1.* ubi dicit, quod bona secundi mariti sunt tacitè hypothecata filiis usque ad integram rationum redditionem cum reliquorum restitutione: subdens, quod mater dotes suas exigere nequit, quia pupillus retinere potest uti sibi obligatas, *per tex. in l.pro offic. C.de admi. Tut. & auct.matri & aviæ C. quand.mul.tut.off. Fontanell. de pact. nuptial.clas.5.gl.8.p.11.num.8.& seq.* ubi decisum refert, quod mulier in tali casu amittit officium executricis testamenti viri, & educationem filiorum: *& num.23.* addit, quod si maritus uxorem instituerit hæredem ejus vita durante cum 46
hoc, quod viveret castè, & post mortem uxoris alium substituerit, uxor convolante ad secundas nuptias, admitteretur substitutus non expectata morte uxoris, *l.mulier.22.ff. ad Senatusc.Trebell.& l.si ita esset ff.Quand.dies leg. ced.* ubi fidei-

fideicommissum filio relictum sub conditione, si morte Patris sui juris effectus fuerit, debetur, etiamsi vivente patre per emancipationem factus sit sui Juris, *Afflict.decis.75.numer.5. Gabr.comm.concl.lib.3.tit.de secund.nupt.concl.9.nu.2.7.& seq. Cancer.var.par.1.cap.7.num.66.& seq.* etiam dicit, quod mater per transitum ad secunda vota, omninò a tutela repellitur ita, ut agnatis, & cognatis consentientibus, Judiceque approbante tutrix esse non possit, jux. *auct.sacramentum, Cod. quand.mul.tutel.* additque *Cancer.loco cit.cap.9.num.115.par.1.* quod filius dives non tenetur dotare matrem inopem transeuntem ad secundas nuptias, *per l.si vineæ, ubi etiam Bald. C.de Præscrip. long.temp.* Alimenta tamen ei præstare debet, si aliunde non habeat, *l.tutor.secundùm dignitatem, §.fin.ff.de administr.Tutor.idem Bald.in d.auct. eisdem num.8.C.de secun. nupt.Guid.Pap.dec.539.n.2.* ubi dicit, quod Judex non tenetur sequi voluntatem testatoris, si in casu secundarum nuptiarum matrem tutricem reliquerit: quia lex de ea amplius non confidit, *l.lex, quæ tutores, vers.lex enim C.de adm.Tutor.* contrarium tamen in hoc tenet *Feret.cons.312.n.4.& seq.Boer. dec.124.num.13.& dec.61.in fin. Mastrill.dec.73.num.4.& alii quos refert, & sequitur Ursil.ad Afflict.decis.281.numer.3.Gratian.discep.for.cap.668.num.14.Peregr.de jur.fisc.lib.3.tit.16.numer.1.vers.excusatur tamen &c. ubi cit.Philip.Franch.in c.exp. ex de appell.& alios* asserentes, matrem non amittere tutelam, ubi relicta esset tutrix, etiamsi ad secunda vota convolaverit.

Ego puto, id in arbitrio Judicis positum esse an debeat sequi voluntatem testatoris consideratis circumstantiis, quas ponderat, *Vulpian.in leg.1.ff.qui pupill.educ.deb.& ita sensit etiam Cancer.loco cit.numer.67.in fin.Ursil.ad Afflict.decis.281. num.3.* Concurrere verò debent copulativè petitio tutoris, reliquatus restitutio, ac redditio rationis: alioquin mater transiens ad secunda vota, etiamsi deficiat in una parte tantùm, non evitat pœnas, *Merlin.de legit.lib.4.tit.2.q.4.num.9. Peregr.de jur.fisc.lib.3.tit.16.num.1.* ubi *num.4.* addit, quod mater tutrix non conficiens inventarium bonorum filii sui pupilli, privatur ejus successione, *per doctrinam Bart.& gloss. in l.2.§.quod si pater ff.ad Tertull.& in l.3.col.2.ff.Qui.pet.tut. Fulgos.consil.52.Nevizan.cons.3.num.6.* unde etiamsi mater ità benè gesserit tutelam, ut in aliquo non remaneat debitrix, adhuc non evitaret pœnas, non quia non reddidit rationem, sed quia dimisit filium indefensum tutore non petito, ut *Bald.in l.omnem, num.11.Cod.Ad Tertull.* ratio enim finalis petendi tutorem fuit, nè pupillus remaneat indefensus, ut *d.idem Bald.in auct.eisdem pœnis, num.16.C.de secund. nupt.*

Amplia etiamsi mater ex secundo viro nullos liberos susceperit, adhuc enim excluderetur: quemadmodum nec post obitum secundi viri habilitaretur ad successionem filii defuncti, cui adhuc impuberi transiens ad secundas nuptias, non petiit tutorem, ut *post Ruin.cons.86.n.4.vol.5.& alios dixit Rot.dec.45.p.7 Recen.* idem esset, si viventibus filiis iterum effecta sit vidua per mortem secundi viri: non enim evitares pœnas secundarum nuptiarum, quia successio, quam semel amisit, non potest amplius reviviscere, ut *inquit Menoch.consil.278.à n.7.usque ad fin. quem refert, & sequitur Merlin.de legit.d.l.4.tit.2 q.2.n.17.* quamvis contrarium teneat *Ciriac.controv.367.n.45.& seq.lib.2.*

Amplia 2. etiam in matre luxuriosè vivente: tunc enim non solùm amittit tutelam filiorum, sed etiam in omnes pœnas incidit, ac si nupsisset non petito tutore, nec redditis rationibus, *secundùm Paul.de Castr.Garron.& alios apud Peregr. de jur.fisc.lib.3.tit.15.n.6.& tit.16.num.4.*

47 Notandum tamen est, quod mater transiens ad secunda vota solùm tenetur petere filio tutorem in casu, quo est locus dativo; & ideò si adsint legitimi, vel testamentarii Tutores, mater non tenetur alium tutorem petere, cùm in tali casu sit facta provisio ab homine, seu a lege; unde nec imputandum esset matri, si non curaverit, ut legitimi, vel testamentarii tutores administrent, sed sufficeret insinuare Judici, quod intendit ad secundas nuptias convolare, & renunciare tutelæ, si eam acceptaverit, ut per hujusmodi renunciationem aperiatur via legitimo tutori, *Bal.in l.precibus num.18.in fin.C.de impub.& aliis substit.Surd.cons.175.num.26. in fin.num.32.lib.2. quos refert, & sequitur Gratian.discep.for. cap.219.num.9.& seq.* ubi etiam dicit, quòd cum mater secundò nubens non possit esse tutrix, neque dari pupillo debet tutor, quem ipsa petierit, cùm eo casu lex de ea malè præsumat.

Idem dicendum, si filius alios habeat tutores, qui ejusdem filii curam gerant: tunc enim mater hanc pœnam non incurrit, etiamsi tutorem filio non petierit in sui locum: quia pœna privationis hæreditatis, & successionis filii non procedit, nisi ubi mater sola est tutrix, & relinquit filium sine aliquo, qui curæ bonorum illius incumbat, ut *post Dec.cons. 246.n.7.trad.Fontanell.de Pact.nup.claus.5.gl.8.p.11.n.11.* subdens, quod dictis tutoribus tenetur mater, si administravit
rationem reddere, *Bald.in auct.eisdem pœnis nu.2.C.de secund.* 48
nup. ubi dicit, quod pœnæ introductæ contra matrem ad secundas nuptias convolantem locum habent, quando tutelam gerit.

Alii etiam sunt casus, in quibus mater a prædictis pœ- 49
nis excusatur, videlicet, si alius petiit pro ea tutorem deputari, & ipsa ratum habuerit ante secundas nuptias, *latè Gabr.libr.3.tit.de secund.nupt.concl.9.num.40.Grat.discept.for. cap.668.numer.6.*

Secundò si nupserit post mortem filii impuberis, vel si fi- 50
lius decessisset pubes, *d.l.2.§.si mater vers.confestim, ff.ad Tertull.* etiamsi eo impubere tutorem non petierit, *l.matres C.de Tertull.Gabr.loc.cit.n.31.& 39.Merlin.d.lib.4.tit.2.q.4.n.34.* ubi dicit, quod mater filio puberi succedit, quia lex pœnalis loquitur de impubere.

Tertiò si non fuit ritè decreta tutrix, sed tantùm de facto 51
administravit: tunc enim non privatur successione filii impuberis si convolaverit ad secundas nuptias, non reddita ratione, nec petito tutore, *secundùm Bald.in l.cum oportet, §. fin.C.de bon.quæ liber.Cancer.p.1.c.7.n.59.* quia disposita in tutore non habent locum in eo, qui officium de facto, & minus legitime usurpavit, *l.fin.C.de interd.matr.* quamvis contrarium asserat *Merlin.de legit.lib.4.tit.2.q.4.n.16.& 31.Ciriac.controv. for.135.n.18.lib.1.post Bart.in l.2.§.quid si pater, n.2.ff ad Senatusc.Tertull.Peregr.de jur.fisc.lib.3.tit.16.num.1. vers.item excusaretur &c.*

Quarto excusatur mater, si de licentia mariti prædefuncti iterum nupsisset, vel si minor 25. annis de facto tutelam assumpsisset, quamvis etiam major facta postea nupsisset: ratio est quia minor 25. annis non potuit esse tutrix, *leg.fin.Cod. de interd.matr.* ideò lex pœnalis loquens de matre tutrice, non procedit in protutrice, *Bald.in c.ex partem extr.de Appell.& in auct.de eisdem, Cod.de secund.nupt.& in leg.omnem Cod.Ad Tertull.*

Addit *Peregrin. loco cit. numer.1.& 2.* quod si mater tutelam filiorum non suscepit, & nubit intra annum luctus, non repellitur a successione filiorum impuberum: sicut nec repelleretur a successione filiorum, qui facti sint puberes: quia lex pœnalis loquitur de impuberibus, ut *in dict.leg. omnem, C.ad Tertull.*

Notandum 2. quod si pater assumpta tutela filii emancipa- 52
ti transeat ad secundum matrimonium, non reddita ratione administrationis, nec petito tutore, non subjicitur prædictis pœnis; quia nulla lege cavetur, quod Pater desinet esse tutor per transitum ad secunda vota: & ideò non tenetur petere alium, cum habenti tutorem tutor dari non debeat, *ut rectè observat Bald.in auct.eisdem pœnis n.8.C.de Secund.nupt. Fontanell.de Pact.nupt.claus.5.gl.8.par.11.n.24.& seq.ubi citat Pinell.in l.fin.n.15.Cod.de bon.matern.Boer.decis.188.Gutier.de Tut.& Cur.par.1.c.9.a num.22.*

§. 3.

Ubi explicatur textus in *leg. fœminæ, Cod. de Secund. nupt.*

PRædictis addendum est, quod mulier transiens ad se- 53
cundas nuptias, etiamsi tutorem filio petierit, adhuc tenetur reservare filiis primi matrimonii quicquid ex facultatibus primi viri lucrativo titulo consequuta est, atque etiam bona quæsita ex successione liberorum ejusdem matrimonii, ita ut in hujusmodi bonis tantum habeat usumfructum, *leg. fœminæ, juncto, §.illud etiam, C.de secund.nupt.auct.hoc locum, Cod.si secund.nups.mul.* sive mulier transierit ad secunda vota
ante successionem, sive post successionem, *Afflict.decis.75.* 54
num.4.Castill.de usufr.cap.2.numer.15.ubi alios refert, Honded. cons.49.num.21.lib.1. quod quidem lucrum inter filios primi matrimonii æqualiter distribuitur, *auct.lucrum, Cod.eod.tit.*
videtur enim æquitati, ac rationi repugnare, ut bona la- 55
boribus prioris viri quæsita cedant in utilitatem vitrici, vel ejus filiorum, unde meritò reservantur aliis filiis primi matrimonii, *ut advertit Sarmient.selectar.interpretat.lib.1.cap.4. num.3.quem refert Castill.dict.tract.de usufr.c.2.numer.91.latè*
Burat.decis.82.num.1.& seq. ubi dicit, quod text. *in d.l.fœmi-* 56
næ, procedit etiam in dote lucrata vigore statuti Urbis, *Grat. discep.for.cap.862.num.4.& seq.* ubi etiam dicit, dispositionem dicti textus locum habere in jocalibus, & in omnibus donatis tempore sponsalium contemplatione talis matrimonii: nam ista omnia sunt conservanda filiis primarum

nup-

nuptiarum: quemadmodum ea, quæ donantur uxori con-
templatione viri acquiruntur marito, eique seu ejus hæredi-
bus soluto matrimonio restitui debent, *Bart. in leg. sed si plu-*
res, §. in arrogato, in fin. ff. de vulg. Lup. in rubr. de donat. int. vir.
& uxor. §. 45. per tot. Clar. in §. donatio q. 10. vers. sed nunquid
&c. & alii apud Surd. dec. 118. n. 4. & 5. ubi dicit hanc esse magis
communem, Put. dec. 4. lib. 3. ubi dicit, textum *in d. l. fœminæ*, ha-
bere, etiam locum, quando secundæ nuptiæ de facto, ac
nulliter essent contractæ.
57 Notandum est autem quod mater secundò nubens in bonis
paternis ab intestato succedit filio tantum in usufructu etiam
respectu legitimæ, cujus quoque proprietatem tenetur filiis
reservare; In bonis verò quæsitis per filium, succedit in to-
tum, scilicet in proprietate, & usufructu cum aliis fratri-
bus, *l. mater C. ad Tertull. §. hinc nos, in auct. de nupt. auct. ex te-*
stamento, ubi Bart. C. de Secund. nupt. Afflict. decis. 75. numer. 4.
Grat. discep. for. cap. 140. num. 1. & seq. Rot. dec. 177. par. 4. tom. 2.
in Recent. Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. q. 1. num. 5. & 6. ubi quod
bona a filio per mortem unius fratris, etiam de bonis pater-
nis acquisita, dicuntur propria ipsius filii, *latè Rot. decis. 80.*
num. 6. & seq. & decis. 271. n. 14. p. 6. in Recent. Ciriac. controv. for.
367. num. 42. & seq. ubi etiam dicit, id locum habere, etiamsi
ex primo matrimonio superest tantum filia, quæ fuisset ex-
58 clusa per masculos a successione Patris; idemque dicendum
59 est, si filia renunciaverit bonis maternis, ac paternis, nam
talis renunciatio non extenditur ad lucra, quæ in pœnam se-
cundarum nuptiarum ipsi filiæ debentur, *ut post Dec. consil.*
230. Gail. observ. 98. numer. 10. libr. 2. dixit Rot. decis. 45. par. 7.
Recent.
60 Addunt alii quod filia prioris matrimonii acceptando le-
gatum factum a Parente cum onere plus non petendi, potest
adhuc petere lucrum proveniens ex dispositione *d. l. fœminæ*,
etiamsi Pater adjecerit, quod si filia plus petierit legato pri-
vata eo ipso censeatur: quia ubi onus a jure rejicitur, perinde
est, ac si legatum esset simplex, *ita Castill. de usufr. cap. 2. nu. 58.*
ubi citat Bertrand. in l. hac edictali. vers. si vero plus n. 6. Cod. de
secund. nupt. Petr. Surd. cons. 45. n. 54. lib. 1.
61 Nec obstat tex. *in auct. de non eligen. secund. nub. §. cum igitur*,
ubi indistinctè mater succedit filiis in proprietate, & usufru-
ctu, licèt transeat ad secunda vota: quia dictus textus cor-
rectus fuit *per §. hinc nos, in Auct. de nupt. ut d. Merlin. de legit.*
lib. 4. tit. 2. q. 2. num. 6.
62 Notandum 2. quod si res a primo viro uxori relictæ, fue-
runt alienatæ, & consumptæ ab accipiente, tunc filii primi
matrimonii tenentur agere non contra hæredes consumentis,
sed contra hæredes alienantis, & ita contra hæredes mulieris,
Surd. dec. 99. n. 8. per tex. in l. generaliter, §. dominium autem, C.
de Secund. nupt.
63 Notandum 4. quod mater tenetur cavere filiis pro conser-
vatione dictæ proprietatis, *Ursil. ad Afflict. dec. 75. n. 19. Surd.*
dec. 279. n. 4. Cancer. var. p. 1. c. 9. n. 84. ubi dicit, quod ista cau-
tio debet esse cum fidejussoribus.
64 Notandum 5. quod si mulier ad secundas nuptias minimè
convolaverit, alienare poterit ea, quæ ex primo matrimo-
nio consequuta fuit; sed si non alienat, filii prioris matrimo-
nii hujusmodi bona mortua matre vindicare possunt, etiamsi
ejus hæreditatem repudiaverint, *l. hac edictali §. sin verò libero-*
rum, ubi sali. C. de secund. nupt.
65 An verò dispositio *d. l. fœminæ* procedat etiam in Patre se-
cundò nubente? Respon. affirmativè, *Bald. in dict. auct. lu-*
crum, C. de secund. nup. Castill. de usufr. cap. 2. num. 14. ubi dicit,
quod dispositum in uxore in hac materia habet locum etiam
in marito, *latè Burat. decis. 82. num. 2. & seq.* ubi, quod pœ-
næ secundò nubentium in filiorum favorem inductæ, sunt
communes utrisque parentibus, *Rota decis. 45. num. 2. par. 7.*
in Recent. & ita sentiunt etiam Decian. cons. 87. num. 3. Rol. consil.
95. numer. 9. lib. 1. & alii apud Grat. discep. for. cap. 862. numer. 6.
Put. decis. 4. lib. 3. Merlin. de legit. libr. 4. tit. 2. q. 1. numer. 2. Gabr.
comm. conclus. lib. 3. tit. de secund. nupt. concl. 3. num. 3. Unde Pater
per transitum ad secunda vota perdit proprietatem bonorum
maternorum, quam tenetur prioris matrimonii filiis reser-
vare, solo sibi usufructu retento, juxta *l. fin. Cod. de bon. mater.*
& est communis opinio teste Ciarlin. contr. for. libr. 1. cap. 86. nu. 5.
& seq. Fontanell. de Pact. nuptial. claus. 5. glos. 8. par. 11. num. 25.
quod procedit etiam respectu portionum, quas Pater per
mortem alicujus ex filiis acquisivit, *Rota decis. 177. part. 4.*
tom. 2. in Recent. Cephal. cons. 288. numer. 14. & seq. & alii apud
66 *Ferentil. ad Burat. dict. decis. 82. num. 15. & 16.* ubi addit, quod
pœnæ secundò nubentium inductæ fuerunt nedum favore fi-
liorum, sed totius posteritatis; & ideò non extantibus filiis,
nihilominus proprietas reservanda erit nepotibus superstiti-
bus, *Rot. coram Andr. dec. 51. num. 1. & seq. Castill. de usufr. c. 2.*
num. 11. & seq.

Pœnas verò contra secundò nubentes intra annum luctus 67
a jure civili impositas non incurrit maritus, etiamsi statim
nubat, *Gabr. d. tit. de secund. nupt. concl. 5. nu. 6. Merlin. loco cit.*
q. 6. num. 6. in fin.
Observa tamen, quod dispositio *dict. l. fœminæ*, non ha- 68
bet locum, quando res pervenit ex bonis mariti ad mulie-
rem vel è converso ex bonis mulieris ad maritum titulo one-
roso venditionis, permutationis, vel alio simili titulo,
Bald. in leg. fœminæ, numer. 1. Cod. de secund. nupt. Roman. con-
sil. 219. Bertrand. cons. 212. volum. 2. Menoch. consil. 155. à num. 6.
usque ad numer. 11. libr. 2. & alii apud Castill. de usufruct. cap. 2.
num. 31. & seq. ubi dicit, quod mulier transiens ad secundas
nuptias, non amittit legatum in remunerationem servi-
tiorum a marito sibi relictum, nec tenetur reservare ejus
proprietatem filiis prioris matrimonii, quia donatio remu- 69
neratoria titulum onerosum continere videtur, *ut notat*
etiam Gabr. commun. conclus. libr. 3. tit. de secund. nupt. concl. 4.
numer. 64.
Ex quo inferunt DD. quod si mulier nobilis, vel juvenis 70
dotata fuerit a viro ignobili, vel sene, non tenetur bona si-
bi in dotem data reservare filiis primi matrimonii, *Paul. de*
Castr. cons. 383. num. 1. libr. 2. Abb. cons. 73. numer. 3. libr. 2. Ruin.
cons. 130. num. 1. & 2. lib. 1. Rip. in l. fœminæ num. 44. C. de secund.
nupt. Jo: Lup. in Rub. de donat. int. vir. & uxor. §. 50. numer. 74.
Surd. cons. 471. num. 28. lib. 4. & alii apud Mantic. de Tac. lib. 11.
tit. 20. num. 24. & apud Fontanell. de Pact. nuptial. claus. 5. glos. 1.
par. 2. num. 85. & seq. ubi quod talis dotatio, seu donatio tam-
quam remuneratoria valida est ita, ut possit mulier hujusmo-
di dotem recuperare ex bonis vinculatis, si contigerit, quod
post mortem viri sine liberis factus fuerit locus fideicommis-
so, *ut latius prosequitur Grat. discep. for. c. 984. num. 1. & seq.* ubi
etiam dicit, quod in tali donatione non est necessaria confir-
matio per obitum viri.
Observa 2. quod pœnæ introductæ contra parentes ad se- 71
cunda vota transeuntes, locum non habent deficientibus fi-
liis ejusdem matrimonii, quorum favore introductæ fue-
runt, *ut post Cyn. in auct. sed etsi, Cod. de secund. nupt. Natt.*
cons. 519. num. 3. dixit Rot. decis. 680. part. 3. Recent. quibus adde
Alex. cons. 111. lib. 2. ubi dicit, quod in tali casu mulier non
amittit legatum sibi factum a viro; & ideò mater filio dece-
denti, nulla suscepta sobole, nulloque alio fratre superstite,
pleno jure succederet etiam in bonis paternis, juxta *d. leg. fœ-*
minæ, C. de secund. nupt. quæ lex in hoc non reperitur correcta 72
per dict. Auct. ex testamento C. eod. tit. ut tradit idem Alex. con-
sil. 63. lib. 5. ubi, quod tex. *in §. cum igitur in auct. de non eligen.*
secund. nuben. solum corrigitur per *§. hinc nos, in Auct. de nupt.*
quando tractatur de successione unius filii decedentis super-
stitibus aliis filiis ex eodem matrimonio; & ideò, quando
unicus tantum esset filius, de cujus successione tractaretur,
remanet incorrectus, textus *in d. §. cum igitur, & in d. l. fœmi-*
næ, ut sensit etiam Bart. in d. auct. ex testamento: & hanc ve-
riorem, & communem dicit Cevall. in spec. aur. opin. comm. con.
comm. quæst. 671. vers. sed contrariam &c. & ratio prædictæ
conclusionis est, quia filius decedens nullo alio fratre super-
stite, ac nullo condito testamento, in quo matrem hæredi-
tate privet, videtur remisisse injuriam sibi a matre illatam, ut
observat Alex. dict. cons. 63. num. 2. in fin. lib. 5. idemque dicen-
dum, si filius hæredem matrem scripserit, vel illi certam
rem reliquerit pro legitimo; tunc enim, si res fuerit mi- 73
nor legitima, agere poterit mater ad legitimæ supplemen-
tum: quia etiam in tali casu videtur remissa matri injuria
per filium, *latè Merlin. de legit. d. lib. 4. tit. 2. quæst. 2. numer. 2.*
& 12. cum seq.
Hinc emissa professione per filium in Religione etiam bo- 74
norum in communi capaci, statim a die emissæ professionis
debetur matri legitima non obstante transitu ad secunda vo-
ta; tum quia paria sunt ad hunc effectum, non extare libe-
ros, vel extare, sed non esse successibiles: tum etiam quia
pœnæ secundò nubentium censentur remissæ per mortem
filii tam naturalem, quàm civilem, *ut post Bart. in auct. ex te-*
stamento, C. de secund. nupt. Ruin. cons. 8. n. 28. & cons. 21. n. 2. lib. 3.
& alios tenuit Rota decis. 216. & 223. per tot. par. 5. rec. ubi etiam
resolvit, quod jus dandi de hujusmodi injuria non transit ad
hæredes, *Ferentill. ad Burat. decis. 461. num. 17. ubi alias Rotæ*
decisiones refert.
Secus esset, si ex circumstantiis colligeretur, quod filius 75
injuriam non remiserit, ut quia matrem præterit in testa-
mento, vel illi certum quod reliquit cum prohibitione, ne
plus petere possit, quia tunc mater contra testamentum filii 76
venire non potest, cùm ei legitima non debeatur ob transi-
tum ad secunda vota, *ut probatur ex d. §. Hinc nos, in auct. de*
nupt. ibi, si igitur legitimè filius &c. ubi mater in hoc casu ex-
traneo comparatur, *ita Alex. d. cons. 63. num. 2. in fin. lib. 5. latè*
Mer-

Merlin.d.lib.4.tit.2.q.2. per tot. ubi contrariam opinionem re-
probat, *Ciriac.contr.367.num.52.& seq.lib.2.* subdens, quod si
77 filius aliquid matri relinquat in testamento, & non dixerit,
quod sit eo contenta, locus erit similiter petitioni supplemen-
ti legitimæ, quia dispositio legis excludentis matrem a suc-
78 cessione filii, non habet locum, quando ipse relinquit ali-
quid matri etiam titulo legati, ut sensit etiam *Merlin.loco cit.
d.qu.2.num.12.*

79 Observa 3. quod si filius vivens non est conquestus, ma-
trem transivisse ad secundas nuptias, præsumitur prædictas
pœnas matri remisisse, *Castill.de usufruct.cap.2.num.124. Me-*
80 *noch.lib.3.præsumpt.25.numer.8.* quod multò magis procede-
ret, si filius expresè, vel tacitè consenserit secundis nuptiis
matris, secundùm *Ric.in collect.decis.338.1.part.8. Roman.sin-
gul.252. Bertr.cons.52.num.2.lib.2. Rol.cons.81.numer.10.libr.3.
Burs.cons.12.num.43.lib.1. & alios apud Grat. discep. for.c.140.
num.3.& seq. Ciriac.controv.for.137.numer.20.& seq.libr.1.* ubi
addunt, quod filii non restituuntur adversus consensum præ-
stitum matri, vel Patri, transeuntibus ad secunda vota, quia
esset restitutio ad consequendam pœnam, quæ non concedi-
tur, *Castill.de usufruct.cap.2.num.99.& seq.* ubi subdit, quod
consensus filiorum non colligitur ex eo, quod secundis nup-
tiis parentum fuerint præsentes, & nihil dixerint, quia præ-
sumitur, eos tacuisse propter metum reverentialem, *ut post
Bart.in l.quæ dotis, ff.sol.matrim. notat Afflict.decis.58.num.3.
Fontanell.de Pact.nupt.claus.5. glos.8.par.11.num.36.* nisi ultra
præsentiam positivus aliquis actus intervenerit, *Cravet.de an-
tiq.temp.part.1. §.viso de verbis &c.numer.23. Alciat. in rub. de
verb.oblig. num.7.* putà si familiariter cum patre vivant, &
cohabitent, *Roland.cons.81.num.18.libr.3. Menoch consil.115.
num.16. Paris cons.29.num.34.lib.3. Pancirol.cons.99. num.3. &
alii apud Gratian.discep.for.cap.140.numer.5. & seq.* ubi etiam
dicit, quod si Pater filium exhæredavit, & postea cum illo
cohabitet, & convivat, censetur exhæredationem revocas-
se; *Castill.d.cap.2.num.124.Ciriac.contr.135.num.15.lib.1.* Ego
tamen censeo, quod in tali casu requiratur consensus expres-
sus filiorum, quia agitur de præjudicio notabili, & de re-
nunciatione beneficii certi, & in jure scripti, *Surd.dec.110.*
ubi addit, quod consensus impuberis non sufficeret, nisi
consensus propinquorum, & auctoritas tutoris, ac justæ &
utiles causæ concurrant, *latè Castill. ubi supra numer.112.&
seq. Ciriac.contr.139.num.25.& seq.lib.1. Rot.dec.96.numer.12.
apud Pacif.de sal v.interd.& dec.51.num.9.& seq.coram Andr.*
ubi etiam resolvit, quod consensus filiorum ex taciturnita-
te, & cohabitatione induci non potest sine scientia, & certio-
ratione juris sibi quæsiti ex dispositione *d.l.fæminæ, idem dixit
Rot.coram Burat.decis.82.num.11.& seq. & decis.80.num.20.&
seq.par.6.Recent.* ubi, quod non sufficeret consensus impube-
ris etiam cum licentia tutoris, attento gravi ipsius impuberis
præjudicio.

81 Observa 3. quod similiter excusatur mater a pœnis se-
cundo nubentium, si nupserit de consensu mariti etiam ta-
cito, *Merlin.dict.lib.4.tit.2. quæst.4. num.32. & decisum refert
Fontanell.de Pact.nupt.claus.5.gl.8. par.11.num.37.* ubi dicit,
quod si uxor nubit secundò de consensu primi viri, putà si
primus vir uxori reliquerit legatum quoddam in casum se-
cundarum nuptiarum non tenetur uxor in tali casu hujus-
modi legatum filiis prioris matrimonii reservare, quia mari-
tus potest hanc pœnam remittere, *Gabr.libr.3.titul.de secund.
nupt.concl.6.num.2. & lib.6. tit.de tutel.concl.1.num.80. Castill.
d.cap.2.num.83.*

82 Addit *Ciarlin.contr.for.lib.1.c.86.n.17. & seq.* quod parentes
a prædictis pœnis excusantur, si secundas nuptias contrahant
ad utilitatem filiorum.

83 An verò mulier minor 25. annis transiens ad secundas nup-
tias excusetur a pœnis *d.l.fæminæ*? Affirmat *Boer.decis.185.
circa fin.quem refert, & sequitur Gabr.lib.3.comm.concl.in tit.de
secun.nupt.concl.1.n.50. Honded.cons.78.nu.127.lib.1.* ubi dicit,
quod tunc non privatur proprietate bonorum quæ a viro ac-
quisivit, cum nec in tali casu privetur successione, si non
petat tutorem filiis infra annum ut supra diximus, contrarium
tamen videtur verius: quia lex matri transeunti ad secundas
nuptias ademit proprietatem talium bonorum ex præsumpta
volontate relinquentis, cum desiderium parentum sit, ut bo-
na ad filios perveniant, unde præsumitur, maritum uxori
reliquisse ea spe, ut uxor eadem bona demum relinqueret
filiis, quæ quidem ratio militat in matre etiam minore, *leg.
scripto, ff.unde liber. Gabr.consil.156. numer.4. & 5. libr.1. Ber-
trand.consil.381.numer.3.libr.2.Gratian.discept.for.cap.862.nu-
mer.21. & seq.*

§. 4.

Ubi explicatur *text. in leg. hac edictali. Cod. de secund. nupt.*

JUre etiam cautum est, ut mulier transiens ad secunda vo- 84
ta non possit conjugi suo plus relinquere, vel alio modo
concedere, quàm uni ex liberis primi matrimonii, cui
minus concedit, & quod ultra relinquitur, inter liberos
æqualiter dividitur, *d.l.hac edictali, ubi Bart. & alii commu-
niter*: quem textum habere locum etiam in nepotibus, dicit
*Rip.in l.fæminæ, num.8.C.de secund.nupt. Cyn.in d.l.hac edicta-
li, in 6.q. & alii, quos refert, & sequitur Surd.dec.73. numer.10.
Cancer.var.lib.3.cap.2.num.197.* ubi, quod ad dictum lucrum
admittuntur filii etiam a successione exclusi renunciatione,
vel statuto (exceptis filiis incapacibus, quales sunt fratres
minores) quia tale lucrum non defertur jure successionis, sed
jure sanguinis, *Gabr.de secund.nupt. concl.4.* ubi, quod tex-
tus in d.l. procedit tam in muliere, quàm in viro, *Castill. de* 85
Usufr.cap.2.num.41. Thesaur.dec.170. ubi *num.25.* advertit,
quod provisio *dict. l.hac edictali*, censetur facta non solùm
odio secundi mariti, & matris convolantis ad secunda vo-
ta, sed etiam in favorem filiorum: unde non poterit conjux
alteri conjugi etiam ex causa alimentorum plus relinquere 86
contra dispositionem d.l. quia non est minori favore dignus
filius, quàm alimentorum causa, cum favor filii præpon-
deret etiam piæ causæ, *arg.cap.fin.17.q.4. & ita tenet Cravet.
cons.193.num.3. Gabr.comm.concl.lib.3.titul.de secund.nupt.con-
clus.4.num.50.* nisi fortè conjux, cui plus relinquitur ex cau- 87
sa alimentorum, esset pauper, & non habeat aliundè, quia
tunc illud non revocatur, *per d.l.hac edictali, ut d.Gregor.de-
cis.443. num.9. Surd.de alim.tit.9. q.9.num.16. & seq.* ubi etiam
dicit, quod legatum computatur in quartam in tali casu ino-
pi conjugi de jure debitam super bonis alterius conjugis locu-
pletis, juxta *auct.præterea, C.unde vir.& ux.*

Notandum tamen est, quod valet concessio facta a conju- 88
ge transeunte ad secunda vota, alteri conjugi in præjudi-
cium filiorum primi matrimonii usque ad tempus mortis
conjugis concedentis: quia post mortem tantummodo com-
petit provisio, *d.l.hac edictali, ut per Cyn. ibi in 1.quæst. quem
refert, & sequitur Gabr.in tit.de secund.nupt.concl.4.n.55.& alii
apud Castill.de usufr.c.2.num.41.*

Notandum 2. quod etiamsi primus maritus consenserit in 89
suo testamento, vel aliter, ut ipsa mulier nuberet, non ta-
men relinquere plus posset mulier vitrico, quam filiis primi
matrimonii: quia *l.hac edictali* licèt limitetur, quando filii
consenserunt matrimonio, tamen cum sit introducta in fa-
vorem filiorum, non operabitur contra eos Patris, & mariti
respectivè consensus, *ut censuit Senatus Pedemont. teste The-
saur.dec.170.num.29.vers.amplia Quinto, Merlin.in tr.de legit.
lib.4.tit.2.q.6.num.11.in fin.*

An verò melior, quæ transivit ad secundas nuptias, pos- 90
sit relinquere plus filiis secundi matrimonii, quàm primi?
Respondetur negativè, sed æqualiter sunt instituendi, juxta
text. *in §.fin. Auct. de Nupt. per quem text. ita tenent Odofred.
in d.l.hac edictali, col.1. ubi etiam Bertrand.numer.14. Cravet.
cons.30.in fin. Ruin.cons.112.lib.1. Corn.cons.82.num.3.lib.3. Hy-
pol.Riminal. cons.241.num.38. Boer.decis.201. col.5. Gabr.in tit.
de secund.nupt.concl.4.numer.44.& alii, quos recenset Thesaur.
decis.170. ubi dicit, hanc esse magis communem, Beltram. ad
Greg.dec.173. num.13.*

Hæc autem opinio procedit, quando sumus in dubio: 91
præsumitur enim mater decepta blanditiis secundi viri, si
plus relinquat filiis posterioris matrimonii, cum Patri in bo-
nis adventitiis filiorum quæratur usufructus, *§.2. Instit. per
quas personas nob. acquiritur, & notat Thesaur.ibidem num.27.*
secus esset, si cessaret hujusmodi præsumptio: quia tunc
valeret dispositio inæqualis, puta si secundus maritus jam
decesserit, vel si aliquis ex filiis secundi matrimonii, cui
plus relinquitur, studiis incumbat, vel alias prærogativas
habeat, ex quibus matri reddatur gratior, *ut colligitur ex d.
§.fin. & §.nec illud, Auct.de nupt. & tradunt DD. apud The-
saur.loco cit.num.26.30.& 32. Rot.coram Greg.d.decis.173.nu.2.
& 5. & decis.443.* ubi, quod non est prohibitum cessante
fraude, etiam vivente secundo viro, plus relinquere filiis
secundi matrimonii, quàm primi: & ita intelligendi sunt
DD. apud Gratian.discept.for. cap.219. numer.32. ubi, quod
mater relinquere potest filiis secundi viri quantum voluerit,
modò legitima filiorum primi matrimonii, non diminua-
tur, quemadmodum nec filii primi matrimonii uti possunt
beneficio *d.l.hac edictali*, si matris hæredes sint, & illius hæ-
reditatem acceptaverint. Item nec filia exclusa per statutum
pote-

poterit conqueri de inæquali relicto, & uti remedio, *d.l. Riminald. Jun. conf. 406. lib. 4. Gasp. Thesaur. in addit. ad dict. decis.* 170. ubi etiam dicit, posse matrem filium primi matrimonii, qui malè se gessit erga ipsam matrem, inæqualiter instituere.

92 Quæres, an Pater possit plus relinquere secundis filiis, quàm primis? Resp. affirmativè quia maritus non præsumitur decipi blanditiis, vel minis uxoris, sicut è contra, *ità Cyn. Jacob. But. & Bald. in d.l. hac edictali, Rol. cons. 62. n. 29. libr. 1. & alii apud Thesaur. d. dec. 170. num. 10. Fontanell. de Pact. nupt. claus. 5. gl. 8. p. 11. num. 24. & seq.*

Nec obstat text. *in d.l. hac edictali*, quæ loquitur tam de noverca, quàm de vitrico, quia cùm *d. lex* sit odiosa, strictè est interpretanda, *ut d. Bar. ibid. n. 19. Capr. cons. 82. n. 3. quos refert Thesaur. loco cit. n. 1.*

93 Quæres 2. an mater filiis primi matrimonii possit plus relinquere, quàm filiis secundi matrimonii? Resp. affirmativè quia remedium *d.l.* fuit introductum favore filiorum primi matrimonii, *Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. q. 3. num. 8.*

§. 5.

An prædictæ pœnæ hodie sint in usu?

94 Resp. affirmativè, *ita Papien. in forma libell. pro hæred. ab intestat. delat. ver. nullisque superstitibus num. 24. Cephal. cons. 123. num. 7. & 8. Gutier. pract. lib. 2. q. 45. num. 5. Jo: Franc. de Ponte. cons. 19. numer. 62. & seq. & alii apud Castill. de Usufr. cap. 2. num. 16.* ubi dicit, quod pœnæ concernentes favorem
95 filiorum hodie non sunt correctæ, *Afflict. decis. 75. num. 5. & 6.* ubi, quod omnes aliæ pœnæ non concernentes favorem liberorum sunt sublatæ, *Gabr. comm. concl. lib. 3. titul. de secund. nupt. concl. 5 & 6. Rot. coram Pan. dec. 166. Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. q. 6. num. 2. & seq.* ubi dicit, quod pœnæ inductæ propter festinantiam nubendi, omnes sunt sublatæ de jure canonico: remanent tamen intacta jura, quæ ad favorem filiorum inducta sunt, videlicet, *l. d. fœminæ, & dict. l. hac edictali. ut tradunt communiter DD. in c. fin. de Secund. nupt.* unde mulier secundò nubens intra annum luctus, pęnam infamiæ non incurrit, *c. cum secundum, eod. tit. latè Cevall. in Spec. opin. comm. qu. 743. Ciriac. contr. for. 135. libr. 1.* ubi dicit, quod mulier per transitum ad secunda vota non amitteret legata sibi facta a viro simpliciter nulla adjecta conditione non nubendi, etiamsi nuberet statim post mortem viri.

Observa tamen quod si vidua intra annum luctus stuprum
96 committat, non evitaret infamiam, neque alias pęnas de jure communi *in l. 1. C. de secund. nupt. & in aliis legibus* impositas contra nubentes intra annum luctus: unde in tali casu tam ipsa, quàm stuprator amitteret omnia sibi relicta a testatore, & ea fisco applicantur, *Bart. in l. his solis Cod. de Revoc. donat. Ricc. in Collect. decis. 3381. par. 8. Clar. qui communem dicit in §. stuprum vers. generaliter autem, Gabr. d. lib. 3. titul. de secund. nupt. concl. 8. & concl. 9. num. 15.* ubi, quod pęnæ statutæ contra secundò nubentes habent locum in his, quæ luxu-
97 riosè vivunt; unde mulier inhonestè vivens amitteret etiam tutelam, *jux. auct. sacramentum Q. Quando mul. tutel. offic. fung. pot. & auct. eisdem, C. de Secund. nupt. latè Castill. de usufr. c. 2. n. 78. & seq.* ubi addit, quod dispositio tex. *in d. l. fœminæ*, lo-
98 cum habet etiam in muliere luxuriosè vivente, *Peregr. de Jur. fisc. lib. 3. tit. 15. per tot.* ubi advertit, quod si vidua post annum luctus stuprum committat, non quidem incidit in pęnas *l. 1. & 2. C. de secund. nupt.* quia illæ leges ultra annum se non extendunt, incidit tamen in alias pęnas omnes quas binuba intra annum luctus patitur: item uti ab indigna fiscus aufert ei relicta per virum prædefunctum, *vide Corn. in l. fideicommissum, Cod. de fideicomm. Garron. in auct. eisdem numer. 19. Cod. de secund. nupt.*

Hæc tamen intelligenda sunt in vidua persistente in viduitate; secus si post matrimonium cum secundo viro contractum, adulterium committat: tunc enim non dicitur quoad primum virum stuprum commisisse, & ideò in nullas pęnas respectu primi viri incidit, prout nec adulter dicitur offendere priorem virum, *ut subdit idem Peregr. loco cit. d. tit. 15. n. 10. ubi citat Alvar. in c. 2. in tit. de feud. sine culp. non amit. Jacob. a S. Georg. in investitur. feud. in ver. dictique Vasalli.*

An verò vidua evitet hujusmodi pęnas in quas incidit per stuprum commissum, si postea nubat cum Amasio, vel alio? negat *Berous cons. 32. num. 36. & 37. in 2. & alii apud Peregr. loco cit. lib. 3. tit. 15. num. 9.*

99 Addunt alii, quod si mater intra annum luctus nubat, amittit vestes lugubres, easque restituere tenetur hæredibus viri, *ita Bald. cons. 478. vol. 5. Spin. de testam. gl. 14. nu. 107. Gasp. Thesaur. qq. forens. lib. 1. q. 28. in fin. & alii, quos refert, & sequitur Cancer. var. par. 1. c. 9. num. 64.*

S U M M A R I U M.

C A P U T XXIII.

An, & usque ad quod tempus officialis confirmari possit.

Resp. quod Officialis confirmari quidem potest in offi- 1
cio, sed non ultra biennium, officiales enim non debent esse perpetui, sed annales, aut biennales, *l. neminem, ubi Bart. C. de Susceptor. Præpos. & Arcar. lib. 10.*

Hæc tamen conclusio limitatur in locis, ubi adest con- 2
traria consuetudo: tunc enim potest officialis etiam ultra biennium confirmari, *ut dicit gl. communiter recepta, in dict. leg. neminem, ver. consuetudo*: cum enim consuetudo dare possit jurisdictionem, *leg. item, & ibi glos. in ver. vel perpetua, ff. Quod cujusque universit. nom.* multò magis poterit concessam prorogare, *Purpur. cons. 137. num. 3. Natt. cons. 58. num. 2. Surd. cons. 261. num. 14. & 15. lib. 2. Grat. discept. for. cap. 184. numer. 24. & 25.*

Limitatur 2. ubi adesset consensus omnium electorum 3
quia tunc etiam admittitur prorogatio ultra biennium, *§. fin. ubi Bart. in Auct. de Defensor. Civit. glos. in l. Divus, ver. continuet, ff. Ad municip. latè idem Gratian. loco cit. numer. 26. & seq. ubi citat Felin. in cap. cum omnes numer. 59. de Constit. Surd. consil. 262. num. 13. lib. 2.*

Limitatur 2. quando officia sunt parvi redditus, & modici 4
emolumenti, quia hoc etiam casu licitum est Officialibus per plura tempora in eis continuare, *gl. in l. 1. C. de muner. & honor. non continuan. lib. 10.* ità ut possint cogi ad officia iterum suscipiendum, si alii non inveniantur *l. honor. in fin. ff. de muner. & honor. Gratian. ubi supra, n. 43. & seq.* subdens, quod stante hujusmodi tenuitate permittitur, ut quis duplex officium eodem tempore exerceat, & in eadem Curia Actuarium, & judicem gerat.

Limitatur 4. quando successor adhuc non accepit posses- 5
sionem sui officii: tunc enim potest officialis, si sit Judex ordinarius, etiam post biennium suæ electionis continuare in officio usque ad adventum successoris juxta *leg. 1. §. administrationem, Cod. ut omn. Jud. tam civil. quàm milit. Guid. Pap. decis. 501. ubi Add.* quamvis secus esset in Judice delegato cum temporis præfinitione, *Bald. in leg. meminisse numer. 1. vers. extra quæro, ff. de offic. Proconf. Gratian. loco citat. numer. 46. & 47.*

Quæres an officialis finito officio possit conveniri in loco 6
officii? Resp. negativè, *Grat. disc. for. c. 184. n. 52.* ubi id limitat in his, quæ gessit ratione officii, vel si ibidem contraxisset, *l. 2. § legatis, vers. omnes. ff. de Judic.*

S U M M A R I U M.

C A P U T XXIV.

An, & quando creditor petens, vel recipiens partem debiti censeatur divisisse debitum.

Regula est, quod creditor plurium debitorum in soli- 1
dum obligatorum, si eos convenerit pro rata, vel ab eis receperit medietatem, seu partem debiti, videtur dividere inter eos illud debitum ità, ut amplius in solidum conveniri nequeant, sed tantùm pro eorum parte, *leg. si creditores, ubi Doctores, Cod. de Pact.* quod quidem procedit quatuor concurrentibus conditionibus: quarum prima est, ut creditor petat, vel recipiat partem sui debitoris tantùm, & non plus, vel minus, & tanquam partem sui debitoris: secunda ut petat, vel recipiat de sorte principali, & non de usuris: tertia, ut prætermissa fuerit protestatio, salvo jure solidi, *ità glos. in d. l. si creditores, ver. providebit: Afflict. decis. 142.*

cis.142. ubi etiam Ursill. Mantic. de Tacit. & ambig. convent. lib.15.tit.5. latè Grat.discept.for.cap.359.per tot. ubi *n.17.& 18.* observat, quod hujusmodi protestatio debet fieri in actu solutionis, aliàs si fieret postea, non juvaret: quarta est, ut omnes debitores pro parte conveniantur, nam si creditor unum tantùm conveniat pro parte, & alium in solidum, non videtur dividere, *Bart.in l.ex duobus num.12. ff.de duob.reis. Bald.in d.l.si creditores n.4. Ursill.ad Afflict.dec.142.* ubi etiam dicit, quod si unus tantum sit obligatus ad centum, & ab eo creditor petat tantùm quinquaginta, potest etiam postea petere alia quinquaginta, juxta *l.si quidam, C. de Transact.*

2 Ex quo infertur 1. quod non induceretur hujusmodi divisio, ubi creditor peteret, vel reciperet plus, vel minus, quàm sit portio virilis, vel si simpliciter recepisset sine commemoratione partis seu virilis portionis, *Bald. in dict. leg. si creditores, numer.4. latè Alex. consil.178.numer.12. libr.7.* ratio est quia quando creditor præcisè recipit medietatem, seu ratam crediti, censetur appensaté recipere dictam partem, & tacitè velle inducere divisionem: quando verò recipit plus, vel minus, quàm sit medietas seu portiò virilis, tunc creditor non intelligitur velle habere rationem ad quantitatem receptam, ex quo non est præcisa medietas, seu portio virilis, & consequenter non censetur voluisse inducere divisionem, *ut rectè notat Ludovic. decis. Lucen.21. numer.7.*

3 Infertur 2. quod divisio facta per receptionem fructuum census unius anni, non esset trahenda ad alios annos; sed intelligitur pro eo tempore, quo fuit facta solutio: nisi toties iterata sit, ut ad præscriptionem sufficiat; quia in tali casu non est divisa sors ipsa principalis, sed tantum fructus, *Alciat.in dict.leg.si creditores numer.15. Cod.de Pact. ubi etiam Petr.Stell. num.42. prout illos refert Grat.discept for.cap.359. num.13.& seq.*

4 Addunt alii quintam conditionem, videlicet quod ad inducendam divisionem requiritur etiam, quod alii correi sint solvendo pro eorum ratis, & portionibus: aliàs qui partem suam solvit, potest pro partibus aliorum conveniri; non enim verisimile est, quod creditor voluerit dividere jus suum, quando alii non sunt solvendo, *ità gloss. in dict.leg.si creditores, ver.providebit, Afflict.& Ursil.locis cit. Ludov. decis. Lucen.21.num.3.* Sed alii hanc conditionem, seu requisitum non admittunt, quia in hoc consistit utilitas hujus divisionis, ut illa prosit alio non existente solvendo, & hæc est communis, & verior opinio, *ut dicit Petr.Stell. in repet.d.l. si creditores, num.7.& 13. ubi etiam Purpur. num.34. Curt. Jun. n.10.& alii, quos refert, & sequitur Grat.d.c.359.num.21.& seq. & cap.565.num.21.*

5 Notandum tamen est, quod minores, eorumque Tutores, & alii administratores, & procuratores etiam cum libera, non possunt dividere debitum agendo pro rata, *Gratian.dict.cap.359.num.11.ubi citat Roncaga.in l.3.n.43. ff.de duob. reis. Petr.Stell. in d.l.si creditores num.56.*

SUMMARIUM.

1 *An Ecclesia sit capax emphyteusis, & n.5.*
2 *Quid si emphyteusis concessa fuerit cum clausula, & quibus dederit, & n.8.*
3 *Feudum, quod potest transire ad fœminas, transfertur in monialem, seu monasterium.*
4 *Quid operetur clausula ad habendum &c. & n.8.*
5 *Ecclesia, & fiscus succedens emphyteutæ tenetur rem emphyteuticam vendere infra annum: declaratur numer.10. & 13.*
6 *In dubio res præsumitur potius censualis, quàm emphyteutica.*
7 *Jus cogendi ad ponendum rem emphyteuticam extra manum mortuam, quanto tempore contra Ecclesiam præscribatur.*
9 *Personæ potentes quænam intelligantur.*
11 *Dominus directus intra biennium declarare debet, an velit, quod emphyteusis penes Ecclesiam remaneat.*
12 *Hujusmodi tempus quando currat, si emphyteusis perveniat ad monasterium ex persona Monachi.*
13 *Dominus directus an possit cogere Ecclesiam ad solvenda quindennia.*
14 *An prohibitus rem alienare in potentiorem, possit eidem potentiori locare.*

CAPUT XXV.

An Ecclesia succedere possit in bonis emphyteuticis.

CErtum est, quod Ecclesia est capax emphyteusis, quan- 1
do illa est perpetua, & transitoria ad quoscunque hæredes, & successores, *Bart.in repet.auct.ingressi num.37.Cod.de Sacros.Eccles. Burat.decis.694. Mantic. de Tacitis & ambig. conv.lib.22.tit.16.num.22.* ubi dicit, quod in hujusmodi emphyteusi, jure communi inspecto, succedere potest perpetuò, & irrevocabiliter monasterium capax bonorum, *latè Tiraq. de Retract.lignag.§.1.gl.7.n.21.* ubi, quod feudum concessum mihi, & successoribus meis, quibuscunque transit ad extraneos hæredes, & legatarios, qui impropie sunt hæredes, *Cravet.cons.256.n.8.vers.hic tamen videndum est &c. Alex.cons.10. n.11.lib.5.Genuens.in tract.de Eccles.quæst.87. & alii communiter.* Idem dicendum est, si emphyteusis concessa fuerit cum 2
clausula, & quibus dederit, per quam hæredes etiam extranei includuntur, *Curt.junct.cons.4. numer.4. & consil.109.numer.11. & consil.110.num.27. Menoch.consil.61. numer.3. libr.1. Calcan.consil.57. numer.11. Roland.consil.55.numer.33. & seq. libr.3. & alii apud Gratian.discept.forens.cap.481.numer.54. & seq.* ubi etiam dicit, quod talis emphyteusis transiret etiam ad fiscum.

Item feudum, quod potest transire ad fœminas, transfer- 3
tur in monialem, seu monasterium, quod in tali casu poterit præstare onera feudalia per substitutum, *ut post Innoc. Jo: Andr.& Anto.Butr.in cap.præsentia, de prob. atque ibi Alex.d. cons.10.num.7.& 8. Grat.loco cit.num.64.* ubi *numer 66.* addit, quod concedens ex facto proprio privatur commodo laudemiorum, si emphyteusis perpetuò remaneret apud monasterium; quia poterat scire & prævidere, quod per talem concessionem veniebat etiam monasterium & fiscus, *ut observat Bart.in dict.auct.ingressi, num.37. Rot.in Romana domus S. Eustachii 17. Februarii 1581. coram Lancelloto*, ubi, quod clau- 4
sula, *ad habendum, aut quicquid ei, & ejus hæredibus videbitur faciendum*, comprehendit etiam hæredes extraneos in materia emphyteusis Ecclesiæ, *ut refert Giovagn.consil.44. num.68. & seq.lib.2.*

Contrarium tamen servatur de consuetudine, secundùm 5
quam tenetur fiscus, & Ecclesia talem emphyteusim vendere infra annum, sive sit emphyteusis Ecclesiæ, sive privati, *ut d. Spec. in tit.de Emphyt. §.nunc aliqua, num.143. Alex.consil.120.num.4.lib.1. Genuens.loco cit.d.q.87.* & ad id cogi potest juris remediis opportunis, *Clar.in §.emphyteusis, qu.33. in fin. Marescot.lib.3.var.cap.3. num.17. Grat.discep.for. cap.481.nu-*
mer.67. Rota coram Aud.dec.6.num.1. constito tamen, quod 6
res sit emphyteutica, quia in dubio præsumitur potius censualis quàm emphyteutica, *Ruin.cons.42.num.6.& 7. & consil.16.num.5.& seq.lib.1. Dec.consil.138.num.5. & cons 146.numer.1. Afflict.decis.77.num.7.& seq.& decis.129. num.4. Alciat. cons.107.n.4.lib.5.& de Præsumpt.reg.2.præsump.3. Nat.cons.3. n.1.& 2. Paris.cons.23.n.9.& cons.84.n.12.lib.4. Bero.cons.49.n.7. & 8.lib.3.& alii apud Mantic.de Tacit.lib.22.tit.3.num.11. ubi plures Sac.Rot. Rom.decisiones refert, & ita etiam tenuit Rota coram Burat.decis.601.per tot.* ubi etiam resolvit, quod istud 7
jus cogendi ad ponendum rem emphyteuticam extra manum mortuam contra Ecclesiam non præscribitur nisi spatio 40. annorum *juxta auct.quas actiones, C. de Sacros.Eccles. cap. de quarta, ex.de Præscr.* atque ita consuetudo interpretata est adjectionem illam, *quibuscunque, & quibus dederit*, & alias simi- 8
les clausulas, ut intelligantur de personis habilibus secundùm subjectam materiam, *Dec.in c.in præsentia, n.150. de probat. Alex.in l.si patroni, n.15. ff. Ad Trebell.* non autem de per- 9
sonis potentibus, inter quas ad hunc effectum computatur Civitas. Universitas, Ecclesia, & alia loca pia, *Rot.coram Andr. dec.6.num.1. Maresc.d.lib.3.cap.3.num.14.& seq. Grat.d.c.481. num.67.& seq.*

Et hoc quidem procedit, Proprietario contradicente: 10
quia Proprietario volente non impeditur Ecclesia, vel monasterium retinere emphyteusim, *Menoch.consil.216. numer.43. Surd. cons.521. numer.10. Rot.in Romana cessionis bonorum 17. Maii 1619. coram Buratto, prout refert Beltramin. ad Gregor. dec.520.num.14.* & ideo intra biennium debet Dominus dire-
ctus declarare, an velit, quod emphyteusis penes Ecclesiam 11
remaneat, *§.1. Auct.de alienat. & emph.* quem textum intelligendum esse, quando directum dominium est alterius Ecclesiæ, dicit *Genuens. in tract de Eccles.q.95. Grat.discept.for. cap.481.num.69. Ferentill.ad Burat.d.dec.394.nu.11.* subdens, quod quando Emphyteusis pervenit ad monasterium ex persona Monachi, dictum tempus currit a die mortis naturalis, 12
non

non autem civilis, idest professionis ipsius Monachi, quamvis contrarium in hoc teneat *Genuens. loco cit. d. q. 95.* ubi dicit, biennium hujusmodi currere post emissam professionem.

13 Notandum est autem, quod quindennia ex conventione partium successerunt loco laudemiorum, *Rot. dec. 40. nu. 30. p. 7. Rec.* non potest tamen Dominus directus cogere Ecclesiam ad solvenda quindennia, quia ea de jure non debentur, *Andr. dec. 70. n. 1.* hæc enim competunt ex speciali privilegio, quo Summi Pontifices voluerunt prospicere indemnitati cameræ Apostolicæ quæ ratione unionum privabatur annatis sibi debitis in vacatione beneficiorum, & facultas ista percipiendi quindennia primum concessa fuit a fel. rec. S. Pio V. anno 1566. pro beneficiis in futurum uniendis: quamvis idem privilegium extendi etiam debeat ad jam unita ex rationis identitate, *ut resolvit Rota in Burgen. quindenniorum 27. Junii 1601. coram Card. Seraph. in impress. dec.* 1401. ubi etiam dictum fuit, quod hoc privilegium, licèt concessum fuerit Cameræ Apostolicæ ex rationis identitate extenditur etiam ad favorem aliarum personarum non expressarum simile jus habentium; quia sicut voluerunt Summi Pontifices præservare interesse cameræ Apostolicæ, ità etiam censendum est de interesse aliarum personarum, cùm Papa nunquam censeatur velle juri cujusquam derogare, *c. cum olim, de consuet. cap. 2. de Relig. dom. vide Paris. de Resign. benef. lib. 4. q. 10.* ubi dicit, quod cum beneficia unita collegio, seu capitulo non vacent amplius, ne fraudetur Cancellaria, introductus fuit Stylus, quod lapsis quindecim annis a tempore unionis solvatur denuò annata talis beneficii sic uniti, & appellantur quindennia, quia per decursum 15. annorum nova solutio fieri debet, *per constit. 8. Pauli II. incip. Decet, prout refert etiam Seraphin. dec.* 1410. *n.* 10.

14 An verò prohibitus rem alienare in personam potentiorem, possit eidem potentiori locare? affirmat *Caroc. de Locat. & conduct. tit. de Attentatis n. 3. vide quæ diximus in tract. de Regim. Eccl. Episc. lib. 5. cap. 16.*

S V M M A R I V M.

C A P U T X X V I.

Quodnam tempus præfixum sit proximiori Agnato ad revocandum feudum alienatum in agnatum remotiorem: vel in extraneum.

1 RESp. quod quando alienatio fit in agnatum remotiorem, tunc si proximior Agnatus taceat per annum, penitus excluditur ab ipso feudo; si verò alienatio facta sit in
2 extraneum, tunc requiritur cursus saltem 30. annorum: facilius enim præsumitur consensus inter conjunctos, quàm inter extraneos *ita tenet glos. communiter recepta in §. Titius filios, si de feud. defun. content. & c. Clar. in §. feudum, qu. 42. vers. sciar tamen, ubi cit. Alex. cons. 15. n. 10. lib. 5. Dec. cons. 395. in fin. Balb. de Præscr. in 4. p. princ. q. 12. n. 19. in fin. quibus adde Gabr. comm. conclus. lib. 3. tit. de Jur. Emphyt. conclus. 1. n. 10. & seq. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. nu. 9.*

3 Annus vero hujusmodi incipit currere a die scientiæ, *ut in d. §. Titius filios, in fin.* scientia verò debet esse certa, nec sufficeret præsumpta, *jux. glos. ab omnibus approbatam in §. prætereà, ver. regressum, Quib. mod. feud. amit. latè Gratian. disc. for. cap. 868. num. 21. & seq.* ubi dicit, quòd annus prædictus non currit contra absentem ex causa Reip. *Cacheran.*
4 *dec. 176. num. 2.* ubi, quod etiam a die scientiæ tempus annorum 30. incipit currere, quando facta est alienatio in penitus extraneum, *Tiraq. de retr. lignag. §. 1. glos. 10. n. 9.* ubi addit, quod Dominus etiam intrà 30. annos revocare potest alienationem feudi factam a Vassallo, *per textum in cap. 1. §. 1. de capit. Corrad.*

5 Notandum est autem, quod si proximior Agnatus in principio anni, vel intrà annum protestatus fuerit contrà possessorem feudi alienati, tunc ad excludendum proximiorem Agnatum requiritur etiam spatium 30. annorum quia in tali casu nulla negligentia imputari potest Agnato proximiori, *Antonell. de Tempore. Bero. cons. 106. n. 47. conjuncto n. 12. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. conv. lib. 12. tit. 32. n. 8.*

Sed quæres, qualiter intelligatur extraneus in hoc proposito? Resp. quod in hac materia extraneus censetur is, qui 6
non est ex comprehensis in investitura, etiamsi aliàs esset agnatus ipsius alienantis, *Clar. in d. §. feudum qu. 42. vers. aliquando & tertio &c.*

Quæres 2. quandiu duret actio, si statutum simpliciter 7
statuat, consanguineum posse rem venditam restituto pretio redimere? Resp. quod durat spatio 30. annorum *jux. l. sicut, & l. omnes C. de Præscr. 30. vel 40. ann.* quod verum est, si res vendita semper manserit in manibus emptoris; secus si ipse emptor alteri vendiderit; tunc enim hic secundus emptor, si possederit spatio 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, posset se tueri adversus retractus consanguineorum, *ut sensit Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 10. num. 11. per tex. in l. 1. & 2. C. si advers. cred.* item quamvis actio, quod me- 8
tus causa, duret 30. annis adversus eum qui metum incussit: tamen si res alteri fuerit vendita, ea actio decem, vel 20. annorum spatio extinguitur, *l. si vi, ubi DD. C. de iis, quæ vi, metusve caus. gesta sunt.*

S V M M A R I V M.

CAPUT XXVII.

Intra quod tempus descendentes primi Emphyteutæ, seu Vassalli admittantur ad petendam renovationem emphyteusis, vel feudi.

1 INdubitata est apud Doctores conclusio, quod finita em-
phyteusi, vel feudo, etiamsi Ecclesiasticum sit, sine cul-
pa ipsius emphyteutæ, vel vassalli, putà ob cursum temporis,
vel ob finitam generationem, possunt descendentes masculi,
sive fœminæ petere a Domino directo, ut emphyteusim, vel
feudum in eorum persona confirmet, seu renovet, nisi Do-
minus directus velit bona hujusmodi pro se retinere, l.con-
gruit,& l.prædia,C.de loc.præd.civil.Bart.in l.1.§.permittitur,
C.de Aq.quot.& æst. quem alii communiter sequuntur, Clar. in
§.emphyteusis,quæst.43.latè Rosenth.de feud.cap.7.concl.24.Ge-
nuens.in tr.de Eccl.q.54.Durand.decis.334.nu.3. Gabr.commun.
conclus.lib.3.tit.de jur.emphyt.conclus.1.nu.16.vers.contrarium
2 &c. ubi n.27. addit, quod proximior intelligitur qui est ma-
gis propinquus ei, in cujus persona est finita generatio, non
autem respectu primi investiti, Rota in Ferrarien. bonorum,
28.Aprilis, 1617.coram Pamphilio, quam refert Ciriac. post
3 contr.205.lib.2. ubi, quod renovatio hujusmodi fieri debet
non tantum descendentibus, sed etiam transversalibus pro-
4 ximioribus, & si adsint plures proximiores in eodem gradu,
omnibus est facienda dicta renovatio, ita ut non possit Do-
minus directus gratificari cui voluerit, latè Marescot. var.
lib.1.c.3.per tot. ubi etiam dicit, quod in tali casu proximior
per repræsentationem non excluditur, etiamsi adesset alter
verus proximior, & sic frater, & nepos simul admittuntur,
Rot.dec.107.nu.9.& seq par.4.to.2.in recent. ubi, quod finita
5 emphyteusi, vel aperto feudo, & ad Dominum reverso,
licet Dominus teneatur renovare agnatis proximioribus de-
functi, potest tamen Dominus agnatis masculis fœminam
filiam illius, in quo fecerit feudum, vel emphyteusim, præ-
ferre, juxta c.1.Quemadm.feud.ad fil.pert. etiamsi fœmina
6 aliàs non succedat in feudo, cap.1. de success.feud. Maresc.
var.d.lib.1.cap.3.num.4.& seq. ubi addit, quod licèt ex teno-
re prioris investituræ masculi tantùm vocentur, nihilomi-
nus Ecclesia, sive alius Dominus tenetur proximioribus
fœminis renovare; quamvis enim renovatio fieri debeat
cum eisdem pactis, cum quibus facta fuerat prior investitu-
ta, hoc tamen procedit quoad pacta ponenda in investitura
renovata, quæ debent esse conformia pactis prioris investi-
turæ, non autem quoad qualitatem personarum, quibus fit
renovatio, Rot.dec.198.p.2. Divers.& in una Civitatis Ca-
stelli bonorum emphyteuticorum 20.Junii 1586. coram Platto,
quam refert Giovagn.cons.44.n.117.& seq.l.2. ubi etiam dicit,
quod renovatio emphyteusis pluribus in proximiori gradu
existentibus, æqualiter facienda est, etiamsi ex tenore prio-
ris investituræ unus tantùm vocetur, Burg.de laudem.p.2.in-
7 sp.46.n.5.Gab.d.tit.de Jur.Emphyt.concl.1.nu.1. ubi quod De-
scendentes, vel proximiores non impetrantes appellare pos-
sunt ad superiorem, ut cogat dominum ad talem renova-
tionem faciendam.
8 Et hoc quidem procedit in emphyteusi ex pacto, & pro-
videntia: hoc enim casu renovatio est facienda proximiori-
9 bus agnatis, etiamsi non sint hæredes, secus quando em-
phyteusis est hæreditaria: tunc enim hæredi competit hoc
jus petendi renovationem, ut post Rip.in l.1.n.8.ff.de Privil.
cred.Dec.cons.78.n.3.& seq.Bero.cons.103.lib.1.dixit Rota decis.
60.n.7.p.5.to.1.& latius dec.74.p.6.in recent. Maresc.var.lib.1.
cap.3.nu.26.
10 Limita, quando Dominus, vel Ecclesia vellet pro se reti-
nere, vel quando sequeretur magnum damnum Domini,
vel Ecclesiæ ex hujusmodi renovatione, Rot.in d.Ferrarien.
bonorum coram Pamphilio.Veral.dec.304.p.1.Maresc.d.lib.1.c.
3.nu.11.& seq. ubi dicit, quod potest Ecclesia pro se retine-
re, etiamsi res esset solita renovari, nisi in specie probetur
consuetudo, quod pro se non possit retinere de quo latè Ge-
nuens.in tract.de Eccles.q.78.Mantic.dec.10.per tot. ubi etiam
dicit, quod non valet pactum, ut post finitam generatio-
nem Ecclesia teneatur emphyteusim proximioribus renova-
re, quia tale pactum censetur alienatio, & concessio perpe-
11 tua, quæ in Ecclesiis est prohibita, Gratian.disc.for.c.934.
nu.1.& seq. ubi etiam dicit quod quando Dominus vult pro
se retinere, tenetur hæredibus emphyteutæ reficere melio-
ramenta, quæ debentur hæredibus etiam extraneis, quan-
do emphyteusis finitur absque culpa emphyteutæ, Pen. de-
12 cis.675. ubi quòd in tali renovatione non sunt servandæ so-
lemnitates requisitæ in alienatione rerum Ecclesiæ: istæ enim
locum non habent in rebus solitis concedi, latè Ricc.in Prax.
quotid.rer.tom.1.res.69.Clar. in §.emphyteusis, quæst.28. vers.
Aut verò erat solita concedi &c. & q.45. ubi etiam dicit, quod 13
non potest Prælatus in hujusmodi renovatione alterare for-
mam, secundùm quam res ipsa solita est in emphyteusim
concedi: aliàs vitiatur concessio, saltem quatenus forma
solita excessa est, Duran.dec.431. ubi etiam, quod Ecclesia 14
investiens extraneum censetur nolle pro se retinere, & hanc
sententiam ultra relatos tenuit Abb.in c.bonæ, 2.nu.28. de Po-
stul.Prælat.Jas.cons.24. vol.3. Cur.sen.cons.48. Roman.cons.22.
nu.5.Ancb.cons.133.Zas.cons.8.vol.2.Gozad.cons.39. Ruin.cons.
151.152.& 155.vol.1.Calcan.cons.8.num.45.& alii apud Gabr.
lib.3.tit.de Jur.Emphyt.concl.1.nu.14. quia finitum feudum li-
bere redit ad Dominum, & utile dominium cum directo
consolidatur, ac ea conditione, & animo prima concessio
facta intelligitur, ut feudo finito, ad Dominum res feuda-
les liberè redeant, ut latè probat Rosent.in tract.de feud.c.7.
concl.24.n.17.& seq. quod præsertim procederet, quando em-
phyteuta recepisset in emphyteusim feudum sertilem, quia
tunc æquitas esset pro Domino, cui finita emphyteusi per-
mittendum est, ut gaudere possit fructibus rei suæ, Rip. de
Pest.tit.de remed.præserv.nu.263.quem refert, & sequitur Ge-
nuens.in tr.de Eccl.q.78. ubi dicit, quod licèt æquum sit agna-
tos investire, multo tamen æquius est, ut Dominus possit
pro se retinere: quamvis contrarium teneat Dec. cons.131.
quem refert Ceph.cons.173.n.17. ubi dicit, quod Dominus, ad
quem feudum revertitur, non absque injuria potest agnato
proximiori denegare investituram, etiamsi vellet pro se re-
tinere, & ita sentiunt alii apud Gabr. loc.cit.d.concl.1.n.15. &
apud Rosenth.d.c.7.concl.24.nu.18.

Alia etiam ratio ad hanc sequendam sententiam me mo-
vet, quia sicut Dominus directus non posset agnatos non
comprehensos in investitura cogere ad eam accipiendam,
pariter & ipse non debet cogi ad renovandum, quando vult
pro se retinere, ut æqualitas servetur, prout rectè advertit
Benintend.dec.19. ubi etiam resolvit, quod in conflictu opi-
nionum illa magis est amplectenda, quæ favet Ecclesiæ, arg.
c.fin.de sent.& re jud.l.si pars judicantium ff.de inoff. testam.la-
tè Genuen.de Eccl.d.q.78.

Ad hujusmodi verò renovationem petendam descenden- 15
tibus, ac proximioribus agnatis datur annus a die, quo sci-
verint, emphyteusim esse finitam, quo elapso ulterius non
audiuntur cap.1. Quo temp.mil.invest.&c. Mantic.de tacit.lib.
22.tit.32.nu.5.& 6.& communem dicit Clar. in §.emphyteusis,
& qu.43. vers.quinimò &c. & hanc esse magis communem te-
statur Marescot.var.d.lib.1.cap.3.num.16.& seq. ubi etiam di-
cit, quod cùm agatur de amissione juris, hæc scientia de-
bet plenè & concludenter probari cum suis qualitatibus, &
sic quod agnati sciverint, emphyteusim fuisse reversam ob
lineam finitam, Seraphin.dec.630.n.1. Rot.in dicta ferrarien.
bonorum coram Phamphilio, Ricc.in Prax.tom.1.res.79. ubi
dicit, quod quando renovatio non est petita intra annum,
non potest fieri sine assensu Apostolico, quia tunc Agnati
amiserunt omne jus.

Idem dicendum in pacto de renovando emphyteusim; 16
nam jus personale, quod est acquisitum ex tali pacto, anno
tantùm durat, Rom.cons.22.nu.6.Soc.junct.cons.9.n.12.in fin.
lib.3.& alii apud Mantic.de Tacit.lib.22.tit.23.n.4.ubi de ma-
gis communi.

Observa tamen, quod pactum de renovando extinguitur 17
per primam renovationem, nisi ex instrumento aliud colli-
gatur, veluti si verba in eo apposita haberent tractum suc- 18
cessivum, quia tunc dispositio intelligitur non solùm de
primo actu, sed etiam de omnibus aliis subsequentibus,
Mantic loc.cit.tit.23.n.19.ubi refert, ita Rotam Rom resolvis-
se in Cæsenaten.bonorum emphyt.9.Decemb.1588. coram Rub.
Tiraq.de retract.lign.§ 8.glos.7.n.5.

Observa 2. quod si descendentibus hujusmodi nulla ne- 19
gligentia possit imputari, veluti si principio anni vel intra
annum perquisiverunt Dominum, protestantes, quod per
ipsos non stat, quominus accipiant investituram, tunc ad
eos excludendum requiritur spatium 30. annorum, Bero.
cons.106.n.12.& 47.lib.1.Mantic.d.lib.22.tit.32.num.8.Ursell.
conclus.116.in ver.annus,n.31.vers.declara tamen.

Observa 3. quod si post finitam generationem extraneus 20
fuit de ipsa emphyteusi investitus, descendentes primi em-
phyteutæ amplius non audiuntur: quia tunc illi tertio est jus
quæsitum; & ideò descendentes sibi imputare debent, si
non prævenerunt, Alex.cons.10.num.12.vol.3.Clar.qui com-
mun.dicit in § emphyt.q.43.vers.sed pone,ubi citat Roman.cons.
70.post nu.3.Gozadin.cons.71.nu.1.& ita etiam tenent alii apud
Gabr.commun.concl.lib.3.tit.de jur. Emph.concl.1.num.20.Ge-
nuens.in tr.de Eccl.q.115.

Hoc tamen procedit quando emphyteusis concessa fuit 21
ex-

22 extraneo post annum; secus si intra annum a die scientiæ
extraneo facta fuerit investitura : hoc enim casu proximiores habent 30. annos ad petendam renovationem *Duran.dec. 431.nu.3.Rota in d.Ferrarien.bonorum* 28. *Aprilis* 1617. *coram Pamphilio, & in Brixien.feudi 23.Januarii* 1595. *coram Bub. quam refert Ursel.loco cit. Marescot.d.lib.1.cap.3.n.23.& seq. ubi dicit, hanc esse veriorem, & communiorem, Seraphin. decis.610.n.8.*

23 Addit *Gratian.disc.for.cap.758.nu.6.* quod etiamsi emphyteusis concessa sit extraneo post annum, talis facultas revocandi durat etiam spatio 30. annorum, *& ita sensit etiam Tiraq.de Retract.lignag.§.1.gl.10.n.9.Jas.cons.7.in fin.lib.3.& alii apud Seraphin.d.dec.630.n.1.*

24 Observa 4. quod renovatio peti potest, quando emphyteusis revertitur ad Dominum; secus si transiret in alium putà si præcesserit alienatio valida inter vivos, vel in ultima voluntate, *ut post Ruin.cons.45.nu.20.vol.1.declarat.Gabr.d.tit. de jur.Emphit.concl.1.n.26.*

25 Observa 5. quod si filia exclusa sit per statutum stantibus masculis, non poterit petere renovationem, etiamsi posteà masculi deficiant. *Ruin.cons.15.col.fin.vol.1.quem refert, & sequitur Gabr.ubi sup.n.25.*

26 Observa 7. quod renovatio hujusmodi si proximiores non
petant renovationem intrà annum, debet fieri sequentibus,
qui petunt, *Rot. in dicta ferrarien. bonorum coram Pamphilio*, ubi etiam, quod proximior cedere non potest jura sua
27 extraneo vel remotiori agnato in præjudicium alterius proximioris.

28 Observa 8. quod quando Emphyteusis devolvitur ad Dominum directum culpa investiti, putà ob canonem non
solutum, cessat tunc æquitas investiendi proximiores agnatos, *Veral.dec.304.p.1.Pen.dec.675.n.7.&* 12. Hinc fit, ut si
emphyteutæ concessa fuerit facultas alium nominandi, &
is nominaverit incapacem, non teneretur Dominus dire-
29 ctus proximiorem investire, etiam si nollet pro se retinere, *ut post Jas.in l.2.num.12.C.de jur.emphit. Rom.cons.112.in fin.Paris.cons.101.num.132.lib.1.Socin.sen.cons.167.nu.13.lib.1. Gozzad.cons.76.num.16.& alios dixit Rota coram Duran.dec.*
30 251. *per tot.* ubi etiam dicit, quod illegitimus est incapax
emphyteusis ecclesiæ tam de jure communi, quàm ex constitutione S. Pii V.

31 Observa 9. quod renovatio non debetur potentioribus, quantumvis proximioribus, putà si tales in loco ubi sita est emphyteusis, jurisdictionem exerceant, *l.fin.§.si autem duorum, C.de jur.emphyt.Greg.decis.529.num.5.Duran.decis.334. num.5.& seq.*

32 Observa 10. quod renovatio hujusmodi ab ecclesia proximioribus agnatis fieri debet etiamsi concessio præcedens declarata fuerit nulla, & invalida ob defectum solemnitatum; quia sufficit, quod habuerit statum implicitum validitatis, cum de jure communi concessio in evidentem ecclesiæ utilitatem etiam absque solemnitatibus valeat *juxta cap.fine exceptione 12.q.2. Dec.in cap.quæ in ecclesiarum nu.28. & seq. de Constit.* ubi dicit, quod in foro conscientiæ in quo veritas attenditur, valet in tali casu contractus, licèt solemnitas non intervenerit, *Marescot. var.lib.1.cap.3.num.9. ubi refert, ita resolvisse Rot. in Romana relocationis domus 3.Jul.*1595. *& in Romana Domus 2. Decembris* 1588. *coram Bubalo.*

33 Observa 11. quod Ecclesia, vel Dominus tenetur renovare secundùm qualitates pristinæ concessionis, *ut sentiunt communiter DD.teste Alciat.cons.27.n.4.lib.1.to.1.* quod intellige, dummodo ab extraneo majus pretium non offeratur, quia tunc renovatio facienda est agnato proximiori cum eadem conditione & pretio, quod extraneus offert, *Rip.in l.1. ff.de Privil.cred.quem refert, & sequitur Gabr. commun.concl. lib.3.de jur.emphit.concl.1.n.28.* nisi res esset redacta ad culturam ab antecessoribus, quia tunc pro pretio antiquo agnatus est præferendus etiamsi ab extraneo majus offeratur, *Bart. in l.quicunque n.2.C.de Omn.Agr.deser.lib.11.Cæs.de Grass.dec. 4.n.10.& dec.5.n.1.de reb.Eccles.non alien. & alii apud Marescot.var.lib.1.cap.3.n.24.* ubi subdit, quod si ecclesia offerat melioramenta, Agnatus eo casu non præfertur, nisi pro pretio, quod ab extraneo reperitur.

S U M M A R I U M.

1 *Quid, & intra quod tempus teneatur præstare Vassallus defuncto Domino, & n.4.*
2 *Et quid teneatur præstare hæres Vassalli, si Domino superstite vassallus moriatur, & n.4.*
3 *Et quid, si vassallus sit miles.*
5 *An emphyteuta teneatur investituram petere.*
Antonell. de Tempore.
6 *An tempus ad petendam investituram currat contra ignorantem, vel habentem capitales inimicitias, vel absentem causa Reip. vel contra impuberem, & n.13.*
7 *Latior fieri debet interpretatio, ubicunque agitur de evitanda pœna privationis.*
8 *Tempus ad petendam investituram non currit, nisi a die adeptæ possessionis rei feudalis, & n.9.*
10 *An Vassallus ob non petitam renovationem investituræ cadat ipso jure a feudo.*
11 *Prædictum tempus an currat vassallo, dum patitur controversiam super feudo.*
12 *An sufficiat juramentum fidelitatis præstitum per tutorem pupilli.*
13 *Vassallus minor 25. annis, si non petiit renovationem investituræ intrà tempus debitum, potest petere restitutionem in integrum.*
14 *Quando restitutio concessa minori prosit majori.*
15 *Quænam feuda dividi possint.*
16 *An beneficium restitutionis in integrum transeat in cessionarium.*
17 *In feudo concesso alicui pro se, & liberis suis masculis, & fæminis, fœminæ intelliguntur in subsidium vocatæ non existentibus masculis.*
18 *Quando Agnatus acquirens partem consocii, teneatur petere investituram.*
19 *An in feudo novo certum tempus petendæ investituræ præfixum sit.*
20 *Quam pœnam incurrat Dominus, si legitimè requisitus investituræ renovationem non conferat.*
21 *Tempus conferendæ investituræ Domino computatur a die petitionis factæ per vassallum.*
22 *An vassallus, qui intra debitum tempus renovationem investituræ non petiit, possit purgare moram.*

C A P U T XXVIII.

Quid, & intra quod tempus teneatur præstare vassallus, & ejus hæres defuncto Domino.

DEfuncto Domino tenetur vassallus intra annum, & 1
diem a morte ipsius Domini, petere ab ejus hærede, seu
successore renovationem investituræ, ac fidelitatis juramen-
tum præstare: & si Domino superstite vassallus moriatur, te- 2
netur similiter ejus hæres, seu successor intrà dictum tempus
idem facere, aliàs feudo privatur, *c.1. Quæ fu.prim.caus.benef.* 3
*amit.latè Rosental.de feud.cap.conclus.*45. si verò vassallus sit
miles habebit annum, & mensem, *c.1. Quo temp.mil.invest.*
pet.deb. quod procedit, etiamsi is, qui succedit in feudo in 4
priori investitura sit comprehensus, quia adhuc tenetur no-
vam petere investituram, *Rosental.de feud.c.6.concl.30.33.&*
59.*Mantic.de Tacit.lib.22.tit.32.n.2.&* 3. ubi etiam dicit, hoc
non habere locum in emphyteuta, qui est comprehensus in 5
investitura: nam is vigore illius succedit nec tenetur petere
investituram; & ratio diversitatis est, quia emphyteuta non
tenetur ad præstandum juramentum fidelitatis, quemadmo-
dum tenetur feudatarius, *ut in cap.1. Qual.jurar.deb. vassal.*
Dom.fidel.& post.Jas.in l.ult.n.41.de jure emphyt. Purpur.cons.
482.n.17.& seq.tradit Mantic.ubi sup.n.3.
Observa tamen, quod dictum tempus non currit contrà 6
ignorantem, nisi a die scientiæ, neque contra habentem
capitales inimicitias, neque contrà absentem causa Reip.
quando non potuit per procuratorem adire Dominum, *ut*
in d.c.1.Quo temp.mil.& c.ubi gl. Rot.decis.195.n.5. p.2. Divers.
latè Rosental.de feud.c.6.concl.46. ubi dicit, quod stante justo
impedimento annus contrà vassallum non currit, quia hoc
annale spatium quoad quid est continuum, eo quòd feriæ,
& similia computentur, & quoad quid est utile, videlicet
quoad nativitatem, & impedimenta, *& concl.47.* ubi dicit,
quod prædictum tempus non currit contra successorem feu-
dalem, in quo ignorantia præsumi solet, dummodò non sit
ignorantia crassa, & supina: neque currit contra impuberem,
post 14. annum, sive sit masculus, sive fœmina *c.imperialem,§.*
præterea si quis, ubi Bald.de Prohib.feud.alien.Clar.in §.feu-
dum qu.49.vers.item scias: quia latior debet fieri interpreta- 7
tio, ubicunque agitur de evitanda pœna privationis, *Bald.*
de Præscript.in 1.p.6.princ.q.1.n.41.
Observa 2. quod annus prædictus non currit vassallo, nisi 8
à die adeptæ possessionis rei feudalis: nisi fortè in illa conse-
quenda negligens fuerit: quia quandiu quis non possidet,
non habet commoda feudi, & per consequens non tenetur
subire onera, *Tiraq.de retr.lignag.§.1.gl.10.n.38. Rosental. d.*
c.6.concl.33.& 49.latè Guid.Pap.decis.165. ubi etiam dicit,
quod istud tempus non currit filio, vel hæredi, qui non se

immiscuit, vel non adivit hæreditatem, cùm non sit in possessione, *Abb.cons.67.in fin.lib.2.Dec.cons.144.nu.5.& 6.Ang.cons.311.n.3.& alii apud Gratian.l.3.disc.for.c.456.n.60.Ursel.concl.116.nu.31.vers.declura præterea*, ubi quod vassallus ob
9 isto onere liberatur, donec possessio est apud alium: quod procedit in iis feudis, quæ filius capere non potest, nisi vassallo defuncto hæres existat; tunc enim tempus hujusmodi currit post aditionem: nisi aditionem hæreditatis dolo differat: in aliis verò, quæ citra hæreditatem consequi, & rectè possidere potest futurus vassallus, cursus hujus temporis incipit a die adeptæ possessionis, ut supra diximus, *& rectè notat Rosental.de feud.c.6.concl.48.* ubi etiam dicit, quod neque vassallo tempus currit, quando Rex, vel Prælatus moritur, & successor nondum electus fuit.

10. Observa 3. quod vassallus ob non petitam revocationem investituræ non cadit ipso jure a feudo, sed requiritur sententia declaratoria, *Paul.de Castr.cons.84.n.3.lib.2.Socin.Jun.cons.115.n.22.lib.2.& alii apud Clar.in d.§.feud.q.49.vers.item quæro, & vers.sed nunquid, latè Rosent.d.c.6.concl.60.*

11 Observa 4. quod annus prædictus non currit vassallo, dum patitur controversiam super feudo, sive molestia inferatur a tertio, sive a Domino, *Surd.dec.6.num 4.& dec.189.n.25. Guid.Pap.dec.165.Gratian.discept.for.c.456.num.59.& c.707.nu.20.& 21.*

12 Observa 5. quod tutor potest quidem pro pupillo juramentum fidelitatis præstare, si velit; verum nisi cum eo etiam pupillus doli capax juraverit, tale jusjurandum adveniente pubertate, expirat cum tutela, ita ut renovatione opus sit; & si differat per annum, & diem post pubertatem
13 numerandum feudo privari potest, *ut post Rosental. de feud. cap.6.conclus.42.litt.B.tradit Ciarlin.controv.for.lib.1.cap.58.nu.2.& seq.*

14 Observa 6. quod vassallus minor 25. annis, qui non petiit renovationem investituræ intra tempus debitum, potest petere restitutionem in integrum usque ad 29. ætatis annum, *juxta gl.communiter receptam in d.§.præterea si quis, in ver. quatuordecim annis*, *Rosental.c.6.concl.40.* ubi dicit, quod eo ipsò quòd intra debitum tempus investituram non petiit,
15 satis dicitur læsus, ita ut de alia læsione docere necesse non habeat, *Bald.de præscr.in 1.par.6.princ.q.1.n.41.* & talis restitutio concessa minori prodest etiam majori in feudo individuo, licèt secus sit in re feudali dividua, quo casu portio vacans devolvitur ad Dominum, non autem ad Agnatos, *Rosental.loco cit.concl.41.Ciarlin.contr.for.d.lib.1.c.58.n.11.& seq.* ubi etiam dicit, quod feuda inferiora, & sine dignitate dividi possunt, non autem feuda majora quæ regalem dignitatem habent annexam.

16 Addit *Ciarlin.d.c.58.nu.6.& seq.* quod beneficium restitutionis in integrum cum sit personale, non transit in cessionarium, nisi beneficium hujusmodi minor nominatim, & in specie cesserit, *ad text.in l.quod si minor ff.de minor.*

17 Observa 7. quod in feudo concesso alicui pro se, & liberis suis masculis, & fœminis, fœminæ intelliguntur in subsidium vocatæ non existentibus masculis: ideoque donec extaret aliquis masculus descendens a primo Acquisitore, fœminæ licet defuncto propinquiores non succedunt: tum quia de natura feudi est, ut masculi succedant, non fœminę, *c.1.de success.feud.* tum etiam quia hominis dispositionem ad usum legis municipalis & naturæ rei interpretari debemus *Bald.cons.137.lib.2.Anchar.cons.174.num.2.Castren.cons.176.nu.2.vol.1.Alex.cons.29.col.pen.lib.1.& consil.9.lib.5.Dec.cons.139.num.2.Ruin.cons.9.num.1.vol.1.& alii apud Peregr.de fideicom.art.17.nu.40.* ubi etiam subdit, quod masculus ex fœmina descendens præfertur fęminæ, licet ea sit propinquior defuncto.

18 Observa 8. quod quando unus Agnatus per jus accrescendi acquirit portionem alterius Agnati habentis partem ejusdem feudi, putà quia Agnatus nondum agnita sua portione feudi decessit, vel ob non petitam investituram intra debitum tempus, illam amisit, tunc non tenetur pro hujusmodi portione investituram petere, quia est potius augmentum, quàm nova portio; secus esset, si is a quo acquisivit, jam habuerat investituram, & erat in possessione: tunc enim acquirens partem consocii tenetur infra annum, & diem pro ea petere novam investituram quia est nova portio, & nova acquisitio, *Clar.qui communem dicit, in §.feudum q.49.vers. Præterea quæro*, *Surd.dec.148.n.5.& seq.*

19 Observa 9. quod in feudo novo, de quo recognitio nondum facta sit, tempus certum petendæ investituræ determinatum non est, unde vassallus, si rite citatus non comparuerit, vel jurare noluerit, feudo sine alia anni expectatione privatur; vel quód in idem recidit, petens exceptione excludi potest, *c.1.§.est & alia, ubi Bald.& alii, in tit.Quæ fuit prima causa benefic.amitt.Sylvan.de feud.recognit.quæst.6.& alii apud Rosenthal.d.c.6.concl.43.*

Observa 10. quod si Dominus legitimè requisitus investi- 20
turæ renovationem intra annum, & diem, vel mensem non conferat, proprietate feudi privatur, nisi ex justa causa ad id negandum moveatur, *secundum gl.in cap.1.in fin.in tit.Per quos fiat investit.&c.quam Doctores communiter sequuntur teste Guid.Pap.dec.168.* ubi etiam dicit, quod si Episcopus sit Dominus, privandus est proprietate dum ipse vivit, sed non Ecclesia, *Alvarot.in c.1.nu.11. Quæ fuit prima causa benefic.amitt.Roland.a Val.cons.18.num.22.vol.1.Jo:Borcholt. de feud.c.8.n.135.& alii apud Rosenthal.de feud.cap.6.conclus.60. ubi etiam de communi testatur.*

Hæc tamen opinio videtur nimis rigorosa, præsertim cùm pœna privationis imponenda non sit nisi in casibus a jure expressis, *ut dicit Clar.in §.feudum qu.49.vers.sed quid si vassallus*; & ideo in facti contingentia satis esset Dominum vel cogere ad hujusmodi renovationem faciendam, vel illum ad interesse si quod est, condemnare, quod & placuit aliis Doctoribus, *quos refert idem Rosenthal.loco citat.litt. I.* ubi 21
nu.9. addit, quod tempus conferendæ investituræ Domino non debet computari a die mortis, sed a die petitionis factæ per vassallum.

Quæres, an vassallus, qui non petiit renovationem inve- 22
stituræ intrà prædictum tempus, possit celeri satisfactione purgare moram? negat *Rosenth.de feud.cap.6.concl.59.ubi citat Alex.cons.14.n.2.lib.2.* asserentem, quod quotiescunque a lege præfixa est dies, & pœna, tunc nunquam est locus purgationi moræ, *Schrader.p.6.c.2.nu.9.Bald.in c.1.n.3. Quo temp.mil.* ubi dicit, quod contractus hujusmodi habet in se quandam temporalitatem, videlicet quousque vassallus obtemperat statutis; & ideo tempus non prorogatur, *Rola.vall.cons.40.nu.3.vol.3. & est communis opinio*; contraria tamen sententia, videlicet quod possit mora purgari, æquior est, & ideò servanda saltem de æquitate canonica, dummodo jus Domini non sit effectum deterius, *ita Gennen.in tr.de Eccl.q.48.quam opinionem communiorem appellat. Herm.Vult.lib.1.de feud.c.11.n.23.in fin. Laur.Sylvan.de feud.recogn.q.27.n.26.Mich.Grass.commun.opin.lib.2.c.1.qu.26.Bursat.cons.91.nu.17.vol.1.Aurel.Corbul.in tr.de Jur.emphit.cap.15.limit.41.& alii apud Rosenth.d.c.6.concl.59.litt.A*, qui huc tandem inclinat, si excusatio aliquo modo colorata esset, *Clar.in §.feudum, q.49.vers.sed nunquid vassallus &c.*

Dicitur autem celeriter fieri secundùm nonnullos DD. si fiat antequam vassallus a Domino in judicium vocetur: secundùm alios si fiat intrà biduum, vel triduum; sed alii rectius id arbitrio Judicis relinquunt, *gl.in c.potuit, ver.celeri extr.de locat.quam DD.magis communiter sequuntur teste Menoch.de arb.Jud.cas.7.n.13.*

SUMMARIUM.

1 *Quænam sint de forma substantiali instrumenti.*
2 *An, & quando Notarius possit addere in instrumento solemnitatem omissam.*
3 *Et an possit Notarius diem, quem omisit, apponere in instrumento.*
4 *Quando instrumentum minus solemne fidem faciat.*
5 *An in testamento condito inter liberos tempus exprimi debeat & n.8.*
6 *An favore piæ causæ validum sit testamentum, ubi non adest dies, neque annus.*
7 *In testamento ad pias causas non jus civile, sed jus canonicum servandum est.*
9 *Quando vitiato instrumento vitietur etiam ipse actus, seu contractus.*
10 *Vitiato instrumento regulariter non vitiatur contractus in eo contentus, si de eo aliter appareat.*
11 *In quibus casibus scriptura pro substantia requiratur.*
12 *Scriptura privata probat contra scribentem non obstante defectu diei, & anni.*
Quando libri ecclesiæ probent, ibidem.
13 *Scriptura privata, vel liber rationum non probant contra tertium, si careant die.*
14 *An, & quando scriptura privata sine causa plenè probet.*
15 *An apocha manu tertii confecta sine subscriptione partium, & testium probet.*
16 *Quando vis non est in tempore, carentia diei, & anni non vitiat.*

CAPUT XXIX.

An invocatio Domini, dies, mensis, annus, & indictio sint de forma substantiali instrumenti.

1 Dies quidem, mensis, annus, & indictio de jure sunt
de forma substantiali instrumenti: invocatio verò
Domini saltem de consuetudine; & ideò aliter instrumen-
tum factum esset nullum, & non probaret, secundùm *Bart.
in l. si librarius, 90. ff. de Reg. Jur. Dec. cons. 446. n. 6. Bero. qu. 36. n.
1. Riminal. jun. cons. 126. nu. 26. & 27. vol. 2. & cons. 384. nu. 18. &
23. vol. 4. Surd. cons. 187. nu. 11. & 14. vol. 2. Borell. in sum. decis. p.
2. tit. 18. de fid. instrum. n. 21. & seq. & alii apud Ciriac. contr. for.
406. n. 2. Honded. cons. 66. n. 25. & seq. lib. 1.* ubi etiam dicit, quod
nomen Pontificis in terris Ecclesiæ, & nomen Imperatoris
in terris imperii est de substantia instrumenti, *Ludov. dec.
Lucen. 13. n. 35. & seq. Gratian. discept. for. cap. 767. n. 11.* ubi di-
cit, quod non valeret consuetudo non apponendi locum,
nec diem in instrumentis, quia aperiret viam fraudibus, &
tolleret defensionem partis.

Contrarium tamen, quoad invocationem Domini, tenet
Fontan. de pact. nupt. claus. 2. nu. 7. ubi dicit quod instrumen-
tum non vitiatur ex omissione hujusmodi invocationis,
etiamsi extaret consuetudo, nisi ulterius procederet actum
annullando propter hujusmodi omissionem, *& ita tenuit
Ferlin. in c. 1. num. 2. de fid. Instrum. Alex. in rubr. ff. de non oper.
nunciat. n. 10. & alii, quos refert, & sequitur Grat. dec. Mar-
ch. 1. n. 4. & seq. & hæc est communis opinio.*

2 Observa tamen, quod si solemnitas fuit servata in publi-
catione instrumenti, sed non scripta, potest Notarius illam
addere, & corrigere; secus si non fuit servata in publicatio-
ne, nec scripta, tunc enim addendo, vel supplendo dicitur
committere falsum saltem in testamentis, *ut post Bart. in d. l.
si librarius, n. 7. Ang. de Malefic. in ver. falsar. sub n. 51. tradit
Ciriac. loco cit. nu. 3. & seq.*

3 Addit *Fontanel. de pact. nupt. claus. 1. n. 23.* quod potest No-
tarius propria auctoritate diem, quem omisit, apponere in
instrumento, quando contrahentes, vel alii non animadver-
terunt errorem: quod simpliciter asseruit *Guid. Pap. dec. 582.
n. 1.* ubi, quod potest notarius ponere in instrumento diem,
quam omisit, si de ea certò recordetur.

4 Observa 2. quod instrumentum minus solemne fidem fa-
cit, quando secundum illius tenorem fuit observatum, *Bald.
cons. 402. lib. 5. Jas. cons. 161. col. 4. lib. 2. Roman. consil. 222. & alii
apud Cravet. cons. 101. nu. 4. & cons. 274. num. 7.* ubi etiam dicit
quod adeò potens est observantia postea sequuta ad decla-
randam voluntatem ambiguam in præcedentibus, ut non
requiratur præscriptio in tali observantia, idest quod longo
tempore ita fuerit observatum: est enim observantia inter-
pretativa, in qua præscriptio aliqua non requiritur, *Fonta-
nell. de Pact. nupt. claus. 1. n. 32. & seq. Gratian. discept. for. c. 468.
n. 6. & seq.* ubi addit, quod defectus scripturæ passim ex ob-
servantia suppletur ita, ut detur fides cuicunque scripturæ
etiam non solemni sine die, & consule, & sine aliis requisi-
tis, *leg. 1. & 2. C. de fideicom.*

5 Observa 3. quod licèt in testamento facto inter liberos
tempus exprimi debeat, *jux. auct. quod sine, C. de Testam.*
6 tamen favore piæ causæ validum erit testamentum quamvis
non adesset dies, neque annus: cùm in testamento ad pias
causas non jus civile, quemadmodum in testamento inter
liberos, sed jus canonicum, & Divinum servandum sit, *c.
cùm esses, & c. relatum, 1. de Testam. Bart. in repet. l. 1. in fin. C.*
7 *de Sacros. Eccl. Alex. cons. 4. n. 15. lib. 7. Everard. Jun. cons. 27. n.
64. vol. 1. Tusc. 19. 8. concl. 116. nu. 19. Reusner. in tract. de Te-
stam. par. 4. c. 12. nu. 17. & alii apud Dian. resol. mor. p. 7. tract. 6.
res. 23. Gratian. discep. for. cap. 895. nu. 41. & seq. Rot. coram Bu-*
8 *ratt. dec. 475. n. 1. & seq.* ubi, quod etiam in testamento inter
liberos satis esset; si apponatur annus licèt appositus non
fuerit dies, & mensis, *quidquid dicat Genua de Script. pri-
vat. lib. 1. qu. 3. n. 13.*

9 Observa 4. quod ubi scriptura pro substantia requiritur in
aliquo actu, si instrumentum confectum fuerit sine die, nec
instrumentum, nec actus valeret, *l. contractus, C. de fid. in-
strum.* Quando verò scriptura non est necessaria, licèt instru-
mentum sine die adhuc sit nullum, nisi per Notarium addi
posset in casibus à jure permissis, vel nisi posset per testes
probari: valebit tamen ipse actus in tali casu, si de eo aliter
constet: quia vitiato, & annullato instrumento regulariter
non intelligitur annullatus contractus in eo contentus, si de
10 eo aliter appareat, *ut tradunt communiter DD. in l. servum
filii §. eum qui chirographum, ff. de leg. 1. Bortaz. in tr. de claus.
instrum. claus. 1. gl. 1. n. 21. & seq. Tiber. Deci. resp. 29. lib. 2. prout
Antonell. de Tempore.*
refert Fontan. de pact. nup. claus. 1. num. 4. & 5. quicquid dicat
Guid. Pap. dec. 582. n. 1.

In quibus verò casibus requiratur scriptura? Resp. quod 11
requiritur in insinuatione donationis, emancipationibus,
errogationibus, & cautionibus tutorum, Inventariis, & a-
lienatione rerum minoris: item in sententiis diffinitivis, &
interlocutoriis, in testamento solemni in scriptis, & codi-
cillis, & in aliis casibus, quos enumerat *Guid. Pap. d. dec. 582.
num. 3. & seq.*

Observa 5. quod libertationum, & scriptura privata pro- 12
bat contra scribentem non obstante defectu diei, & anni,
*l. cum tabernam §. idem quæsivit, ff. de Pignor. Seraph. decis.
373. num. 3. & latè Gratian. qui communem dicit cap. 951. num.
1. & seq.* præsertim favore Ecclesiæ, *Bald. consil. 331. vol. 2.
Card. Tusc. tom. 3. concl. 7. num. 13. quos refert & sequitur Ge-
nuen. in tractat. de Eccles. qu. 227.* ubi etiam dicit, quod libri
propriæ Ecclesiæ probant favore Ecclesiæ, si sunt scripti ma-
nu publica.

Hujusmodi tamen privata scriptura, si non habet diem, 13
non probaret contra tertium, *l. 1. §. ratione, ff. de eden. Add.
Bart. in d. §. idem quæsivit, litt. b. Fontanel. de Pact. nupt. claus. 1.
n. 6. & 7. Cancer. var. lib. 1. c. 22. n. 13. & 14. quibus adde Bart. &
Bald. in d. l. cum tabernam, §. idem quæsivit, Gratian. discept.
for. c. 235. nu. 6.* ubi, quod requiritur etiam dies in scriptura
privata, quando quis vellet probare prioritatem, vel poste-
rioritatem in tempore.

Notandum est autem, quod scriptura privata non pro- 14
baret contra scribentem, quando in ea nulla exprimitur cau-
sa, sed tunc actor tenetur ostendere debitum, quod in scri-
ptura continetur, *juxta l. cum debito, §. fin. ff. de Probat. c. si
cautio, de fid. instrum.* quod commune est tam scripturæ pri-
vatæ, quàm publicæ, ut est communis sensus Doctorum
teste Cancer. loc. cit. n. 13. nisi fortè promissio, vel obligatio in
tali instrumento, vel scriptura facta fuerit cum juramento,
vel in judicio, vel agatur de liberando aliquem, quia tunc
scriptura etiam sine causa plenè probat, *ut post Mascard.
Rebuff. & alios scripsit Barbos. in d. c. si cautio, n. 2.*

Notandum 2. quod Apocha manu tertii confecta sine 15
subscriptione partium, & testium, si non est recognita,
non probat, licèt faciat aliqualem præsumptionem: alio-
quin esset in potestate tertii alium obligare, si verò est reco-
gnita per scribentem, minus semiplenè probat, etiamsi esset
scripta manu Notarii, cùm hujusmodi apocha sic recogni-
ta, repræsentet in effectu dictum unius testis non jurati, cui
fides minimè adhibetur, *juxta text. in l. jurisjurandi C. de
Testib. Felin. in c. 2. sub n. 6. de fid. Instr. Rom. cons. 204. sub n. 4. &
alii, quos refert Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 11. n. 1070. & seq. Ge-
nua de scriptur. privat. lib. 2. tit. de Apocha manu tertii conscript.
nu. 4. & seq.* subdens *n. 37. cum Farinac. Decian. & aliis*, quod
ubi aliæ conjecturæ, & præsumptiones concurrerent ultra
depositionem ipsius tertii scribentis, plena eo casu resulta-
ret probatio, *Menoch. de arbitr. Jud. cas. 99. nu. 19. & 20.* ubi
dicit, quod talis esse potest testis persona, & facti qualitas,
ut ei plena fides præstanda sit: idemque dicendum, quando
tertius, qui scripsit, esset mortuus quia tunc etiam facta
comparatione litterarum, aliisque conjecturis concurren-
tibus talis apocha plenè probaret, *Scaccia d. lib. 2. c. 11. num.
1166. vers. contraria opinio &c.*

Notandum 3. quod quando vis non est in tempore, ca- 16
rentia diei, & anni non vitiat scripturam, *ut post Alex. cons.
20. n. 5. lib. 1. & cons. 42. nu. 20. lib. 3. dixit Rota dec. 739. n. 2. p. 3. in
recent.* quemadmodum si testis præcisè deponat de substan-
tia actus, non vitiatur illius dictum, etiamsi dubitanter de-
ponat de tempore dicti actus, *Bart. in l. quid tamen, §. si ar-
biter, n. 3. ff. de recept. arbitr.*

SUMMARIUM.

1 *Intra quantum tempus fieri debeat nominatio, & n. 3.*
2 *Nominandi facultas an transeat in hæredem emptoris.*
4 *Quando optio rei legatæ tertio committitur, ille debet intra annum eligere.*
5 *Annus non dicitur brevis terminus, nec longior æquo.*
6 *Emens nomine personæ nominandæ sibi acquirit, si non nominet.*
7 *Scientia præsumitur in eo, qui tenetur indagare.*
8 *Quanto temporis spatio finiatur facultas arbitrandi.*

CAPUT XXX.

Quanto tempore duret nominandi facultas.

1 SOlent aliquando fieri contractus venditionum, locatio-
num, & similes nomine personæ nominandæ: qui mo-
dus contrahendi est de jure permissus, *ut inquit Fabian. de
mont. in tractat. de empt. & vendit. 12. qu. 3. q. princ. Cephal. consf.
325. nu. 13. lib. 3. Rim. jun. consf. 109. num. 2. lib. 1. quos refert Cenc.
de Censf. part. 2. cap. 2. art. 1. n. 11. & seq.* ubi etiam dicit, quod
facta nominatione jus acquiritur personæ nominatæ, *ut
concludunt passim DD. & dixit Rota coram Ludovisf. de-
cisf. 157. numer. 7. & coram Card. Cavaler. decisf. 3. per tot.*
Unde hic quæritur, intra quantum temporis fieri debeat
nominatio.

Et quidem alii tenent, quod fieri debet statim, alii intra
60. dies, alii dixerunt, hanc facultatem esse perpetuam,
prout refert Surd. dec. 226. nu. 1. & seq. ubi etiam dicit, quod
2 nominandi facultas non transit ad hæredem emptoris, & si
per hæredem fiat, nominatio dicitur novus contractus.

3 Alii verò asserunt, anno perire hujusmodi facultatem,
quorum sententia probari videtur *ex textu in l. fin. §. sed & si
4 quis, C. commun. de legat.* ubi quando optio rei legatæ tertio
committitur, ille debet intra annum eligere, & hæc opinio
mihi videtur probabilior: annus enim non dicitur brevis
5 terminus, nec longior æquo, & ideo intra illum commo-
dè fieri potest nominatio, *& ita tenuit Bald. consf. 470. num. 2.
6 vol. 5. quem refert Surd. d. decisf. 226.* subdens, quod emens no-
mine personæ nominandæ, sibi acquirit, si non nominet,
ut notat etiam Alex. consf. 232. n. 3. vol. 6. & in censu empto pro
persona, vel personis nominandis, dixit *Cenc. de censib. par.
2. cap. 2. qu. 2. art. 1. num. 11. & seq. Rota apud eumdem decisf. 162.*
7 ubi dictum fuit, quod si conventum fuerit, ut nominatio
fiat in actis certi Notarii, facta nominatione juxta formam
conventionis non requiritur alia intimatio, per regulam,
quod præsumitur scientia in eo, qui tenetur indagare, *l.
quod te, ubi DD. ff. si cert. pet.*

8 Quæres, quo temporis spatio finiatur facultas arbitrandi?
Resp. quod si arbitrium consistit circa res, tunc anno fini-
tur, *Bart. in l. cum quidam ita, num. 7. ff. de l. 2.* quidquid di-
cat *Jo: de Anan. consf. 19. nu. 4. & 5.* ubi asserit, quod potestas
hujusmodi durat decennio; si verò arbitrium consistit in
electione personarum, tunc facultas arbitrandi durat, do-
nec per litem contestatam is, cui datur arbitrium, interpel-
latus fuerit, *idem Bart. loco cit. num. 9.* ubi dicit, quod de ju-
re communi qui habet jus eligendi circa personas, si in mo-
ra fuit potest eam purgare, donec petatur legatum, *Jasf. in
d. §. sed & si quis, nu. 3. quem refert, & sequitur Menoch. de
Arbitr. Jud. lib. 2. casf. 44. nu. 4.*

SUMMARIUM.

1 *Quando detur actio redhibitoria, & quanto minoris.*
2 *Venditor, qui scivit vitium, & non denunciavit emptori, tenetur ad omne interesse.*
3 *Actio quanto minoris, datur etiam pro rebus immobilibus.*
4 *Actio quanto minoris, duplex est alia prætoria, alia civilis, & in quo differat prætoria a civili.*
5 *Actio, quanto minoris prætoria anno durat: civilis verò est perpetua: limitatur n. 8.*
6 *Actio redhibitoria sex mensium spatio finitur: limitatur num. 8.*
7 *Annus prædictus quando currat.*
9 *Quando pretium rei venditæ post venditionem augeri debeat, & quando diminui.*

CAPUT XXXI.

Quandiu duret actio, quanto minoris.

1 QUando res est vitiosa, datur duplex actio, vel redhi-
bitoria, ut res revertatur ad priorem Dominum: vel
quanto minoris, ut pretium minuatur, *Gomesf. var. resf. 10. 2.
cap. 2 sub n. 48. quem refert Ciriac. contr. 55. num 55. & seq. Surd.
2 dec. 146. nu. 5. & 6.* ubi dicit, quod si venditor scivit vitium,
& non denunciavit emptori, tenetur de omni interesse, & si
ignoravit, tenetur solum, quanto minoris fuisset empturus,
3 *& dec. 165. n. 2. & seq.* ubi dicit, quod actio, quanto minoris,
datur etiam pro rebus immobilibus.

4 Actio verò, quanto minoris, duplex est: alia prætoria,
alia civilis, *ut tradunt DD. in l. Jul. ff. de Act. empt.* differt au-
tem prætoria a civili, quia prætoria datur solùm pro illis re-
bus, de quibus providerunt Prætores ædiles: civilis verò
datur pro omnibus, *ut notat Bart. in d. l. Julianus*, ubi,
quod, prætoria non datur, nisi pro servis, & animalibus,
item in civili agitur, quanto minoris emptor esset empturus,
si scivisset, de qua loquitur *textus in l. si minor, ff. eod. tit. de
Action. empt. ut ibidem notat glosf. in ver. minus daret, in fin.*
sed in prætoria, quanto minoris valuit tempore contractus
propter vitium *gl. in d. l. Julianus, ver. empturus, & ibidem
Bald. & alii.*

Ad quæsitum verò respondeo, quod actio, quanto mi- 5
noris prætoria durat spatio unius anni: civilis verò est per-
petua, *Bart. loco cit. n. 3. Ciriac. contr. 54. n. 20. & seq. & alii com-
muniter*, redhibitoriam verò actionem sex mensium spatio 6
concludi constat *ex l. cum proponas, C. de ædilit. action. de
qua infra latius agemus.*

Annus autem prædictus currit a tempore scientiæ: non 7
enim videtur experiundi potestatem habuisse qui ignoravit
vitium, *ut dicit glosf. communiter recepta in d. l. cum proponas*,
ubi etiam dicit, quod quandoque redhibitoria intra duos 8
menses, quanto minoris sex mensibus finitur, scilicet quan-
do ob hoc ipsum agitur, quia non cavetur, *juxta l. si vendi-
tor ff. de ædilit. edict.* ubi dicitur, quod si vendis mihi Sti-
chum, debes mihi promittere non fugitivum, & alia vitia
abesse: & nisi promittas, possum agere redhibitoria intra
duos menses; vel quanti interest usque ad sex menses, *latè
Mascard. de Probat. concl. 615. vol. 2.* ubi etiam dicit, quod
annus, & sex menses prædicti vocantur utiles.

Addunt alii, quod si post venditionem superveniat no- 9
titia alicujus servitutis debitæ rei venditæ, ob quam redda-
tur majoris æstimationis, augendum erit pretium, quan-
to pluris emptor emisset; sicut diminuendum esset, si de-
tegeretur aliqua servitus debita a re vendita, *ut post Cagn. in
l. 2. numer. 172. C. de Rescind. vendit. dicit Gratian. discept. for.
cap. 361. num. 8. & 9.*

SUMMARIUM.

1 *Testamentum conditum coram Parocho, & duobus testibus juxta c. cùm esses de Test. testatore reconvalescente non valet ultra annum.*
2 *Textus in d. c. cum esses, quando locum habeat.*
3 *Testamentum conditum jure militari valet etiam intra annum, quo miles honestè missus est.*
4 *An testamenta condita juxta dispositionem dicti c. cùm esses, valeant in locis, ubi statuta jubent, quod servetur jus civile.*
5 *Quid si jus civile in casu statuti per jus canonicum expressè reperiatur correctum.*
6 *Pœnæ a jure civili impositæ contrà secundò nubentes non sunt servandæ, exceptis pœnis inductis favore filiorum.*
7 *Ubi agitur de juramento non jus civile, sed canonicum attendi debet, etiamsi statutum jubeat, ut servetur jus civile.*
8 *Statuta urbis, ubi nulla habetur mentio clericorum, non ligant personas ecclesiasticas, etiamsi confirmata fuerint a Papa, & n. 10.*
9 *Confirmatio nihil de novo concedit.*
11 *An statutum Urbis c. 180. lib. 1. comprehendat etiam clericos.*
12 *An, si testamentum deperditum fuerit, talis amissio, & tenor testamenti probari possit per duos testes.*

CAPUT XXXII.

An testamentum conditum coram Parocho, & duobus testibus juxta c. cùm esses, de Testam. *duret perpetuò, vel ad tempus.*

TEstamentum hujusmodi testatore reconvalescente non 1
valere ultra annum, sensit *Guid. Pap. dec. 543. num. 12.*
ubi etiam dicit, quod *textus in d. c. cum esses*, locum habet 2
in testamentis conditis tempore gravis infirmitatis, cui sen-
tentiæ adhæret etiam *Barbosf. in d. c. cùm esses, n. 8.* ubi dicit,
eo tantum casu corrigi leges civiles ampliorem numerum
requirentes, *ut videtur colligi ex dicto textu, ibi, in extre-
ma fecerint voluntate.*

Probatur supradicta sententia exemplo testamenti condi- 3
ti jure militari, quod quidem valet, sive miles decesserit in
belli conflictu, sive intra annum, quo honestè missus est,
*l. ex testamento, C. de Testam. milit. l. testamenti, & l. quod di-
citur, ff. eod. tit. §. sed hactenus, ibi, post missionem intra an-
num valebit Instit. eod. tit. de milit. testam.*

Notandum tamen est, quod *text. in l. hac consultissima, C.* 4
de.

de Testam. in qua præscribitur, ut septem testes in testamento adhibeantur, non est expressè correctus per *d. cap. cum esset, ut post Abb. & Covar. in cap. filius, 5. de Testam. Felin. in cap. 1. num. 47. de Constit. observat Grat. discept. for. c. 233. nu. 52. & seq.* & ideò in locis, ubi statuta jubent, quod servetur jus civile, testamenta condita juxta dispositionem *d. c. cùm esset*, non substinentur, ita in *terminis statuti urbis cap. 42. lib. 1. mandantis, servari jus civile, tenuit Rota in Romana de Stocchie 27. Maii 1588. cor. Card. Hieron. Pamphilio, prout refert Fenz. ad dictum Statutum Urbis, num.* 8. secus esset, quando jus ci-
5 vile in casu statuti per jus canonicum expressè repetitur correctum: tunc enim statutum non habet locum, etiamsi confirmatum fuerit a Papa: cùm jus correctum non dicatur amplius jus civile, *Capr. cons. 70. col. penul. & seq. quem refert Gabr. comm. concl. lib. 3. tit. de secun. nupt. concl. 5. nu. 4. Pænia decis. 166.*
6 *n. 1. & seq.* ubi dicit, quod pœnæ contra secundò nubentes impositæ per jus civile in *l. 1. & 2. Cod. de secu. nupt.* non essent servandæ vigore hujusmodi statuti quia sunt expressè sublatæ per jus canonicum in *cap. super illa, & cap. ult. de sec. nupt.* exceptis pœnis a jure civili inductis favore filiorum, quæ non censentur abrogatæ per jus canonicum, quia istæ pœnæ non sunt impositæ in odium matrimonii, ut tradunt *DD. in d. c. ult. de secund. nupt.*

7 Addit *Fenz. loc. cit. nu. 9.* quod ubi agitur de juramento, non jus civile, sed canonicum attendi debet tam in foro Ecclesiastico, quàm sæculari etiam in terris imperii; etiamsi statutum jubeat, ut servetur jus civile, *prout resolvit Rot. apud eundem Fenzo. ubi sup. decis. 6. vers. secundò fuit &c. Afflict. dec. 322. nu. 5. Grat. discep. for. c. 534. num. 18.*

8 Notandum 2. quòd statutum Urbis *dict. c. 42.* etiamsi confirmatum fuerit a Papa, non tamen ligat personas Ecclesiasticas; sicut nec alia urbis statuta, in quibus nulla habetur mentio clericorum; quia confirmatio nihil de novo concedit, sed
9 tantùm actum, prout est, confirmat, *Rip. respons. 40. n. 7. in tit. de offic. del. per tex. in cap. 1. & 2. de Confirmat. util. vel inutil. Ruin. cons. 12. sub num. 16. lib. 3. Crot. cons. 55. num. 17. Peregr. consil. 63. num. 6. lib. 1. Surd. cons. 361. num. 37. & alii apud Ludovis. decis. 267. num. 1. ubi etiam Beltram. num. 10. & decis. 511. num. 1. latè Ferentill. ad Burat. decis.* 880. *numer. 6.* unde clerici neque
10 comprehenduntur sub urbis statuto *lib. 1. cap.* 124. in quo disponitur, quod emphyteusi finita bona reducentur successoribus, nec sub alio ejusdem urbis statuto *dict. lib. 1. cap.* 157. in quo dicitur, quod fidejussor possit petere, ut a fidejussione liberetur, etiamsi diu non steterit in obligatione: idemque dicendum est de aliis similibus statutis, *Rot. in Rom. relocationis domus 13. Martii* 1595. *coram Gypsio, & in Rom. relocationis Casalis* 16. *Martii* 1615. *coram Card. Sacrato, & in Romana liberationis a fidejussione 4. Martii* 1630. *coram Merlino, quas refert, & sequitur eadem Rota apud Fenzon. dec. 6. versic. Neque obstat, & versic. seq.* ubi etiam dicitur, quod contrariæ decisiones allegatæ per *Grat. discept. for. cap. 913. numer.*
11 14. loquuntur in terminis ejusdem urbis statuti *cap.* 180. *lib. 1.* ubi prohibetur, ne in una, eademque causa secundò liceat provocare: nam cùm statuentes ibidem subjungant, quod hoc statutum servetur in omnibus Curiis inter cives, incolas, & districtuales, consequenter voluerunt comprehendere etiam Clericos; & ideò ligat etiam personas Ecclesiasticas, cum fuerit a Summo Pontifice confirmatum, ut tenuit *eadem Rota in Rom. hæreditatis de Comitibus 21. Junii 1577. coram Aldobrandino, quæ refertur inter decisiones Divers. p. 1. decis. 452.*

12 Notandum 3. quod si testamentum deperditum fuerit, talis amissio, & tenor testamenti probari potest per duos testes etiam si ad illius validitatem requirerentur septem testes *l. Testium, ubi Bald. & Sal. Cod. de Testib. Alex. in l. 2. n. 8. C. de Bon. poss. sec. tab. Afflict. dec. 166. n. 11. in fin.* quod intellige, dummodo dicti testes fuerint præsentes in testamento, *Ang. in d. l. Testium, n. 3. Alex. loc. cit. Grat. discep. for. c. 468. n. 2.* ubi addit, quod posset probari amissio, & tenor testamenti etiam per testes, qui non fuerint præsentes testamento, si illud perlegerunt, juxta textum in *cap. cum olim de Privileg.* quod procederet, si tales testes essent valdè periti, *Alex. ubi supra dict. num. 8. versic. tamen dictum Bald. &c.*

S U M M A R I U M.

1 *Electus ad Parochialem Ecclesiam tenetur suscipere sacerdotium intra annum, & num. 5.*
2 *Quas pœnas subeat electus, si sacerdotium intra dictum tempus non suscipiat.*
3 *A quo tempore annus prædictus currat.*
4 *Quid si electus legitimo impedimento detentus fuerit.*
6 *Et quid si Episcopus cum electo dispensavit.*
Antonell. de Tempore.
7 *Explicantur textus in cap. licet canon, de elect. in 6. & in Clem. ne in agro, §. cæterum de stat. Monach. & n. 10.*
8 *An obtinentes dignitatem, vel præbendam, cui Ecclesia parochialis est annexa, infra annum sacerdotium suscipere teneantur.*
9 *An obtinentes hujusmodi dignitates, & præbendas teneantur per se ipsos curam animarum exercere.*
10 *An obtinens capellaniam requirentem ordinem sacerdotalem, teneatur infra annum sacerdotium suscipere.*
11 *An electus possit beneficium parochiale resignare in favorem alterius in fine anni sacerdotio adhuc non suscepto.*

C A P U T XXXIII.

Intra quantum temporis electus ad Parochialem Ecclesiam sacerdotium suscipere teneatur.

Resp. quod tenetur sacerdotium suscipere intra annum, 1
aliàs eo elapso privatus est ipso jure, nulla etiam monitione præmissa, beneficio parochiali, *c. licet canon. & cap.* 2
commissa, de elect. in 6.

Item tenetur relinquere beneficium unà cum fructibus etiam ante Judicis sententiam; quia licèt pœna temporalis etiam ipso jure incursa non debeatur in foro conscientiæ, ut sentiunt *communiter DD.* id tamen non procedit, ubi contrarium constat de mente legislatoris; vel cum non imponitur propriè ut pœna, sed ut quædam conditio, vel modus rei traditæ, veluti cum testator relinquit aliquid alicui, ut quippiam faciat, aliàs amittat legatum, *Panor. in c. Raynuc. de Testam. quem Doctores communiter sequuntur.* constat autem ex stylo, mentem Pontificum statuentium, ut in certis casibus vacet beneficium ipso jure, esse, ut peccet is, qui beneficium ita amissum retinuerit, & fructus non restituerit; beneficiaque quodammodo conferuntur sub illo modo, vel conditione tacitè, vel expressè, ut inquit *Navar. in c. non liceat, 12. q. 2. & latius in c. fraternitas 12. q. 2. & in man. c. 25. num. 118. & cons. 12. n. 2. de rescript.* ad quas pœnas incurrendas satis est, ut electus pacificam habeat possessionem solius Curæ; etiamsi nullos percipiat fructus, secundùm *gl. in c. si tibi concesso, ver. vacare, de Præb. in 6.*

Annus verò prædictus currit a die, quo Ecclesiæ regimen 3
electo commissum fuit, & possessionem ejus pacificam habuit, vel per ipsum stetit, quominus haberet eamdem, *cap. commissa eod. tit. de elect. in 6.*

Observa tamen, quod prædictæ pœnæ non habent locum, 4
quando electus legitimo impedimento detentus fuit, *d. c. commissa Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. gloss. 10. n. 37.* ubi dicit, quod
tempus hujusmodi non currit, quamdiu lis ab initio mota 5
pendet super hujusmodi beneficio cessante verò impedimento quoad utrumque forum non alius annus integer dandus est ad suscipiendum sacerdotium, sed tantum temporis, quanto fuit impeditus, *Navarr. cons. 1. de in integr. restit. arg. cap. 1. eod. tit. de rest. in integr.*

Addit *Andr. Gam. in c. licet, nu. 88. versic. tertium fundamen-* 6
tum, de Rer. perm. in 6. quem refert Paris. de Resi. benef. lib. 3. qu. 2. n. 14. & 20. versic. vel secundo, quod cessarent dictæ pœnæ, ubi Episcopus cum electo dispensaverit.

Observa 2. quod tex. in *d. cap. licèt canon*, procedit in Cu- 7
ratis, seu Rectoribus Ecclesiarum Parochialium actu curam administrantibus, non autem in illis, qui non exercent curam per se ipsos, ut tradunt *communiter Canonistæ teste Penia dec. 466.* ubi etiam dicit, quod *Clem. ne in agro, §. cæterum, de*
stat. Monach. procedit in Abbate, qui actu exercet curam 8
monachorum. Unde licèt obtinentes dignitatem, vel præbendam, cui Ecclesia parochialis est anexa, vigesimum quintum ætatis annum attingere, & infra annum sacerdotium suscipere debeant, *juxta Concil. Trid. sess. 7. de reformat. c. 12. & sess. 24. cap. 12.* non tamen tenentur in conscientia elapso anno, & non suscepto sacerdotio relinquere beneficium, nisi præcesserit monitio, & Judicis sententia, *juxta cap. cùm*
in cunctis, § inferiora, de elect. isti enim non tenentur per seip- 9
sos curam animarum exercere, sed per Vicarium, seu substitutum, *c. extirpandæ, §. qui verò de Præb.*

Idem *dict. tex. in dict. c. licèt canon*, locum non habet in Ca- 10
pellania requirente ordinem sacerdotalem: quamvis enim illam obtinens teneatur infra annum sacerdotium suscipere, tamen si intra dictum tempus promotus non fuerit, non privatur beneficio ipso jure, sed per sententiam, & præmissa monitione, *cap. 1. de ætat. & qualit. Ricc. in Prax. for. Eccles. p. 3. res. 307. latè Pen. d. dec. 466. vide quæ scripsimus in tract. de Regim. Eccl. Episc. p. 1. lib. 3. c. 5. §. 5.*

An verò electus ad beneficium Parochiale possit illud re- 11
signare in favorem alterius in fine anni sacerdotio adhuc

non suscepto? affirmativè respondet *Oldrad.conf.203.num.1. Jo:Andr.in addit.ad Spec.in rubr.de Rer.perm.& alii apud Paris.loco cit.num.8.& seq.* ubi id multis rationibus probat, contrariisque respondet.

S U M M A R I U M.

1 *Quid contineatur in regula, de Annali possessore.*
2 *Vassallus per annum possidens sciente, & non contradicente Domino, investitus præsumi debet.*
3 *Regula, de annali, concernit etiam commodum, & bonum publicum, & ideò inducit formam.*
4 *Annus, de quo primò loquitur regula, quando incipiat, & an talis annus debeat esse continuus.*
5 *Regula, de Annali, contenta est de tentatione etiam absque titulo.*
6 *Ad effectum regulæ prædictæ possessio requiritur immediatè a die datæ, & ante præcedentem impetrationem ejus, adversus quem datur de regula.*
7 *Quando currant sex menses, de quibus in dicta regula.*
8 *Quando incipiat currere annus, de quo secundo loco loquitur regula ad finiendam causam.*
9 *An ad effectum dictæ regulæ sufficiat causam instruxisse infra annum.*
10 *Quid si quis diligentiam fecerit de expedienda causa in primo anno, non tamen illam fecerit in ulterioribus annis.*
11 *An tempus anni prædicti currat etiam impedito.*
12 *Regula prædicta non suffragatur, nisi in actis parte citata fuerit producta.*
13 *An impetrationes factæ de beneficio pacificè per triennium possesso irritæ sint, si ipse possessor non opponat.*
14 *An ad effectum dictæ regulæ sufficiat sententiam infra annum obtinere in possessorio.*
15 *Ad effectum dictæ regulæ sufficit lis, & sententia super executione litterarum Apostolicarum.*
16 *Quid si per partem adversam fuisset suspensum petitorium.*
17 *Regula prædicta est personalis, & ideò extinguitur cum persona.*
18 *Regula hæc annullat ut ex tunc.*
19 *Regula prædicta produci potest etiam in secunda, & tertia instantia.*
20 *An regula prædicta prohibeat, nè iterum impetretur beneficium, & n.21.*
22 *In quibus casibus regula prædicta non habeat locum, & n.23. 24.25.27.& 28.*
23 *Regulæ Cancellariæ loquentes generaliter de beneficiis, non habent locum in beneficiis jurispatr. laicorum.*
26 *Nulla præscriptio etiam triennalis currit contra Ordinarium, quominus possit removere possessorem carentem titulo.*

C A P U T XXXIV.

Explicatur regula, de Annali possessore.

1 IN favorem annalis possessoris inducta fuit hæc regula, in qua statuitur, ut is, qui beneficium Ecclesiasticum, tunc per annum immediatè præcedentem, pacificè possessum, & quod certo modo vacare prætenditur, deinceps, impetraverit, nomen, gradum, & nobilitatem possessoris ejusdem, & quot annis illud ipse possedit, & specificam, & determinatam, ex qua claré constare poterit, quod nullum ipsi possessori in dicto beneficio jus competat, causam in hujusmodi impetratione exprimere, & infra sex menses ipsum possessorem ad judicium evocari facere, causamque ex tunc desuper infra annum usque ad sententiam diffinitivam inclusivè prosequi debeat: alioquin impetratio prædicta, & quæcunque inde secuta nullius sunt roboris: *de qua latè Sarnen. super dicta regula,* ubi in præfatione dicit, quod annalis possessio ortum habuit a pluribus juribus de annali possessione loquentibus, *allegatis per gl.in c.plerumque, de rescript. & tex. in §.si quis, si de invest.int.Dom.& Vassall.&c.* ubi Vassallus per
2 annum sciente, & non contradicente Domino, investitus præsumi debet adeò, ut ex tali possessione sine titulo contra Dominum se defendere possit.

3 Ratio finalis hujus regulæ fuit, ut improbi lites exquirentium motus reprimantur, *ut observat etiam Paris.de Resign. benef.lib.3.quæst.5.num.8.& seq. Sarnen.super dicta reg. qu.1.in princip.* Unde cum dispositio istius regulæ non solum concernat interesse privatum, sed etiam commodum, & bonum publicum, ideò inducit formam; quod etiam ex eo colligitur, quia irritat actum, *Bal.in l.1.ff.de lib.& posthum. Sarnen.loco cit.q.6.in fin.*

Observa tamen, quod annus, de quo primo loco loqui- 4
tur regula, incipit a die adeptæ possessionis per eum, cujus
beneficium impetratur, *ut post Mandos.in d.reg.qu.19.tradit
Paris.de resign.benef.lib.3.q.5.n.72.& seq.* ubi etiam dicit, quod
annus debet esse continuus, ita ut non sufficeret, si esset interpolatus, puta si quis possederit per sex menses pacifice, deinde spoliatus fuerit, & posteà recuperaverit possessionem, illamque continuaverit per alios sex menses: quia tempus in dubio de continuo, non interpolato est intelligendum, *Theodos.Rub.in sing.tom.1.ad decis.56.Gypsi ex lib.1.* ubi etiam dicit, quod ut suffragetur dicta regula, de annali, in eo, qui possedit per tres annos, sufficit possessio pacifica ultimi anni: nec ad id requiritur titulus, *ut observat idem Rub.dict.
tom.1.ad decis.Cassad.14.incip.propositum fuit:* ubi, quod re- 5
gula de annali contenta est de tentatione etiam absque titulo,
& quod propterea ea juvare se potest intrusus, & imputatus
de hæresi ante sententiam, *Rot.dec.505.num.5.p.3.Recent.* ubi
etiam, quod ad effectum regulæ possessio requiritur imme- 6
diatè a die datæ, & ante præcedentem impetrationem ejus, adversus quem datur de regula.

Observa 2. quod sex menses, de quibus in regula, currunt 7
a data impetrationis, non expeditionis bullarum, vel commissionis, *glos.in clem.fin. de rescript. Sarnen.in d.Reg.q.67. ubi, quod ita servatur in Rota, & in Curia.*

Observa 3. quod annus, de quo secundo loco loquitur 8
regula ad finiendam causam incipit currere a die executæ citationis, *Put.decis.86.lib.2.Greg.dec.532.num.2.Sarnen.loco cit.q.68.* ubi etiam dicit, quod si possessor intra sex menses citetur, non debet impetrans expectare totum tempus sex mensium, sed statim facta citatione incipit annus ad finiendam causam.

Observa 4. quod ad effectum dictæ regulę sufficit causam 9
instruxisse infra annum, ita, ut judex potuisset, si voluisset, ferre sententiam pro actore, vel pro reo: nec requiritur aliqua protestatio super causæ expeditione, *Gregor. dicta decis.532.a num.3.& ibi Bertram.& decis.272.num.3.& seq. Penia decis.323.num.3.& seq.& decis.356.num.1.& seq.* ubi, quod
regulæ de annali satisfit per diligentiam factam de expedien- 10
da causa in primo anno, licèt in ulterioribus annis facta non fuerit.

Observa 5. quod tempus anni, de quo secundo loco fit 11
mentio in dicta regula, currit etiam impedito propter verbum, debeat, positum in regula, quod præcisam necessitatem ostendit: præsertim quia impetrans tractat de lucro; ideò ei non suffragatur impedimentum, quod solum prodest ei, qui tractat de damno, secundum *Mandos.d.reg.de Annal.q.79.n.7.& 8.fol.192. Sarnen super d.Reg.q.71.in princ. vers.& hoc putarem verum, & de Trien.q.57.in fin. quos refert, & sequitur Grat.discept.for.c.574.numer.21.& seq.* contrarium tamen sensit *Rota coram Greg.d.dec.272.num.5.* ubi, quod in computatione dicti anni deducenda sunt tempora impedimentorum.

Addit *Grat.loc.cit.n.27.& seq.* quod ista regula, licèt sit 12
notissima, non suffragatur, nisi in actis parte citata fuerit 13
producta, quia concernit favorem possessoris: quemadmodum ita demum impetrationes factæ de beneficio pacificè, per triennium possesso censentur irritæ, & inanes, si ipse possessor opponat, *ut post Staphil. de litter.grat in tit. de vi, & effect.claus. §.successivè n.[illegible] scripsit Gonzal. ad reg.8.Cancell. gloss.56.num.83.*

Observa 6. quod regula ista concernit petitorium, dum 14
dicit, causam in impetratione debere exprimi, ex qua nullum in dicto beneficio possessori jus competere constet, & ideò non sufficeret litem infra sex menses movere, ac sententiam infra annum obtinere super possessorio, *Crescen.dec.9. de Caus.poss.& propr. ubi dicit, ita fuisse decisum in una Hispalensi scholastriæ coram D.Aragonia:* hoc tamen intellige in mero, & simplici possessorio; secus in possessorio, quod petitorii causam habet annexam, ut est possessorium adipiscendæ: quia in tali casu satisfit regulæ, si impetrans in tali judicio requisita regulæ servaret, non intentando aliter merum petitorium, cum de tali possessorio idem ferè judicandum sit quod de petitorio, quicquid aliud sit in aliis possessoriis, *Sarnen.super dict.Reg.quæst.66.vers.& ista omnia, Penia decis.397.num.4.& seq.*

Hinc fit, ut ad effectum hujus regulæ de annali sufficiat 15
lis, & sententia obtenta super ea equutione litterarum Apostolicarum, cùm talis exequutio concernat possessorium adipiscendæ, *Rot.dec.505.n.3.par 3.Recen.Greg.dec.213.& ibidem
Beltram.* ubi etiam dicit, quod si per partem adversam fuis- 16
set suspensum petitorium tunc impetrans excusaretur, si infra annum causam non expediret in petitorio: & istud tempus, quo lis in possessorio duravit, esset subducendum de me-

medio, non obstante etiam, quod impetrans succubuisset in possessorio, *juxta decis.10. Crescent. de Caus. possess. & propr.*

17 Observa 7. quod regula hæc personalis est secundùm stylum Cancellariæ, quia semper respicit ipsum impetrantem, & possessorem; & ideo extinguitur cum persona, *ut post Sarnen.in dict.reg.quæst.62. vers.postremo,notat.Paris.de Resig. lib.3.q.5.num.52.*

18 Observa 8. quod hæc regula annullat, ut ex tunc, *Cassa-*
19 *dor.dec.1.super Reg.de Annal.Put.dec.25.lib.1.* ubi dicit, quod producta regula etiam in secunda instantia, omnia retro facta essent nulla, *Rub.in suis sing.p.3. in ver.Felinus,* §.19. ubi dicit, quod regula de annali potest produci non solum in prima, sed etiam in secunda, & tertia instantia, & præcedentes sententiæ sunt nullæ vigore decreti irritantis positi in regulis Cancellariæ.

20 Observa 9. quod licèt regula annullet impetrationem beneficii, & omnia inde secuta, quatenus servatæ non fuerint ejusdem regulæ conditiones: non prohibet tamen, iterùm impetrari beneficium, *Rebuff. ad Regul. de Annal. gl. 14. & 19. Mandos.q.85.num.4. & alii apud Gregor.decis.369. & 399. numer.4.*

21 Limita, si impetrans fuerit repulsus, & condemnatus per sententiam tanquam indebitè molestans possessorem: quia tunc regula idem beneficium ab eodem iterum impetrari prohibet tam per litteras, si neutri, quàm subrogationis, *Penia dec.323.n.5. Sarnen.in d.reg.q.78.& 82.*

22 Observa 10. quod hæc regula in multis casibus non habet locum, & primò in beneficiis Jurispatr. laicorum, quia loquitur de impetratione, & collatione, quæ est libera respe-
23 ctu conferentis, *Sarnen.ubi supra, q.27.* ubi etiam dicit, quod regulæ Cancellariæ loquentes generaliter de Beneficiis non habent locum in hujusmodi beneficiis jurispatronatus, *Rot. dec.599.n.41.p.4.tom.3.Recen.Seraph.dec.285.*

24 Secundo non habet locum in impetrante gratiam a Papa motu proprio *latè Sarnen. in d.reg.q.10.*

25 Tertio non procedit in provisione certo modo impetrata ab Ordinario: quia Ordinarius, quando confert impetranti beneficium annalis possessoris, jam habet, vel habere præsumitur certam notitiam illius possessoris, cùm visitare soleat singulis annis oves suas, & teneatur titulos possessorum perscrutari, *cap.ordinarii, de off.ordin.in 6.* & ideo conferendo simpliciter alteri beneficium, præsumitur annalem possessorem tamquam titulum non habentem negligere, *ut inquit Sarnen.in dict.reg.q.9. vers.prædictis tamen non obstantibus &c.*
26 ubi etiam *ex Concil o Basiliensi,tit.de Pacif.possessor.* observat, quod propter hanc causam nulla præscriptio etiam triennalis currit contra Ordinarium, quominus posset removere possessionem carentem titulo, *& ita etiam sensit Rota coram Put.*
27 *dec.294.lib.2.* ubi etiam dicit, quod hæc regula non habet locum in provisione certo modo impetrata a Legato: quamvis contrarium in hoc resolverit, *Rot.in una Coloniensi coram Aldobrandino, ut refert Seraph. dec.285. num.9.*

28 Quarto non procedit in beneficiis consistorialibus, si de illis fuerit consistorialiter provisum, *Put.decis.490. libr.2.Rot. dec.791.num.2.par.3.Recen. Sarnen.loc.cit.q.24.* ubi dicit, quod regula loquitur de impetratione: & beneficia consistorialia non impetrantur, sed per promotionem Papæ, & provisionem conceduntur, & talis promotio fit per schedulam; & ideo forma illius provisionis est longè diversa ab impetrationibus, de quibus ista regula loquitur.

S U M M A R I U M.

1 *In prædio rustico censetur facta reconductio per unum annum, si conductor finito tempore conductionis in re conducta permansit, in prædio urbano censetur facta conductio prout quisque habitavit: limitatur n.9.10.11.17.20.21.23.24.25.27.29.30.31.32.& 33.*
2 *An Beneficiatus recipiens pensionem pro uno anno, censeatur ratificasse pro toto tempore locationem factam a prædecessore.*
3 *Quid si ex prædio rustico percipiantur fructus solùm de quinquennio in quinquennium.*
4 *Reconductio censetur facta cum eadem hypotheca, & pactis, quæ continentur in prima locatione.*
5 *An conductor in tali casu possit agere actione locati ad pensionem non solutam.*
6 *An censeatur facta reconductio in prædiis Ecclesiæ, pupilli, & universitatis.*
7 *Quid si quis locavit operas suas ad certum tempus, & post illud tempus perseveravit sciente, & patiente conductore.*
8 *An socius, qui certo tempore conduxit ab alio socio portionem domus communis, eo tempore elapso censeatur reconduxisse.*
12 *Per locationem ad longum tempus transit dominium utile in locatarium.*
13 *Quid si locatio facta sit ad vitam alicuius.*
14 *An ex locatione facta a Rep. ad modicum tempus transferatur in conductorem dominium utile.*
15 *An in tali locatione locum habeat tacita reconductio.*
16 *Quid si extaret statutum, quod reconductio intelligatur facta pro eodem tempore.*
18 *Officialis finito anno suæ electionis habet administrationem, & eius gesta valent, donec successor acceperit possessionem sui officii, & quando id procedat*
19 *Legatus positus cum temporis præfinitione non potest conferre beneficia post tempus, licèt ante successoris adventum.*
22 *Quando conductor durante locatione possit expelli.*
26 *An pactum de francando appositum in prima locatione, censeatur repetitum in tacita reconductione.*
28 *An furtum committat qui ultra tempus determinatum equo, ut alia re mobili, vel se movente utitur.*
29 *Quando inducatur locatio perpetua.*
30 *An obligatio cameralis apposita in instrumento locationis censeatur repetita in tacita reconductione.*
31 *Et an juramentum censeatur repetitum.*
32 *Quando locatio in sex menses censeatur tacitè revocata, & quando pro rata temporis.*
34 *An, & quando singularis successor teneatur stare locationi, & n.36.*
35 *Quando vendita re teneatur Colonus stare locationi.*
36 *Locatio facta sine præfinitione temporis intelligitur ad unum annum.*
38 *Conductor debet restituere ultimo anno fundum in eodem statu, in quo reperiebatur tempore conductionis.*
39 *Quænam probatio requiratur pro liquidatione quantitatis fructuum.*

C A P U T XXXV.

An, si conductor finito tempore conductionis, in re conducta permansit, reconduxisse intelligatur.

RESp. quod ex tacito consensu contrahentium in prædio 1
rustico censetur facta reconductio per unum annum, etiamsi prior conductio facta fuerit pro majori tempore: sed in prædio urbano censetur facta conductio, prout quisque habitaverit: hoc est pro tempore, quo remansit in domo post finitam conductionem, *l.item quæritur, §.qui impleto, ubi DD.ff.locat.late Mascard.de probat.concl.991.num.22.25. & 26.vol.2.* ratio diversitatis est, quia ex prædiis rusticis semel in anno colliguntur fructus, videlicet tempore messis, vel vindemiarum, & ideò reconductio inutilis esset, si per alium saltem annum non duraret; in prædio verò urbano etiam una die esset utilis reconductio, quia ex eo fructus æqualiter percipitur qualibet anni parte, *ut dicit gl. in d.§. qui impleto, in ver.prout quisque,vers.fin. Bal vers.Quinto modo & iste est communis intellectus teste Bartol. ibidem, numer.10. la-* 2
tè Surd. decis. 33. ubi etiam dicit, quod Beneficiatus recipiens pensionem pro uno anno, non censetur ratificasse pro toto tempore locationem factam a prædecessore, quando locatio non fuit facta nomine Ecclesiæ, sed solius Prælati.

Addit *Bart. in dict. §.qui impleto num.10.* quod si prædium 3
rusticum esset tale, ut ex eo fructus perciperetur solùm de quinquennio in quinquennium, tunc in quinquennium censetur locatio renovata, *ut observat etiam Bald.in l.legem numer.1.vers.item dico, Cod.locat. Mantic. de Tacit. libr.5.titul.15.numer.6.*

Censetur autem facta reconductio cum eadem hypothe- 4
ca, & pactis, quæ continentur in priori locatione tam respectu locationis, quàm Conductoris: & ideò conductor tenetur solvere juxta pretium conventum in primo contractu, *ut colligitur ex d.§.qui impleto,d.l.legem,C.locat.& tradit etiam Alciat.reg.2.Præsumpt.17.n.5. Mant.de Tacit.lib.5.tit.15.n.19. & 33.* ubi dicit, quod reconductio tacita ejusdem est qualitatis, cujus est expressa, *Mascar. de Prob.vol.2.concl.991.nu.3.*
& 9. Afflict.dec.365.n.13. ubi, quod locator in tali casu po- 5
test agere actione locati ad pensionem non solutam, *latè Merlin.de Pignor.lib.3.q.39.per tot.*

Et hoc quidem procedit non tantùm in prædiis privatæ 6
personæ, sed etiam in prædiis Ecclesiæ, pupilli, fisci, & universitatis interveniente scientia, & patientia Prælati,

Toto-

Tutoris, seu Curatoris, vel administratoris, *Bartol.in d.§.*
qui impleto,num.6.ubi etiam Bal.Bero cons.152.numer.12.libr.1.
Rui.cons.86.num.9.lib.1. Mantic.ubi supra,num.12.& seq.& alii
communiter.

7 Secundò dispositio dicti textus locum habet, ubi quis lo-
cavit operas suas ad certum tempus: nam si post illud
tempus, perseveraverit sciente, & patiente Conductore
intelligitur tacita reconductio, *Mascard. dicta conclus.991.*
num.12.Mantic.de Tacit.lib.5.d.tit.15.num.46.Cancer.variar.
lib.1.cap.14.num.65. ubi exemplificant in Advocato, Medi-
co, & similibus.

8 Tertiò procedit etiam in socio, qui certo tempore condu-
xit ab alio socio portionem domus communis: nam eo tem-
pore elapso censetur reconduxisse, secundum *Petr.de Ubald.*
in tract.Soc.in pr.par.qu.10. Alciat.dict.reg.2.præsumpt.17.nu-
mer.4.Mant.d.tit.15.num.35.vers.ego vero, contrarium tamen
tenet *Mascard.d.concl.991.n.20.* quia præsumitur uti jure suo
finita conductione, cùm possit socius jure proprio uti domo
communi, & sic totam inhabitare, *l.merito, ff.pro soc.& tra-*
dunt DD.in l.duo fratres,ff. de Acq.hær. unde hæc opinio ve-
rior videtur.

9 Limitatur tamen supradicta conclusio, quando Condu-
ctor per modicum tempus remansit in re conducta: quia tunc
tacitè reconduxisse non censetur, *Mascard.dict.conclus.991.*
num.21.Cancer.var.resol.lib.1.cap.14.num.58. Mantic.d.libr.5.
tit.15.num.16. modicum verò tempus ad hunc effectum dici-
tur spatium duorum, vel trium dierum, secundum *Bald. in*
d.l.item quæritur,§.qui impleto: ego tamen censeo, id arbitrio
Judicis esse remittendum, *ut dicit Bart.ibidem,num 12.Alex.*
cons.215.num.21.lib.6. Menoch.de Arbitr.Jud.cas.4.num.5. Se-
raph.decis.580.num.5.

10 Limitatur 2. quando deficit consensus contrahentium,
Bart.in d.§.qui impleto, num.14.& 15. Mant.loco cit.numer.10.
& 11. ubi exemplificat in hærede absente, vel ignorante, &
furioso, *Afflict.dec.363.num.2. Alciat.ubi sup.num.6.Mascard.*
d.concl.991.numer.30. ubi dicit, quod non censetur renovata
locatio, si Dominus ignoraret, conductorem adhuc perse-
verare in possessione.

Observa tamen, quod si curator furiosi, vel hæres defuncti
sciverit, & passus fuerit colonum retinere fundum post tem-
pus conductionis, renovata intelligitur conductio, *ut post*
Bart.Bald.Salyc. Paul.de Castr.in d.§.qui impleto,& alios ob-
servat Mant d.lib.5.tit.15.num.25.

11 Limitatur 3. in emphyteusi concessa ad longum tempus,
putà ad decem, vel 20. annos; nam post elapsum hujusmo-
di tempus non intelligitur renovata juxta communem Do-
ctorum sententiam: & ratio est secundùm aliquos, quia in
emphyteusi necessaria est scriptura, *gloss.in leg.1.ver.alienatio-*
nis,Cod.de Jur.Emphyt. Bart.loc.cit.num.7. Alciat.dict.regul.2.
præsumpt.17.num.3. Afflict.dict.decis.365.num.10.Cancer.var.
lib.1.d.c.14.n.61.Mascard.d.concl.991.num.14.& 15. & in feu-
do dixit *Rosental.in tract.de feud.c.2.concl.69.* ubi asserit, quod
feudum non censetur renovatum, etiamsi mortuo Vassallo,
Domino sciente, & patiente hæredes Vassalli in possessione
permaneant.

Hæc tamen ratio concludere non videtur: quia hodie de
consuetudine in contractu emphyteutico non est necessaria
scriptura, *gl.in d.l.1.vers.scriptura,Cod.de Jur.emph. Ursil.ad*
Afflict.ibidem,n.6.ubi de communi testatur,& ità etiam tradunt
alii DD.apud Clar. in §.emphyteusis,q.4.

Ratio igitur est, quia in emphyteusi agitur de utili dominio
transferendo, non de modico præjudicio: & ideò finito tem-
pore non censetur renovata, *Bald.in dict.§.qui impleto, vers.*
Quæro hic,quid in Emphyteusi, Alex.cons.17.n.12.lib.4. ex quo
fit ut rei locatio ad longum tempus, putà ad decem annos,
lapso tempore præfinito non censeatur renovata: quia per
locationem ad longum tempus transit dominium utile in lo-
12 catarium, *Alex.loc.citat. Afflict.dict.dec.365.n.4.& 5.per tex-*
tum in l.1.in fin.ff.si Ager.vect.& in leg.1.§.quod autem ait,ff.de
13 *superfic.* idem dicendum, si locatio facta sit ad vitam alicujus:
quia tunc etiam dicitur ad longum tempus, *Dec.cons.204.Ti-*
raq de Ret.consang.§.1.glos.14.quos refert,& sequitur Ursill.ad
Afflict.d.dec.365.num.5.

14 Observa tamen, quod licèt ex locatione facta a Rep.
etiam ad modicum tempus transferatur in conductorem do-
minium utile, & naturalis possessio, *juxta gl.in l.1.ff.de loc.*
15 *pub.fruen.* tamen in tali casu tacita reconductio locum habet,
ut constat ex dicto §.qui impleto, & notat Ruin.cons.61.numer.5.
in fin.& num.6.& 7.libr.1. Alex.consil.28.num.4.cum seq.libr.4.
Cephal.cons.475.numer.43. Mantic.de Tacit.dict.lib.5.titul.15.
num.36.& 37. ubi dicit, quod eo casu etiam ex tacita recondu-
ctione utile dominium, & naturalis possessio in conducto-
rem transfertur.

Observa 2. quod reconductio tacita inducitur etiam in 16
locatione ad longum tempus, si extat statutum, quod re-
conductio pro eodem tempore facta intelligatur: & tunc re-
conductio tacitè intelligitur facta pro alio decenni, &
consequenter apud conductorem remanet etiam utile domi-
nium, & naturalis possessio, *Alex.cons.28.n.4.cum seq.libr.4.*
Ruin.cons.61.n.8.lib.1. Mant.loc.cit.n.29.& 38. ubi etiam dicit,
quod statutum in tali casu intelligitur de prima tantum taci-
ta relocatione.

Limitatur 4. in officiis, quæ ex necessitate geruntur, qua- 17
lis est tutela; quia non videtur illud officium tacitè renova-
tum, licèt quis in eo remaneat, *Alciat.d.reg.2.præsumpt.17.*
n.1.post Bald. in d.§.qui impleto,num.8.

Idem dicendum est de officiis, in quibus requiritur aucto-
ritas publica, quales sunt Gubernatores, seu potestates lo-
corum, nam finito tempore expirat eorum officium, nec
censetur renovatum, *Bart.& alii DD.in d.§.qui impleto, &*
est communis opinio.

Notandum tamen est, quod Officialia finito anno, seu 18
biennio suæ electionis habet administrationem, & ejus ge-
sta valent, donec successor acceperit possessionem sui offi-
cii, *l.1.§.administrationem,Cod.ut omn.Jud.* cujus textus di-
spositio procedit in Judice ordinario, *ut post Guid.Pap.de-*
cis.501.& ibi Add.Mar.Mut.super consuet.Panorm.c.68.n.11. 19
observat Grat. discept.for.cap.104.num.46. non autem in Judi-
ce delegato, *Bald.in l.meminisse, vers.extra quæro,ff.de off.pro*
cons. ubi dicit, quod Legatus post cursum temporis præfini-
tione, non potest conferre beneficia post tempus, licèt an-
te successoris adventum.

Limitatur 5. ubi constat de contraria voluntate contra- 20
hentium, putà si Dominus cum conductore litiget, ut
eum expellat tunc enim lapso termino non censetur facta re-
locatio, *Alciat.d.reg.2.præsump.17.n 7. Mant.de Tacit.libr.5.*
tit.15.n.20.Mascard.d.concl.991.num.28.

Limitatur 6. si locator non impler contractum ex parte 21
sua: hoc enim casu non videtur renovata conductio, nisi
locator contractum adimpleverit, *Bart.in d.§.qui impleto,n.4.*
latè Mascard.de Probat.concl.991.n.31. idem dicendum est, si
conductor pro parte sua non adimplevit, putà si pensionem
non solverit: tunc enim non poterit allegare tacitam re-
conductionem, etiamsi manserit finito tempore in re con-
ducta, *l.quæro,§.inter locatorem,ff.locat. Cancer.variar.lib.1.*
cap.14.num.70. Cravet.consil.87.num.3. Mant.dict.lib.5.tit.15.
num.28. ubi dicit, quod etiam durante locatione potest ex-
pelli, *Alex.cons.76.num.6.lib.5.* ubi dicit, quod etiamsi ex- 22
pressè conventum esset, ut conductor intra tempus locatio-
nis expelli non possit, tamen intelligi debet, nisi conductor
cessaverit in solutione pensionis conventæ, *Rot.dec.366.nu.5.*
& seq.p.4.tom.2.Recent.

Limitatur 7 in tertio obligato, *ut colligitur ex dicto §. qui* 23
impleto,& notat Bald.ibidem,vers.No.quod tacita reconductio.
Hinc fidejussor, qui in priori locatione accessit, ex tacita
conductione non intelligitur obligatus, *Bart.in dict.§.qui im-*
pleto,n.3.Merl.de Pign.lib.3.q.39.n.5.& 11.Mant.d.lib.5.tit.15.
n.22.& lib.16.tit.21.n.3. Cancer.var.lib.1.c.14.n.65. ubi dicit,
quod si pro obligato ad tempus quis fidejussit, & postea lo-
catio prorogetur, non tenebitur fidejussor, nisi de ejus vo-
luntate fuerit facta prorogatio: subdens, quod non sufficit
simplex consensus fidejussoris in prorogatione, sed quod de-
bet esse per stipulationem, *ad not.per DD.in l.blanditus,C.de*
fidejuss. latè Mascard.concl.991.n.6.& 7.

Limitatur 8. in pœna apposita in prima locatione: nam 24
in secunda conductione tacitè facta non censetur repe-
tita, *ut post Dyn.dicit Bald.in dict.§.qui impleto, vers. Juxta*
hoc quæro.

Limitatur 9. in venditione fructuum: nam si fructus ali- 25
cujus prædii pro certo pretio ad tempus certum venditi fue-
rint, eo tempore transacto ex tacito partium consensu non
censetur venditio renovata, *Bald.in l.item quæritur,§.qui im-*
pleto,vers.sed quid si contractus, Alex.cons.76.num.1.& 2.lib.5.
Ruin.cons.78.n.5.lib.1.Bero.cons.153.n.23.& 67.lib.1.Mant.loco
citat.dict.titul.15.numer.41. ubi dicit, quod tacita renovatio
habet locum in contractu locationis tantùm, & non in alio
simili, ut est venditio fructuum, & sentit etiam *Cancer.dict.*
libr.1.cap.14.numer.62. Mascard.de Probat.dicta conclus.991.
numer.29.

Hinc fit, ut si fuerit facta locati [illegible] ium cum 26
pacto, quod conductor [illegible] ictum
tempus emere, & fi [illegible] dicto
tempore non [illegible]
finito quin [illegible]
annos [illegible]
tor [illegible]

Tac.dict.lib.5.tit.15.n.19.Cephal.conf.475.n.54.Bero.conf.153. lib.1. ratio est, quia dispositio juris communis de locatione loquentis non extenditur ad alium contractum, ut supra diximus, *Alex.cons.76.n.5.lib.5.* ubi etiam aliam rationem assignat, quia videlicet in tali casu agitur de magno præjudicio, hoc est de francatione directi dominii.

27 Limitatur 10. in rebus mobilibus, vel se moventibus, in quibus locatio finitur transacto tempore in contractu locationis præfixo ita, ut post elapsum tempus non intelligatur renovata, *Caroc.de locat.& cond.p.2.tit. de reno. locatio. n.13. & alii apud Cancer.var.lib.1.c.14.n.69. Masc.d.concl.961. nu. 27.Bald.in d.l.item quæritur, §.qui impleto, vers.quæro, quid*
28 *in re mobili*, subdens, quod furtum non committeret qui ultra tempus determinatum equo, aut alia re mobili, vel se movente uteretur, quia ex præcedenti contractu Dominus præsumitur consentire, *Mant.d.libr.5.tit.15.num.40.* ubi dicit, quod in tali casu tenetur conductor ad mercedem totius temporis, donec equus, vel alia res mobilis restituatur.

29 Limitatur 11. quando conductor post finitam locationem perseveravit in re conducta per 30.annos sciente, & patiente locatore, solvendo uniformem pensionem, tunc enim inducitur locatio perpetua, & cessat tacita reconductio, *ut post Ruin.cons.61.num.2.libr.1. trad.Mant.dict.libr.5. titul.15.nu.30.* quod procedit, ubi posterior præstatio esset penitus difformis à contenta in priori instrumento, & verisimilitudo appareret novæ conventionis, quia tunc præsumitur novus titulus, ut dicit, *Avendan.de censib. Hisp.cap. 22. quem refert, & sequitur Cancer. variar. libr.1.cap.14.numer.97.*

30 Notandum est autem, quod quarentigia, vel obligatio cameralis apposita in instrumento locationis non censetur repetita in tacita reconductione, *Afflict. decisio. 365.nu.15. Mascard.dict. conclus.991.nu.8. & est communis opinio*, quia in tacita renovatione non censentur repetita quæ certam formam requirunt; & ideò neque juramentum repetitum cen-
31 setur eo quòd pro forma requiratur, ut jurans proferat concepta verba, & tangat suis manibus scripturas, *Jas.cons.49.n. 8.& seq.lib.3.Guttier.de Juram.confirm.p.1.c.49.n.13. Bero.qu. 100.n.3.& 12.& alii apud Cancer.var.c.14.n.66.lib.1.* ubi ex hoc infert, quod Conductor, qui in instrumento quarentigato erat obligatus ad mercedem, & sic non solvendo poterat carcerari, si tacitè reconduxit, minimè poterit carcerari pro pensione non soluta.

32 Notandum 2. quod si prædium rusticum sit tale, ut ex eo bis in anno fructus uniformis percipiatur, locatio in sex menses tantùm censetur tacitè renovata, *Bart.in d.l. item quæritur, §.qui impleto n.10.ff.locat.* ubi etiam dicit quod si ex hujusmodi prædio rustico qualibet parte anni fructus uniformis perciperetur, tunc pro rata temporis, quo quis in fundo fuerit, intelligitur tacitè reconduxisse, quia eadem est ratio, quæ in prædio urbano, *ut notat etiam Mant. d.l. 5.tit.15.n.7.& 8.*

33 E contra verò, si ex prædio urbano non perciperetur fructus uniformiter qualibet parte anni, putà si domus locata existat in loco, ubi nundinæ fiunt, & conductor plus lucretur diebus nundinarum, quàm alio tempore, tunc idem dicendum est, quod in prædio rustico, ut in id tempus nondinarum tacitè intelligatur etiam reconduxisse, quia eadem est ratio, *ita Bar.loc.cit.Mant.ubi supra n.9.*

34 Notandum 3. quod licèt singularis successor non teneatur stare colono, cui prior Dominus locavit, *l.emptorem, C.de locat.* tamen si colonus fecit impensas, ut quia seminavit, tunc pro anno incepto singularis successor tenebitur
35 stare locationi, quemadmodum neque colonus pro eodem anno ab ea potest recedere, *ut post Bal.in l.emptorem Cod.locat.& alios tradit Surd.decision.40.* ubi id intelligit, quando locatio fuit valida; secus si fuit nulla, putà si facta fuerit ab eo, cui per subhastationis judicium erat interdicta bonorum administratio, *Cavalc.decis.44.n.23.* ubi dicit, quod colonus non tenetur perseverare cum eisdem pactis initis cum Antecessore sed tanquam colonus partiarius fructus anni cœpti partietur cum successore, *Cacher.decis.82. num.5. & seq. Mant.de Tac.lib.5.tit.11.* subdens quod si colonus pensionem solvit, & ab initio rectè contraxit, iniquum est ab eo contractu recedere.

36 Item, ubi [illegible] ditur aut alio titulo transfertur in eum qui [illegible] am, te[illegible] iliter stare locationi [illegible] ti cen[illegible] ere jus, [illegible] d. [illegible] ior in l. [illegible] Su [illegible] ubi ex [illegible] us, [illegible] stare co- [illegible] gitur [illegible] lum jus,

quod habebat in re donata, vel legata, *vide quæ supra diximus c.39.à n.25.lib.1.*

Notandum 4. quod locatio facta sine præfinitione tempo- 37
ris intelligitur ad unum annum: & ideò de anno in annum tacitè renovatur, *Bald.cons.141.n.6.lib.1. Ruin. cons.61. n.10. lib.1.Soc.Jun.cons.25.n.3.lib.2.& alii apud Mant. de Tac.lib.5. tit.4.nu.1.& 15.* ubi etiam dicit, quod primo anno expleto permissum est, altero etiam invito ab ea recedere; & ideò quoad secundum annum, & alios subsequentes novus intelligitur contractus ex tacito consensu contrahentium, *juxta l. item quæritur, §.qui impleto, ff.locat.& conduct.*

Notandum 5. quod conductor regulariter de jure debet 38
restituere ultimo anno fundum in eodem statu, in quo reperiebatur tempore conductionis, aliàs tenetur locatori ad omnia damna, & interesse, *l.cum conductorem, 29.ubi gl.2. cod.de locat.* Unde si accepit fundum seminatum, restituere per eundem seminatum in eadem mensura, & quantitate, aliàs tenetur ad restitutionem seminis deficientis, & etiam ad interesse ratione damni, & amissionis fructuum, quos percepisset locator si fundus seminatus fuisset, *Surd. dec.131.num.4.& dec.201.num.7.Ruin.cons.80.sub nu.1.& cons. 88.sub num.4.vol.1. & alii apud Ciriac. contr.for.229.nu.3.& seq.lib.2.*

Quæ verò probationes requirantur pro liquidatione 39
quantitatis fructuum? Respond. quod sufficiunt leviores probationes, etiam per conjecturas, cum hujusmodi liquidatio reputetur difficilis probationis, *ut post Bald. consil.323. n.5.lib.2.Natt.cons.510.n.4.Surd.cons.293.n.31.lib.2.Corn.cons. 301.in fin.lib.1.tenuit Rot.dec.1132.coram Seraphino, & decis. 727.n.1.p.3.in Recen.* ubi etiam dictum fuit, quod ad id admittuntur testes de credulitate, & singulares, & *decis.139.n. 3.p.4.tom.1. in Recen.* ubi etiam, quod ad hunc effectum satis est probare, quantum una tenuta præteritis annis consueverit reddere, & *dec.718.n.6.& 7.eadem p.4.tom.3.* ubi additur, quod in hujusmodi liquidatione fructuum potest etiam à Judice capi extrajudicialis informatio, *latè Mascar. de Prob.vol.2.concl.929.*

S U M M A R I U M.

1 *Spatium unius anni datur exequutoribus ad exequendam ultimam voluntatem, quo elapso exequutio devolvitur ad Episcopum: limitatur n.4.& 7.*
2 *Quando currat annus prædictus, & n.5.*
3 *Quando impedimentum retardet pias causas.*
4 *An, & quando Episcopus, vel ejus Vicarius possit hujusmodi tempus prorogare, vel restringere, & n.7.*
5 *Quid si testator majus tempus ad solvendum legata exequutoribus, seu hæredibus dederit.*
6 *Episcopus compellere potest executores piarum voluntatum ad reddendam rationem administrationis usque ad 40. annos.*
7 *Quid si testator reliquerit executorem; qui infra annum exequatur, & eo transacto jusserit, ut alius exequatur.*
8 *Provisio hominis facit cessare provisionem legis.*
9 *Quando prædictum tempus non currat.*
10 *Quando currat tempus ad adimplendam voluntatem Testatoris.*

C A P U T XXXVI.

Quodnam tempus detur exequutoribus ad exequendam ultimam voluntatem.

Respond. quod datur annus, *l. nulli, cod. de Episcop. & cler. capit. nos quidem, de Testam.* quo elapso e- 1
xequutio devolvitur ad Episcopum, *ut in dict. cap. nos quidem, & cap.tua nobis, eod.titul. de Testam.*

Annus verò non currit à die aditæ hæreditatis, sed à die 2
monitionis factæ per Judicem, *ut tradunt Abb. consil.50.dub. 3.l.1.Spin.de Testam.gloss.28.n.10. & alii apud Barbos. in d. c. nos quidem, n.3.Gratian.discep.forens.c.73.n.11.* ubi etiam dicit, quod non expectaret transcursus anni, si dispositio sit talis naturæ, ut statim executioni demandari debeat, idemque dicendum, *si hæres copiam habet rei legatæ*, quia [illegible] tenetur absque mora eam præstare, *l.si domus, §.in [illegible]* *de l.1.* quamvis contrarium teneat *Cevall. in Spec. [illegible] comm.contr.commun.q.374.n.4.* ubi dicit, quod te[illegible] currit à die mortis testatoris, etiam ignorantibus [illegible] peditis executoribus testamentariis; quia ann[illegible] 2
favore executorum, sed favore pauperum, [illegible]
pati moram ex ignorantia executorum; & [illegible] 3

libere ad Episcopum devolvitur executio, *ut d. Bald. in l.
capitatorias, num. 12. cod. de Testam. milit. & ità sentiunt alii
apud Gennens. in tract. de Eccles. q. 298. Surd. de alim. tit. 8. pri-
vil. 32. num. 7. & 8.* ubi quod debet impedimentum retar-
dare pias causas, etsi impedimentum proveniat à natura
rei expediendæ, ut quia talis sit quæ intra annum expediri
non possit, *Barbos. in d. c. nos quidem, & in c. tua nobis, n. 4.
de Testam.*

4 Observa tamen, quod sicut potest Episcopus, vel ejus
Vicarius prorogare hujusmodi tempus ad instantiam execu-
torum etiam sine causæ cognitione, quando Testatoris vo-
luntas non potest intra illud tempus executioni demandari,
Ceval. quæst. 374. num. 2. Gratian. ubi supra, numer. 12. ità
poterit præsertim ex justa causa illud præmissa bina moni-
tione restringere tam in legatis, piis, quam pro anis, *ut
post Abb. in dicto cap. nos quidem, num. 11. Covar. ibidem,
num. 5. & alios trad. Barbos. de off. & pot. Epis. par. 3. alleg. 82.
num. 24.*

5 Observa 2. quod si testator majus tempus ad solvendum
legata executoribus, sive hæredibus dederit, putà duos,
vel tres annos, non poterunt cogi ante tempus quia disposi-
tio testatoris non est alteranda etiam respectu temporis, *l. si
mandavero tibi, ut pro me, ff. mand. Paris. cons. 23. num. 18.
lib. 3. Bald. cons. 301. lib. 2. & alii apud Gratian. d. c. 73. nu. 15. &
16.* cujus rei ratio est, quia quod possit Episcopus annum
restringere, ex eo provenit, quòd talis præsumitur esse in-
tentio testatoris, ut quanto citius fieri possit, ejus voluntas
impleatur, *l. 1. cod. de Sacros. Eccles.* talis autem præsumptio
cessat ubi testator certum tempus expressit.

6 Observa 3. quod Episcopus compellere potest executo-
res piarum voluntatum ad reddendam rationem administra-
tionis usque ad 40. annos, *arg. tex. in Auth. de Eccles. tit. §.
pro temporalibus, Jordan. Elucub. divers. lib. 14. tit. 24. de Præ-
scrip. num. 442. ubi citat Bart. in l. alio, ff. de alimen. & cib. leg.
Papien in form. libell. quo agitur ad redd. rat. tut. gl. ac executo-
res, num. 24.*

7 Observa 4. quod si testator reliquerit executorem, qui in-
fra annum exequatur, & eo, anno transacto jusserit, ut a-
lius exequatur, hoc casu non Episcopus sed substitutus à Te-
statore exequetur, quia provisio hominis facit cessare pro-
8 visionem legis, *ut post Bald. in l. si fundum sub condit. §. Sti-
chum, ff. de l. 1. Veronens. caus. 209. & alios dicit Grat. discep. for.
c. 220. n. 35. & seq.*

9 Observa 5. quod si controversia sit inter hæredes scriptos,
& venientes ab intestato de viribus testamenti, non currit
interim tempus executionis testamenti, *Tiraquell. de Re-
tract. lignag. §. 1. gloss. 10. numer. 38. Papien. in form. libell. quo
agit. ad redd. ration. tutel. in ver. ac executores n. 11.*

10 Observa 6. quod si testator certum præfixerit tempus ad
aliquid faciendum, puta intra mensem Januarii proximè fu-
turi, tale tempus currit etiam vivente testatore, *Butr. cons.
57. quem refert, & sequitur Altograd. cons. 1. n. 54* ubi dicit,
hoc contingere propter præcisam naturam temporis limita-
ti: nam in aliis casibus tempus ad implendam voluntatem
defuncti non currit, nisi à die aditæ hæreditatis, *ut d. Bald.
in l. si cui legetur, in princip. ff. de l. 1. Gratian. discep. for. c. 316.
n. 17. 18. & 19. idem Altograd. cons. 84. n. 4. per tex. in l. si in diem,
ff. de cond. & demon.*

SUMMARIUM.

1 *Decimæ personales debentur in fine anni: prædiales verò sta-
tim ac fructus collecti sunt.*
2 *An valeat consuetudo, ut decimæ non solvantur statim sed
certo tempore.*
3 *De agnis, & vitulis debentur decimæ non statim cùm nati
sunt sed cum illi nutriti sunt.*
4 *Lana statim solvi, & exigi potest.*
5 *Cui teneatur pastor decimas solvere, si in duabus parochiis
gregem pascit.*
6 *An possint laici decimas præscribere, & n. 12. & 17.*
7 *Concilium Lateran. simpliciter, & directè prohibet, nè de-
cimæ laicis à Prælatis inferioribus concedantur in feu-
dum.*
8 *Quando lex simpliciter alienationem, & acquisitionem pro-
hibet, censetur etiam prohibere præscriptionem.*
9 *An & quando laicus manuteneri debeat in possessione perci-
piendi decimas.*
10 *Quando celebratum fuerit Concilium Lateranen.*
11 *Quando præscriptio exemptionis decimarum suffragetur
laico.*
12 *Quid requiratur ad præscribendam minorem quantitatem ex
integra decima.*
13 *Immemorabilis cessat, ubi constat de initio.*
14 *Sola immemorabilis præscriptio sufficit, quando perso-
na Ecclesiastica reperitur in possessione percipiendi de-
cimas.*
15 *Quando possessio faciat præsumi privilegium.*
16 *Decimæ, si laicis concessæ reperiantur, censentur concessæ
post Concilium.*
17 *Quando Decimæ ex legitima concessione à laicis possi-
dentur, potest laicus contra laicum præscribere: decla-
ratur num. 18.*
19 *An Papa communicando privilegia alicujus Religionis ex-
emptæ a decimis, alteri Religioni, censeatur communicasse
hujusmodi exemptionem.*
20 *Quid si oriatur controversia, an decima solvenda sit Ec-
clesiæ prædiali, vel potius sacramentali.*
21 *An Episcopus possit laicis ad vitam, aliudve tempus con-
cedere ipsarum decimarum fructus.*

CAPUT XXXVII.

Quando solvendæ sint decimæ.

RESP. quod Decimæ personales regulariter debentur 1
in fine anni, *juxta gloss. communiter receptam in cap.
revertimini, ver. annus, 16. qu. 1.* ubi idem dicit de caseo, &
lacte; prædiales vero statim ac fructus collecti sunt, idest
quantocitius solvi possunt, *c. cùm homines, ubi gloss. & Do-
ctores, extra de Decim.* valere autem consuetudinem, ut 2
decimæ non solvantur statim sed certo tempore dicit *Barb.
in d. cap. cum homines*, ubi etiam observat, quod de agnis, 3
& vitulis debentur decimæ non statim cum nati sunt, quia
esset inutilis talis decimatio, sed cùm illi nutriti sunt nec in-
digent amplius lacte materno: lana verò statim solvi, & e- 4
xigi potest, cum nulla sit causa differendi: *Jo: Andr. ad Spec.
tit. de decim. §. scire, debes, lit. C. ver. specie.* In decimis autem
personalibus, expensæ deducuntur: secus in prædialibus
cap. pastoralis de decim. ex quo infert *Imol. in leg. fructus, ff.
solut. matrim. quem refert, & sequitur Genuen. in tract. de Ec-
cles. quæst. 403.* quod fructus, si ex dispositione legis, vel ho-
minis debentur Ecclesiæ, intelliguntur non deductis ex-
pensis.

Sed quæres, cui debeat pastor decimas solvere, si in dua- 5
bus parochiis gregem pascit? Resp. quod debet proportio-
nabiliter utrique Ecclesiæ decimas solvere, *S. Thom. 2. 2. qu.
87. ar. 3. ad 2. Sylv. in ver. Decima n. 14. gl. & DD. in c. ad Apo-
stolicæ, de Decim.* unde si oves in una Parochia jaceant, &
dormiant, & in alia pascant, decimæ similiter dividi de-
bent, *ut diximus in tract de Regim. Eccles. Episc. l. 5. c. ult. §. 1.
n. 7.* hoc tamen intelligendum est, quando oves æqualiter
morantur in utraque Parochia; secus esset si majore parte
anni pascerentur in una, & deinde ad breve tempus transfe-
rentur in aliam; quia tunc decima esset solvenda illi Paro-
chiæ, in qua pro majore parte anni grex stetit, *Paul. de Ca-
str. & alii in l. hujusmodi, §. legatum, ff. de l. 1. Boe. q. 13. nu. 54.
Rebuff. in tract. de Decim. q. 6. nu. 25. & sequ. & alii apud Cancer.
var. lib. 1. c. 23. n. 10.*

Quæres 2. an possint laici decimas præscribere? Resp. 6
negativè, quia illas possidere non possunt tanquam jus spi-
rituale, cujus laici sunt incapaces, *Concilium Lateranen. re-
latum in c. prohibemus de Decim. & cap. causam, quæ, & ibi
gloss. extr. de Præscrip.* quorum textuum dispositio procedit
in omnibus decimis etiam titulo temporali à laico percipien-
dis, *ut probat Maresc. var. l. 2. c. 92. n. 9. & seq.* ubi dicit, quod
data investitura post Concilium Lateran. datur incapacitas
absolute; unde sicut hoc casu ratione incapacitatis non pos-
sunt laici præscribere, quia jus resistit etiam possessioni, *ut
latè per Gabr. de Præscrip. concl. 1. nu. 16.* ita nec etiam potest
præsumi confirmatio Apostolica, quia talis possessio a jure
improbata non relevat, nec inducit aliquam præsumptio-
nem pro possidente, *Alex. consil. 70. n. 4. l. 3. Calder. cons. 11. de
feud. Curt. de feud. 2. p. 8. qu. princ. quos refert, & sequitur Ge-
nuens. in tract. de Eccles. q. 39. Menoch. de præsump. l. 6. præsump.
86. n. 3. Barbos. in dicto c. prohibemus n. 5. & in d. c. causam, quæ,
num. 3.* ubi dicit, quod Concilium Lateranen. simpliciter, 7
& directè prohibet, ne Decimæ laicis concedantur a Præla-
tis inferioribus in feudum, vel alio titulo temporali, *ut in d.
c. prohibemus, de decim. & constat. etiam ex c. quamvis, 17. eod.
tit. c. 2. de Locat.* ubi autem lex simpliciter alienationem, &
acquisitionem prohibet, censetur etiam prohibere præsum- 8
ptionem, *juxta textum in l. alienationis, ff. de verb. signif. de
quo latè Gabr. commun. concl. lib. 5. tit. de Præscrip. conclus. 13.
Bald. de Præscrip. in 1. p. 5. princ. q. 7. n. 4. & seq.* ubi addit, quod
consuetudo excusat a præstatione decimarum personalium;
sed

sed non valeret consuetudo; quod nulla solvatur decima de
fructibus, seu frugibus terræ, quia decimæ prædiales sunt
debitæ de jure Divino, *c.revertimini 16.q.1.c.majores, & c.
quicunque 16.q.7.c.in aliquibus, de decim.*
9 Observa tamen, quod laicus tuendus esset in sua posses-
sione, si constaret de præscriptione temporis immemora-
bilis cum fama privilegii obtenti a Summo Pontifice, vel in-
ferioribus Prælatis ante Concilium Lateran. *Menoch. lib.6.*
10 *præsumpt.86.* ubi etiam notat, quod Concilium Lateran.
celebratum fuit anno 1179. salutis nostræ, sedente Alexan-
dro III. *Gratian.discept.for.c.595.n.16.* ubi dicit, quod præ-
11 scriptio exemptionis decimarum non suffragatur laico, nisi
sit 40. annorum cum tituli probatione, vel temporis imme-
morabilis, *Bald.loc.cit.dict.q.7.n.11.& 21.Barbos.in dict.cap.
causam, quæ, num.4.ubi refert, ita decisum fuisse in Rot.in Pam-
pilonen.decimarum 8.Martii 1613.coram Coccino,& ita etiam
sensit Rota in Novarien.decimarum 26. Februarii 1631. coram*
12 *Pirovano, quæ est dec.23.p.6.Recent.* subdens quod ad præ-
scribendam minorem quantitatem ex integra decima, sem-
per constare debet de possessione, quæ consistit in eo, ut
Rectori Ecclesiæ agenti ad integram decimam, denegata
fuerit exactio, & Rector Ecclesiæ acquieverit: aliàs con-
tra Ecclesiam nulla consuetudo, seu præscriptio præjudica-
re potest.

Verùm quia satis difficile esset his temporibus probare fa-
mam privilegii obtenti ante Concilium Lateranense, cum a
tempore dicti Concilii sint elapsi anni 400. & eo amplius,
censeo satis esse probare immemorabilem, & famam privi-
legii, ut laicus in possessione manu teneatur, quia decimæ
etiam post Concilium Lateranense possunt possideri a laicis
ex privilegio Summi Pontificis, *c.a nobis de Decim.Genuens.
de Eccles.q.39.n.3.& 4.* subdens, quod sine fama non suffi-
ceret immemorabilis; *& ita tenuit Rota coram Seraph. dec.
1102.n.8.& dec.56.n.18.& seq.p.7.Recent.* ubi etiam, quod
13 immemorabilis cessat, si constet de initio, *Maref.var.lib.
1.cap.17.* ubi etiam dicit, quod fama privilegii non est pro-
banda in tali casu per 40. annos, sed satis est si probetur per
aliquod tempus diuturnum arbitrio Judicis, *& lib.2.c.92.n.
3.& seq.* ubi dicit, quod non tenetur quis probare famam
privilegii si possidebat tanquam Ecclesiæ vassallus, certum
14 quid præstans Ecclesiæ, si verò persona ecclesiastica reperi-
retur in possessione percipiendi decimas, sufficeret sola im-
15 memorabilis præscriptio: quia in eo, qui potest decimas
16 possidere, tanti temporis possessio facit præsumi privile-
gium, *Crescen.decisio.1.de Decim.Cardin.Cavaler.dec.258.
num.3.*
17 Observa 2. quod in dubio, si decimæ laicis concessæ re-
periantur, & nesciatur, an post, vel ante Concilium Late-
ranense, fuerint concessæ, censentur concessæ post Conci-
lium *Bart.in cap.cum Apostolica, num.4.de His, quæ fiunt a
Prælat. ubi etiam refert, ità resolvisse Rot.apud Farinac.dec.
193.num.9.p.2.Recen.quicquid dicat Rosenth. de feud.capit.4.
concl.28.*
18 Observa 3. quod si decimæ ex legitima concessione a lai-
cis possidentur, potest laicus contra laicum præscribere:
quia tunc laici patrimonium censentur; murata enim perso-
næ possidentis conditione, etiam bonorum conditio muta-
tur, *cap.1.§.verum, de Jurepatron.in 6.l.per procuratorem,
ff.de Acquir.hæred.Socin. Jun.cons.115.num.39.& 40. vol.2.
Rebuff.de Decim.q.13.& alii apud Cancer.var.lib.1.c.23.n.6.* &
tunc libertas non solvendi decimas contra laicum præscribi-
tur decem vel 20. annis, vel saltem sine dubio per tantum
tempus, cujus initii memoria non extat, *secundùm Raph.
Cuma.cons.83.quem refert Bald.de præscript.in p.par.3.princip.
q.7.n.8.* quod intelligendum est respectu solius juris ad lai-
cos spectantis: nam si ad tempus laicis decimæ concessæ
sunt, finito tempore hujusmodi ad Ecclesiam revertuntur
*Barbos.qui de communi testatur, in d.c.causam, quæ, n.5. ubi ci-
tat Valasc.de Jur.emphyt.q.17.n.15.*
19 Observa 4. quod Papa communicando privilegia alicu-
jus religionis, in quibus adest expressa exemptio a solutio-
ne decimarum, alteri Religioni, non censetur communi-
casse hujusmodi exemptionem a solvendis decimis nisi de eis
fuerit facta specialis mentio cum derogatione, *cap. nuper,
extra de Decim.* immò non sufficeret qualiscumque mentio
de decimis, quia si non apparet de expressa mente conceden-
tis, verbum, *decimæ*, referri potest ad decimas extraordi-
narias, quæ imponuntur ab homine: non autem ad ordi-
narias, & prædiales, quæ debitæ sunt de jure Divino, *Se-
raph.dec.1380.n.2.Coccin.dec.269.n.3.& seq.Cavaler.dec.247.
n.10.& 11.Put.dec.65.lib.3.*
20 Observa 5. quod si oriatur controversia, an decima sol-
venda sit Ecclesiæ prædiali, vel potiùs sacramentali tunc
particularis consuetudo inspici debet, *cap.cum sint homines,
ubi Doctores, ex.de Decim.* quæ ad hunc effectum sufficit de-
cennalis, quia non est contra, sed præter jus *gl.communiter
recepta in c.ult.ve.consuetudo, de consuet.in 6.Cardin.Cavaler.
dec.95.n.2.*

Observa 6. quod si minister Ecclesiæ indigeret, & pete-
ret decimam, non excusarentur Parochiani propter con-
suetudinem contrariam, *secundùm Ang. in Summ. in verb.
Decima, §.fin.circa fin. quem refert, & sequitur Balb. in 1.
part.5.prin.quæst.7.numer.6.& 10.* ubi etiam dicit, quod ex-
cusantur non solventes propter consuetudinem ratione
præteritarum, & futurarum decimarum, quousque pe-
tantur.

Observa 7. quod una Ecclesia potest præscribere jus per-
cipiendi decimas contra alteram, & in aliena Parochia spa-
tio 40. annorum cum titulo, & bona fide, *c.ad Apostolicæ,
& c.cum contingat, de Decim. c.1.ubi gl.in verb.legitimè, de
Præscript.in 6.* vel per tantum tempus hujus initii memoria
non extat in contrarium, *d.c.1. & c.de decimis, de rest.spol.
in 6.Balb.d.q.7.n.3.& 13.* ubi addit, quod Clerici, vel Eccle-
sia contra clericos nedum partem præscribere possunt, sed
etiam totam decimam.

Addunt alii, quod Episcopus alicui laico ex justa causa 21
concedere potest ad vitam, aliudve tempus, non quidem
jus percipiendi decimas, sed ipsarum decimarum fructus,
dummodò talis concessio ad feudum, vel alienationem non
extendatur, *ita gloss.in capit. quamvis sit grave nimis verb.
concesserit, de Decim.Jas.cons.73.column.5.volum.3. Ro.sing.
657.Bald.cons.44.in p.dub.vol.3.& alii apud Tiraquell. de
retract.lignag.§.1.gloss.7.num.51.* hodiè tamen obstat extrav.
ambitiosæ de reb.Eccles.non alien. ubi omnis concessio, & lo-
catio bonorum Ecclesiasticorum ultra triennium prohibe-
tur, *ut observat Barbos.in c.2.n.4.de locat. & alii recentiores
communiter.*

S U M M A R I U M.

1 *Quid sit bonorum possessio.*
2 *Bonorum possessores vice hæredum in omnibus habentur, & num.8.*
3 *In quo differat hæreditas, & bonorum possessio, & n.5.*
4 *Hæreditas solo animo adiri potest.*
6 *Quam potestatem habeat Prætor.*
7 *Emancipati, cognati, & similes de rigore juris civilis ab hæreditate excluduntur, admittuntur tamen de jure prætorio.*
9 *Liberi habent annum ad petendam bonorum possessionem; cognati verò centum dies, & quando currat hujusmodi tempus.*
10 *Aditio hæreditatis de jure civili durat 30. annis.*
11 *Terminum datum à lege ad deliberandum potest Judex minuere.*
12 *An eo termino transacto possit amplius adire hæres scriptus.*
13 *Quantum temporis præfigendum sit petenti terminum ad deliberandum.*
14 *Deliberatio quando sit annalis.*
15 *Quando bonorum possessio non transmittatur ad hæredes.*
16 *De jure civili hæreditas non adita transmittitur ad suos, non tamen ad extraneos: & quid si filius, vel alius in potestate decedat.*
17 *Quando jus deliberandi, & adeundi transmittatur ad quoscumque hæredes, & n.22.*
18 *Filius quod tempus habeat ad deliberandum.*
19 *Hodie tempus ad deliberandum non est necessarium volentibus solemniter conficere inventarium.*
20 *Quando quis teneatur hæreditariis creditoribus in solidum etiamsi inventarium confecerit.*
21 *Filius, qui abstinuit se ab hæreditate, potest petere tempus ad deliberandum, & pendente deliberatione debet habere alimenta ex hæreditate.*

CAPUT XXXVIII.

Quodnam tempus detur ad agnoscendam bonorum possessionem.

PRo intelligentia sciendum est, quod bonorum posses- 1
sio est jus persequendi, retinendique patrimonii, sive
rei, quæ cujusque cum is moritur, fuerit, *l.3.§.bonorum,
ff.de bonor.poss.* & habet similitudinem cum hæreditate: quia 2
in omnibus vice hæredum, bonorum possessores habentur,
l.2.ff.eod. solùm differt in eo, quod hæreditas auctoritati ju- 3
ris

ris civilis nititur, *§.1.vers.aliquando Instit.eod.tit. de Bonor.*
4 *poss.* nec desiderat aditio hæreditatis præsentiam Judicis, cum
solo animo adiri possit, *§.fin.Institut.de Hær. qual.& differ.*
5 at bonorum possessio nititur auctoritate juris prætorii, *ut in
d.§.1.vers.aliquando, & notat gl.in l.1.ff.de bonor. possess.* &
coram Judice debet agnosci, quamvis ejus decretum minimè exigatur, *leg.cum furiosus §.nos itaque, ubi gloss.in ver.ex
decreto, cod.de Cur.fur.& l.fin.ubi glos.cod. Qui adm.ad bonor.
possess.poss.* ex quibus colligitur *text.l.3.§.si causa cognita, ff.de
6 bon.poss.* Prætor enim propter publicam utilitatem, jus civile adjuvandi, supplendi, & corrigendi potestatem habebat, *l.Jus autem civile ff.de Just.& Jur.l.5.ff.de verb.oblig. §.
Prætorum Inst.de Jur.nat.gent.& civ.* quare eos, quos civilis
juris rigor ab hæreditate excludebat, quales erant emancipati, cognati, & similes, Prætor naturali æquitate motus
ad successionem vocabat, *ut in §.emancipati, Inst. de Hered.
7 quæ ab intest.defer.l.1.in princ.ff.unde cognat.* & hi quidem hæredes ipso jure non fiunt (per legem enim tantum vel similem juris constitutionem hæredes fiunt) sed cum eis Prætor dat bonorum possessionem, loco hæredum constituuntur, & vocantur bonorum possessores, *§.quos autem, inst.
de bonor.poss.* licèt quantum ad effectum sint hæredes per
hanc viam obliquam, *ut notat. Aret.in §.1.Instit.eod.tit.& alii
communiter.*
8 His præmissis dico, quod liberi habent annum ad petendam bonorum possessionem, cognati verò centum dies, *§.
cum igitur, Inst.de bonor.poss.l.2.& l.emancipata, cod.qui admit.ad bon.poss.pos.* quo tempore elapso amplius non audiuntur, *ut in d.l.emancipata,* hoc tamen tempus est utile non
solùm a principio, sed etiam in medio, & in fine, & non
currit, nisi a die scientiæ mortis defuncti, *l.2.ff.quis ord.in
bon.poss.ser.l.quamdiu, & l.quicumque, cod. Qui admit.ad bo-
9 nor.possess.pos.* & in hoc Prætor providit creditoribus, ne solutio nimium differatur: & ideo primo repudiante statim sequenti incipit currere tempus, *§.si quis itaque, Instit. de bon.
poss.* quod intellige similiter a die scientiæ, ut supra diximus;
& in hoc est differentia inter bonorum possessionem, & jus
adeundi; quia tempus 30. annorum quod habet hæres ad adeundum, de jure civili est continuum, & currit ignoranti, *juxta communem Doctorum sententiam* sed tempus petendi bonorum possessionem nunquam currit ignoranti, etiamsi
staret per centum annos, *Bal.in Rubr.cod.qui admit.l.6.Corn.
cons.321.vol.3.quos refert Balb.de Præscript.in 4.par.4.princ.q.
20.num.2.& seq.*
10 Notandum est autem, quod licèt aditio hæreditatis de jure civili duret 30. annis, ut supra dictum est, *& constat ex l.
licet, cod.de Jur.delib.l.sicut cod.de Præscript.30.annor.Bart.in
d.l.cum in antiquioribus, n.2.cod.de Jur.deliber.post gl.ibidem in
ver.benef.* potest tamen is, cui delata est hæreditas interrogari ad instantiam creditorum; an velit esse hæres, vel non;
& si petat terminum ad deliberandum, debet hujusmodi terminus moderatè statui per Judicem, *l.si curatoris, ubi Alexand. Bald.& alii, cod.de Jur.delib.Cancer.var.l.3.c.21.n.19.*
11 ubi dicit, quod terminum datum a lege ad deliberandum
potest Judex minuere ad consulendum creditoribus, & ut
ad eorum instantiam dari possit curator bonis & hæreditati
12 jacentis non autem ut breviori assignato termino, & eo transacto non possit amplius adire hæres scriptus *latè Menoch. de
arbitr.Jud.cas.1.*
13 Quantum verò temporis præfigendum sit petenti terminum ad deliberandum? alii putant, hoc esse Judici arbitrarium: alii censent trium mensium spatium statuendum esse
alii tenent, quod Judex debet dare tantum tempus quantum
datur ad petendam bonorum possessionem, hoc est descendentibus annum, extraneis verò centum dies, *juxta textum
in d.§.cum igitur Institut.de bonor.poss.ita Bart.in l.si quis instituatur, §.sed si bonorum, ff.de Hæred.institutio. & alii apud
Menoch.de arbitr.Jud.d.cas.1.*

Ego censeo, Judicem posse, ac debere præfigere terminum novem mensium (nam annus tunc conceditur, quando impetratur a Principe) quibus elapsis hæres amplius ad hæreditatem non admittitur, *ut est textus expressus in l.ult. §.& hæc quidem, cod.de Jur.delib.* nisi res adhuc sit integra, veluti si nondum datus fuit Curator, & res adhuc non fuerunt distractæ: tunc enim admittitur purgatio moræ non obstante termino lapso, etiamsi Judex comminatus fuerit se amplius hæredem non auditurum, *ut inquit Aret.in §.extraneis num.1. Institut. de hæred.qual.& diff.post Bald. & Imol.in leg.si quis instituatur ff. de Hæred.institut. Inn. in capite tua, de ord.cogn.*

14 Observa tamen, quod quando deliberatio non petitur,
semper erit annalis, *l.cum in antiquioribus, cod.eod.tit. Bart.
in d.l.ult.§.& hæc quidem.*

Observa 2. quod bonorum possessio non agnita intra di- 15
ctum tempus non transmittitur ad hæredes, *d.l.emancipata,
cod.qui admit.ad bon.poss.* sed de jure civili hæreditas non adita transmittitur ad suos, non tamen ad extraneos, *l.un.§.in
novissimo, cod.de cad.toll.l.un.cod.de iis, qui ant.aper.tab.* &c.
quamvis filius, vel alius, in potestate decedens hæreditatem
sui parentis non aditam transmittat ad quoscumque, *secundum Bart.in l.si infanti cod.de Jur.delib.& in l.un.cod.de His,
qui ant.aper.tab.* &c. idemque dicendum, quoties jus deli- 16
berandi transmittitur, *ut in d.l.un.§.in novissimo, cod.de Cad.
toll.* sciens enim hæreditatem sibi delatam, si decedat intra
annum a die scientiæ computandum, non tantùm jus deliberandi, sed etiam adeundi transmittit ad quoscumque hæredes qui tamen durante ejusdem anni spatio adire debent;
aliàs eo elapso excluduntur, *ut in l.cum in antiquioribus, cod.
de Jur.deliber.*

Addit *Socin.in l.qui duos ff.de reb.dub. & alii apud Cancer.* 17
var.l.3.c.21.n.19. quod si hæres decederet ignorans, hæreditatem sibi delatam, adhuc eam transmitteret beneficio restitutionis in integrum ex clausula generali, si qua mihi justa causa.

Observa 3. quod filius habet duos annos ad deliberan- 18
dum, alterum ut de numero liberorum, alterum ut de numero legitimorum, & ideò si decedat in secundo anno, transmitteret similiter hæreditatem ad quoscunque hæredes adeundam per eos intra reliquam partem illius secundi anni, *leg.1.vers.sed videndum, cod.de success.edict.Barb. ad Bartol.in leg.licet, cod.de Jur.delib.ubi citat Ang.in dicto leg. licet, Paul.de Castr. & Raph.Cum. in leg. quamdiu, 1.ff.de Acq.hæred.*

Observa 4. quod hodie tempus ad deliberandum non est 19
necessarium volentibus solemniter conficere inventarium: cum enim liceat eis & adire hæreditatem & sine damno ab ea discedere, nullus locus deliberationi relinquitur, *l.ult.§.& hæc quidem, cod.de Jur.delib.*

Observa 5. quod is, qui petiit tempus ad deliberandum, 20
& hæreditatem deinde adivit, vel non repudiavit, tenetur hæreditariis creditoribus in solidum, etiamsi inventarium confecerit, *ut in dict.l.ultim.§.fin.autem, ubi Doctores communiter.*

Observa 6. quod licèt filius abstinuerit se ab hæreditate, 21
tamen re adhuc integra potest petere ad deliberandum, & pendente deliberatione debet habere alimenta ex hæreditate, *juxta leg.si quis suus, ff.de Jur.delib.*

Observa 7. quod universali usufructu legato alicui in vita 22
sua, seu donec vixerit, post illius verò mortem alio instituto hærede, is intelligitur purè, & non conditionaliter institutus, adeò ut si ante usufructuarium moriatur, transmittat hæreditatem, verbo, vel facto aliquo aditam, vel alioquin jus ipsum deliberandi, *Bald.cons.26.l.4.Paris.cons.97.n.7.l.2.Sim.de Præt.de Interpr.ult.vol.l.3.dub.5.sol.4.n.27.Pereg.cons.64.n.4.l.5.quos refert, & sequitur Rot.dec.22.n.47.& 48.p.6.Recent.*

S U M M A R I U M.

1 *Insordescens in excommunicatione per annum potest uti hæreticus condemnari: declaratur n.2.4 & 6.*

3 *Excommunicatus non ex causa fidei, sed pro alia causa est suspectus leviter de hæresi.*

5 *Annus insordescentiæ an debeat esse continuus, & a quo die incipiat.*

7 *Quando liceat Episcopo reos in causis criminalibus, vel civilibus excommunicare.*

8 *Si duo sese in forma Cameræ in solidum obligaverint, quorum unus sit solvendo, an possit relaxari censura contra alterum obligatum.*

C A P U T XXXIX.

An, & quando insordescens in excommunicatione per annum possit uti hæreticus condemnari.

QUod possit condemnari uti hæreticus, constat *ex cap.* 1
*cum contumacia, de Hæret.in 6.c.excommunicamus 1.
§.qui autem ex eodem tit.* quia perseverando in excommunicatione per tantum temporis spatium, censetur
malè sentire de potestate clavium, & ideo est suspectus de
hæresi, *Henriq.l.13.c.4.Filliuc.tract.12.cap.9.q.4.n.214.& alii
apud Bonac.de censur.disp.2.q.2.punct.ult.n.2.* quod tamen in- 2
telligendum est, quando quis fuit nominatim excommunicatus, & declaratus ex causa hæresis, & in excommunicatione perseveravit animo pertinaci, & in contemptum clavium,

vium, ut quia noluerit obedire eo, quòd Judicis, aut legis
potestatem spreverit, *d.c.cum contumacia, de Hæret.in 6.Zanard.in direct.Theol.p.2.præc.1.c.5.§.18.in fin. Graff. in Decis.p.1.l.4.c.14.n.4. Scac.de Jud.l.1.c.98.n.36.Zechius in summ.tom.1.tit.1.de fid.c.11.n.13.Pegn.in Direct.p.2.commen.72. & alii, quos refert Dian.res.mor.p.4.tr.7.res.18. Ric.in Collect. dec.629. p.3.* subdens, quod cessat hujusmodi contemptus ex sola petitione absolutionis, & *in Prax.for.Eccles.p.3.res.212.& 215.*
3 ubi addit, quod excommunicatus non ex causa fidei, sed
pro alia causa etiam civili suspectus est de hæresi, leviter tamen, & sic contra eum uti leviter suspectum procedi potest;
4 non solet tamen procedi de consuetudine contra excommunicatum per annum, aut eo amplius, nisi fuerit excommunicatus ex causa hæresis: quam consuetudinem esse receptam in tribunali sanctæ Romanæ, & generalis inquisitionis, *post Pegn.loco cit.d.par.2.comment.32. vers.ex recepta &c.testatur Ric.d.p.3.res.215.versus fin.* & tunc elapso anno insordescentiæ debet prius citari ad respondendum de fide, & ad se purgandum ab hæresis suspicione cum termino competenti, & si non compareat, iterum ob contumaciam, excommunicationis vinculo innodatur, quam si per alium annum animo substineat pertinaci, ex tunc uti hæreticus est condemnandus, *d.c.cum contumacia, & d.c. excommunicamus 1.§.qui autem, ubi gloss.* & DD. præcedente tamen trina monitione, seu citatione personaliter exequuta cum competenti termino, si absens inveniri potest: alioquin sufficit, quod per tria edicta citetur, *juxta cap.sacro, ubi gl.in ver. competenti, de Sent.excomm.& ita de consuetudine servatur testi Ric.d.p.3.res.217.& 218.Genuens.in tract.de Eccles.q.712.*

5 Notandum est autem, quod annus insordescentiæ debet esse continuus, & regulariter incipit a die declarationis, non autem a die incursus in excommunicationem, *juxta communem Doctorum sententiam*: nisi forte excommunicatio fuerit notoria, & de tali notorietate verè, & evidenter constet; quia tunc annus inciperet a die notorietatis excommunicationis, *Ric.d.p.3.res.216.Sousa in Aphor. Inquis.l.1.c.27. Pegna in Direct.Inquis.par.3.comment.172. Dian.p.4.tract.7.res.18.vers. nota tamen.*

6 ·Notandum 2. quod, ut quis dicatur insordescere in excommunicatione in causa fidei non sufficit, si citatus fuerit ad comparendum in S. Officio sub pœna excommunicationis, sed addendum est, ut compareat ad respondendum de fide, *gloss.in cap.cum contumacia, vers.respondeat, de Hæret.in 6.Dian.p.4.res.mor.tract.7.res.18. Megal. var.resol.tom.2.res.149.n.5.*

7 Notandum 3. quod non licet Episcopo reos in causis criminalibus, sicut nec in civilibus, excommunicare, nisi in subsidium, quando scilicet exequutio realis, vel personalis fieri non potest, & tunc, si delicti qualitas id exposcat, præcedere debet bina saltem monitio etiam per edictum, ex *dispositione Concilii Tridentini sess.25.de refor.c.3.* vide tamen *Maceraten.var.resol.l.1.res.112.cas.75.in fin.vers.insuper, Ric. in Prax.for.Eccles.p.4.res.202.n.4.* ubi dicunt, *Concilium d.c.3.* tradere instructionem, non autem imponere formam, & ideò valere excommunicationem latam non servato dicto ordine.

8 Addit *Ric.in prax.ut supra p.4.res.*200. quod si duo se se in forma cameræ in solidum obligaverint, quorum unus sit solvendo, non debet in tali casu relaxari censura contra alterum obligatum, & *ita refert fuisse decisum in Rota dec.97. apud Farin.p.4.Dr.vers.*

SUMMARIUM.

1 *In obligationibus, & debitis conditionalibus tot requiruntur præscriptiones, quot sunt anni.*
2 *Legata annua quando præscribantur, & n.4.*
3 *Legata annua pro primo anno sunt pura, pro sequentibus sunt conditionalia.*
5 *Non valenti agere non currit præscriptio.*
6 *An, si legatarius inchoato anno decedat, integrum totius anni legatum ad hæredes transmittat.*
7 *An contractus censualis dicatur conditionalis.*
8 *Ad præscribendum census præteritos sufficit lapsus 30. annorum a die, quo cessatum fuit in solutione: non tamen dicitur sublatum jus petendi fructus in futurum: limitatur num.11.*
9 *An stipulatio fructuum dotis sit pura, vel conditionalis.*
10 *An creditor non obstante statuto Urbis possit petere fructus decursos per spatium 30. annorum ante motam litem.*
12 *In obligationibus, ac debitis puris sufficit unica præscriptio pro omnibus annis.*
13 *Obligatio dicitur pura, etiamsi dilata sit exactio in diem.*
14 *Legatum usufructus, vel alimentorum quando unica præscriptione tollatur, & quæ præscriptio requiratur, & num.16.*
15 *Quando legatario competat restitutio in integrum adversùs præscriptionem.*
17 *An pensiones unica præscriptione præscribantur.*
18 *An in promissione annuæ præstationis facta in contractibus sufficiat unica præscriptio.*
19 *An singularis successor possidens bona hypothecata sit tutus exceptione præscriptionis decem, vel viginti annorum.*
20 *Quando incipiat currere præscriptio ad favorem tertii possessoris.*
21 *In dubio ignorantia præsumitur.*
22 *Antequam deveniatur contra tertium possessorem per hypothecariam, necessaria est discussio bonorum principalis debitoris, & fideiussorum, & qualiter facienda sit hujusmodi discussio, ibidem.*
23 *An in Salviano requiratur excussio.*
24 *Adversùs præscriptionem an detur restitutio in integrum.*
25 *Tempus restitutionis petendæ quando currat.*
26 *Si in instrumento adsit clausula constituti, creditor potest convenire tertium possessorem condictione l. fin. C.de Acq. poss. cui non præscribitur minori spatio, quàm 30. annorum: declaratur n.27.*
28 *Clausula constituti operatur, ut creditori detur mandatum de associando etiam contra tertium.*
29 *An præscriptio decem, vel 20. annorum habeat locum in dote.*

CAPUT XL.

An ad præscribendas annuas præstationes sufficiat unica præscriptio pro omnibus annis, an vero tot requirantur præscriptiones, quot sunt anni.

OMissis Doctorum opinionibus, quos latè recenset 1
Genc.de Censib.p.3.c.1.q.8. art.2.n.1. & seq.
Dico primò, quod in obligationibus, & debitis conditionalibus tot requiruntur præscriptiones, quot sunt anni, & in hoc casu admitti potest sententia *Martin.Jac. de Aret. Rayn.Cyn.& Bal.in l.cum notissimi, §.fin.cod. de Præsc.30. vel 40. ann. quorum opinionem veriorem dicit Guid. Pap.dec.406.* ratio est, quia in hujusmodi obligationibus, & debitis non incipit præscriptio, nisi a die purificatæ conditionis, *ut in d.l.cum notissimi, §.illud, ubi Salic.& alii.*
Hinc fit, ut legata annua non præscribantur nisi, de an- 2
no in annum, & pro illis tantum annis, quibus fuit cessatum in solutione per spatium 30. annorum, *ut tradunt DD. apud Genc.de Censib.p.3.c.1.d.q.8.art.2.n.8. Balb.de Præscrip.in 4.p.4.prin.q.4.n.2.* ubi etiam dicit, quod legatum annuum non amittitur non utendo, *Pacif.de Salv.interd.insp.2.c.2.n.293. & seq.Cancer.var.res.lib.3.c.20.n.61.* quia legata annua licèt
pro primo anno sint pura, pro sequentibus tamen annis sunt 3
conditionalia, *Put.dec.253.n.6.lib.1.Burat.dec.643.n.21.post Paul.de Castr.in l.si stichum, §.stipulatio, ff.de verb.oblig.* ubi
addit quod si legatarius decedat, pro annis non inceptis non 4
transmittit ad hæredes, quia extincta est conditio, *per textum in l.si cum præfinitione, ff. Quand.dies l.ced.* & ideò cùm ante conditionis eventum actio nata non sit, *l.cedere diem ff. de verb.sign.* præscriptiones tolli non possunt, legata, seu præstationes futuræ, quarum solvendarum adhuc non venit
dies, sed tantum præstationes præteritæ, cùm non valenti 5
agere non currat præscriptio, *l.1.§.fin.ubi DD.C.de Annal.except.quibus adde Surd.in tract.de Alim.tit.9.q.6.n.5.& seq.* ubi,
quod si annus est cœptus, legatum debetur pro toto anno 6
cœpto: & ideò si legatarius inchoato anno decederet, integrum totius anni legatum ad hæredes transmitteret, *juxt.tex. in l.a vobis, & l. filiæ, ff.de ann.l. Rot. in Assisien. fideicommissi 13. Maii 1630.coram Pirovano, quam refert Ursil.concl.113. num.38.*
Idem dicendum est, in contractu censuali nam cum cen- 7
sus sit redimibilis, *juxta constitutionem fel.recor. Martini, Calixti, & Pii V.* talis contractus videtur esse conditionalis: fructus enim sub ista conditione debentur, si census non redimatur, unde tot requiruntur præscriptiones, quot sunt anni, *Pacif.de Salu.interd.insp.2.c.2.n.292. Galganet.ad Stat. Urb.lib.1.cap.159. Rota apud Genc.de Censib.dec.230. & 303. ubi aliæ decisiones allegantur.* Quare ad præscribendum cen- 8
sus præteritos sufficit quidem lapsus 30. annorum a die, quo cessatum fuit in solutione: jus tamen petendi fructus in futurum non potest dici sublatum, quia contractus ipse censua-

sualis, ex quo illud jus exigendi oritur, resolutus non est, cùm non fuerit adhuc redemptus, sive extinctus, Boer. dec. 336.n.4.Fulgos.cons.164.col.2.& alii apud Grat.disc.for.c.490. latè Ferentil.ad Burat.dec.643.n.28.Cenc.ubi supra p.3.c.1.q.8.
9 art.2.num.18.& 19. quod etiam procedit in stipulatione fructuum dotis, quæ pro primo anno est pura, pro aliis est conditionalis, si dos non restituatur, Galgan.ad stat.Urb.lib.1. c.159. ubi citat, Put.dec.253.lib.2.Rot.in Romana dotis 23.Junii 1600. coram Justo.

10 An verò non obstante statuto urbis possit creditor petere fructus decursos per spatium 30. annorum ante motam litem? Resp. affirmativè: Rota coram Millino dec.386.ubi dictum fuit, quod statutum antiquum in hoc casu non habet locum: statutum verò novum in c.158. lib.1. expresse excipit contractus census, & in c.159. ubi disponitur, quod creditor non possit petere census, nisi pro decem proximè præteritis annis tantum, non comprehendit contractum juratum, ut fuit resolutum in causa Romana pensionis domus, 16. Junii 1598. coram Lancellotto, & ita etiam sensit Fel.in c. constitutus, 19.num.3.de rescrip.Alexan.cons.37.n.24. & 25.lib.2. Corn.cons.328.n.3.lib.1.Grat.cons.41.n.14.lib.1.Boer.dec.328.n. 5.Mars.sing.141.num.1.& alii apud Grat.discep.for.c.490.n.1. & seq.

11 Limitatur tamen supradicta conclusio, si per centum annos fuerit cessatum in solutione: tunc enim omne jus censetur sublatum, ut d.Guid.Pap.dec.406.n.2. per textum in l. an ususfructus, ff.de usufr.

12 Dico 2. quod in obligationibus, ac debitis puris sufficit unica præscriptio pro omnibus annis, etiam sequentibus, & in hac parte sequor opinionem Bulg.in d.l.cum notissimi, §.fin. cod.de Præscrip.30.vel 40.an. Cenc.d.p.3.c.1.q.8.ar.2.n.9. Rota in Romana Salviani interdicti 22.Junii 1616.coram Ubaldo, quæ apud Cenc.est dec.303.n.1.

13 Dicitur autem pura obligatio etiamsi dilata sit exactio in diem, putà testator legaverit alicui scuta centum ita ut hæres teneatur illi solvere scuta decem quolibet anno usque ad complementum dictæ summæ, Bart.in l.cum notissimi, §.in his etiam, cod.de Præscr.30.vel 40.an.Sylv. in ver. præscriptio
14 1.n.7.Unde legatum ususfructus, vel alimentorum relictum simpliciter absque dinumeratione temporis, unica præscriptione tollitur, hoc est spatio 30. annorum, secundum Balb. de Præscr.in 4.p.4.prin.q.4.n.4.Cance.lib.3.c.20.n.62.& seq. ubi
15 subdit, quod competeret legatario restitutio in integrum adversus hujusmodi præscriptionem, si habuit justam ignorantiam testamenti, Pacif.de Salv.interd.insp.2.c.2.num.295.
16 vel spatio decem annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, secundum Castil.de usufr.c.67.n.33.Grat.disc.for.c.807. n.9.& seq. quorum sententia verior videtur, per textum in leg. corruptionem, & ibi gl.in ver.excludere, cod. de usufr. ratio est, quia in tali casu legatum ususfructus, vel alimentorum, licèt aliquo modo dici possit annuum, tamen unicum est legatum, non autem plura: nisi additum sit verbum aliquod importans temporum dinumerationem, ut si dictum fuerit, donec, quousque, quoad, quamdiu, quandocumque, vel quid simile, tunc enim hujusmodi legatum contineret plura legata, ut post Bart.Bald.& alios observat Balb.loc.cit.d.q.4.Surd. de alim.tit.9.d.q.6.n.16.& seq. ubi dicit, quod licet in tali casu currat præscriptio in primo anno non currit tamen in futuris, ut expressè notat Bald.in l.1.n.15.& 16.cod.de Sent.quæ sin.cer.quan. & ita intelligendus est Cancer.var.lib.3.c.20.nu.
17 39. & de pensionibus saltem præteritis, quod præscribantur unica præscriptione, dicit Spec. in tit. de emphit. §.nunc aliqua, num.52.idem Bald.in l.malè agitur, n.5. cod. de præscript. 30. vel 40. ann.

18 Idem dicendum in promissione annuæ præstationis facta in contractibus; tunc enim sufficit etiam unica præscriptio, quia dicitur unica promissio, & stipulatio ut post Alber. & Odofred.in l.Stichum, §.stipulatio, ff.de verb.obligat. & alios dixit Rot.coram Burat.dec.643.n.21.& seq.& ibidem Ferentil. n.27. ubi dicit, hoc procedere in præstationibus annuis debitis purè à principio, & pro quibus obligatio fuit orta, & purè facta tempore stipulationis, Balb. de præscript. in 4.p.4. princip.q.4.n.2. ubi, quod tunc incipit præscriptio currere à tempore, quo cessatum est, non solum pro præterito, sed etiam adversus futuras præstationes.

19 Ex his aliud resolvitur dubium, an videlicet singularis successor justo titulo, & bona fide possidens bona hypothecata, sit tutus exceptione præscriptionis decem annorum inter præsentes, & 20. inter absentes; nam si annuæ præstationes debeantur ex obligatione pura, tertius possessor proculdubio juvatur beneficio dictæ præscriptionis decem, vel viginti annorum, quia actio hypothecaria tanto tempore tollitur cum titulo, jux.tex.in l.1.& 2.cod.si adv.cred.præscr. oppon.Crav.cons.148.nu.6. ubi etiam dicit, quod sine titulo tertius possessor præscribit 30. annis, juxt.l.cum notissimi, cod. de præscript.30.annor.de quo videndus est etiam Cancer. var.l. 1.c.15.n.50. ubi, quod tertius habens causam à debitore non præscribit minori tempore, quàm spatio 40.annorum, quia emptor, & venditor eadem persona censentur, ad trad. per Surd.dec.173.n.26.

Secus si debeantur ex obligatione conditionali, quia ex mutatione personæ non videtur mutari natura hujusmodi obligationis, cujus tot debent esse præscriptiones, quot sunt anni, & ideò non potest inchoari præscriptio, nisi à die, qua creditor potuit agere, Cenc.de Censib.par.3.c.1.q.8.art.2. n.21.& seq.ubi citat Cassan.ad Consuet.Burg.rubr.11.§.2.n.41. Odd.cons.82.n.39.& seq.lib.1.Felician.tom.2.lib.3.c.4.n.18. quibus adde Pacif.de Salu.interd.insp.2.c.2.nu.292. Contrarium tamen, videlicet quod etiam in tali casu sufficiat præscriptio decem, vel viginti annorum, videtur sensisse Rot.apud Cenc. dec.303.& apud Pacif.dec.85.86.& 300. & novissimè dec.407. n.10.& 11.p.5.Recent.

Sed quæres, quando incipiat currere hujusmodi præscri- 20
ptio ad favorem tertii possessoris? Resp. quod alii tenent, illam currere ab eo die, quo principalis debitor cessavit in solutione, quia ad favorem creditoris non est nata actio realis contra tertium possessorem, nisi postquam debitor, sive ejus hæres denegavit solvere; & per consequens ante nativitatem actionis non potuit agere, nec impedimentum tollere, & ideò nec præscriptio potuit contra eum inchoari, cùm præscriptiones adinventæ sint ad tollendas actiones formatas, non autem actiones formandas, Cassan. ad consuet. Burg.rub.11.§.2.num.36.& seq. Alex.cons.58.numer.9.lib.5.& alii, quos refert, & sequitur Cenc. de Censib.par.2.cap.2.qu. 5.art.9.num.49.& seq. Pacif. de Salu. interd.insp.2.cap.2. num. 298.& seq.

Alii verò asserunt, hujusmodi præscriptionem currere à die, quo possessor nactus fuit possessionem rei hypothecatæ tum quia text. in d.l.2.cod.si advers.cred.præscrip.oppon.ad inchoandas tales præscriptiones videtur requirere solam possessionem, aliàs hæc præscriptio raro haberet locum: tum etiam quia negari non potest, quin creditor possit agere tam contra principalem debitorem, seu ejus hæredes, quàm contra tertium possessorem rei hypothecatæ, etiam nulla facta excussione contra principalem debitorem, Alex.cons.220. num.12.vol.6. saltem in illis casibus, in quibus discussio bonorum principalis debitoris non requiritur, Neguſ.de pignor. 1.mem.8.p.n.14.& seq.idem Cenc.p.2.c.2.q.5.art.9.nu.20.& 41. Cravet.cons.217.n.5.in fin.p.2.& alii; unde sibi imputandum est, si nullo modo convenerit tertium possessorem, nec ejusmodi præscriptionem interrumpere curaverit, ita Neguſ. 2. mem.6.p.n.3.Felic.tom.lib.3.c.4.nu.12. Balb.de præscript.in 4.p. 4.princ.q.3.n.6.& seq.in 6.concl.& alii apud Cancer. var.lib.1. cap.15.de præscript.n.52.vers.contrarium &c. quemadmodum cessat Salvianum contra fidejussorem, vel alium tertium possessorem quando creditor fuit negligens in exigendo à debitore, qui erat solvendo, & postea decoxit, ut dicit Alciat. in l.decem, nu.7. ubi Jas.num.25.ff.de verb.oblig. Ruin. cons.45. num.2.& 3.libr.5. Rim.sen.cons.641.num.3.lib.4. Menoch.cons. 719.numer.46.lib.8. & alii, quos refert, & sequitur Pacif. de Salu. Interd.insp.5.cap.un.n.146. quibus adde Cenc. d.p.2.cap. 2.q.5.art.9.n.64. ubi citat Surd.dec.32.n.9. Gabr. cons.47.nu.16. lib 1.& alios.

Ego verò distinguendum censeo, aut creditor ignoravit alienationem rei hypothecatæ, & tunc præscriptio non currit, nisi à die, quo debitor principalis cessavit à solutione, quia in tali casu nihil imputari potest creditori; aut creditor habuit scientiam hujusmodi alienationis, & tunc præscriptio currit à die, quo tertius cœpit possidere, quia poterat creditor tertium possessorem convenire, ut post Roder. de Ann.redit.lib.2.c.9.n.65.& alios tradit Cancer.var.lib.1.c.15.n. 55.vers. Hanc tamen sententiam, & l.3.c.4.de Servit.n.183.& ita sensit Rota dec.407.n.18.p.5. Recent.

Observa tamen, quod scientia probari debet, quia in du- 21
bio ignorantia præsumitur, l.verius, ff.de Probat.

Observa 2. quod antequam deveniatur contra tertium 22
possessorem per hypothecariam, regulariter est necessaria discussio bonorum principalis debitoris, & fidejussorum, auth.hoc si debitor, ubi Balb.Sal.& alii communiter, cod.de Pignor.Neguſ.1.mem.8.p.n.16.Alex.cons.58.n.9. lib.5.& ideò tertius possessor conventus potest ante litem contestatam opponere exceptionem discussionis non factæ, Bart. in l.2. cod. comm.divi Bal.in l.exceptionem, cod.de Prob. idem Alex.cons. 220.n.12.lib.6. & tunc agi debet primò contra reum principalem reali, vel personali actione, & postea contra fidejussorem possidentem reali vel personali: deinde agetur contra

tra possessores bonorum rei principalis: ultimò pervenitur
ad possessores bonorum fidejussores, *Auth. de fidejuss. §. sed*
neque & notat Bart. in l. persecutione, C. de Pignor. de quo vide
23 *etiam Grat. dec. March. 15. n. 4. & seq.* ubi addit, quod in Sal-
viano interdicto non requiritur excussio.
24 Observa 3. quod adversus istam præscriptionem datur re-
stitutio in integrum ex capite justę, & probabilis ignorantię,
Rot. in Rom. Salu. interdicti 22. Junii 1616 coram Ubaldo, apud
Pacif. de Salu. interd. dec. 300. Cancer. var. lib. 1. c. 15. n. 55. in fin.
ubi dicit, quod tempus dictæ restitutionis petendæ currit a
die scientiæ alienationis rei hypothecatæ.
25 Observa 4. quod si debitor constituit se simpliciter, vel
etiam precariò bona hypothecata tenere pro suo creditore,
tunc creditor poterit convenire possessorem, in quem facta
fuit alienatio, tanquam sua possessione privatus, condu-
26 ctione *legis fin. C. de acquir. poss.* cui non præscribitur minori
spatio, quàm 30. annorum, *juxta l. sicut, & l. omnes, C. de*
præsc. 30. ann. Rot. in d. Rom. Salviani interdicti coram Ubaldo:
27 & hoc procedit quoad bona, quę possidebat debitor tempo-
re constituti precarii, nam quoad bona, quæ postea quæsivit,
precarium non extenditur, *Afflict. dec. 139. n. 5. & 6. Neguś.*
de Pignor. 1. mem. 8. par. n. 17. Rot. dec. 587. n. 4. p. 3. recent. ubi ad-
28 dit, quod clausula constituti operatur, ut creditori detur
mandatum de associando etiam contra tertium possessorem,
de quo latè Post. de Mandat. de manuten. obser. 20. n. 4. & seq. Ro-
ta apud eumdem Post. dec. 247. n. 6.
29 Observa 5. quod hæc præscriptio decem, vel viginti an-
norum habet locum etiam in dote non solum soluto matri-
monio, sed etiam eo constante, quando certum, & notorium
fuit, maritum vergere ad inopiam: quia tunc mulieri inci-
pit competere actio ad dotem repetendam, *ut probat Neguś.*
de Pignor. 2. mem. 6. p. n. 4. Pacif. loc. cit. insp. 2. c. 2. n. 275. Gratian.
discep. for. c. 881. nu. 11. ubi citat Boer. dec. 328. nu. 3. Castrens. cons.
70. n. 1. & 2. lib. 2. Abb. cons. 22. n. 2. lib. 5.

S U M M A R I U M.

1 *Annui redditus non veniunt sub nomine bonorum immobi-*
lium, quando debentur simpliciter actione personali: se-
cus si impositi sint super bonis immobilibus, & n. 2. li-
mitatur n. 7. & 8.
3 *Census, & loca montium sub nomine stabilium continen-*
tur.
4 *Quando quis ab onere satisdandi excusetur.*
5 *Census, & loca montium, & alii similes annui redditus*
spectan. ad Ecclesiam, Civitatem, vel minorem, an
possint sine solemnitate alienari.
6 *An Clericus legitimè ad sacros ordines promoveri possit ad*
titulum patrimonii consistentis in censu perpetuo, & redi-
mibili, sive vitalitio.
8 *An ad effectum collectandi annui redditus veniant appella-*
tione immobilium, vel mobilium.
9 *Relicto simpliciter usufructu omnium bonorum, annui quo-*
que census, sive redditus testatoris relicti censentur.
10 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
11 *An legato usufructu omnium mobilium, debeantur fructus*
pendentes.

C A P U T XLI.

Quando annui redditus veniant sub nomine bonorum immobilium.

1 RESP. quod aut annui redditus non sunt constituti super
re immobili, sed debentur simpliciter actione perso-
nali, & tunc non veniunt sub nomine bonorum immobi-
lium, *Bart. in l. sciendum, c. 10. ubi etiam Bald. n. 5. ff. qui satisd.*
cog. Gab. comm. concl. lib. 6. tit. de Verb. sign. concl. 8. Grat. lib. 5. di-
sc. for. c. 885. n. 4. Ursel. concl. 113. n. 17.
2 Aut impositi sunt super bonis immobilibus, & tunc sub
nomine immobilium comprehenduntur, *Clem. exivi, §.*
cumque annui redditus, de verb. sign. late Gabr. loco cit. Castil. de
3 *Usufr. c. 41. nu. 5. & seq.* tales sunt census, & loca montium,
Seraph. dec. 224. Burat. dec. 474. Alex. cons. 15. num. 3. lib. 7. Gra-
tian. c. 811. n. 21. & dicto c. 885. n. 1. & seq. & cap. 943. n. 20. Ursel.
concl. 113. nu. 10. & seq. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 6. num. 8.
4 Ex quo fit, ut is, qui hujusmodi annuos redditus possidet,
excusetur ab onere satisdandi, *Surd. deci. 204. Gratian. dict.*
5 *cap. 885. nu. 1. & seq.* ubi etiam, quod si spectant ad aliquam
Ecclesiam, Civitatem, vel minorem, non possunt absque
solemnitate alienari, nec locari ad longum tempus, *latè*
Caroc. de Locat. & conduct. tit. de Annuis redditib. nu. 1. & seq.
6 *Cancer. var. lib. 1. c. 7. nu. 121.* & quod Clericus legitimè ad or-
dines sacros promoveri possit ad titulum patrimonii consi-
stentis in censu perpetuo, & redimibili, sive vitalitio, tradit
Garz. de Benef. p. 2. c. 5. n. 45. & 79. & censuit etiam Sac. Congre-
gatio teste Ric. in Prax. p. 3. res. 450. Barbos. de off. & pot. Episc. p.
2. all. 19. n. 55. & 56.
Limita in annuo redditu per paucũ tempus duraturo, quia 7
tunc dicitur tertia species: unde non comprehenditur sub
publicatione immobilium, *ut post Fed. de Sen. cons. 12. & alios*
dicit Alex. in l. si constante, §. si bona, n. 9. ff. solut. matr.
Addit *Jas. cons. 5. vol. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 7. n. 9.* 8
Paris. cons. 94. vol. 2. & alii apud Ursell. concl. 113. n. 9. quod ad
effectum collectandi annui redditus non veniunt appellatio-
ne immobilium neque mobilium: Unde stante privilegio,
vel consuetudine immemorabili, quod forenses collectari
possint pro bonis immobilibus, non possent collectari pro
censibus, & aliis annuis redditibus: quia hujusmodi annuæ
præstationes dicuntur esse de loco, in quo est destinata solu-
tio, & ubi est persona creditoris, *latè Grat. discep. for. c. 29.*
per tot. ubi refert, ita resolvisse Rotam in Avenionen. & Cavall.
Collectarum 16. Maii 1583. coram Lancellotto, & in Romana
de Aburdesia ann. 1571. coram Oradino.
Quæres, an relicto simpliciter usufructu omnium bono- 9
rum, annui quoque census, sive redditus testatoris relicti cen-
seantur? Resp. affirmativè, *Cavalc. de usuf. mulier relict. nu.*
83. & alii apud Castill. de usufr. c. 41. n. 1. 2. & 14. nam qui om- 10
ne dicit, nihil excludit, *l. Julianus ubi Bart. ff. de leg. 3.*
An verò legato usufructu omnium mobilium, debeantur 11
fructus pendentes? negativè respondet *Alciat. cons. 182. lib. 9.*
Gabr. cons. 98. nu. 5. & seq. lib. 1. quem refert, & sequitur Castill. c.
42. n. 5. vers. tandem & nu. seq. ubi dicit, quod ex usu loquen-
di numquam fructus pendentes appellantur mobilia, sed
immobilium naturam retinent, cum pars fundi esse cen-
seantur, *juxta l. fructus, ff. de rei vendit.*

S U M M A R I U M.

1 *Quando legatum quotannis debeatur.*
2 *Quid si legetur pecunia colligenda ex redditibus fundi.*
3 *Et quid si testator legavit alicui partem redditus annui.*
4 *Alimenta per testatorem legata, annuatim debentur.*
5 *Quid si testator legavit uxori viduæ, ut ab hæredibus ve-*
stiatur.
6 *Habitatio simpliciter relicta durat in vita legatarii.*
7 *Habitatio est pars alimentorum.*
8 *Legatum factum per dictionem, donec, vel quamdiu, aut*
quousque, censetur annuum.
9 *Legatum relictum in diem reiterabilem intelligitur esse an-*
nuum, & perpetuum.
10 *Pietantia relicta fratribus in die S. Francisci, annuatim*
debetur.
11 *Legatum factum pio loco in dubio præsumitur annuum.*
12 *Quando intelligatur legatum de prima vice.*
13 *Sermo simpliciter prolatus intelligitur de prima vice.*
14 *Legatum simpliciter factum intelligitur de eo, quod mi-*
nus est.
15 *In contractibus res de prima vice intelligitur.*
16 *Venditio facta de fructibus unius possessionis, de primis*
fructibus intelligitur.
17 *Promissio facta per dictionem, donec, non est annua, sed*
unica: limitatur in promissione alimentorum n. 18.
19 *An hæredi præscriptum a jure sit aliquod tempus ad sol-*
venda legata.
20 *Si legatarii petierint, sibi caveri de præstandis legatis, sex*
menses a die petitionis dantur hæredi ad hujusmodi cau-
tionem præstandam.
21 *Legatum relictum Ecclesiæ in anno, debetur in principio*
anni.
Validum est argumentum a libertate ad Ecclesiam, ibid.
22 *Favore piæ causæ tempus inceptum habetur pro completo.*

C A P U T XLII.

Quando legatum intelligatur de prima vice, & quando quotannis debeatur.

DICO 1. quod si verba legati generalia, vel indefinita 1
sint, & referantur ad id, quod ex sua natura reitera-
tur, sive renascitur, legatum quotannis debetur, *ut probat*
textus in l. defuncta, §. ultim. ff. de Usufruct. idemque dicen-
dum, quando legato adiicitur aliqua qualitas in diem vel
casum reiterabilis, *ut post Barbos. in l. divortio §. quod in anno,*
ff. sol. matrim. observat Castil. de Usufr. c. 43. num. 9. & seq. vel si
legatum factum fuerit per verba ex se reiterationem impor-

non suscepto? affirmativè respondet *Oldrad.cons.203.num.1. Jo: Andr.in addit.ad Spec.in rubr.de Rer.perm.& alii apud Paris.loco cit.num.8.& seq.* ubi id multis rationibus probat, contrarisque respondet.

S V M M A R I V M.

1 *Quid contineatur in regula, de Annali possessore.*
2 *Vassallus per annum possidens sciente, & non contradicente Domino, investitus præsumi debet.*
3 *Regula, de annali, concernit etiam commodum, & bonum publicum, & ideò inducit formam.*
4 *Annus, de quo primò loquitur regula, quando incipiat, & an talis annus debeat esse continuus.*
5 *Regula, de Annali, contenta est de tentatione etiam absque titulo.*
6 *Ad effectum regulæ prædictæ possessio requiritur immediatè a die datæ, & ante præcedentem impetrationem ejus, adversus quem datur de regula.*
7 *Quando currant sex menses, de quibus in dicta regula.*
8 *Quando incipiat currere annus, de quo secundo loco loquitur regula ad finiendam causam.*
9 *An ad effectum dictæ regulæ sufficiat causam instruxisse infra annum.*
10 *Quid si quis diligentiam fecerit de expedienda causa in primo anno, non tamen illam fecerit in ulterioribus annis.*
11 *An tempus anni prædicti currat etiam impedito.*
12 *Regula prædicta non suffragatur, nisi in actis parte citata fuerit producta.*
13 *An impetrationes factæ de beneficio pacificè per triennium possesso irritæ sint, si ipse possessor non opponat.*
14 *An ad effectum dictæ regulæ sufficiat sententiam infra annum obtinere in possessorio.*
15 *Ad effectum dictæ regulæ sufficit lis, & sententia super executione litterarum Apostolicarum.*
16 *Quid si per partem adversam fuisset suspensum petitorium.*
17 *Regula prædicta est personalis, & ideò extinguitur cum persona.*
18 *Regula hæc annullat ut ex tunc.*
19 *Regula prædicta produci potest etiam in secunda, & tertia instantia.*
20 *An regula prædicta prohibeat, nè iterum impetretur beneficium, & n.21.*
22 *In quibus casibus regula prædicta non habeat locum, & n. 23. 24.25.27.& 28.*
23 *Regulæ Cancellariæ loquentes generaliter de beneficiis, non habent locum in beneficiis jurispatr. laicorum.*
26 *Nulla præscriptio etiam triennalis currit contra Ordinarium, quominus possit removere possessorem carentem titulo.*

C A P U T XXXIV.

Explicatur regula, de Annali possessore.

1 IN favorem annalis possessoris inducta fuit hæc regula, in qua statuitur, ut is, qui beneficium Ecclesiasticum, tunc per annum immediatè præcedentem, pacificè possessum, & quod certo modo vacare prætenditur, deinceps, impetraverit, nomen, gradum, & nobilitatem possessoris ejusdem, & quot annis illud ipse possedit, & specificam, & determinatam, ex qua clarè constare poterit, quod nullum ipsi possessori in dicto beneficio jus competat, causam in hujusmodi impetratione exprimere, & infra sex menses ipsum possessorem ad judicium evocari facere, causamque ex tunc de super infra annum usque ad sententiam diffinitivam inclusivè prosequi debeat: alioquin impetratio prædicta, & quæcunque inde secuta nullius sunt roboris: *de qua latè Sarnen. super dicta regula*, ubi in præfatione dicit, quod annalis possessio ortum habuit a pluribus juribus de annali possessione loquentibus, *allegatis per gl.in c.plerumque, de rescript. & tex. in §.si quis, si de in vest.int.Dom.& Vassall. &c.* ubi Vassallus per
2 annum sciente, & non contradicente Domino, investitus præsumi debet adeò, ut ex tali possessione sine titulo contra Dominum se defendere possit.

3 Ratio finalis hujus regulæ fuit, ut improbi lites exquirentium motus reprimantur, *ut observat etiam Paris. de Resign. benef.lib.3.quæst.5.num.8.& seq. Sarnen. super dicta reg. qu.1.in princip.* Unde cùm dispositio istius regulæ non solùm concernat interesse privatum, sed etiam commodum, & bonum publicum, ideò inducit formam; quod etiam ex eo colligitur, quia irritat actum, *Bal.in l.1.ff.de lib.& posthum. Sarnen.loco cit.q.6.in fin.*

Observa tamen, quod annus, de quo primo loco loqui- 4
tur regula, incipit a die adeptæ possessionis per eum, cujus beneficium impetratur, *ut post Mandos.in d.reg.qu.19. tradit Paris.de resign.benef.lib.3.q.5.n.72.& seq.* ubi etiam dicit, quod annus debet esse continuus, ita ut non sufficeret, si esset interpolatus, putà si quis possederit per sex menses pacifice, deinde spoliatus fuerit, & posteà recuperaverit possessionem, illamque continuaverit per alios sex menses: quia tempus in dubio de continuo, non interpolato est intelligendum, *Theodos.Rub.in sing.tom.1.ad decis.56.Gypsii ex lib.1.* ubi etiam dicit, quod ut suffragetur dicta regula, de annali, in eo, qui possedit per tres annos, sufficit possessio pacifica ultimi anni: nec ad id requiritur titulus, *ut observat idem Rub.dict. tom.1.ad decis.Cassad.14.incip.propositum fuit:* ubi, quod re- 5
gula de annali contenta est de tentatione etiam absque titulo, & quod propterea ea juvare se potest intrusus, & imputatus de hæresi ante sententiam, *Rot.dec.505.num.5.p.3.Recent.* ubi
etiam, quod ad effectum regulæ possessio requiritur imme- 6
diatè a die datæ, & ante præcedentem impetrationem ejus, adversus quem datur de regula.

Observa 2. quod sex menses, de quibus in regula, currunt 7
a data impetrationis, non expeditionis bullarum, vel commissionis, *glos.in clem.fin. de rescript. Sarnen.in d. Reg.q.67. ubi, quod ita servatur in Rota, & in Curia.*

Observa 3. quod annus, de quo secundo loco loquitur 8
regula ad finiendam causam incipit currere a die executæ citationis, *Put.decis.86.lib.2. Greg.dec.532. num.2. Sarnen.loco cit.q.68.* ubi etiam dicit, quod si possessor intra sex menses citetur, non debet impetrans expectare totum tempus sex mensium, sed statim facta citatione incipit annus ad finiendam causam.

Observa 4. quod ad effectum dictæ regulæ sufficit causam 9
instruxisse infra annum, ita, ut judex potuisset, si voluisset, ferre sententiam pro actore, vel pro reo: nec requiritur aliqua protestatio super causæ expeditione, *Gregor. dicta decis.532.a num.3.& ibi Bertram. & decis.272.num.3.& seq. Penia decis.323.num.3.& seq.& decis.356.num.1.& seq.* ubi, quod
regulæ de annali satisfit per diligentiam factam de expedien- 10
da causa in primo anno, licèt in ulterioribus annis facta non fuerit.

Observa 5. quod tempus anni, de quo secundo loco fit 11
mentio in dicta regula, currit etiam impedito propter verbum, debeat, positum in regula, quod præcisam necessitatem ostendit: præsertim quia impetrans tractat de lucro; ideò ei non suffragatur impedimentum, quod solum prodest ei, qui tractat de damno, secundum *Mandos. d. reg. de Annal.q.79.n.7.& 8.fol.192. Sarnen.super d.Reg.q.71.in princ. vers.& hoc putarem verum, & de Trien.q.57.in fin. quos refert, & sequitur Grat.discept.for.c.574.numer.21.& seq.* contrarium tamen sensit *Rota coram Greg.d.dec.272.num.5.* ubi, quod in computatione dicti anni deducenda sunt tempora impedimentorum.

Addit *Grat.loc.cit.n.27.& seq.* quod ista regula, licèt sit 12
notissima, non suffragatur, nisi in actis parte citata fuerit 13
producta, quia concernit favorem possessoris: quemadmodum ita demum impetrationes factæ de beneficio pacificè, per triennium possesso censentur irritæ, & inanes, si ipse possessor opponat, *ut post Staphil. de litter.grat in tit. de vi, & effect.claus. §.successivè n.6.scripsit Gonzal. ad reg.8.Cancell. gloss.56.num.83.*

Observa 6. quod regula illa concernit petitorium, dum 14
dicit, causam in impetratione debere exprimi, ex qua nullum in dicto beneficio possessori jus competere constet, & ideò non sufficeret litem infra sex menses movere, ac sententiam infra annum obtinere super possessorio, *Crescen.dec.9. de Caus.poss.& propr. ubi dicit, ita fuisse decisum in una Hispalensi scholastriæ coram D.Aragonia:* hoc tamen intellige in mero, & simplici possessorio; secus in possessorio, quod petitorii causam habet annexam, ut est possessorium adipiscendæ: quia in tali casu satisfit regulæ, si impetrans in tali judicio requisita regulæ servaret, non intentando aliter merum petitorium, cum de tali possessorio idem ferè judicandum sit quod de petitorio, quicquid aliud sit in aliis possessoriis, *Sarnen.super dict.Reg.quæst.66.vers.& ista omnia, Penia decis.397.num.4.& seq.*

Hinc fit, ut ad effectum hujus regulæ de annali sufficiat 15
lis, & sententia obtenta super exequutione litterarum Apostolicarum, cùm talis exequutio concernat possessorium adipiscendæ, *Rot.dec.505.n.3.par.3.Recen. Greg.dec.213.& ibidem
Beltram.* ubi etiam dicit, quod si per partem adversam fuis- 16
set suspensum petitorium tunc impetrans excusaretur, si infra annum causam non expediret in petitorio: & istud tempus, quo lis in possessorio duravit, esset subducendum de

me-

medio, non obstante etiam, quod impetrans succubuisset in possessorio, *juxta decis.10.Crescent. de Caus. possess. & propr.*

17 Observa 7. quod regula hæc personalis est secundùm stylum Cancellariæ, quia semper respicit ipsum impetrantem, & possessorem; & ideo extinguitur cum persona, *ut post Sarnen.in dict.reg.quæst.62. vers.postremò, notat. Paris.de Resig. lib.3.q.5.num.52.*

18 Observa 8. quod hæc regula annullat, ut ex tunc, *Cassa-*
19 *dor.dec.1.super Reg.de Annal.Put.dec.25.lib.1.* ubi dicit, quod producta regula etiam in secunda instantia, omnia retro facta essent nulla, *Rub.in suit sing.p.3. in ver.Felinus*, §.19. ubi dicit, quod regula de annali potest produci non solum in prima, sed etiam in secunda, & tertia instantia, & præcedentes sententiæ sunt nullæ vigore decreti irritantis positi in regulis Cancellariæ.

20 Observa 9. quod licèt regula annullet impetrationem beneficii, & omnia inde secuta, quatenus servatæ non fuerint ejusdem regulæ conditiones: non prohibet tamen, iterum impetrari beneficium, *Rebuff. ad Regul. de Annal. gl. 14. & 19. Mandos.q.85.num.4. & alii apud Gregor. decis.369. & 399. numer.4.*

21 Limita, si impetrans fuerit repulsus, & condemnatus per sententiam tanquam indebitè molestans possessorem: quia tunc regula idem beneficium ab eodem iterum impetrari prohibet tam per litteras, si neutri, quàm subrogationis, *Penia dec.323.n.5. Sarnen.in d.reg.q.78.& 82.*

22 Observa 10. quod hæc regula in multis casibus non habet locum, & primò in beneficiis Jurispatr. laicorum, quia loquitur de impetratione, & collatione, quæ est libera respe-
23 ctu conferentis, *Sarnen.ubi supra, q.27.* ubi etiam dicit, quod regulæ Cancellariæ loquentes generaliter de Beneficiis non habent locum in hujusmodi beneficiis jurispatronatus, *Rot. dec.599.n.41.p.4.tom.3.Recen.Seraph.dec.285.*

24 Secundo non habet locum in impetrante gratiam a Papa motu proprio *latè Sarnen. in d.reg.q.10.*

25 Tertio non procedit in provisione certo modo impetrata ab Ordinario: quia Ordinarius, quando confert impetranti beneficium annalis possessoris, jam habet, vel habere præsumitur certam notitiam illius possessoris, cùm visitare soleat singulis annis oves suas, & teneatur titulos possessorum
t perscrutari, *cap.ordinarii, de off.ordin.in 6.* & ideo conferendo simpliciter alteri beneficium, præsumitur annalem possessorem tamquam titulum non habentem negligere, *ut inquit Sarnen.in dict.reg.q.9. vers.prædictis tamen non obstantibus &c.*
26 ubi etiam *ex Concil o Basiliensi, tit.de Pacif.possessor.* observat, quod propter hanc causam nulla præscriptio etiam triennalis currit contra Ordinarium, quominus posset removere possessionem carentem titulo, *& ita etiam sensit Rota coram Put.*
27 *dec.294.lib.2.* ubi etiam dicit, quod hæc regula non habet locum in provisione certo modo impetrata a Legato: quamvis contrarium in hoc resolverit, *Rot.in una Coloniensi coram Aldobrandino, ut refert Seraph. dec.285. num.9.*

28 Quarto non procedit in beneficiis consistorialibus, si de illis fuerit consistorialiter provisum, *Put.decis.490. libr.2.Rot. dec.791.num.2.par.3.Recen. Sarnen.loc.cit.q.24.* ubi dicit, quod regula loquitur de impetratione: & beneficia consistorialia non impetrantur, sed per promotionem Papæ, & provisionem conceduntur, & talis promotio fit per schedulam; & ideo forma illius provisionis est longè diversa ab impetrationibus, de quibus ista regula loquitur.

S U M M A R I U M.

1 *In prædio rustico censetur facta reconductio per unum annum, si conductor finito tempore conductionis in re conducta permansit, in prædio urbano censetur facta conductio prout quisque habitavit: limitatur n.9.10.11.17.20.21.23.24.25.27.29. 30.31.32.& 33.*

2 *An Beneficiatus recipiens pensionem pro uno anno, censeatur ratificasse pro toto tempore locationem factam a prædecessore.*

3 *Quid si ex prædio rustico percipiantur fructus solùm de quinquennio in quinquennium.*

4 *Reconductio censetur facta cum eadem hypotheca, & pactis, quæ continentur in prima locatione.*

5 *An conductor in tali casu possit agere actione locati ad pensionem non solutam.*

6 *An censeatur facta reconductio in prædiis Ecclesiæ, pupilli, & universitatis.*

7 *Quid si quis locavit operas suas ad certum tempus, & post illud tempus perseveravit sciente, & patiente conductore.*

8 *An socius, qui certo tempore conduxit ab alio socio portionem domus communis, eo tempore elapso censeatur reconduxisse.*

12 *Per locationem ad longum tempus transit dominium utile in locatarium.*

13 *Quid si locatio facta sit ad vitam alicujus.*

14 *An ex locatione facta a Rep. ad modicum tempus transferatur in conductorem dominium utile.*

15 *An in tali locatione locum habeat tacita reconductio.*

16 *Quid si extaret statutum, quod reconductio intelligatur facta pro eodem tempore.*

18 *Officialis finito anno suæ electionis habet administrationem, & ejus gesta valent, donec successor acceperit possessionem sui officii, & quando id procedat*

19 *Legatus positus cum temporis præfinitione non potest conferre beneficia post tempus, licèt ante successoris adventum.*

22 *Quando conductor durante locatione possit expelli.*

26 *An pactum de francando appositum in prima locatione, censeatur repetitum in tacita reconductione.*

28 *An furtum committat qui ultra tempus determinatum equo, ut alia re mobili, vel se movente utitur.*

29 *Quando inducatur locatio perpetua.*

30 *An obligatio cameralis apposita in instrumento locationis censeatur repetita in tacita reconductione.*

31 *Et an juramentum censeatur repetitum.*

32 *Quando locatio in sex menses censeatur tacitè revocata, & quando pro rata temporis.*

34 *An, & quando singularis successor teneatur stare locationi, & n. 36.*

35 *Quando vendita re teneatur Colonus stare locationi.*

36 *Locatio facta sine præfinitione temporis intelligitur ad unum annum.*

38 *Conductor debet restituere ultimo anno fundum in eodem statu, in quo reperiebatur tempore conductionis.*

39 *Quænam probatio requiratur pro liquidatione quantitatis fructuum.*

C A P U T XXXV.

An, si conductor finito tempore conductionis, in re conducta permansit, reconduxisse intelligatur.

RESp. quod ex tacito consensu contrahentium in prædio 1 rustico censetur facta reconductio per unum annum, etiamsi prior conductio facta fuerit pro majori tempore: sed in prædio urbano censetur facta conductio, prout quisque habitaverit: hoc est pro tempore, quo remansit in domo post finitam conductionem, *l.item quæritur, §.qui impleto, ubi DD.ff. locat.late Mascard.de probat.concl.991.num.22.25. & 26.vol.2.* ratio diversitatis est, quia ex prædiis rusticis semel in anno colliguntur fructus, videlicet tempore messis, vel vindemiarum, & ideò reconductio inutilis esset, si per alium saltem annum non duraret; in prædio verò urbano etiam una die esset utilis reconductio, quia ex eo fructus æqualiter percipitur qualibet anni parte, *ut dicit gl. in d.§. qui impleto, in ver.prout quisque, vers.fin. Bal vers.Quinto modo & iste est communis intellectus teste Bartol. ibidem, numer.10. la-* 2 *tè Surd. decis. 33.* ubi etiam dicit, quod Beneficiatus recipiens pensionem pro uno anno, non censetur ratificasse pro toto tempore locationem factam a prædecessore, quando locatio non fuit facta nomine Ecclesiæ, sed solius Prælati.

Addit *Bart. in dict. §.qui impleto num.10.* quod si prædium 3 rusticum esset tale, ut ex eo fructus perciperetur solùm de quinquennio in quinquennium, tunc in quinquennium censetur locatio renovata, *ut observat etiam Bald.in l.legem numer.1.vers.item dico, Cod.locat. Mantic. de Tacit. libr.5. titul.15. numer.6.*

Censetur autem facta reconductio cum eadem hypothe- 4 ca, & pactis, quæ continentur in priori locatione tam respectu locationis, quàm Conductoris: & ideò conductor tenetur solvere juxta pretium conventum in primo contractu, *ut colligitur ex d.§.qui impleto, d.l.legem, C.locat.& tradit etiam Alciat.reg.2.Præsumpt.17.n.5. Mant.de Tacit.lib.5.tit.15.n.19. & 33.* ubi dicit, quod reconductio tacita ejusdem est qualitatis, cujus est expressa, *Mascar. de Prob.vol.2.concl.991.nu.3. & 9. Afflict.dec.365.n.13.* ubi, quod locator in tali casu po- 5 test agere actione locati ad pensionem non solutam, *latè Merlin.de Pignor.lib.3.q.39. per tot.*

Et hoc quidem procedit non tantùm in prædiis privatæ 6 personæ, sed etiam in prædiis Ecclesiæ, pupilli, fisci, & universitatis interveniente scientia, & patientia Prælati,

Toto-

Tutoris, seu Curatoris, vel administratoris, *Bartol.in d.§. qui impleto,num.6.ubi etiam Bal. Bero conf.152.numer.12.libr.1. Rui.conf.86.num.9.lib.1. Mantic.ubi supra,num.12.& seq.& alii communiter.*

7 Secundò dispositin dicti textus locum haber, ubi quis locavir operas suas ad certum tempus: nam si post illud tempus, perseveraverit sciente, & patiente Conductore intelligitur tacita reconductio, *Mascard. dicta conclus.991. num.12. Mantic.de Tacit.lib.5.d.tit.15.num.46. Cancer.variar. lib.1.cap.14.num.65.* ubi exemplificant in Advocato, Medico, & similibus.

8 Tertiò procedit etiam in socio, qui certo tempore conduxit ab alio socio portionem domus communis: nam eo tempore elapso censetur reconduxisse, secundum *Petr.de Ubald. in tract.Soc.in pr.par.qu.10. Alciat.dict.reg.2.præsumpt.17. numer.4. Mant.d.tit.15.num.35.vers.ego verò*, contrarium tamen tenet *Mascard.d.concl.991.n.20.* quia præsumitur uti jure suo finita conductione, cùm possit socius jure proprio uti domo communi, & sic totam inhabitare, *l.merito, ff pro soc.& tradunt DD.in l.duo fratres, ff. de Acq. hær.* unde hæc opinio verior videtur.

9 Limitatur tamen supradicta conclusio, quando Conductor per modicum tempus remansit in re conducta: quia tunc tacitè reconduxisse non censetur, *Mascard.dict. conclus.991. num.21.Cancer.var.resol.lib.1. cap.14.num.58. Mantic.d.libr.5. tit.15.num.16.* modicum verò tempus ad hunc effectum dicitur spatium duorum, vel trium dierum, secundum *Bald. in d.l.item quæritur,§.qui impleto*: ego tamen censeo, id arbitrio Judicis esse remittendum, *ut dicit Bart.ibidem,num.12.Alex. conf.215.num.21.lib.6. Menoch.de Arbitr.Jud. cas.4.num.5. Seraph.decis.580.num.5.*

10 Limitatur 2. quando deficit consensus contrahentium, *Bart.in d.§.qui impleto, num.14.& 15. Mant.loco cit.numer.10. & 11.* ubi exemplificat in hærede absente, vel ignorante, & furioso, *Afflict.dec.363.num.2. Alciat.ubi sup.num.6. Mascard. d.concl.991. numer.30.* ubi dicit, quod non censetur renovata locatio, si Dominus ignoraret, conductorem adhuc perseverare in possessione.

Observa tamen, quod si curator furiosi, vel hæres defuncti sciverit, & passus fuerit colonum retinere fundum post tempus conductionis, renovata intelligitur conductio, *ut post Bart.Bald.Salyc. Paul.de Castr.in d.§.qui impleto,& alios observat Mant d.lib.5. tit.15.num.25.*

11 Limitatur 3. in emphyteusi concessa ad longum tempus, putà ad decem, vel 20. annos; nam post elapsum hujusmodi tempus non intelligitur renovata juxta communem Doctorum sententiam: & ratio est secundum aliquos, quia in emphyteusi necessaria est scriptura, *gloss.in leg.1.ver.alienationis,Cod.de Jur.Emphyt. Bart.loc.cit.num.7. Alciat.dict.regul.2. præsumpt.17.num.3. Afflict.dict.decis.365.num.10.Cancer.var. lib.1.d.c.14.n.61.Mascard.d.concl.991.num.14.& 15.* & in feudo dixit *Rosental.in tract.de feud.c.2.concl.69.* ubi asserit, quod feudum non censetur renovatum, etiamsi mortuo Vassallo, Domino sciente, & patiente hæredes Vassalli in possessione permaneant.

Hæc tamen ratio concludere non videtur: quia hodie de consuetudine in contractu emphyteutico non est necessaria scriptura, *gl.in d.l.1.vers.scriptura,Cod.de Jur.emph. Ursil.ad Afflict.ibidem,n.6.ubi de communi testatur,& ita etiam tradunt alii DD.apud Clar. in §.emphyteusis,q.4.*

Ratio igitur est, quia in emphyteusi agitur de utili dominio transferendo, non de modico præjudicio; & ideò finito tempore non censetur renovata, *Bald.in dict.§.qui impleto, vers. Quæro hic, quid in Emphyteusi, Alex.conf.17.n.12.lib.4.* ex quo fit ut rei locatio ad longum tempus, putà ad decem annos, lapso tempore præfinito non censeatur renovata: quia per locationem ad longum tempus transit dominium utile in lo-
12 catarium, *Alex.loc.citat. Afflict.dict.dec.365.n.4.& 5.per textum in l.1.in fin.ff.si Ager.vect.& in leg.1.§.quod autem ait,ff.de*
13 *superfic.* idem dicendum, si locatio facta sit ad vitam alicujus: quia tunc etiam dicitur ad longum tempus, *Dec.conf.204. Tiraq.de Ret.consang.§.1.glos.14.quos refert,& sequitur Ursill.ad Afflict.d.dec.365.num.5.*

14 Observa tamen, quod licèt ex locatione facta a Rep. etiam ad modicum tempus transferatur in conductorem dominium utile, & naturalis possessio, *juxta gl.in l.1.ff.de loc.*
15 *pub.fruct.* tamen in tali casu tacita reconductio locum habet, *ut constat ex dicto §.qui impleto, & notat Ruin.conf.61.numer.5. in fin.& num.6.& 7. libr.1. Alex.consil.28.num.4.cum seq.libr.4. Cephal.conf.475.numer.43. Mantic.de Tacit.dict.lib.5.titul.15. num.36.& 37.* ubi dicit, quod eo casu etiam ex tacita reconductione utile dominium, & naturalis possessio in conductorem transfertur.

Observa 2. quod reconductio tacita inducitur etiam in 16
locatione ad longum tempus, si extat statutum, quod reconductio pro eodem tempore facta intelligatur: & tunc recondoctio tacitè intelligitur facta pro alio decenni, & consequenter apud conductorem remanet etiam utile dominium, & naturalis possessio, *Alex.conf.28.n.4.cum seq.libr.4. Ruin.conf.61.n.8.lib.1. Mant.loc.cit.n.29.& 38.* ubi etiam dicit, quod statutum in tali casu intelligitur de prima tantùm tacita relocatione.

Limitatur 4. in officiis, quæ ex necessitate geruntur, qua- 17
lis est tutela; quia non videtur illud officium tacitè renovatum, licèt quis in eo remaneat, *Alciat.d.reg.2.præsumpt.17. n.1.post Bald. in d.§.qui impleto, num.8.*

Idem dicendum est de officiis, in quibus requiritur auctoritas publica, quales sunt Gubernatores, seu potestates locorum, nam finito tempore expirat eorum officium, nec censetur renovatum, *Bart.& alii DD.in d.§.qui impleto, & est communis opinio.*

Notandum tamen est, quod Officialis finito anno, seu 18
biennio suæ electionis habet administrationem, & ejus gesta valent, donec successor acceperit possessionem sui officii, *l.1.§.administrationem,Cod.ut omn.Jud.* cujus textus dispositio procedit in Judice ordinario, *ut post Guid.Pap.decis.501.& ibi Add.Mar.Mut. super consuet.Panorm.c.68.n.11.* 19
observat Grat. discept. for.cap.154.num.46. non autem in Judice delegato, *Bald.in l.meminisse, vers.extra quæro, ff.de off.procons.* ubi dicit, quod Legatus positus cum temporis præfinitione, non potest conferre beneficia post tempus, licèt ante successoris adventum.

Limitatur 5. ubi constat de contraria voluntate contra- 20
hentium, putà si Dominus cum conductore litiget, ut eum expellat tunc enim lapso termino non censetur facta relocatio, *Alciat.d.reg.2.præsump.17.n.7. Mant.de Tacit.libr.5. tit.15.n.20. Mascard.d.concl.991.num.28.*

Limitatur 6. si locator non implet contractum ex parte 21
sua: hoc enim casu non videtur renovata conductio, nisi locator contractum adimpleverit, *Bart.in d.§.qui impleto,n.4. latè Mascard.de Probat.concl.991.n.31.* idem dicendum est, si conductor pro parte sua non adimplevit, putà si pensionem non solverit: tunc enim non poterit allegare tacitam reconductionem, etiamsi manserit finito tempore in re conducta, *l.quæro, §.inter locatorem, ff.locat. Cancer.variar.lib.1. cap.14.num.70. Cravet.consil.87.num.3. Mant.dict.lib.5.tit.15. num.28.* ubi dicit, quod etiam durante locatione potest ex-
pelli, *Alex.conf.76.num.6.lib.5.* ubi dicit, quod etiamsi ex- 22
pressè conventum esset, ut conductor intra tempus locationis expelli non possit, tamen intelligi debet, nisi conductor cessaverit in solutione pensionis conventæ, *Rot.dec.366.nu.5. & seq.p.4.tom.2.Recent.*

Limitatur 7 in tertio obligato, *ut colligitur ex dicto §. qui* 23
impleto, & notat Bald.ibidem,vers.No.quod tacita reconductio. Hinc fidejussor, qui in priori locatione accessit, ex tacita conductione non intelligitur obligatus, *Bart.in dict.§.qui impleto,n.3. Merl.de Pign.lib.3.q.39.n.5.& 11. Mant.d.lib.5.tit.15. n.22.& lib.16.tit.21.n.3. Cancer.var.lib.1.c.14.n.65.* ubi dicit, quod si pro obligato ad tempus quis fidejussit, & postea locatio prorogetur, non tenebitur fidejussor, nisi de ejus voluntate fuerit facta prorogatio: subdens, quod non sufficit simplex consensus fidejussoris in prorogatione, sed quod debet esse per stipulationem, *ad not.per DD.in l.blanditus, C.de fidejuss. latè Mascard.concl.991.n.6.& 7.*

Limitatur 8. in pœna apposita in prima locatione: nam 24
in secunda conductione tacitè facta non censetur repetita, *ut post Dyn.dicit Bald.in dict.§.qui impleto, vers. Juxta hoc quæro.*

Limitatur 9. in venditione fructuum: nam si fructus ali- 25
cujus prædii pro certo pretio ad tempus certum venditi fuerint, eo tempore transacto ex tacito partium consensu non censetur venditio renovata, *Bald.in l.item quæritur,§.qui impleto,vers.sed quid si contractus, Alex.conf.76.num.1.& 2.lib.5. Ruin.conf.78.n.5.lib.1.Bero.conf.153.n.23.& 67.lib.1.Mant.loco citat.dict.titul.15.numer.41.* ubi dicit, quod tacita renovatio habet locum in contractu locationis tantùm, & non in alio simili, ut est venditio fructuum, & sentit etiam *Cancer.dict. libr.1.cap.14.numer.62. Mascard. de Probat.dicta conclus.991. numer.29.*

Hinc fit, ut si fuerit facta locatio ad quinquennium cum 26
pacto, quod conductori liceat rem locatam intra dictum tempus emere, & francare, hujusmodi pactum lapso dicto tempore non censeatur repetitum, etiamsi contrahentes finito quinquennio pro eadem pensione annua per multos annos in dicta locatione perseveraverint, *Rot.decis.396.part.4. tom.2.in Recent. Mascard.dict.conclus.991.numer.5.Mantic.de*

Tac.

Tac.dict.lib.5.tit.15.n.19.Cephal.consf.475.n.54.Bero.consf.153.lib.1. ratio est, quia dispositio juris communis de locatione loquentis non extenditur ad alium contractum, ut supra diximus, *Alex.consf.76.n.5.lib.5.* ubi etiam aliam rationem assignar, quia videlicet in tali casu agitur de maguo præjudicio, hoc est de francatioue directi dominii.

27 Limitatur 10. in rebus mobilibus, vel se moventibus, in
quibus locatio finitur transacto tempore in contractu loca-
tionis præfixo ita, ut post elapsum tempus non intelligatur
renovata, *Caroc.de locat.& cond.p.2.tit. de reno. locatio. n.13.*
& alii apud Cancer.var.lib.1.c.14.n.69. Masc.d.concl.961. nu.
27.Bald.in d.l.item quæritur, §.qui impleto, verf.quæro, quid
28 *in re mobili*, subdens, quod furtum non committeret qui
ultra tempus determinatum equo, aut alia re mobili, vel se
movente uteretur, quia ex præcedenti contractu Dominus
præsumitur consentire, *Mant.d.libr.5.tit.15.num.40.* ubi di-
cit, quod in tali casu tenetur conductor ad mercedem to-
tius temporis, donec equus, vel alia res mobilis restitua-
tur.

29 Limitatur 11. quando conductor post finitam locationem perseveravit in re conducta per 30.annos sciente, & patiente locatore, solvendo uniformem] pensionem, tunc enim inducitur locatio perpetua, & cessat tacita reconductio, *ut post Ruin.consf.61.num.2.libr.1.trad.Mant.dict.libr.5.titul.15.nu.30.* quod procedit, ubi posterior præstatio esset penitus difformis à contenta in priori instrumento, & verisimilitudo appareret novæ conventionis, quia tunc præsumitur novus titulus, ut dicit, *Avendan.de censib. Hisp.cap. 22. quem refert, & sequitur Cancer. variar. libr.1.cap.14.numer.97.*

30 Notandum est autem, quod quarentigia, vel obligatio
cameralis apposita in instrumento locationis non censetur
repetita in tacita reconductione, *Afflict. decisio. 365. nu.15.*
Mascard.dict. conclus.991.nu.8. & est communis opinio, quia
in tacita renovatione non censentur repetita quæ certam for-
mam requirunt; & ideò neque juramentum repetitum cen-
31 setur eo quòd pro forma requiratur, ut jurans proferat con-
tra verba, & tangat suis manibus scripturas, *Jas.consf.49.n.*
8.& seq.lib.3.Guttier.de Juram.confirm.p.1.c.49.n.13. Bero.qu.
100.n.3.& 12.& alii apud Cancer.var.c.14.n.66.lib.1. ubi ex
hoc infert, quod Conductor, qui in instrumento quarenti-
gato erat obligatus ad mercedem, & sic non solvendo pote-
rat carcerari, si tacitè reconduxit, minimè poterit carcera-
ri pro pensione non soluta.

32 Notandum 2. quod si prædium rusticum sit rale, nt ex eo bis in anno fructus uniformis percipiatur, locario in sex menses tantùm censetur tacitè renovata, *Bart.in d.l. item quæritur, §. qui impleto n.10.ff.locat.* ubi etiam dicit quod si ex hujusmodi prædio rustico qualibet parte anni fructus uniformis perciperetur, tunc pro rata temporis, quo quis in fundo fuerit, intelligitur tacitè reconduxisse, quia eadem est ratio, quæ in prædio urbano, *ut notat etiam Mant. d.l. 5.tit.15.n.7.& 8.*

33 E contra verò, si ex prædio urbano non perciperetur fructus uniformiter qualibet parte anni, putà si domus locata existat in loco, ubi nundinæ fiunt, & conductor plus lucretur diebus nundinarum, quàm alio tempore, tunc idem dicendum est, quod in prædio rustico, ut in id tempus nundinarum tacitè intelligatur etiam reconduxisse, quia eadem est ratio, *ita Bar.loc.cit. Mant.ubi supra n.9.*

34 Notandum 3. quod licèt singularis successor non tenea-
tur stare colono, cui prior Dominus locavit, *l.emptorem,*
C.de locat. tamen si colonus fecit impensas, ut quia semina-
vit, tunc pro anno incepto singularis successor tenebitur
35 stare locationi, quemadmodum neque colonus pro eodem
anno ab ea potest recedere, *ut post Bal.in l.emptorem Cod.lo-*
cat.& alios tradit Surd.decision.40. ubi id intelligit, quando
locatio fuit valida; secus si fuit nulla, putà si facta fuerit ab
eo, cui per subhastationis judicium erat interdicta bonorum
administratio, *Cavalc.decis.44.n.23.* ubi dicit, quod colo-
nus non tenetur perseverare cum eisdem pactis initis cum
Antecessore sed tanquam colonus partiarius fructus anni cœ-
pti partietur cum successore, *Cacher.decis.82. num.5. & seq.*
Mant.de Tac.lib.5.tit.11. subdens quod si colonus pensionem
solvit, & ab initio rectè contraxit, iniquum est ab eo con-
tractu recedere.

36 Item, ubi res locata venditur aut alio titulo transfertur in eum qui scit, rem esse locatam, tenetur is similiter stare locationi: quia vendens scienti censetur solùm vendere jus, quod habet, *ut post Bart.Bald.Ang. Imol. Alex.& alios in l. si domus, in fin.ff.de l.1.tradit Surd.dec.172.n.4.& seq.* ubi ex hoc infert, quod Donatarius, ac legatarius tenetur stare colono, quia donans vel legans censetur concessisse solùm jus, quod habebat in re donata, vel legata, *vide quæ supra diximus c.39.à n.25.lib.1.*

Notandum 4. quod locatio facta sine præfinitione tempo- 37
ris intelligitur ad unum annum: & ideò de anno in annum tacitè renovatur, *Bald.consf.141.n.6.lib.1. Ruin. consf.61. n.10. lib.1.Soc.Jun.consf.25.n.3.lib.2.& alii apud Mant. de Tac.lib.5. tit.4.nu.1.& 15.* ubi etiam dicit, quod primo anno expleto permissum est, altero etiam invito ab ea recedere; & ideò quoad secundum annum, & alios subsequentes novus intelligitur contractus ex tacito consensu contrahentium, *juxta l. item quæritur, §.qui impleto, ff.locat.& conduct.*

Notandum 5. quod conductor regulariter de jure debet 38
restituere ultimo anno fundum in eodem statu, in quo reperiebatur tempore conductionis, aliàs tenetur locatori ad omnia damna, & interesse, *l.cum conductorem, 29.ubi gl.2. cod.de locat.* Unde si accepit fundum seminatum, restituere per eundem seminatum in eadem mensura, & quantitate, aliàs tenetur ad restitutionem seminis deficientis, & etiam ad interesse ratione damni, & amissionis fructuum, quos percepisset locator si fundus seminatus fuisset, *Surd. dec.131.num.4.& dec.201.num.7.Ruin.consf.80.sub nu.1.& consf. 88.sub num.4.vol.1. & alii apud Ciriac.contr.for.229.nu.3.& seq.lib.2.*

Quæ verò probationes requirantur pro liquidatione 39
quantitatis fructuum? Respond. quod sufficiunt leviores probationes, etiam per conjecturas, cum hujusmodi liquidatio reputetur difficilis probationis, *ut post Bald. consil.323. n.5.lib.2.Natt.consf.510.n.4.Surd.consf.293.n.31.lib.2.Corn.consf. 301.in fin.lib.1.tenuit Rot.dec.1132.coram Seraphino, & decis. 727.n.1.p.3.in Recen.* ubi etiam dictum fuit, quod ad id admittuntur testes de credulitate, & singulares, *& decis.139.n. 3.p.4.tom.1.in Recen.* ubi etiam, quod ad hunc effectum satis est probare, quantum una tenuta præteritis annis consueverit reddere, & *dec.718.n.6.& 7.eadem p.4.tom.3.* ubi additur, quod in hujusmodi liquidatione fructuum potest etiam à Judice capi extrajudicialis informatio, *latè Mascar. de Prob.vol.2.concl.929.*

S V M M A R I V M.

1 *Spatium unius anni datur exequutoribus ad exequendam ultimam voluntatem, quo elapso exequutio devolvitur ad Episcopum: limitatur n.4.& 7.*
2 *Quando currat annus prædictus, & n.5.*
3 *Quando impedimentum retardet pias causas.*
4 *An, & quando Episcopus, vel ejus Vicarius possit hujusmodi tempus prorogare, vel restringere, & n.7.*
5 *Quid si testator majus tempus ad solvendum legata exequutoribus, seu hæredibus dederit.*
6 *Episcopus compellere potest executores piarum voluntatum ad reddendam rationem administrationis usque ad 40.annos.*
7 *Quid si testator reliquerit executorem; qui infra annum exequatur, & eo transacto jusserit, ut alius exequatur.*
8 *Provisio hominis facit cessare provisionem legis.*
9 *Quando prædictum tempus non currat.*
10 *Quando currat tempus ad adimplendam voluntatem Testatoris.*

C A P U T XXXVI.

Quodnam tempus detur exequutoribus ad exequendam ultimam voluntatem.

RESpond. quod datur annus, *l. nullus, cod. de Episcop. & cler. capit. nos quidem, de Testam.* quo elapso exequutio devolvitur ad Episcopum, *ut in dict.cap. nos quidem, & cap.sua nobis, eod.titul. de Testam.* 1

Annus verò non currit à die aditæ hæreditatis, sed à die 2
monitionis factæ per Judicem, *ut tradunt Abb. consil. 50.dub.*
3.l.1.Spin.de Testam.gloss.28.n.10. & alii apud Barbos. in d.c.
nos quidem, n.3.Gratian.discep.forens.c.73.n.11. ubi etiam di-
cit, quod non expectaret transcursus anni, si dispositio sit
talis naturæ, ut statim executioni demandari debeat, idem-
que dicendum, si hæres copiam habet rei legatæ, quia tunc
tenetur absque mora eam præstare, *l.si domus, §.in pecunia, ff.*
de l.1. quamvis contrarium teneat *Cevall. in Spec. aur. opi.*
comm.contr.commun.q.374.n.4. ubi dicit, quod tempus anni
currit à die mortis testatoris, etiam ignorantibus, vel im- 3
peditis executoribus testamentariis; quia annus non datur
favore executorum, sed favore pauperum, qui non debent
pati moram ex ignorantia executorum; & ideò elapso anno
libe-

liberè ad Episcopum devolvitur executio, *ut d. Bald. in l.*
capitatorias, num. 12. cod. de Testam. milit. & ità sentiunt alii
apud Genuens. in tract. de Eccles. q. 298. Surd. de alim. tit. 8. pri-
vil. 32. num. 7. & 8. ubi quod debet impedimentum retar-
dare pias causas, nisi impedimentum proveniat à natura
rei expediendæ, ut quia talis sit quæ intra annum expediri
non possit, *Barbos. in d. c. nos quidem, & in c. tua nobis, n. 4.*
de Testam.

4 Observa tamen, quod sicut potest Episcopus, vel ejus
Vicarius prorogare hujusmodi tempus ad instantiam execu-
torum etiam sine causæ cognitione, quando Testatoris vo-
luntas non potest intra illud tempus executioni demandari,
Ceval. quæst. 374. num. 2. Gratian. ubi supra, numer. 12. ità
poterit præsertim ex justa causa illud præmissa bina moni-
tione restringere tam in legatis, piis, quam pro anis, *ut*
post Abb. in dicto cap. nos quidem, num. 11. Covar. ibidem,
num. 5. & alios trad. Barbos. de off. & pot. Epis. par. 3. alleg. 82.
num. 24.

5 Observa 2. quod si testator majus tempus ad solvendum
legata executoribus, sive hæredibus dederit, putà duos,
vel tres annos, non poterunt cogi ante tempus quia disposi-
tio testatoris non est alteranda etiam respectu temporis, *l. si*
mandavero tibi, ut pro me, ff. mand. Paris. cons. 23. num. 18.
lib. 3. Bald. cons. 301. lib. 2. & alii apud Gratian. d. c. 73. nu. 15. &
16. cujus rei ratio est, quia quod possit Episcopus annum
restringere, ex eo provenit, quòd talis præsumitur esse in-
tentio testatoris, ut quanto citius fieri possit, ejus voluntas
impleatur, *l. 1. cod. de Sacros. Eccles.* talis autem præsumptio
cessat ubi testator certum tempus expressit.

6 Observa 3. quod Episcopus compellere potest executo-
res piarum voluntatum ad reddendam rationem administra-
tionis usque ad 40. annos, *arg. tex. in Auth. de Eccles. tit. §.*
pro temporalibus, Jordan. Elucub. divers. lib. 14. tit. 24. de Præ-
scrip. num. 442. ubi citat Bart. in l. alio, ff. de alimen. & cib. leg.
Papien in form. libell. quo agitur ad redd. rat. tut. gl. ac executo-
res, num. 24.

7 Observa 4. quod si testator reliquerit executorem, qui in-
fra annum exequatur, & eo, anno transacto jusserit, ut a-
lius exequatur, hoc casu non Episcopus sed substitutus à Te-
statore exequetur, quia provisio hominis facit cessare pro-
8 visionem legis, *ut post Bald. in l. si fundum sub condit. §. Sti-*
chum, ff. de l. 1. Veronens. caus. 209. & alios dicit Grat. discep. for.
c. 220. n. 35. & seq.

9 Observa 5. quod si controversia sit inter hæredes scriptos,
& venientes ab intestato de viribus testamenti, non currit
interim tempus executionis testamenti, *Tiraquell. de Re-*
tract. lignag. §. 1. gloss. 10. numer. 38. Papien. in form. libell. quo
agit. ad redd. ration. tutel. in ver. ac executores n. 11.

10 Observa 6. quod si testator certum præfixerit tempus ad
aliquid faciendum, puta intra mensem Januarii proximè fu-
turi, tale tempus currit etiam vivente testatore, *Butr. cons.*
57. quem refert, & sequitur Altograd. cons. 1. n. 54. ubi dicit,
hoc contingere propter præcisam naturam temporis limita-
ti: nam in aliis casibus tempus ad implendam voluntatem
defuncti non currit, nisi à die aditæ hæreditatis, *ut d. Bald.*
in l. si cui legetur, in princip. ff. de l. 1. Gratian. discep. for. c. 316.
n. 17. 18. & 19. idem Altograd. cons. 84. n. 4. per tex. in l. si in diem,
ff. de cond. & demon.

S V M M A R I V M.

1 *Decimæ personales debentur in fine anni: prædiales verò sta-*
tim ac fructus collecti sunt.
2 *An valeat consuetudo, ut decimæ non solvantur statim sed*
certo tempore.
3 *De agnis, & vitulis debentur decimæ non statim cum nati*
sunt sed cùm illi nutriti sunt.
4 *Lana statim solvi, & exigi potest.*
5 *Cui teneatur pastor decimas solvere, si in duabus parochiis*
gregem pascit.
6 *An possint laici decimas præscribere, & n. 12. & 17.*
7 *Concilium Lateran. simpliciter, & directè prohibet, nè de-*
cimæ laicis à Prælatis inferioribus concedantur in feu-
dum.
8 *Quando lex simpliciter alienationem, & acquisitionem pro-*
hibet, censetur etiam prohibere præscriptionem.
9 *An & quando laicus manuteneri debeat in possessione perci-*
piendi decimas.
10 *Quando celebratum fuerit Concilium Lateranen.*
11 *Quando præscriptio exemptionis decimarum suffragetur*
laico.
12 *Quid requiratur ad præscribendam minorem quantitatem ex*
integra decima.
13 *Immemorabilis cessat, ubi constat de initio.*
14 *Sola immemorabilis præscriptio sufficit, quando perso-*
na Ecclesiastica reperitur in possessione percipiendi de-
cimas.
15 *Quando possessio faciat præsumi privilegium.*
16 *Decimæ, si laicis concessæ reperiantur, censentur concessæ*
post Concilium.
17 *Quando Decimæ ex legitima concessione à laicis possi-*
dentur, potest laicus contra laicum præscribere: decla-
ratur num. 18.
19 *An Papa communicando privilegia alicujus Religionis ex-*
emptæ a decimis, alteri Religioni, censeatur communicasse
hujusmodi exemptionem.
20 *Quid si oriatur controversia, an decima solvenda sit Ec-*
clesiæ prædiali, vel potius sacramentali.
21 *An Episcopus possit laicis ad vitam, aliudve tempus con-*
cedere ipsarum decimarum fructus.

CAPUT XXXVII.

Quando solvendæ sint decimæ.

Resp. quod Decimæ personales regulariter debentur 1
in fine anni, *juxta gloss. communiter receptam in cap.*
revertimini, ver. annus, 16. qu. 1. ubi idem dicit de caseo, &
lacte; prædiales verò statim ac fructus collecti sunt, idest
quantocitius solvi possunt, *c. cum homines, ubi gloss. & Do-*
ctores, extra de Decim. valere autem consuetudinem, ut 2
decimæ non solvantur statim sed certo tempore dicit *Barb.*
in d. cap. cum homines, ubi etiam observat, quod de agnis, 3
& vitulis debentur decimæ non statim cum nati sunt, quia
esset inutilis talis decimatio, sed cum illi nutriti sunt nec in-
digent amplius lacte materno: lana verò statim solvi, & e- 4
xigi potest, cum nulla sit causa differendi: *Jo: Andr. ad Spec.*
tit. de decim. §. scire, debet, lit. C. ver. specie. In decimis autem
personalibus, expensæ deducuntur: secus in prædialibus
cap. pastoralis de decim. ex quo infert *Imol. in leg. fructus, ff.*
solut. matrim. quem refert, & sequitur Genuen. in tract. de Ec-
cles. quæst. 403. quod fructus, si ex dispositione legis, vel ho-
minis debentur Ecclesiæ, intelliguntur non deductis ex-
pensis.

Sed quæres, cui debeat pastor decimas solvere, si in dua- 5
bus parochiis gregem pascit? Resp. quod debet proportio-
nabiliter utrique Ecclesiæ decimas solvere, *S. Thom. 2. 2. qu.*
87. ar. 3. ad 2. Sylv. in ver. Decima. n. 14. gl. & DD. in c. ad Apo-
stolicæ, de Decim. unde si oves in una Parochia jaceant, &
dormiant, & in alia pascant, decimæ similiter dividi de-
bent, *ut diximus in tract. de Regim. Eccles. Episc. l. 5. c. ult. §. 1.*
n. 7. hoc tamen intelligendum est, quando oves æqualiter
morantur in utraque Parochia; secus esset si majore parte
anni pascerentur in una, & deinde ad breve tempus transfe-
rentur in aliam; quia tunc decima esset solvenda illi Paro-
chiæ, in qua pro majore parte anni grex stetit, *Paul. de Ca-*
str. & alii in l. hujusmodi, §. legatum, ff. de l. 1. Boe. q. 13. nu. 54.
Rebuff. in tract. de Decim. q. 6. nu. 25. & sequ. & alii apud Cancer.
var. lib. 1. c. 23. n. 10.

Quæres 2. an possint laici decimas præscribere? Resp. 6
negativè, quia illas possidere non possunt tanquam jus spi-
rituale, cujus laici sunt incapaces, *Concilium Lateranen. re-*
latum in c. prohibemus de Decim. & cap. causam, quæ, & ibi
gloss. extr. de Præscrip. quorum textuum dispositio procedit
in omnibus decimis etiam titulo temporali à laico percipien-
dis, *ut probat Maresc. var. l. 2. c. 92. n. 9. & seq.* ubi dicit, quod
data investitura post Concilium Lateran. datur incapacitas
absolute; unde sicut hoc casu ratione incapacitatis non pos-
sunt laici præscribere, quia jus resistit etiam possessioni, *ut*
latè per Gabr. de Præscrip. concl. 1. nu. 16. ita nec etiam potest
præsumi confirmatio Apostolica, quia talis possessio à jure
improbata non relevat, nec inducit aliquam præsumptio-
nem pro possidente, *Alex. consil. 70. n. 4. l. 3. Calder. cons. 11. de*
feud. Curt. de feud. 2. p. 8. qu. princ. quos refert, & sequitur Ge-
nuens. in tract. de Eccles. q. 39. Menoch. de præsump. l. 6. præsump.
86. n. 3. Barbos. in dicto c. prohibemus n. 5. & in d. c. causam, quæ,
num. 3. ubi dicit, quod Concilium Lateranen. simpliciter, 7
& directè prohibet, nè Decimæ laicis concedantur à Præla-
tis inferioribus in feudum, vel alio titulo temporali, *ut in d.*
c. prohibemus, de decim. & constat etiam ex c. quamvis, 17. eod.
tit. c. 2. de Locat. ubi autem lex simpliciter alienationem, &
acquisitionem prohibet, censetur etiam prohibere præsum- 8
ptionem, *juxta textum in l. alienationis, ff. de verb. signif. de*
quo latè Gabr. commun. concl. lib. 5. tit. de Præscrip. conclus. 13.
Bald. de Præscrip. in 1. p. 5. princ. q. 7. n. 4. & seq. ubi addit, quod
consuetudo excusat a præstatione decimarum personalium;

sed

fed non valeret consuetudo; quod nulla solvatur decima de
fructibus, seu frugibus terræ, quia decimæ prædiales sunt
debitæ de jure Divino, c. revertimini 16. q. 1. c. majores, & c.
quicunque 16. q. 7. c. in aliquibus, de decim.
9 Observa tamen, quod laicus tuendus esset in sua posses-
sione, si constaret de præscriptione temporis immemora-
bilis cum fama privilegii obtenti a Summo Pontifice, vel in-
ferioribus Prælatis ante Concilium Lateran. Menoch. lib. 6.
10 præsumpt. 86. ubi etiam notat, quod Concilium Lateran.
celebratum fuit anno 1179. salutis nostræ, sedente Alexan-
dro III. Gratian. discept. for. c. 595. n. 16. ubi dicit, quod pre-
11 scriptio exemptionis decimarum non suffragatur laico, nisi
sit 40. annorum cum tituli probatione, vel temporis imme-
morabilis, Bald. loc. cit. dict. q. 7. n. 11. & 21. Barbos. in dict. cap.
causam, quæ, num. 4. ubi refert, ita decisum fuisse in Rot. in Pam-
pilonen. decimarum 8. Martii 1613. coram Coccino, & ita etiam
sensit Rota in Novarien. decimarum 26. Februarii 1631. coram
12 Pirovano, quæ est dec. 23. p. 6. Recent. subdens quod ad præ-
scribendam minorem quantitatem ex integra decima, sem-
per constare debet de possessione, quæ consistit in eo, ut
Rectori Ecclesiæ agenti ad integram decimam, denegata
fuerit exactio, & Rector Ecclesiæ acquieverit: aliàs con-
tra Ecclesiam nulla consuetudo, seu præscriptio præjudica-
re potest.

Verum quia satis difficile esset his temporibus probare fa-
mam privilegii obtenti ante Concilium Lateranense, cum a
tempore dicti Concilii sint elapsi anni 400. & eo amplius,
censeo satis esse probare immemorabilem, & famam privi-
legii, ut laicus in possessione mano teneatur, quia decimæ
etiam post Concilium Lateranense possunt possideri a laicis
ea privilegio Summi Pontificis, c. a nobis de Decim. Genuens.
de Eccles. q. 39. a. 3. & 4. subdens, quod sine fama non suffi-
ceret immemorabilis; & ita tenuit Rota coram Seraph. dec.
1102. n. 8. & dec. 56. n. 18. & seq. p. 7. Recent. ubi etiam, quod
13 immemorabilis cessat, si constet de initio, Maresc. var. lib.
1. cap. 17. ubi etiam dicit, quod fama privilegii non est pro-
banda in tali casu per 40. annos, sed satis est si probetur per
aliquod tempus diuturnum arbitrio Judicis, & lib. 2. c. 92. n.
3. & seq. ubi dicit, quod non tenetur quis probare famam
privilegii si possidebat tanquam Ecclesiæ vassallus, certum
14 quid præstans Ecclesiæ, si verò persona ecclesiastica reperi-
retur in possessione percipiendi decimas, sufficeret sola im-
15 memorabilis præscriptio: quia in eo, qui potest decimas
16 possidere, tanti temporis possessio facit præsumi privile-
gium, Crescen. decisio. 1. de Decim. Cardin. Cavaler. dec. 258.
num. 3.
17 Observa 2. quod in dubio, si decimæ laicis concessæ re-
periantur, & nesciatur, an post, vel ante Concilium Late-
ranense, fuerint concessæ, censentur concessæ post Conci-
lium Bart. in cap. cum Apostolica, num. 4. de His, quæ fiunt a
Prælat. ubi etiam refert, ità resolvisse Rot. apud Farinac. dec.
193. num. 9. p. 2. Recen. quicquid dicat Rosenth. de feud. capit. 4.
concl. 28.
18 Observa 3. quod si decimæ ex legitima concessione a lai-
cis possidentur, potest laicus contra laicum præscribere:
quia tunc laici patrimonium censentur; mutata enim perso-
næ possidentis conditione, etiam bonorum conditio muta-
tor, cap. 1. §. verum, de Jurepatron. in 6. l. per procuratorem,
ff. de Acquir. hæred. Socin. Jun. cons. 115. num. 39. & 40. vol. 2.
Rebuff. de Decim. q. 13. & alii apud Cancer. var. lib. 1. c. 23. n. 6. &
tunc libertas non solvendi decimas contra laicum præscriba-
tur decem vel 20. annis, vel saltem sine dubio per tantum
tempus, cujus initii memoria non extat, secundùm Raph.
Cuma. cons. 83. quem refert Bald. de præscript. in p. par. 5. princip.
q. 7. n. 8. quod intelligendum est respectu solius juris ad lai-
cus spectantis: nam si ad tempus laicis decimæ concessæ
sunt, finito tempore hujusmodi ad Ecclesiam revertuntur
Barbos. qui de communi testatur, in d. c. causam, quæ, n. 5. ubi ci-
tat Valasc. de Jur. emphit. q. 17. n. 15.
19 Observa 4. quod Papa communicando privilegia alicu-
jus religionis, in quibus adest expressa exemptio a solutio-
ne decimarum, alteri Religioni, non censetur communi-
casse hujusmodi exemptionem a solvendis decimis nisi de eis
fuerit facta specialis mentio cum derogatione, cap. nuper,
extra de Decim. immò non sufficeret qualiscumque mentio
de decimis, quia si non apparet de expressa mente conceden-
tis, verbum, decimæ, referri potest ad decimas extraordi-
narias, quæ imponuntur ab homine: non autem ad ordi-
narias, & prædiales, quæ debitæ sunt de jure Divino, Se-
raph. dec. 1380. n. 2. Coccin. dec. 269. n. 3. & seq. Cavaler. dec. 247.
n. 10. & 11. Put. dec. 65. lib. 3.
20 Observa 5. quod si oriatur controversia, an decima sol-
venda sit Ecclesiæ prædiali, vel potiùs sacramentali tunc
particularis consuetudo inspici debet, cap. cum sint homines,
ubi Doctores, ex. de Decim. quæ ad hunc effectum sufficit de-
cennalis, quia non est contra, sed præter jus gl. communiter
recepta in c. ult. ve. consuetudo, de consuet. in 6. Cardin. Cavaler.
dec. 95. n. 2.

Observa 6. quod si minister Ecclesiæ indigeret, & pete-
ret decimam, non excusarentur Parochiani propter con-
suetudinem contrariam, secundùm Ang. in Summ. in verb.
Decima, §. fin. circa fin. quem refert, & sequitur Balb. in 1.
part. 5. prin. quæst. 7. numer. 6. & 10. ubi etiam dicit, quod ex-
cusantur non solventes propter consuetudinem ratione
præteritarum, & futurarum decimarum, quousque pe-
tantur.

Observa 7. quod una Ecclesia potest præscribere jus per-
cipiendi decimas contra alteram, & in aliena Parochia spa-
tio 40. annorum cum titulo, & bona fide, c. ad Apostolicæ,
& c. cum contingat, de Decim. c. 1. ubi gl. in verb. legitimè, de
Præscript. in 6. vel per tantum tempus hujus initii memoria
non extat in contrarium, d. c. 1. & c. de decimis, de rest. spol.
in 6. Balb. d. q. 7. n. 3. & 13. ubi addit, quod Clerici, vel Eccle-
sia contra clericos nedum partem præscribere possunt, sed
etiam totam decimam.

Addunt alii, quod Episcopus alicui laico ex justa causa 21
concedere potest ad vitam, aliudve tempus, non quidem
jus percipiendi decimas, sed ipsarum decimarum fructus,
dummodo talis concessio ad feudum, vel alienationem non
extendatur, ita gloss. in capit. quamvis sit grave nimis verb.
concesserit, de Decim. Jas. cons. 73. column. 5. volum. 3. Ro. sing.
657. Bald. cons. 44. in p. dub. vol. 3. & alii apud Tiraquell. de
retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 51. hodiè tamen obstat extrav.
ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. ubi omnis concessio, & lo-
catio bonorum Ecclesiasticorum ultra triennium prohibe-
tur, ut observat Barbos. in c. 2. n. 4. de locat. & alii recentiores
communiter.

S U M M A R I U M.

1 *Quid sit bonorum possessio.*
2 *Bonorum possessores vice hæredum in omnibus habentur, & num. 8.*
3 *In quo differat hæreditas, & bonorum possessio, & n. 5.*
4 *Hæreditas solo animo adiri potest.*
6 *Quam potestatem habeat Prætor.*
7 *Emancipati, cognati, & similes de rigore juris civilis ab hæreditate excludantur, admittuntur tamen de jure prætorio.*
9 *Liberi habent annum ad petendam bonorum possessionem; cognati verò centum dies, & quando currat hujusmodi tempus.*
10 *Aditio hæreditatis de jure civili durat 30. annis.*
11 *Terminum datum à lege ad deliberandum potest Judex minuere.*
12 *An eo termino transacto possit amplius adire hæres scriptus.*
13 *Quantum temporis præfigendum sit petenti terminum ad deliberandum.*
14 *Deliberatio quando sit annalis.*
15 *Quando bonorum possessio non transmittatur ad hæredes.*
16 *De jure civili hæreditas non adita transmittitur ad suos, non tamen ad extraneos: & quid si filius, vel alius in potestate decedat.*
17 *Quando jus deliberandi, & adeundi transmittatur ad quoscumque hæredes, & n. 22.*
18 *Filius quod tempus habeat ad deliberandum.*
19 *Hodie tempus ad deliberandum non est necessarium volentibus solemniter conficere inventarium.*
20 *Quando quis teneatur hæreditariis creditoribus in solidum etiamsi inventariam confecerit.*
21 *Filius, qui abstinuit se ab hæreditate, potest petere tempus ad deliberandam, & pendente deliberatione debet habere alimenta ex hæreditate.*

C A P U T XXXVIII.

Quodnam tempus detur ad agnoscendam bonorum possessionem.

PRo intelligentia sciendum est, quod bonorum posses- 1
sio est jus persequendi, retinendique patrimonii, sive
rei, quæ cujusque cùm is moritur, fuerit, l. 3. §. bonorum,
ff. de bonor. poss. & habet similitudinem cum hæreditate: quia 2
in omnibus vice hæredum, bonorum possessores habentur,
l. 2. ff. eod. solùm differt in eo, quod hæreditas auctoritate ju- 3
ris

ris civilis nititur, *§.1.verſ.aliquando Inſtit.eod.tit. de Bonor.*
4 *poſſ.* nec deſiderat aditio hæreditatis præſentiam Judicis, cum ſolo animo adiri poſſit, *§.fin.Inſtitut.de Hær. qual.& differ.*
5 at bonorum poſſeſſio nititur auctoritate juris prætorii, *ut in d.§.1.verſ.aliquando, & notat gl.in l.1.ff.de bonor. poſſeſſ.* & coram Judice debet agnoſci, quamvis ejus decretum minimè exigatur, *leg.cum furioſus §.nos itaque, ubi gloſſ.in ver.ex decreto, cod.de Cur.fur.& l.fin.ubi gloſ.cod. Qui adm.ad bonor. poſſeſſ.poſſ.* ex quibus colligitur *text.l.3.§.ſi cauſa cognita,ff.de*
6 *bon.poſſ.* Prætor enim propter publicam utilitatem, jus civile adjuvandi, ſupplendi, & corrigendi poteſtatem habebat, *l.Jus autem civile ff.de Juſt.& Jur.l.5.ff.de verb.oblig. §. Prætorum Inſt.de Jur.nat.gent.& civ.* quare eos, quos civilis juris rigor ab hæreditate excludebat, quales erant emancipati, cognati, & ſimiles, Prætor naturali æquitate motus ad ſucceſſionem vocabat, *ut in §.emancipati, Inſt. de Hered.*
7 *quæ ab inteſt.defer.l.1.in princ.ff.unde cognat.* & hi quidem hæredes ipſo jure non fiunt (per legem enim tantum vel ſimilem juris conſtitutionem hæredes fiunt) ſed cum eis Prætor dat bonorum poſſeſſionem, loco hæredum conſtituuntur, & vocantur bonorum poſſeſſores, *§. quos autem, inſt. de bonor. poſſ.* licèt quantum ad effectum ſint hæredes per hanc viam obliquam, *ut notat. Aret.in §.1.Inſtit.eod.tit.& alii communiter.*

8 His præmiſſis dico, quod liberi habent annum ad petendam bonorum poſſeſſionem, cognati verò centum dies, *§. cum igitur, Inſt.de bonor.poſſ.l.2.& l.emancipata, cod. qui admit.ad bon.poſſ.poſ.* quo tempore elapſo amplius non audiuntur, *ut in d.l.emancipata*, hoc tamen tempus eſt utile non ſolùm a principio, ſed etiam in medio, & in fine, & non currit, niſi a die ſcientiæ mortis defuncti, *l.2.ff. quis ord. in bon.poſſ.ſer.l.quamdiu, & l. quicumque, cod. Qui admit.ad bo-*
9 *nor.poſſeſſ.poſ.* & in hoc Prætor providit creditoribus, ne ſolutio nimium differatur: & ideo primo repudiante ſtatim ſequenti incipit currere tempus, *§.ſi quis itaque, Inſtit. de bon. poſſ.* quod intellige ſimiliter a die ſcientiæ, ut ſupra diximus; & in hoc eſt differentia inter bonorum poſſeſſionem, & jus adeundi; quia tempus 30. annorum quod habet hæres ad adeundom, de jure civili eſt continuum, & currit ignoranti, *juxta communem Doctorum ſententiam* ſed tempus petendi bonorum poſſeſſionem nunquam currit ignoranti, etiamſi ſtaret per centum annos, *Bal.in Rubr.cod.qui admit.l.6.Corn. conſ.321.vol.3.quos refert Balb.de Præſcript.in 4.par.4. princ.q. 20.num.2.& ſeq.*

10 Notandum eſt autem, quod licèt aditio hæreditatis de jure civili duret 30. annis, ut ſupra dictum eſt, *& conſtat ex l. licet, cod.de Jur.delib.l.ſicut cod.de Præſcript.30.annor.Bart.in d.l.cum in antiquioribus, n.2.cod.de Jur.deliber.poſt gl.ibidem in ver.benef.* poteſt tamen is, cui delata eſt hæreditas interrogari ad inſtantiam creditorum; an velit eſſe hæres, vel non; & ſi petat terminum ad deliberandum, debet hujuſmodi terminus moderatè ſtatui per Judicem, *l.ſi curatoris, ubi Alexand. Bald.& alii, cod.de Jur.delib.Cancer.var.l.3.c.21.n.19.*
11 ubi dicit, quod terminum datum a lege ad deliberandum poteſt Judex minuere ad conſulendum creditoribus, & ut ad eorum inſtantiam dari poſſit curator bonis & hæreditati
12 jacenti; non autem ut breviori aſſignato termino, & eo tranſacto non poſſit amplius adire hæres ſcriptus *latè Menoch. de arbitr.Jud.caſ.1.*

13 Quantum verò temporis præfigendum ſit petenti terminum ad deliberandum? alii putant, hoc eſſe Judici arbitrarium: alii cenſent trium menſium ſpatium ſtatuendum eſſe alii tenent, quod Judex debet dare tantum tempus quantum datur ad petendam bonorum poſſeſſionem, hoc eſt deſcendentibus annum, extraneis verò centum dies, *juxta textum in d.§.cum igitur Inſtitut.de bonor.poſſ.ita Bart.in l. ſi quis inſtituatur, §.ſed ſi bonorum, ff. de Hæred. inſtitutio. & alii apud Menoch.de arbitr.Jud.d.caſ.1.*

Ego cenſeo, Judicem poſſe, ac debere præfigere terminum novem menſium (nam annus tunc conceditur, quando impetratur a Principe) quibus elapſis hæres amplius ad hæreditatem non admittitur, *ut eſt textus expreſſus in l.ult. §.& hæc quidem, cod.de Jur.delib.* niſi res adhuc ſit integra, veluti ſi nondum datus fuit Curator, & res adhuc non fuerunt diſtractæ: tunc enim admittitur purgatio moræ non obſtante termino lapſo, etiamſi Judex comminatus fuerit ſe amplius hæredem non auditurum, *ut inquit Aret.in §.extraneis num.1. Inſtitut. de hæred.qual.& diff.poſt Bald.& Imol.in leg.ſi quis inſtituatur ff. de Hæred. inſtitut. Inn. in capite tua, de ord.cogn.*

14 Obſerva tamen, quod quando deliberatio non petitur, ſemper erit annalis, *l.cum in antiquioribus, cod. eod.tit. Bart. in d.l.ult.§.& hæc quidem.*

Obſerva 2. quod bonorum poſſeſſio non agnita intra di- 15
ctum tempus non tranſmittitur ad hæredes, *d.l.emancipata, cod.qui admit.ad bon.poſſ.* ſed de jure civili hæreditas non adita tranſmittitur ad ſuos, non tamen ad extraneos, *l.un.§.in noviſſimo, cod.de cad.toll.l.un.cod.de iis, qui ant.aper.tab.* &c. quamvis filius, vel alius, in poteſtate decedens hæreditatem ſui parentis non aditam tranſmittat ad quoſcumque, *ſecundùm Bart.in l.ſi infanti cod.de Jur.delib.& in l.un.cod.de His, qui ant.aper.tab.* &c. idemque dicendum, quoties jus deli- 16
berandi tranſmittitur, *ut in d.l.un.§.in noviſſimo, cod.de Cad. toll.* ſciens enim hæreditatem ſibi delatam, ſi decedat intra annum a die ſcientiæ computandum, non tantùm jus deliberandi, ſed etiam adeundi tranſmittit ad quoſcumque hæredes qui tamen durante ejuſdem anni ſpatio adire debent; aliàs eo elapſo excluduntur, *ut in l.cum in antiquioribus, cod. de Jur.deliber.*

Addit *Socin.in l.qui duos ff.de reb.dub. & alii apud Cancer.* 17
var.l.3.c.21.n.19. quod ſi hæres decederet ignorans, hæreditatem ſibi delatam, adhuc eam tranſmitteret beneficio reſtitutionis in integrum ea clauſula generali, ſi qua mihi juſta cauſa.

Obſerva 3. quod filius habet duos annos ad deliberan- 18
dum, alterum ut de numero liberorum, alterum ut de numero legitimorum, & ideò ſi decedat in ſecundo anno, tranſmitteret ſimiliter hæreditatem ad quoſcunque hæredes adeundam per eos intra reliquam partem illius ſecundi anni, *leg.1.verſ.ſed videndum, cod.de ſucceſſ.edict.Barb. ad Bartol.in leg.licet, cod.de Jur.delib.ubi citat Ang.in dicto leg. licet, Paul.de Caſtr. & Raph.Cum. in leg. quamdiu, 1.ff.de Acq. hæred.*

Obſerva 4. quod hodie tempus ad deliberandum non eſt 19
neceſſarium volentibus ſolemniter conficere inventarium: cum enim liceat eis & adire hæreditatem & ſine damno ab ea diſcedere, nullus locus deliberationi relinquitur, *l.ult.§.& hæc quidem, cod.de Jur.delib.*

Obſerva 5. quod is, qui petiit tempus ad deliberandum, 20
& hæreditatem deinde adivit, vel non repudiavit, tenetur hæreditariis creditoribus in ſolidum, etiamſi inventarium confecerit, *ut in dict.l.ultim.§.fin. autem, ubi Doctores communiter.*

Obſerva 6. quod licèt filius abſtinuerit ſe ab hæreditate, 21
tamen re adhuc integra poteſt petere ad deliberandum, & pendente deliberatione debet habere alimenta ex hæreditate, *juxta leg.ſi quis ſuus, ff.de Jur.delib.*

Obſerva 7. quod univerſali uſufructu legato alicui in vita 22
ſua, ſeu donec vixerit, poſt illius verò mortem alio inſtituto hærede, is intelligitur purè, & non conditionaliter inſtitutus, adeò ut ſi ante uſufructuarium moriatur, tranſmittat hæreditatem, verbo, vel facto aliquo aditam, vel alioquin jus ipſum deliberandi, *Bald.conſ.26.l.4.Pariſ.conſ.97.n. 7.l.2.Sim.de Præt.de Interpr.ult.vol.l.3.dub.5.ſol.4.n.27.Pereg. conſ.64.n.4.l.5.quos refert, & ſequitur Rot.dec.22.n.47.& 48. p.6.Recent.*

S V M M A R I V M.

1 *Inſordeſcens in excommunicatione per annum poteſt uti hæreticus condemnari: declaratur n.2.4 & 6.*

3 *Excommunicatus non ex cauſa fidei, ſed pro alia cauſa eſt ſuſpectus leviter de hæreſi.*

5 *Annus inſordeſcentiæ an debeat eſſe continuus, & a quo die incipiat.*

7 *Quando liceat Epiſcopo reos in cauſis criminalibus, vel civilibus excommunicare.*

8 *Si duo ſe ſe in forma Cameræ in ſolidum obligaverint, quorum unus ſit ſolvendo, an poſſit relaxari cenſura contra alterum obligatum.*

CAPUT XXXIX.

An, & quando inſordeſcens in excommunicatione per annum poſſit uti hæreticus condemnari.

QUod poſſit condemnari uti hæreticus, conſtat *ex cap.* 1
cum contumacia, de Hæret.in 6.c. excommunicamus 1. §. qui autem ex eodem tit. quia perſeverando in excommunicatione per tantum temporis ſpatium, cenſetur malè ſentire de poteſtate clavium, & ideo eſt ſuſpectus de hæreſi, *Henriq.l.13.c.4.Filliuc.tract.12.cap.9.q.4.n.214.& alii*
apud Bonac.de cenſur.diſp.2.q.2.punct.ult.n.2. quod tamen in- 2
telligendum eſt, quando quis fuit nominatim excommunicatus, & declaratus ea cauſa hæreſis, & in excommunicatione perſeveravit animo pertinaci, & in contemptum clavium,

vium, ut quia noluerit obedire eo, quòd Judicis, aut legis
potestatem spreverit, *d.c.cum contumacia, de Heret.in 6.Zanard.in direct.Theol.p.2.præc.1.c.5.§.18.in fin. Graff. in Decis.p.1.l.4.c.14.n.4. Scac.de Jud.l.1.c.98.n.36.Zechius in summ.tom.1.tit.1.de fid.c.11.n.13.Pegn.in Direct.p.2.commen.72. & alii, quos refert Dian.res.mor.p.4.tr.7.res.18. Ric.in Collect. dec.629.p.3.* subdens, quod cessat hujusmodi contemptus ex sola petitione absolutionis, & *in Prax.for.Eccles.p.3.res.212.& 215.*
3 ubi addit, quod excommunicatus non ex causa fidei, sed
pro alia causa etiam civili suspectus est de hæresi, leviter tamen, & sic contra eum uti leviter suspectum procedi potest;
4 non solet tamen procedi de consuetudine contra excommunicatum per annum, aut eo amplius, nisi fuerit excommunicatus ex causa hæresis: quam consuetudinem esse receptam in tribunali sanctæ Romanæ, & generalis inquisitionis, *post Pegn.loco cit.d.par.2.comment.32. vers.ex recepta & c.testatur Ric.d.p.3.res.215.versus fin.* & tunc elapso anno insordescentiæ debet prius citari ad respondendum de fide, & ad se purgandum ab hæresis suspicione cum termino competenti, & si non compareat, iterum ob contumaciam, excommunicationis vinculo innodatur, quam si per alium annum animo substineat pertinaci, ex tunc uti hæreticus est condemnandus, *d.c.cum contumacia, & d.c. excommunicamus 1.§.qui autem, ubi gloss.* & DD. præcedente tamen trina monitione, seu citatione personaliter exequuta cum competenti termino, si absens inveniri potest: alioquin sufficit, quod per tria edicta citetur, *juxta cap.sacro, ubi gl.in ver. competenti, de Sent.excomm.& ita de consuetudine servatur teste Ric.d.p.3.res.217.& 218.Genuens.in tract.de Eccles.q.712.*
5 Notandum est autem, quod annus insordescentiæ debet
esse continuus, & regulariter incipit a die declarationis, non autem a die incursus in excommunicationem, *juxta communem Doctorum sententiam:* nisi forte excommunicatio fuerit notoria, & de tali notorietate verè, & evidenter constet; quia tunc annus inciperet a die notorietatis excommunicationis, *Ric.d.p.3.res.216.Sousa in Aphor. Inquis.l.1.c.27. Pegna in Direct.Inquis.par.3.comment.172. Dian.p.4.tract.7.res.18.vers. nota tamen.*
6 Notandum 2. quod, ut quis dicatur insordescere in ex-
communicatione in causa fidei non sufficit, si citatus fuerit ad comparendum in S. Officio sub pœna excommunicationis, sed addendum est, ut compareat ad respondendum de fide, *gloss.in cap.cum contumacia, vers.respondeat, de Heret.in 6.Dian.p.4.res.mor.tract.7.res.18. Megal. var.resol.tom.2.res.149.n.5.*
7 Notandum 3. quod non licet Episcopo reos in causis cri-
minalibus, sicut nec in civilibus, excommunicare, nisi in subsidium, quando scilicet exequutio realis, vel personalis fieri non potest, & tunc, si delicti qualitas id exposcat, præcedere debet bina saltem monitio etiam per edictum, ex *dispositione Concilii Tridentini sess.25.de refor.c.3.* vide tamen *Maceraten.var.resol.l.1.res.112.cas.75.in fin.vers.insuper, Ric. in Prax.for.Eccles.p.4.res.202.n.4.* ubi dicunt, *Concilium d.c.3.* tradere instructionem, non autem imponere formam, & ideò valere excommunicationem latam non servato dicto ordine.
8 Addit *Ric.in prax.ut supra p.4.res.200.* quod si duo se se in
forma cameræ in solidum obligaverint, quorum unus sit solvendo, non debet in tali casu relaxari censura contra alterum obligatum, & *ita refert fuisse decisum in Rota dec.97. apud Farin.p.4.Divers.*

S V M M A R I V M.

1 *In obligationibus, & debitis conditionalibus tot requiruntur præscriptiones, quot sunt anni.*
2 *Legata annua quando præscribantur, & n.4.*
3 *Legata annua pro primo anno sunt pura, pro sequentibus sunt conditionalia.*
5 *Non valenti agere non currit præscriptio.*
6 *An, si legatarius inchoato anno decedat, integrum totius anni legatum ad heredes transmittat.*
7 *An contractus censualis dicatur conditionalis.*
8 *Ad præscribendum census præteritos sufficit lapsus 30. annorum a die, quo cessatum fuit in solutione: non tamen dicitur sublatum ius petendi fructus in futurum: limitatur num.11.*
9 *An stipulatio fructuum dotis sit pura, vel conditionalis.*
10 *An creditor non obstante statuto Urbis possit petere fructus decursos per spatium 30. annorum ante motam litem.*
12 *In obligationibus, ac debitis puris sufficit unica præscriptio pro omnibus annis.*
13 *Obligatio dicitur pura, etiamsi dilata sit exactio in diem.*
14 *Legatum usufructus, vel alimentorum quando unica præscriptione tollatur, & quæ præscriptio requiratur, & num.16.*
15 *Quando legatario competat restitutio in integrum adversùs præscriptionem.*
17 *An pensiones unica præscriptione præscribantur.*
18 *An in promissione annuæ præstationis facta in contractibus sufficiat unica præscriptio.*
19 *An singularis successor possidens bona hypothecata sit tutus exceptione præscriptionis decem, vel viginti annorum.*
20 *Quando incipiat currere præscriptio ad favorem tertii possessoris.*
21 *In dubio ignorantia præsumitur.*
22 *Antequam deveniatur contra tertium possessorem per hypothecariam, necessaria est discussio bonorum principalis debitoris, & fideiussorum, & qualiter facienda sit huiusmodi discussio, ibidem.*
23 *An in Salviano requiratur excussio.*
24 *Adversùs præscriptionem an detur restitutio in integrum.*
25 *Tempus restitutionis petendæ quando currat.*
26 *Si in instrumento adsit clausula constituti, creditor potest convenire tertium possessorem condictione l.fin. C.de Acq.poss. cui non præscribitur minori spatio, quàm 30. annorum: declaratur n.27.*
28 *Clausula constituti operatur, ut creditori detur mandatum de associando etiam contra tertium.*
29 *An præscriptio decem, vel 20. annorum habeat locum in dote.*

CAPUT XL.

An ad præscribendas annuas præstationes sufficiat unica præscriptio pro omnibus annis, an vero tot requirantur præscriptiones, quot sunt anni.

OMissis Doctorum opinionibus, quos latè recenset 1
Cenc.de Censib.p.3.c.1.q.8. art.2.n.1. & seq.
Dico primò, quod in obligationibus, & debitis conditionalibus tot requiruntur præscriptiones, quot sunt anni, & in hoc casu admitti potest sententia *Martin.Jac. de Aret. Rayn.Cyn.& Bal.in l.cum notissimi, §.fin.cod. de Præsc.30. vel 40. ann. quorum opinionem veriorem dicit Guid. Pap.dec.406.* ratio est, quia in hujusmodi obligationibus, & debitis non incipit præscriptio, nisi a die purificatæ conditionis, *ut in d.l.cum notissimi, §.illud, ubi Salic.& alii.*
Hinc fit, ut legata annua non præscribantur nisi, de an- 2
no in annum, & pro illis tantum annis, quibus fuit cessa-
tum in solutione per spatium 30. annorum, *ut tradunt DD.*
apud Cenc.de Censib.p.3.c.1.d.q.8.art.2.n.8.Balb.de Præscrip.in
4.p.4.prin.q.4.n.2. ubi etiam dicit, quod legatum annuum non
amittitur non utendo, *Pacif.de Salv.interd.insp.2.c.2.n.293.*
& seq.Cancer.var.res.lib.3.c.20.n.61. quia legata annua licèt
pro primo anno sint pura, pro sequentibus tamen annis sunt 3
conditionalia, *Put.dec.253.n.6.lib.1.Burat.dec.643.n.21. post*
Paul.de Castr.in l.si stichum, §.stipulatio, ff.de verb.oblig. ubi
addit quod si legatarius decedat, pro annis non inceptis non 4
transmittit ad hæredes, quia extincta est conditio, *per tex-*
tum in l.si cum præfinitione, ff. Quand.dies l.ced. & ideò cùm
ante conditionis eventum actio nata non sit, *l.cedere diem ff.*
de verb.sign. præscriptiones tolli non possunt, legata, seu præ-
stationes futuræ, quarum solvendarum adhuc non venit
dies, sed tantum præstationes præteritæ, cùm non valenti 5
agere non currat præscriptio, *l.1.§.fin.ubi DD.C.de Annal.ex-*
cep.quibus adde Surd.in tract.de Alim.tit.9.q.6.n.5.& seq. ubi,
quod si annus est cœptus, legatum debetur pro toto anno 6
cœpto: & ideò si legatarius inchoato anno decederet, inte-
grum totius anni legatum ad hæredes transmitteret, *juxt.tex.*
in l.a vobis, & l. filiæ, ff.de ann.l. Rot. in Assisien. fideicommissi
13. Maii 1630.coram Pirovano, quam refert Ursol.concl.113.
num.38.
Idem dicendum est, in contractu censuali nam cum cen- 7
sus sit redimibilis, *juxta constitutionem fel.recor. Martini, Ca-*
lixti, & Pii V. talis contractus videtur esse conditionalis:
fructus enim sub ista conditione debentur, si census non re-
dimatur, unde tot requiruntur præscriptiones, quot sunt
anni, *Pacif.de Salu.interd.insp.2.c.2.n.292.Galganet.ad Stat.*
Urb.lib.1.cap.159. Rota apud Cenc.de Censib.dec.230. & 303.
ubi aliæ decisiones allegantur. Quare ad præscribendum cen- 8
sus præteritos sufficit quidem lapsus 30. annorum a die, quo
cessatum fuit in solutione: jus tamen petendi fructus in fu-
turum non potest dici sublatum, quia contractus ipse cen-
sua-

ſualis, ex quo illud jus exigendi oritur, reſolutus non eſt, cùm non fuerit adhuc redemptus, ſive eatinctus, *Boer. dec. 336.n.4. Fulgoſ.conſ.164.col.2.& alii apud Grat.diſc. for. c.490. latè Ferentil.ad Burat.dec.643.n.28.Cenc.ubi ſupra p.3.c.1.q.8.*
9 *art.2.num.18.& 19.* quod etiam procedit in ſtipulatione fructuum dotis, quæ pro primo anno eſt pura, pro aliis eſt conditionalis, ſi dos non reſtituatur, *Galgan.ad ſtat.Urb.lib.1. c.159. ubi citat, Put.dec.253.lib.2.Rot.in Romana dotis 23.Junii* 1600. *coram Juſto*.

10 An verò non obſtante ſtatuto urbis poſſit creditor petere fructus decurſos per ſpatium 30. annorum ante motam litem? Reſp. affirmativè: *Rota coram Millino dec.386.* ubi dictum fuit, quod ſtatutum antiquum in hoc caſu non habet locum: ſtatutum verò novum *in c.158. lib.1.* expreſſe excipit contractus cenſus, & *in c.159.* ubi diſponitur, quod creditor non poſſit petere cenſus, niſi pro decem proximè præteritis annis tantùm, non comprehendit contractum juratum, *ut fuit reſolutum in cauſa Romana penſionis domus, 16. Junii 1598. coram Lancellotto, & ita etiam ſenſit Fel.in c. conſtitutus, 19.num.3. de reſcrip. Alexan.conſ.37.n.24. & 25.lib.2. Corn.conſ.328.n.3.lib.1.Grat.conſ.41.n.14.lib.1.Boer.dec.328.n. 5. Marſ.ſing.141.num.1.& alii apud Grat.diſcep.for.c.490. n.1. & ſeq.*

11 Limitatur tamen ſupradicta concluſio, ſi per centum annos fuerit ceſſatum in ſolutione: tunc enim omne jus cenſetur ſublatum, *ut d.Guid.Pap.dec.405.n.2. per textum in l. an uſusfructus, ff.de uſufr.*

12 Dico 2. quod in obligationibus, ac debitis puris ſufficit unica præſcriptio pro omnibus annis, etiam ſequentibus, & in hac parte ſequor opinionem *Bulg.in d.l.cum notiſſimi, §.fin. cod.de Præſcrip.30.vel 40. an. Cenc.d.p.3.c.1.q.8.ar.2.n.9. Rota in Romana Salviani interdicti 22.Junii 1616.coram Ubaldo, quæ apud Cenc.eſt dec.303.n.1.*

13 Dicitur autem pura obligatio etiamſi dilata ſit exactio in diem, putà teſtator legaverit alicui ſcuta centum ita ut hæres teneatur illi ſolvere ſcuta decem quolibet anno uſque ad complementum dictæ ſummæ, *Bart.in l.cum notiſſimi, §. in his etiam, cod.de Præſcr.30.vel 40.an.Sylv. in ver. præſcriptio*
14 *1.n.7.* Unde legatum uſusfructus, vel alimentorum relictum ſimpliciter abſque dinumeratione temporis, unica præſcriptione tollitur, hoc eſt ſpatio 30. annorum, *ſecundùm Balb. de Præſcr.in 4.p.4.prin.q.4.n.4.Cunce.lib.3.c.20.n.62.& ſeq.* ubi
15 ſubdit, quod competeret legatario reſtitutio in integrum adverſus hujuſmodi præſcriptionem, ſi habuit juſtam ignorantiam teſtamenti, *Pacif.de Salv.interd.inſp.2.c.2.num.295.*
16 vel ſpatio decem annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes, *ſecundùm Caſtil.de uſufr.c.67.n.33.Grat.diſc.for.c.807. n.9.& ſeq. quorum ſententia verior videtur, per textum in leg. corruptionem, & ibi gl.in ver.excludere, cod. de uſufr.* ratio eſt, quia in tali caſu legatum uſusfructus, vel alimentorum, licèt aliquo modo dici poſſit annuum, tamen unicum eſt legatum, non autem plura: niſi additum ſit verbum aliquod importans temporum dinumerationem, ut ſi dictum fuerit, *donec, quouſque, quoad, quamdiu, quandocumque*, vel quid ſimile, tunc enim hujuſmodi legatum contineret plura legata, *ut poſt Bart.Bald.& alios obſervat Balb.loc.cit.d.q.4.Surd. de alim.tit.9.d.q.6.n.16.& ſeq.* ubi dicit, quod licet in tali caſu currat præſcriptio in primo anno non currit tamen in futuris, *ut expreſsè notat Bald.in l.1.n.15.& 16.cod.de Sent.quæ ſin.cer.quan.* & ità intelligendus eſt *Cancer.var.lib.3.c.20. nu.*
17 *39.* & de penſionibus ſaltem præteritis, quod præſcribantur unica præſcriptione, dicit *Spec. in tit. de emphit. §.nunc aliqua, num.52.idem Bald.in l.malè agitur, n.5.cod. de præſcript. 30.vel 40. ann.*

18 Idem dicendum in promiſſione annuæ præſtationis facta in contractibus; tunc enim ſufficit etiam unica præſcriptio, quia dicitur unica promiſſio, & ſtipulatio ut poſt *Alber. & Odofred.in l.Stichum, §.ſtipulatio, ff.de verb. obligat. & alios dixit Rot.coram Burat.dec.643.n.21. & ſeq. & ibidem Ferentil. n.27.* ubi dicit, hoc procedere in præſtationibus annuis debitis purè a principio, & pro quibus obligatio fuit orta, & purè facta tempore ſtipulationis, *Balb. de præſcript. in 4.p.4. Princip.q.4.n.2.* ubi, quod tunc incipit præſcriptio currere a tempore, quo ceſſatum eſt, non ſolum pro præterito, ſed etiam adverſus futuras præſtationes.

19 Ex his aliud reſolvitur dubium, an videlicet ſingularis ſucceſſor juſto titulo, & bona fide poſſidens bona hypothecata, ſit tutus exceptione præſcriptionis decem annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes; nam ſi annuæ præſtationes debeantur ex obligatione pura, tertius poſſeſſor proculdubio juvatur beneficio dictæ præſcriptionis decem, vel viginti annorum, quia actio hypothecaria tanto tempore tollitur cum titulo, *jux.tex.in l.1.& 2.cod.ſi adv.cred.præſcr. oppon.Crav.conſ.148.nu.6.* ubi etiam dicit, quod ſine titulo tertius poſſeſſor præſcribit 30. annis, juxt. *l.cum notiſſimi, cod. de præſcript.30.annor.de quo videndus eſt etiam Cancer. var. l. 1.c.15.n.50.* ubi, quod tertius habens cauſam a debitore non præſcribit minori tempore, quàm ſpatio 40. annorum, quia emptor, & venditor eadem perſona cenſentur, *ad trad. per Surd.dec.173.n.26.*

Secus ſi debeantur ex obligatione conditionali, quia ex mutatione perſonæ non videtur mutari natura hujuſmodi obligationis, cujus tot debent eſſe præſcriptiones, quot ſunt anni, & ideò non poteſt inchoari præſcriptio, niſi a die, qua creditor potuit agere, *Cenc.de Cenſib.par.3.c.1.q.8.art.2. n.21.& ſeq.ubi citat Caſſan.ad Conſuet.Burg.rubr.11.§.2. n.41. Odd.conſ.82.n.39.& ſeq.lib.1.Felician.tom.2.lib.3.c.4.n.18. quibus adde Pacif.de Salu.interd.inſp.2.c.2.nu.292.* Contrarium tamen, videlicet quod etiam in tali caſu ſufficiat præſcriptio decem, vel viginti annorum, videtur ſenſiſſe *Rot.apud Cenc. dec.303.& apud Pacif.dec.85.86.& 300. & noviſſimè dec.407. n.10.& 11.p.5.Recent.*

Sed quæres, quando incipiat currere hujuſmodi præſcri- 20
ptio ad favorem tertii poſſeſſoris? Reſp. quod alii tenent, illam currere ab eo die, quo principalis debitor ceſſavit in ſolutione, quia ad favorem creditoris non eſt nata actio realis contra tertium poſſeſſorem, niſi poſtquam debitor, ſive ejus hæres denegavit ſolvere; & per conſequens ante nativitatem actionis non potuit agere, nec impedimentum tollere, & ideò nec præſcriptio potuit contra eum inchoari, cùm præſcriptiones adinventæ ſint ad tollendas actiones formatas, non autem actiones formandas, *Caſtan. ad conſuet. Burg.rub.11.§.2.num.36.& ſeq. Alex.conſ.58.numer.9.lib.5.& alii, quos refert, & ſequitur Cenc. de Cenſib. par.2.cap.2. qu. 5.art.9.num.49.& ſeq. Pacif. de Salu. interd.inſp.2.cap.2.num. 298.& ſeq.*

Alii verò aſſerunt, hujuſmodi præſcriptionem currere a die, quo poſſeſſor nactus fuit poſſeſſionem rei hypothecatæ tum quia text. *in d.l.2.cod ſi adverſ.cred.præſcrip.oppon.* ad inchoandas tales præſcriptiones videtur requirere ſolam poſſeſſionem, aliàs hæc præſcriptio raró haberet locum: tum etiam quia negari non poteſt, quin creditor poſſit agere tam contra principalem debitorem, ſeu ejus hæredes, quàm contra tertium poſſeſſorem rei hypothecatæ, etiam nulla facta excuſſione contra principalem debitorem, *Alex.conſ.220. num.12.vol.6.* ſaltem in illis caſibus, in quibus diſcuſſio bonorum principalis debitoris non requiritur, *Neguſ.de pignor. 1.mem.8.p.n.14.& ſeq.idem Cenc.p.2.c.2.q.5.art.9. nu.20. & 41. Cravet.conſ.217.n.5.in fin.p.2.& alii:* unde ſibi imputandum eſt, ſi nullo modo convenerit tertium poſſeſſorem, nec ejuſmodi præſcriptionem interrumpere curaverit, *ita Neguſ. 2. mem.6.p.n.3.Felic.tom.lib.3.c.4.nu.12. Balb.de præſcript.in 4.p. 4.princ.q.3.n.6.& ſeq.in 6.concl.& alii apud Cancer. var.lib.1. cap.15.de præſcript.n.52.verſ.contrarium &c.* quemadmodum ceſſat Salvianum contra fidejuſſorem, vel alium tertium poſſeſſorem quando creditor fuit negligens in exigendo a debitore, qui erat ſolvendo, & poſtea decoxit, *ut dicit Alciat. in l.decem, nu.7. ubi Jaſ.num.25.ff.de verb.oblig. Ruin. conſ.45. num.2.& 3.libr.5. Rim.ſen.conſ.641.num.3.lib.4. Menoch.conſ. 719.numer.46.lib.8.& alii, quos refert, & ſequitur Pacif. de Salu. Interd.inſp.5.cap.un.n.146. quibus adde Cenc. d.p.2.cap. 2.q.5.art.9.n.64. ubi citat Surd.dec.32.n.9. Gabr.conſ.47.nu.16. lib 1.& alios.*

Ego verò diſtinguendum cenſeo, aut creditor ignoravit alienationem rei hypothecatæ, & tunc præſcriptio non currit, niſi a die, quo debitor principalis ceſſavit a ſolutione, quia in tali caſu nihil imputari poteſt creditoris aut creditor habuit ſcientiam hujuſmodi alienationis, & tunc præſcriptio currit a die, quo tertius cœpit poſſidere, quia poterat creditor tertium poſſeſſorem convenire, *ut poſt Roder. de Ann.redit.lib.2.c.9.n.65.& alios tradit Cancer.var.lib.1.c.15.n. 55.verſ. Hanc tamen ſententiam, & l.3.c.4.de Servit.n.183.& ita ſenſit Rota dec.407.n.18.p.5.Recent.*

Obſerva tamen, quod ſcientia probari debet, quia in du- 21
bio ignorantia præſumitur, *l.verius, ff.de Probat.*

Obſerva 2. quod antequam deveniatur contra tertium 22
poſſeſſorem per hypothecariam, regulariter eſt neceſſaria diſcuſſio bonorum principalis debitoris, & fidejuſſorum, *auth. hoc ſi debitor, ubi Balb.Sal.& alii communiter, cod.de Pignor. Neguſ.1.mem.8.p.n.16.Alex.conſ.58.n.9. lib.5.* & ideò tertius poſſeſſor conventus poteſt ante litem conteſtatam opponere exceptionem diſcuſſionis non factæ, *Bart. in l.2. cod. comm.divi Bal.in l.exceptionem, cod.de Prob. idem Alex. conſ. 220.n.12.lib.6.* & tunc agi debet primò contra reum principalem reali, vel perſonali actione, & poſtea contra fidejuſſorem poſſidentem reali vel perſonali: deinde agetur contra

tra possessores bonorum rei principalis: ultimò pervenitur
ad possessores bonorum fidejussores, *Auct.de fidejuss.§.sed*
neque & notat Bart.in l.persecutione, C.de Pignor.de quo vide
23 *etiam Grat.dec.Marcb.15.n.4.& seq.* ubi addit, quod in Sal-
viano interdicto non requiritur excussio.

24 Observa 3. quod adversùs istam præscriptionem datur restitutio in integrum ex capite justę, & probabilis ignorantię, *Rot.in Rom.Salu.interdicti 22.Junii 1616 coram Ubaldo, apud Pacif.de Salu.interd.dec.300.Cancer.var.lib.1.c.15.n.55. in fin.* ubi dicit, quod tempus dictæ restitutionis petendæ currit a die scientiæ alienationis rei hypothecatæ.

25 Observa 4. quod si debitor constituit se simpliciter, vel
etiam precariò bona hypothecata tenere pro suo creditore,
tunc creditor poterit convenire possessorem, in quem facta
fuit alienatio, tanquam sua possessione privatus, condu-
26 ctione *legis fin.C.de acquir.poss.* cui non præscribitur minori
spatio, quàm 30. annorum, *juxta l.sicut, & l.omnes, C.de*
præsc.30.ann.Rot.in d.Rom.Salviani interdicti coram Ubaldo:
27 & hoc procedit quoad bona, quę possidebat debitor tempo-
re constituti precarii, nam quoad bona, quæ postea quæsivit,
precarium non extenditur, *Afflict.dec.139.n.5.& 6. Negus.*
de Pignor.1.mem.8.par.n.17.Rot.dec.587.n.4.p.3.recent. ubi ad-
28 dit, quod clausula constituti operatur, ut creditori detur
mandatum de associando etiam contra tertium possessorem,
de quo latè Post.de Mandat.de manuten.obser.20.n.4.& seq.Rota apud eumdem Post.dec.247.n.6.

29 Observa 5. quod hæc præscriptio decem, vel viginti annorum habet locum etiam in dote non solum soluto matrimonio, sed etiam eo constante, quando certum, & notorium fuit, maritum vergere ad inopiam: quia tunc mulieri incipit competere actio ad dotem repetendam, *ut probat Negus. de Pignor.2.mem.6.p.n.4.Pacif.loc.cit.insp.2.c.2.n.275. Gratian. discep.for.c.881.nu.11.ubi citat Boer.dec.328.nu.3.Castrens.cons. 70.n.1.& 2.lib.2.Abb.cons.22.n.2.lib.5.*

S V M M A R I V M.

C A P U T XLI.

Quando annui redditus veniant sub nomine bonorum immobilium.

1 RESp. quod aut annui redditus non sunt constituti super re immobili, sed debentur simpliciter actione personali, & tunc non veniunt sub nomine bonorum immobilium, *Bart.in l.sciendum, c.10.ubi etiam Bald.n.5.ff.qui satisd. cog.Gab.comm.concl.lib.6.tit.de Verb.sign.concl.8. Grat.lib.5. disc.for.c.885.n.4.Ursel.concl.113.n.17.*

2 Aut impositi sunt super bonis immobilibus, & tunc sub
nomine immobilium comprehenduntur, *Clem. exivi, §.*
cumque annui redditus, de verb.sign.latè Gabr.loco cit.Castil.de
3 *Usufr.c.41.nu.5.& seq.* tales sunt census, & loca montium,
Seraph.dec.224.Burat.dec.474.Alex.cons.15.num.3.lib.7.Gratian.c.811.n.21.& dicto c.885.n.1.& seq.& cap.943.n.20.Ursel.
concl.113.nu.10.& seq.Tiraq.de retract.lignag.§.1.gl.6.num.8.
4 Ex quo fit, ut is, qui hujusmodi annuos redditus possidet,
excusetur ab onere satisdandi, *Surd. deci.204.Gratian.dict.*
5 *cap.885.nu.1.& seq.* ubi etiam, quod si spectant ad aliquam
Ecclesiam, Civitatem, vel minorem, non possunt absque
solemnitate alienari, nec locari ad longum tempus, *latè*
Caroc.de Locat.& conduct.tit.de Annuis redditib. nu.1.& seq.
6 *Cancer.var.lib.1.c.7.nu.121.* & quod Clericus legitimè ad or-
dines sacros promoveri possit ad titulum patrimonii consistentis in censu perpetuo, & redimibili, sive vitalitio, tradit *Garz.de Benef.p.2.c.5.n.45.& 79.& censuit etiam Sac. Congregatio teste Ric.in Prax.p.3.res.450.Barbos.de off.& pot. Epis.p. 2.all.19.n.55.& 56.*

Antonell. de Tempore.

Limita in annuo reddito per paucũ tempus duraturo, quia 7
tunc dicitur tertia species: unde non comprehenditur sub publicatione immobilium, *ut post Fed.de Sen.cons.12.& alios dicit Alex.in l.si constante, §.si bona, n.9.ff.solut.matr.*

Addit *Jas.cons.5.vol.3. Tiraq.de retract.lignag.§.1.gl.7.n.9.* 8
Paris.cons.94.vol.2.& alii apud Ursell.concl.113.n.9. quod ad effectum collectandi annui redditus non veniunt appellatione immobilium neque mobilium: Unde stante privilegio, vel consuetudine immemorabili, quod forenses collectari possint pro bonis immobilibus, non possent collectari pro censibus, & aliis annuis redditibus: quia hujusmodi annuæ præstationes dicuntur esse de loco, in quo est destinata solutio, & ubi est persona creditoris, *latè Grat. discep.for.c.29. per tot.ubi refert, ita resolvisse Rotam in Avenionen.& Cavall. Collectarum 16.Maii 1583.coram Lancellotto, & in Romana de Aburdesia ann.1571.coram Oradino.*

Quæres, an relicto simpliciter usufructu omnium bono- 9
rum, annui quoque census, sive redditus testatoris relicti cen-
seantur? Resp. affirmativè, *Cavalc.de usuf.mulier relict.nu.*
83.& alii apud Castill.de usufr.c.41.n.1.2.& 14. nam qui om- 10
ne dicit, nihil excludit, *l.Julianus ubi Bart.ff.de leg.3.*

An verò legato usufructu omnium mobilium, debeantur 11
fructus pendentes? negativè respondet *Alciat.cons.182.lib.9. Gabr.cons.98.nu.5.& seq.lib.1.quem refert, & sequitur Castill.c. 42.n.5.vers.tandem & nu.seq.* ubi dicit, quod ex usu loquendi numquam fructus pendentes appellantur mobilia, sed immobilium naturam retinent, cùm pars fundi esse censeantur, *juxta l.fructus, ff.de rei vendit.*

S V M M A R I V M.

C A P U T XLII.

Quando legatum intelligatur de prima vice, & quando quotannis debeatur.

DIco 1. quod si verba legati generalia, vel indefinita 1
sint, & referantur ad id, quod ex sua natura reiteratur, sive renascitur, legatum quotannis debetur, *ut probat textus in l.defuncta, §.ultim.ff. de Usufruct.* idemque dicendum, quando legato adiicitur aliqua qualitas in diem vel casum reiterabilis, *ut post Barbos.in l.divortio §.quod in anno, ff.sol.matrim.observat Castil.de Usufr.c.43.num.9.& seq.* vel si legatum factum fuerit per verba ex se reiterationem impor-

2 rantia, *Giovag. cons. 84. n. 13. & 15. lib. 1.* Ex quo infertur, quod
si legetur pecunia colligenda ex redditibus fundi, in perpetuum debetur, quia verba legati sunt indefinita, & actus est
reiterabilis, cùm fructus quolibet anno nascantur, *l. annua,*
3 *20. §. fin. ff. de Ann. legat.* idem esset, si testator legavit alicui
partem redditus annui: tunc enim legatum præsumitur annuum, quia redditus ipse sua natura annuus est, *Meno. lib. 4.*
Præsump. 132. n. 9. ubi citat Rom. sing. 290. Cremen. in sing. 75.
4 Infertur 2. quod alimenta per testatorem legata, annuatim debentur: hæc enim sua natura sunt reiterabilia, cùm
qualibet die quis egeat alimentis, *l. qui concubinam, §. uxori,*
ff. de l. 3. l. pecuniæ in fin. ff. de Alim. & cibar. l. Genuens. in tract.
de Ecclef. qu. 225. Giovag. loco cit. Menoch. lib. 4. præsump. 132.
5 ubi etiam dicit, quod si testator legavit uxori viduæ, ut ab
hæredibus vestiatur, præsumitur legasse annuatim vestes.
6 Unde etiam habitatio simpliciter relicta durat in vita legatarii, *juxta textum in l. si habitatio, §. utrum autem ff. de Usu.*
7 *& habit.* tum quia habitatio est pars alimentorum, tum
etiam quia habitatio ex se reiterabilis est, & quodammodo
renascitur, *ut dicit Castil. ibid. num. 10. per tex. in l. penul. ff. de*
Capit. dimin.
8 Infertur 3. quod legatum factum per dictionem, *donec*,
vel quamdiu, *aut quousque* censetur annuum, *ut in l. legatum 17. ff. de Ann. legat.* quia hujusmodi dictiones sunt repetitivæ, *l. sicut, ff. quibus modis ususfr. amitt.*
9 Infertur 4. quod legatum relictum in diem reiterabilem
intelligitur esse annuum, & perpetuum, putà si quis alicui
legavit certam pecuniæ summam die natalis sui præstandam,
ut in l. cum quidam, ff. de Ann. legat. quod intelligitur de die
commemorationis sui natalis, quæ est reiterabilis, & perpetua, *Barbos. in d. §. quod in anno n. 12. Giovagnon. cons. 84. n. 13.*
lib. 1. ubi *n. 14. reprobata doctrina Bart. in l. cum quidam, nu. 3.*
ff. de Ann. legat. sub iit, quod pietantia relicta fratribus in die
S. Francisci, annuatim debetur, quia commemoratio festi
10 S. Francisci, annuatim sit, *ut sensit etiam Menoch. lib. 4. præ-*
11 *sump. 132.* ubi etiam dicit, quod legatum factum pio loco
in dubio præsumitur annuum, *Gennen. in tract. de Eccles. d.*
q. 225. & 328. ubi quod legatum simpliciter relictum Ecclesiæ
censetur annuum, & perpetuum.
12 Dico 2. quod si verba legati sint indefinita & referantur ad
actum non reiterabilem, & tunc intelligitur legatum de pri-
13 ma vice, *juxta l. boves §. hoc sermone, ff. de verb. sign.* ubi sermo simpliciter prolatus intelligitur de prima vice, *l. idem*
14 *Julianus, §. scio, ff. de l. 1.* ubi legatum simpliciter factum intelligitur de eo, quod minus est.
15 Dico 3. quod in contractibus res de prima vice intelligitur, etiamsi actus esset reiterabilis, *ita Barbos. in d. l. divortio, §. quod in anno, n. 11. quem refert & sequitur Castill. loc. cit. d.*
16 *c. 43. n. 9. Genuens. in tract. de Eccles. d. q. 225. nu. 1.* Unde venditionem factam de fructibus unius possessionis de primis fructibus intelligendam esse, dicit *Bal. in d. l. divortio, §. quod in*
17 *anno, Surd. dec. 265. n. 13. Giovag. cons. 84. n. 17. lib. 1.* ubi etiam
observat, quod promissio facta per dictionem, donec, non
est annua, sed unica.
18 Limita in promissione alimentorum; hæc enim etiam in
contractibus facta præsumitur, ut quotannis alimenta præstentur, non autem semel tantùm, *l. Mela, ff. de alim. & cibar. legat. Soc. sen. cons. 48. lib. 2. & alii apud Menoch. d. lib. 4. præsump. 132. n. 10.*
19 Quæres, an hæredi præscriptum sit a jure aliquod tempus
ad solvenda legata? Resp. quod hæredi annus datur a die
judicialis decreti computandus, quo elapso, & legatis non
solutis, cadit ab hæreditate, *jux. Auth. de hæred. & Falcid. §. non autem, vers. illud quoq;* si vero nullum adsit judicis decretum,
pœna hujusmodi non incurritur, *Jordan. Elucubr. divers. lib.*
20 *14. tit. 14. n. 305.* ubi, *n. seq.* addit, quod si legatarii petierint,
sibi caveri de præstandis legatis sex menses a die petitionis
dantur hæredi ad hujusmodi cautionem præstandam, *l. certa est forma, C. de Jud. & not. etiam Spec. in tit. de Primo decreto,*
§. jam de effectu, n. 18.
21 Quæres secundò, an legatum relictum Ecclesiæ, in anno,
debeatur in principio, vel in fine anni? Resp. quod debetur in principio anni, sicuti favore libertatis statutum est *in*
l. si ita fuerit libertas relicta, ff. de manu. testam. validum est autem argumentum de libertate ad Ecclesiam, vel piam causam, *ita Rom. in auth. similiter C. ad l. falc. Salic. in l. 1. C. quand.*
dies l. ced. Alex. in l. qui hoc anno, ff. de verb. obligat. & alii apud
Gennen. in tract. de Eccles. qu. 514. Tiraq. de Priv. piæ caus. pri-
22 *vil. 22.* ubi dicit, quod favore piæ causæ tempus inceptum
habetur pro completo.

S V M M A R I U M.

C A P U T XLIII.

An, & quando promissio annua censeatur facta in causam alimentorum.

NOn mediocris ex resolutione hujus dubii resultat utilitas propter multa privilegia, quæ alimentorum causis
a jure concessa sunt. Resp. igitur, quod si promissio facta 1
sit pauperi, censetur facta in causam alimentorum; secus si
facta sit diviti, *ita glos. in l. si Stichum, §. stipulatio, & ibidem*
Bart. n. 2. ff. de verb. oblig. Castr. cons. 424. vol. 2. Jo. de Amic. cons.
56. n. 1. Ruin. con. 124. n. 9. volum. 1. & alii apud Surd. in tract. de
Alim. tit. 2. qu. 12. n. 5. & seq. tit. 9. q. 6. n. 14. & 15. ubi etiam ob- 2
servat, quod hujusmodi stipulatio si fiat pauperi, non transit ad heredes, cùm alimenta morte finiantur: sicuti dicimus
in legato annuo, quod similiter censetur factum in causam
alimentorum, quando relictum est pauperi, *l. legatum, ubi*
gl. ff. de Capit. dimin. l. cum hi, §. si ita singulos annos, ff. de Transact. l. Stichus, §. Titia, ff. de Alim. legat. si annuum, & l. Titia, ff.
de Ann. legat. Bald. in l. antiquitas, nu. 6. C. de ususfr. quia lega- 3
rum interpretatur ex persona legatarii, *l. plenum, § Equitii, ff.*
de usu, & habit. valet argumentum ab ultima voluntate ad 4
contractum, quando in contractu militat eadem ratio, *l.*
pactum inter hæredem, ubi Bart. ff. de Pact. l. jure civili, ff. de
Cond. & demon. l. servum filii, §. eum, qui chirographum, ubi
etiam Bart. ff. de legat. 1. Alex. cons. 61. n. 2. lib. 1. Decius in l. in testamentis, n. 7. ff. de Reg. Jur.
Et hoc quidem intelligendum est, quando promissio an- 5
nua fit ex causa lucrativa: tunc enim non transit ad hæredes,
secus

secus si fieret ex causa onerosa, quia tunc ad hæredes transi-
ret, *ut d. Bald. in d. §. stipulatio*.
6 Notandum est autem, quod si promissio annua fieret divi-
7 ti, promittens in tali casu non diceretur obligatus in perpe-
tuum: quia promissio non extenditur ad hæredes, nisi de eis
sit facta expressa mentio, *l. sancimus, §. fin. C. de Donat. Bart.*
8 *in d. l. si Stichum, §. stipulatio, n. 2.* quemadmodum neque lega-
tum ad hæredes transit, nisi fuerit expressè dictum *l. in annali-*
9 *bus, C. de legat.* ubi additur, quod si quid annuum relinquitur
Titio, & ejus hæredi, debebitur non tantùm primis hæredi-
bus, sed etiam hæredum hæredibus in infinitum.
10 Quæres, an legatum ad certos annos relictum, putà ad 10.
annos, censeatur annuum? Resp. quod si alimentorum no-
mine fuerit relictum, durante decennio legatum hujusmodi
annuum censetur, *l. si cum præfinitione, ubi Bart. ff. Quand.*
dies legat. ced. & ideò tot continet legata, quot sunt anni;
hæc enim est natura annuorum legatorum, *l. cum in annos, ff.*
eod. tit. Quand. dies leg. ced. l. si in singulos ff. de Ann. legat. latè
11 *Surd. in tract. de Alim. tit. 9. n. 1. & seq.* ubi etiam dicit, quod
pro anno inchoato ad hæredes transmittitur, quia pro anno
legatum est purum, & in principio anni incipit deberi, non
12 tamen pro annis sequentibus, quia pro sequentibus est con-
ditionale, *d. l. si in singulos*; legatum verò conditionale non
trasmittitur ad hæredes legatarii decedentis conditione
pendente, *l. 1. §. sin autem aliquid sub conditione, C. de caduc.*
13 *toll. l. si ita legatum, §. 1. ff. de l. 1.* quod quidem procedit,
quando legatum est purè, ac simpliciter factum; tunc enim
14 legatum transmittitur, & debetur pro toto anno inchoato;
secus si relictum fuerit respectu, vel intuitu alicujus rei im-
plendæ per legatarium, quia tunc eatenus legatum debetur,
quatenus implementum est sequutum; & ideò si alimenta
alicui relicta sunt, donec habitaverit cum filiis, eate-
nus debentur, quatenus durat habitatio, *d. l. qui concubi-*
nam, §. uxori, Bart. in l. a vobis, ff. de Ann. legat. Bald. in l. 1. nu.
3. C. de fideicomm. Surd. d. tit. 9. q. 6. n. 11. & seq. subdens, quod
15 si testator relinquat alimenta ex fructibus certi fundi, non
debentur, nisi ex collectis fructibus, & tempore collectio-
nis, *l. firmio, ff. Quand. dies leg. ced.*
16 Si vero Testator non pro alimentis legavit, sed in plures
præstationes divisit legatum exonerandi hæredis gratia, hoc
casu omnium annorum unum esset legatum, & legatarius
decedens intrà tempus a Testatore præfinitum, etiam futu-
rorum annorum legatum ad hæredem suum transmitteret,
ut in d. l. si cum præfinitione, ff. Quand. dies leg. ced.
17 Quæres 2. an legatum dotis in dubio præsumatur annuum?
Resp. affirmativè, sicut diximus de legato facto ad pias causas,
Bart. in l. legatum, ff. de Ann. legat. & in l. Titia, §. Seja, ff. de
Aur. & arg. leg. Soc. cons. 48. in fin. vol. 3. Natt. cons. 379. nu. 2. &
alii apud Surd. d. tr. de alim. tit. 8. Privil. 25. n. 6. ubi *n. 9.* addit,
18 quod quando legatum est modicum, & relinquitur personæ
valdè dilectæ, tunc etiam præsumitur annuum.
19 Quæres 3. an legatum alimentorum relictum in volunta-
te minus solemni debeatur? Resp. quod debetur tam pro tem-
pore præterito, quàm futuro dummodo, hæres illud præ-
stiterit per triennium, *ut est tex. in l. 1. ubi DD. Cod. de fideic.*
20 quod favore alimentorum introductum est, *ut d. gl. ibidem,*
vel impetrabis, nam regulariter, licèt solvendo approbetur
testamentum, id tamen procedit quoad soluta, non autem
21 quoad solvenda, *l. fin. & ibi gloss. C. Nè ux. pro mart.* ubi sol-
vens partem debiti, non ideo videtur agnoscere totum debi-
tum; quod etiam procedit in legato annuo relicto in testa-
mento minus solemni: nam cùm eo casu dicantur plura le-
gata, hæres agnoscendo, seu approbando testamentum per
solutionem unius legati, non sibi præjudicat quoad alia, *l.*
Lucius, §. Testator, secundum intellectum Bart. ibidem, ff. de le-
22 *gat. 2. l. cum in annos, 11. ff. de Ann. legat. l. Senatus, §. fin. ff. de*
Donat. caus. mor. Bal. in l. non dubium, n. 3. C. de Testam. Si ve-
rò aliquid in tali casu solutum est, non repetitur, etiamsi so-
lutum fuerit per juris errorem, quia relictum in testamento
minus solemni est naturaliter debitum, *l. cum quis, ubi gl. &*
Bald. C. de Jur. & fact. ignor. l. 2. C. de fideic. latè Surd. in tract. de
Alim. tit. 8. privil. 22. nu. 3. & seq. ubi subdit, quod præstatio
alimentorum facta una vice pro tribus annis non obligat hæ-
redem pro futuro tempore, sed requiruntur plures solutio-
nes factæ singulis annis.
23 Secus esset, ubi alimenta debentur ex contractu, sive obli-
gatione invalida: tunc enim is, qui certis annis solvit, non
tenebitur in futurum, *l. si certis annis, ubi gl. Alex. & alii com-*
muniter, C. de Pact. Surd. d. tract. de Alim. tit. 8. privil. 22. n. 22.
& seq. contrarium tamen tenuit *Dec. in d. l. si certis annis, n. 7.*
C. de Pact. ubi dicit, quod etiamsi alimenta debeantur ex
contractu invalido, præstatio triennalis inducit obligatio-
nem in futurum, quia favor inductus in alimentis ità videtur
procedere in contractu, sicut in ultima voluntate, *arg. l. ser-*
vum filii, §. cum qui chirographum, ubi Bart. ff. de leg. 1.
An verò *tex. in d. l. 1. C. de fideicom.* procedat tam in paupe-
re, quàm in divite? affirmant *Sali. Jas. Dec. & alii apud Surd.*
in d. tract. tit. 8. privil. 22. num. 21. quamvis contrarium sentiat
Alex. in d. l. si certis annis, n. 2. C. de Pact. ubi dicit, textum præ-
dictum procedere in legato relicto pauperi, vel pro dote,
refectione pontium, & viarum, redemptione captivo-
rum, & aliis piis causis.
Quæres 4. an Judex Ecclesiasticus cognoscere possit con- 24
tra laicum super alimentis? Resp. affirmativè, quando ali-
menta debentur pauperi, quia tunc piam causam respiciunt;
secus si debeantur diviti, *c. significantibus de off. deleg. Bart. in*
l. solent, nu. 13. ff. de Alim. & cibar. legat. Imol. in c. relatum 1. de
Testam. Lup. in c. per vestras, n. 19. de Don. int. vir. & ux. & alii
apud Surd. de Alim. tit. 8. privil. 9. per tot. ubi etiam dicit,
quod filius spurius petere potest alimenta tam in foro Eccle-
siastico, quàm civili.
Quæres 5. quamdiu debeantur alimenta relicta legatario 26
cum hac adjectione, *usqueque ad pubertatem pervenerit*?
Resp. quod si alimenta relicta sint pauperi, aut indigenti,
masculo quidem debentur usque ad decimum octavum an-
num, feminæ verò usque ad decimum quartum, *l. Mela ait,*
ubi gloss. & Doctores, ff. de Alim. & cibar. leg. ponderando ver-
ba, ibi, *pietatis intuitu*: quamvis enim pubertas in masculis
regulariter incipiat completo decimoquarto anno, & in fe-
minis post duodecimum, *§. 1. Instit. Quib. mod. tut. fin.* speciale
tamen est in alimentis, quæ pauperi relinquuntur: nam
cum videantur relicta, donec per seipsum possit alimenta
comparare, ideò usque ad annum 18. ut diximus, debentur,
cum ante hanc ætatem difficilè quis possit sibi victum quære-
re, ut dicit *Rom. sing. 604. Cremen. sing. 78. Dec. in l. fin. n. 3. C. de*
Carbon. edict. Rip. in l. 2. n. 2. ff. de vulg. & pup. & alii, quos refert
Surd. d. tract. tit. 8. privil. 58. per tot. ubi etiam notat, triplicem
esse pubertatem, videlicet ordinariam, quæ quartodecimo
anno perficitur in masculo, & duodecimo in fœmina, & hæc
attenditur in nuptiis, testamento, *l. qua ætate, ff. de Testam.* 28
c. 2. de Despons. Impub. aliam plenam *ut in §. minorem, Instit.*
de Adopt. l. arrogato, §. non tantum, ff. eod. tit. ubi adoptans ple-
na pubertate, hoc est decem & octo annis adoptatum præ- 29
cedere debet, & hæc etiam attenditur in alimentis, *ut in d.*
leg. Mela. aliam plenissimam, quæ ad 25. ætatis annum exten-
ditur, putà si quis jam puberi, minori tamen 25. annis, sic
legaverit, *cum ad pubertatem pervenerit, l. cum filiofam. vers.* 30
ego quidem, & ibi gloss. ver. ætate, ff. de leg. 3.
Secus esset, si alimenta relinquantur diviti, vel aliunde 31
habenti, onde se alat; quia cum tunc cesset pietas, ces-
sare etiam debet dispositio *d. l. Mela*; & ideò in tali casu
alimenta non debentur masculo, nisi usque ad 14. annum
fœminæ verò usque ad 12. inclusivè, *ut probat. Surd. loc. cit.*
nu. 8. & seq.
Quæres 5. an legatum alimentorum subiiciatur falcidiæ? 32
Resp. affirmativè, sicut & legatum ususfructus, *l. hæredita-*
tum, ubi Alex. ff. ad l. Falcid. ubi etiam traditur forma falci-
diam detrahendi ex hujusmodi legatis.

S U M M A R I U M.

1 *Qui promisit cum juramento solvere suo creditori partem pecuniæ debitæ quolibet semestre, vel anno, si deficiat in uno termino, potest cogi ad solvendam totam summam.*
2 *Textus in l. si quis major Cod. de transact. extenditur ad omnem contractum juratum.*
3 *An emphyteuta, qui juravit solvere annuam pensionem, incidat in commissum, si semel cessavit solvere, & n. 7.*
4 *Quando locum habeat textus in dicto l. si quis major. & n. 6.*
5 *Quælibet causa excusat a dolo.*

C A P U T   X L I V.

Quando promittens solvere partem debiti singulis annis, si deficiat in uno termino, possit conveniri pro tota summa.

SI quis medio juramento promiserit solvere suo creditori 1
partem pecuniæ debitæ quolibet semestre, vel anno, si
deficiat in uno termino potest cogi ad solvendam totam
summam: ratio est, quia incidit in perjuriũ, & cecidit ab om-
ni commodo contractus, *jux. tex. in l. si quis major. C. de Tran-*
sact. cujus textus dispositio, licèt loquatur in transactione, 2
extenditur etiam ad omnem contractum juratum, *ut tradunt*
communiter gloss. & DD. ibid. & notat. Alex. consil. 85. lib. 1.

3 ubi etiam dicit, quod emphyteuta, qui juravit solvere an-
nuam pensionem si semel cessavit solvere incidit in commis-
sum, & privatur jure suo absque eo quod expectetur cessatio
biennalis, *juxta c. potuit, de Locat.*

4 Observa tamen quod dispositio dicti *tex. in l. si quis major,*
locum habet, quando contraveniens est in dolo quo non ex-
tante non incurritur illa pœna, *Bald. in l. observare, §. profici-*
5 *sci, n. 5. ff. de off. Proconf. Alex. conf. 92. n. 13. lib. 1.* & ideò ratissi-
mè practicatur dispositio legis, quia quælibet causa excusat
a dolo, *Rot. dec. 583. n. 3. part. 1. Divers.*

6 Addit *Corn. conf. 146. n. 5. lib. 3. Roland. conf. 57. n. 47. lib. 1. Bec.*
conf. 104. n. 9. & conf. 106. n. 24. Surd. conf. 103. in fin. & alii apud
Grat. discep. for. c. 19. nu. 23. quod pœna dicti textus tamquam
nimis rigorosa, & dura in practica non servatur: verum præ-
dicti Doctores loquuntur de consuetudine suorum locorum:
& ideò in aliis locis ubi non adest contraria consuetudo,
servanda est dispositio dictæ *l. si quis major*, quia fundatur in
naturali æquitate: æquum enim non est, ut debitori, qui pa-
cta non servavit, creditor promissa servare teneatur, *ut d.*
Grat. d. c. 19. n. 24. & 25. Penia dec. 214. ubi etiam, quod dispo-
sitio dictæ legis habet locum in universitate quoad privatio-
nem commodi contractus, licèt nunquam tum ad pœ-
nam perjurii, & infamiæ, item procedit tam in actore,
quàm in Reo, *gl. ibid. in ver. consecutus, Bart. n. 12. Salic. n. 15.*
Jacob. de Sancto Georgio n. 63. Tho. Parpal. n. 109. Curt. Jun. n.
28. Ruin. conf. 172. n. 1. & 2. vol. 2. Gabr. de transact. concl. 1. n. 57.
& alii, quos refert Millin. dec. 137. n. 3. & 4. subdens *n. 7.* quod
implementum in parte, non facit cessare dispositionem d.
legis concurrente nova mora.

7 An verò in tali casu mora purgari possit saltem de æquita-
te canonica? Resp. affirmativè quando jus alterius non est
effectum deterius, *Alex. in d. l. si quis major, n. 7. & ibi Jas. nu.*
26. Dec. conf. 138. n. 7. Millin. d. dec. 137. nu. 10. & 11. ubi addit,
hoc procedere stante etiam oppositione de non adimple-
mento, & de rescissione.

S V M M A R I V M.

1 *Quantum temporis detur ad proponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
2 *Creditori agenti, si intra biennium opponatur hæc exceptio, incumbit onus probandi actualem numerationem, & nu. 19.*
3 *Debitor, qui ante biennium conquestus fuit, poterit post biennium quandocumque excipere.*
4 *An heredi debitoris, qui intra tempus questus non fuerit, detur restitutio in integrum.*
5 *Biennii lapsus non tollit exceptionem non numeratæ pecuniæ, quando solùm per testes constat de confessione numerationis.*
6 *Quando tempus opponendi hanc exceptionem incipiat currere contra minores.*
7 *An debitor possit hanc exceptionem opponere, si illi simpliciter, vel cum juramento renunciaverit.*
8 *An hæc exceptio retardet executionem obligationis Cameralis, & n. 9.*
10 *Et an impediat executionem instrumenti guarentigiati.*
11 *Hæc exceptio locum non habet, quando duplex concurrit confessio, & quomodo id intelligatur.*
12 *Hæc exceptio non competit ei, qui partem debiti solvit, nec quando confessio facta fuit in contentioso judicio.*
13 *Quid si confessio facta fuit in judicio sponte per modum voluntariæ jurisdictionis.*
14 *An Campsoribus qui pro alio promittunt, hæc exceptio competat.*
15 *Hæc exceptio in contractu mutui, & dotis solùm opponi potest non autem in aliis contractibus.*
16 *Quando hæc exceptio opponi possit a marito, vel ejus creditoribus, qui medio tempore contraxerunt, & num. 17. & 18.*
20 *Hæc exceptio etiam post biennium opponi potest, sed probari debet ab excipiente.*
21 *Exceptio doli, & fraudis etiam post biennium opponi potest.*
22 *Quando reus exceptionem probare debeat.*
23 *An exceptio non numeratæ dotis, seu pecuniæ de jure Canonico opponi possit etiam post biennium & n. 26.*
24 *Quid si confessio fiat in ultima voluntate.*
25 *An hæres jurantis teneatur petere absolutionem a juramento præstito per defunctum.*
26 *Quando Ecclesia possit opponere hanc exceptionem etiam post biennium.*

C A P U T XLV.

An, & quando quis tueri se possit exceptione non numeratæ pecuniæ.

SCribenti, se ex causa mutui debere pecuniam, exceptio 1
non numeratæ pecuniæ intra certum tempus concedi-
tur, quod olim erat quinquennium, hodiè vero est biennium,
l. in contractibus, C. de non num. pec. late Seraph. de Privileg. Ju-
rament. privileg. 60. per tot. Gratian. decis. Marcb. 164. n. 4. & 5.
ubi dicit, quod lapsus hujusmodi temporis inducit totale si-
lentium & hæc quidem exceptio pro debitorum indemnita-
te inducta fuit: qui enim indigent pecunia, schedulas facilè
conscribunt sub spe futuræ numerationis, quæ postea ali- 2
quando non sequitur & ideò creditori agenti, si intra bien-
nium opponatur exceptio non numeratæ pecuniæ, incum-
bit onus probandi actualem numerationem, alias reus absol-
vetur, *l. si ex cautione, ubi Doctores C. eod. tit.*

Observa tamen, quod si debitor ante biennium querelam 3
proposuerit, seu conquestus fuerit post biennium quando-
cumque poterit excipere, *l. si intra C. eod. tit. de non num. pe-*
cun. ubi etiam, quod si debitor intra dictum tempus questus
non fuerit, ejus hæres etiamsi pupillus sit, debitum solvere 4
compellitur; datur tamen ipsi pupillo, & minori restitutio
in integrum, *Balb. de Præscrip. 1. p. 6. prin. q. 1. nu. 36. vers. con-*
trariam. Rom. conf. 816. Alex. conf. 49. col. 3. lib. 1. Rui. conf. 97. n. 2.
lib. 5. Marsil. in sing. 481. Dec. in l. 1. nu. 2. C. de secun. nupt. & alii
apud Menoch. lib. 3. præsumpt. 145. nu. 11. ubi *n. 16. & seq.* sub-
dit, quod biennii lapsus non tollit exceptionem non nume- 5
ratæ pecuniæ, quando solùm per testes constat de confes-
sione numerationis.

Observa 2. quod tempus opponendi hanc exceptionem 6
non numeratæ pecuniæ non incipit currere contra minores,
nisi a die perfectæ ætatis 25. annorum, *l. ult. ubi DD. C. in quib.*
caus. in integr. rest. non est neces.

Observa 3. quod debitor potest hanc exceptionem oppo- 7
nere etiamsi illi simpliciter, vel medio juramento renun-
ciaverit, petita tamen prius absolutione a juramento, quæ
in tali casu non est deneganda, *Abb. in c. 1. n. 3. & 13. de Juref.*
Corn. conf. 293. n. 4. li. 4. Mant. de Tac. li. 18. ti. 3. & 4. subdens,
quod absolutio non prodest, ut reus sola exceptione uti pos-
sit, ità, ut onus probandi in adversarium transferatur, sed
si velit probare, absolutio ei prodest, *Rot. dec. 800. n. 4. & 5.*
p. 3. lib. 3. Diver. quicquid in contrarium sentiat *Alex. conf. 37.*
vol. 2. Gabr. in tit. de Jurefur. conclus. 3. post num. 24. & alii apud
Seraph. de Privil. juram. priv. 60. n. 15.

Observa 4. quod exceptio non numeratæ pecuniæ ex pri- 8
vilegio Auditoris Cameræ non retardat executionem obli-
gationis cameralis, etiamsi debitor obtinuerit absolutionem
a juramento; & ideò prius fieri debet executio *Rot. dec. 787.*
& 800. num. 5. p. 3. lib. 3. Divers. prodest tamen absolutio a ju-
ramento, quia post executionem exceptio potest opponi,
Mant. dict. lib. 18. tit. 4. in fin.

Limita, si opponens fuerit admissus ad hujusmodi exce- 9
ptionem probandam; quia tunc impedit executionem, *Rot.*
dec. 821. num. 3. d. p. 3. l. 3. Divers. Zacc. de oblig. Camer. quæst. 20.
n. 7. ubi dicit, quod eò magis hoc procederet, quando in-
continenti probatur facto deposito, si id suadeat qualitas
personarum.

An verò hæc exceptio impediat executionem instrumen- 10
ti guarentigiati? affirmativè respondit *Rot. d. decisio. 787.*
num. 1. p. 3. lib. 3. Divers. post Bald. in l. fin. in princ. C. de non num.
pecun.

Observa 5. quod hæc exceptio locum non habet, quan- 11
do duplex concurrit confessio, *Decia. conf. 39. nu. 94. & conf.*
46. n. 41. lib. 2. Rim. jun. conf. 152. n. 8. & seq. & conf. 65. num. 30. &
conf. 272. in fin. & alii apud Mantic. de Tacit. d. lib. 18. tit. 6. num.
26. ubi id intelligit, quando secunda confessio sequitur ex 12
intervallo, qui enim ex intervallo confitetur, debitum con-
tractum ex causa præcedenti videtur agnoscere, & ideò non
potest opponere, quòd pecunia non fuerit numerata *arg.*
l. cum fidem C. de non num. pecun. ubi, quod hæc exceptio 13
non competit ei, qui partem debiti solvit; idemque dicen-
dum quando confessio facta fuit in contentioso judicio, putà
virtute alicujus citationis, tunc enim non potest is, qui
confessus fuit, excipere, pecuniam sibi non fuisse numera-
tam quicquid aliud sit, quando facta fuit in judicio sponte
per modum voluntariæ jurisdictionis, *ut dicit Ofasch. dec. 134.* 14
nu. 6. Mantic. ubi sup. tit. 6. num. 35. quibus adde *Bald. in l. fru-*
stra, C. de non num. pecun. ubi dicit, quod campsori, qui pro
alio promittit, hæc exceptio non competit, quamvis in hoc
contrarium sentiat *Mantic. d. lib. 18. tit. 6. num. 36.* ubi dicit,

quod

quod si promisit se soluturum pro alio, qui est confessus mutuam pecuniam accepisse, non prohibetur ex persona alterius uti hac exceptione.

15 Observa 6. quod hæc exceptio in contractu mutui, & dotis solùm opponi potest, non autem in aliis contractibus, *d.l.in contractibus*, §.1.*C.de non numer.pec.& l.in dotibus*, *C. de Dot.caut.non numer. Mantic. de Tacit.&.lib.18.tit.6.n.38.& seq.* Unde non habet locum, si quis transigendo confessus fuit, se pecuniam accepisse *l.si transactionis*, *C.de non num. pec.* quemadmodum nec habet locum; si exactor publicus confessus fuit publicas functiones recepisse, *d.l.in contractibus*, §.1. *vers.ideòque sancimus, & ibid.Bart.nu.8.* ubi hoc extendit etiam ad quemlibet administratorem, qui nomine alieno confitetur, se pecuniam accepisse, *Afflict.dec.105.n. 2.Seraphin.de Privil.juram.privil.60.n.2.* subdens, quod in aliis contractibus præter mutuum, & dotem, hæc exceptio debet opponi intra 30. dies, quibus elapsis hæc exceptio amplius non admittitur *per textus in dicta l. in contractibus*, *§. super cæteris*.

16 Notandum tamen est, quod hæc exceptio opponi potest a marito, quando dos consistit io pondere, numero, vel mensura: secus si dos consistat in rebus immobilibus, *Bald.in dict. leg.in contractibus, n.4.in fin.C.de non numer.pec.*

17 Notandum 2. quod confessio de dote recepta per maritum constante matrimonio facta non tenet, cum potius censeatur donatio, quàm vera confessio *latè Cephal. qui hanc magis communem dicit*, *cons.163.n.20.Ruin.cons.183.n.1.lib.1. Aym.cons.81.in princ.Gabr.cons.163.nu.40.lib.2.Surd.cons.489. nu.1.lib.4.Menoch.præsumpt.12.n.58.cum seq.lib.3.& alii apud Gratian.disc.for.cap.693.nu.11.& 12.* ubi dicit, quod in tali casu non obstaret lapsus temporis ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, quia cùm talis confessio sit simulata, & facta animo donandi, potest quandocunque opponi de hujusmodi simulatione, *ut sensit etiam Rota coram Burat.dec.108.nu.17.* nisi fortè constaret de promissione præcedenti, quia tunc confessio dotis receptæ non præsumitur facta animo donandi, sed recognoscendi veritatem dotis habitæ: & ideo contra mulierem nulla potest opponi exceptio non numeratæ dotis, nec a marito, nec ab ejus creditoribus, qui medio tempore contraxerunt *Surd.cons.117. nu.23.Marescot.var.lib.1.cap 8.nu.13.& alii apud Ferentil.ad Burat.decis.108.litt.b.Gregor.decis.67.num.2. Afflict. decis.402. nu.3.Seraphin.dec.678.nu.10. Lot.apud Pacif. de Saln.interd. dec.145.n.1.*

18 Notandum 3. quod exceptio non numeratæ dotis debet opponi intra annum a die soluti matrimonii, *d.l.in dotibus*, *C.de Dot.caut.non numer.* quod locum habet, si intra biennium solvatur matrimonium: nam si ultra biennium usque ad decimum annum duraverit, tunc ipsi marito, & ejus hæredi intra tres menses quærela permittitur; sed si decennium transcurrerit, omninò querela denegatur, *ut in Auth. quod locum.C.eod.tit.*

19 Observa 7. quod obiiciens exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel non solutæ dotis intra legitima tempora non tenetur hujusmodi exceptionem probare: & ideò actore non probante numerationem, debet absolvi, *l.3.C.de non numer.*
20 *pec.l.fin.cum auth.seq.C.de Dot.caut non numer.* post biennium verò hæc exceptio, licèt possit opponi, amittit tamen hujusmodi privilegium, & ideò probanda est ab excipiente, quia post elapsum biennium lex præsumit contra excipientem, *Dyn.in cap.locupletari, in fin.de reg.jur. in 6.Dec.in l.jure naturæ n.5.ff.eod.tit.Bart.in l.ex cautione, in 2.lectur.n.12.in fin. C.de non num.pec. Aret.in §.idem juris, n.4.instit.de except.Jordan.Elucubr.divers.lib.14.tit.23.de Except.n.50.* ubi ita intelligit textum *in §.un.inst.de litterar.oblig.Rot.dec.800.nu.5.par. 3.lib.3.Divers.Menoch.lib.3.præsumpt.145.num.13.& seq.* ubi
21 etiam dicit, quod exceptio doli, & fraudis etiam post biennium opponi potest.

22 Addit *Spec.in tit.de Except.§.viso num.2.* quod si affirmativè proponatur exceptio, proponens debet eam probare quia reus in excipiendo fit actor, *l.1. ff. de except.l.in exceptionibus ff.de probat.* secus si negativè; Unde si exciperetur, tu es minor excipiens, probare minoritatem, debet: secus si minori agenti opponatur, tu non es major quia tunc ipse minor debet probare se majorem, *ut notat etiam Jordan loc.cit.nu.52.*

23 Observa 8. quod hujusmodi exceptio non numeratæ pecuniæ de æquitate juris canonici perpetuò opponi potest, *secundum Din.in reg.locupletari.de Reg.jur.in 6. Roma.cons.44. quos refert, & sequitur Seraphin.d.privil.60.nu.20.vers.ultimo est observandum*, ubi idem dicit in exceptione non numeratæ dotis *Gennen.in tract.de Eccles.qu.508.* contrarium tamen tenent *Hypol.singul.277.Duen.reg.271.nu.2.Jas.in l.cùm quis*, *Antonell. de Tempore*. *nu.18.C.de Jur.& fact.ignor. Menoch. de Success. Creat.l.1.§.9. num.22.& alii apud Ceval.in spec.opin.comm.con.comm.qu.38. n.1.& seq.* ubi dicit, quod hæc opinio est tenenda, & prædicanda secundum juris civilis regulas, cùm de jure canonico non habeamus contrariam dispositionem, *& qu.365.* ubi subdit, quod huic exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciari potest.

Observa 9. quod si talis confessio fieret in ultima volun- 24
tate, statim præjudicat etiam ante biennium, ita ut nec ejus hæres possit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ: quia tunc non videtur facta confessio sub spe futuræ numerationis, *secundum Roma.cons.445.col.pen.& fin. Mars.cons.5.n. 16. Alex.in l.si divortio, in fin. de verb. oblig. & alios apud Seraph.loco.cit.dict.privil.60.n.17.* ubi id intelligit in eo, qui in extremis laboraret.

An verò hæres jurantis teneatur petere absolutionem a ju- 25
ramento præstito per defectum? negativè respondet *Ruin. cons.107.nu.18.vol.1.& alii apud Gabr.commun.concl.lib.2.tit. de jurejur.concl.6.n.5.* nam juramentum quoad vinculum perjurii est personale, & ideò non transit ad hæredes, licèt quoad efficaciam obligationis inductam a juramento transeat in quemcunque hæredem, *Alex.cons.7.nu.7.vol.6.& cons.26.in fin.vol.7.Guid.Pap.dec.414.& alii communiter.*

Observa 10. quod Ecclesiæ potest opponere exceptio- 26
nem non numeratæ pecuniæ etiam post biennium, quando creditor tenetur probare pecuniæ versionem in utilitatem Ecclesiæ, ut in mutuo, & aliis casibus, quos recensent DD. *in cap.1.de Depos.& in auth.hoc jus porrectum C.de Sacros. Eccles.ita Felin.& Host.apud Gennens.in tract.de Eccles.qu.508.*

S U M M A R I U M.

1 *Qui promisit solvere pensionem habita vel non habita possessione liberatur, si post duos, vel tres annos non potuit illam capere; limitatur n.3.& 4.*
2 *Quando hæc clausula soleat apponi.*
5 *In quibus casibus Rector beneficii non teneatur solvere pensionem, & n.seq.*
7 *Possessio, vel quasi transferendi pensionem non suffragatur translatario.*

C A P U T XLVI.

An is, qui promisit cum obligatione camerali, & juramento solvere pensionem, habita, vel non habita possessione liberetur, si post duos, vel tres annos non potuit illam capere.

Affirmativè respondet *Gratian.disc.for.c.423.n.46.& cap.* 1
454.n.4. ubi dicit, quod si ostendatur solutio duorum aut trium annorum, ex æquitate, quam Rota servat, censetur satisfactum dictæ clausulæ, *habita, vel non habita possessione*, ita, ut provisus ultra duos, vel tres annos prædictos ad solvendam pensionem non teneatur, si possessionem beneficii assequi non potuerit: cùm non habens possessionem liberam, regulariter non teneatur ad onera, *Rot.dec.128.p. 1. Divers.* ubi dicitur, quod iniquissimum esset, ut quis teneretur perpetuò solvere pensionem ex beneficio, quod adipisci non potuit, *& in Palentin. pensionis 10. Maii 1581. coram Aldobrandino, quæ est dec.699.eadem par.1. Divers. latè Marescot.var.lib.2.c.18.nu.3.& seq. Paris. de Resign.lib.6.qu.2. nu.148.* hæc enim clausula inventa fuit ad tollendam eorum malitiam, qui differunt capere possessionem animo eludendi Pensionarium; sed ubi cessat fraus, & constat, quod per titularem non steterit, cessat etiam vis dictæ clausulæ, *ut inquit Ric.in Prax.for.Eccles.p.1.res.377.Paris.lib.6.q.2.n.145.&*
seq. ubi etiam dicit, quod hæc clausula de stylo Datariæ so- 2
let apponi, quando beneficia, super quibus imponitur pensio, existunt ultra montes, propter difficultatem probandi, an possessio sit capta, vel non.

Limita, quando data fuit cedula cum obligatione solven- 3
di certam quantitatem, & ad certum tempus: quia tunc pensio debet solvi durante tempore convento, *Gratian.d.c.454. n.5.& seq.Rota dec.196.n.3.p.4.to.2.recent.*

Limita 2. quando Titularis nullas fecit diligentias pro as- 4
sequenda possessione beneficii: quia tunc dicta clausula extenderetur ultra duos, & tres annos, *Seraph.dec.66.Rota dicta decis.196.nu.6.p.4.to.2.recent.& dec.699.num.2.p.1.Divers.* ubi etiam quod quando sumus in re valdè verisimili, quælibet diligentia ad hunc effectum habetur pro plena probatione: nec satis esset probare, quod propter litem possessio capta non fuerit, nisi etiam constet, quod Titularis litem hu-

jusmodi fuerit prosecutus, & bona fide in eâ succubuerit: & ideo docere debet, fuisse latas sententias, & illas executioni demandatas, *ut post Mandos.reg.33.q.27.col.1.ad med.vers. ad propositum quæsitum, Cassador.dec.6.super regul.Paris.cons.30.n.35.lib.4.tradit Gratian.dicto c.454.n.8.& seq.* secus si Titularis malitiosè succumbit: tunc enim cessat benignitas Rotæ, & clausula extenditur ultra, *ut decisum refert Theodos.Rub.singular.10.2.claus.410.nu.2.p.2.Ric.in Prax.for.Eccl.p.1.dicta res.377.& p.3.res.107.*

5 Alii etiam sunt casus, in quibus Rector non tenetur solvere pensionem, quorum aliquos in foro judiciali magis frequentes enumerat *Marescot.d.lib.2.cap.18.* videlicet si fuerit reservata intuitu oneris injuncti, & pensionarius dictum onus subire recusat: tunc enim Titularis pensionem solvere non tenetur, *l.alumnæ, §.Seja, ff.de Adim.l.Bald.in l.dictam, num.5.C.de Cond.ob caus. Rota in Ostien.& Veliterna pensionum 15.Martii 1592.coram Cardin.Millin.in impress.dec.6.*

6 Secundò, quando pensio fuit assignata super fructibus beneficii, & fructus percipi non potuerunt propter sterilitatem, bellum, aut alium casum fortuitum: quia neque tunc titularis teneretur ad pensionis solutionem, etiamsi in reservatione adesset clausula, quod Titularis non possit petere remissionem ex quavis causa etiam ob casus fortuitos, incogitatos, & insolitos: talis enim clausula non extenditur ad eos casus, qui verisimiliter prævideri non possunt, de quibus Papa non censetur intellexisse, nec illis præsumitur renunciatum, *Bart. in l.sed & si quis §.quæsitum n.3.in fin.ff.si quis caut. Caputaq.dec.96.par.1.Alex.cons.28.num.10.lib.1.& cons.107.num.16.lib.3.* ubi dicit; quod suscipiens in se casum fortuitum, non videtur suscipere casum extraordinarium *latè Millin.dec.139.n.1.& seq.*

7 Tertiò, quando pensio fuit reservata clerico cum facultate illam transferendi in alias personas: tunc enim, si translatarios non sit Clericus, non tenetur Titularis illi pensionem solvere: quia talis facultas intelligitur de personis similibus, *cap.sedes, de Rescript. Sarnen.in reg.de Trienn.q.2.numer.4.Pen.decis.435.numer.3.& seq.& decis.73. Burat.dec.638.num.5.& ibid.Fereutill.* ubi, quod quasi possessio transferendi non suffragatur translatario, cujus respectu dicitur nova pensio.

8 Quartò Titularis ad solutionem pensionis non tenetur, quando pensio fuit extincta per obitum pensionarii, vel per cassationem, quæ potest fieri etiam coram solo Notario; quamvis enim pensio sine assensu Papæ constitui non possit, quia eo casu ponitur beneficium in servitute: potest tamen cassari coram solo Notario, quia sic liberatur beneficium a servitute, *ut post glos.in cap.Agatho, dist.63.dicit Sarnen.in reg.de infirm.resign quæst.16.vers.fin. & in compend.utriusque signat.versus fin.vers.& est advertendum in fin. Maresc.var.d.lib.2.cap.18.num.22.& seq.* ubi addit, quod si post hujusmodi cassationem titularis denuò se obligaverit ad solutionem pensionis, talis obligatio non valet, quia non potest de novo reducere beneficium in servitutem absque novo assensu Papæ.

9 Quintò non tenetur Beneficiatus pensionem solvere, quando impositio pensionis esset subreptitia, putà si imponatur secunda pensio non facta mentione de prima: nisi aliunde constet, Papam habuisse notitiam de pensione antiqua, vel in reservatione novæ pensionis adesset clausula, motu proprio, & de plenitudine potestatis: quia tunc nihil opponi posset, quod annullet gratiam, *latè Marescot.var.d.lib.1.c.18.n.40.& seq.ubi citat Cassad.dec.3.de Pension.Fab.dec.16.Boer.dec.162.Dec.cons.191.n.3.& seq.& cons.341.n.3.Paris.cons.46.n.43.lib.3.Roman.cons.327.*

10 Sextò, Titularis liberatur a solutione pensionis, quando pensionarius promovetur ad Episcopatum, secuta tamen consecratione, vel elapso termino trium mensium, qui dantur ad consecrandum, & adepta possessione: hæc enim requiruntur ad inducendam vacationem beneficiorum, & pensionum, in tali casu, *ut resolvit Rota in Panormitana beneficiorum 9.Junii 1540.coram Acorambono, & in Toletana Scholastriæ 22.Junii 1592.coram Orano, & in Firmana Pensionis 21.Junii 1593.coram Card.Millino, in impress.dec.45.& coram Card.Seraph.dec.110.* ubi etiam dicitur, quod stylus curiæ inducens vacationem ante apprehensam possessionem, solùm habet locum quando in promotione Papa decernit beneficia, & pensiones vacare, & sic quando adest expressum vacationis decretum; aliàs secus, *vide Barb.de offic.& potest.Episc.p.3.alleg.57.n.71.& seq.*

S U M M A R I U M.

1 *Pignus conventionale, quando inter creditorem, & debitorem actum est de vendendo, potest vendi juxta conventionem etiam non citato debitore: limitatur n.2.*
3 *Quid si de hoc actum non sit, & n.8.*
4 *Et quid servari debeat in pignore judiciali, & n.7.*
5 *Pignus prætorium distrahi potest intra tempus arbitrio Judicis præfigendum, & quodnam dicatur pignus prætorium.*
6 *Quæ differentia sit inter pignus prætorium, & conventionale.*
9 *Creditor immissus in possessionem prædii ex salviano, non potest fundum, seu pignus vendere, nisi de licentia Principis, & n.11.*
10 *Venditio pignoris solùm in hypothecaria conceditur.*
11 *Judicium hypothecariæ est petitorium, ibid.*
12 *Obtento a Principe rescripto debitor ad recuperandum pignus a creditore habet de jure biennium.*
13 *An primus creditor vendere possit, si vel debitor, vel secundus creditor primo creditori creditum offerret.*
14 *Ad quem spectet jus vendendi pignus, quando res eodem tempore fuit pluribus obligata.*
15 *Et quid si is, qui fundum ad duos Dominos spectantem conduxit, res in fundum illatas in solidum cuique obligaverit.*
16 *Hodie obligatio solidi non inducitur, nisi expressum sit, limitatur n.21.23.24.25.*
17 *Facta venditione a pluribus unusquisque censetur obligatus de evictione pro rata.*
18 *Si pater, & patruus promittant dotem pro filia, & nepte respectivè, quilibet pro dimidia tenetur.*
19 *Quid si adesset obligatio Cameralis.*
20 *Res, quæ pluribus eadem die obligatur, cuilibet pro parte obligata censetur.*
22 *Quando creditor cogatur a singulis fidejussoribus partes petere.*
23 *Clausula, quilibet eorum &c. idem importat, quod insolidum.*
24 *Plures tutores, seu Curatores tenentur insolidum ratione administratæ tutelæ, vel curæ.*
25 *Quando ex contractu gesto per unum ex sociis obligetur alius in solidum ad favorem creditorum, & n.28.29.30.31.36.& 37.*
26 *Si ex pluribus sociis unus tantùm est administrator, & præpositus negotio, alios etiam insolidum obligare potest, & n.28.& 32.*
27 *Quid si in instrumento Societatis actum fuit, quod omnes teneantur pro virili.*
33 *Institor, si mutuò accipiat pecuniam ex causa, ad quam fuit deputatus, obligat Dominum, etiamsi illam ad usum destinatum non convertat: limitatur n.37.*
34 *Textus in l.jure societatis, ff.pro Soc.declaratur.*
35 *Quid si pecunia ab uno ex sociis accepta casu fortuito perierit.*
36 *Quando Socii teneantur in solidum de bonis propriis extra societatem.*
37 *Quando ex pluribus sociis unus tantùm est administrator, alii præter administratorem non habent jus obligandi consocios.*
38 *An creditor vendens rem sui debitoris, teneatur emptori de evictione, & n.39.40.41.& 42.*
43 *Quid si creditor pignus sui debitoris deterius fecit eo tempore, quo retinuit.*

CAPUT XLVII.

An Creditor, qui retinet pignus debitoris, possit illud vendere.

CErtum quidem est, quod si inter creditorem, & debitorem actum sit de vendendo, potest pignus vendi juxta conventionem, *§.contra autem, Inst.Quib.alien.lic.vel non:* & tunc post moram debitoris potest alienari pignus etiam non citato debitore, nec positis rebus pignori datis, sub hasta, *ut post Neguf.de Pignor.par.6.mem.1.nu.1.in fin.resolvit Merlin.eodem tract.lib.4.q.95.n.8.& seq.& qu.106.* ubi id limitat in bonis debitoris absentis, Ecclesiæ, fisci, Civitatis, & Decurionum. Sed si de hoc actum non sit, potest quidem vendi cum Judicis decreto, sed ultra moram debitoris debet præcedere denunciatio, & post denunciationem lapsus biennii, antequam vendatur, *juxta tex.in l.fin.C.de jur.dom.impet.* 1 2

impet. de quo latè Merl. d. q. 95. per tot. nec potest huic benefi-
cio renunciari, quia esset contra publicam utilitatem: nam
si creditoribus non liceret pignus vendere, nemo indigen-
tibus pecunias subministraret, *ut inquit gl. in l. si convenerit*,
3 *ver. nisi ei, ff. de Pignor. act. Aug. in dict. §. contra autem, n.* 8. ubi
dicit, quod hæc procedunt in pignore conventionali, *quod
etiam notat Bald. in dicta leg. fin. C. de jur. dom. impetr. Galga-
net. ad Statut. Urb cap.* 194. *Gait. de Credit. cap. 4. qu. 8. nu.* 966.
4 *& seq.* in pignore autem judiciali, quod pro sententiæ exe-
cutione capitur, servanda est forma tradita, *in l. a Divo
Pio, ff. de re jud.* & quod non possit distrahi pignus judiciale,
nisi elapsis sex mensibus quorum quatuor dantur condemna-
to ad solvendum, & alii duo dantur post capta pignora, di-
cit *Merl. in d. tract. de Pignor. lib. 4. d. q. 95. n.* 52. subdens, *n.* 53.
5 quod pignus prætorium distrahi potest intra tempus arbitrio
Judicis præfigendum.

Quod vero dicatur pignus prætorium, *vide gl. in §. item
serviana, inst. de Action.* ubi dicit, quod pignus prætorium
datur a Judice propter contumaciam, vel ut legata serven-
6 tur: & de differentiis inter pignus prætorium, & judiciale,
vide *gl. in l.* 1 *ff. de Pignor. act.* quarum præcipua est, quod in ju-
diciali pignore debitor non liberatur, nisi mediante solutio-
ne: in prætorio autem liberatur per comparitionem refectis
expensis, *Merlin. d. tr. de Pignor. lib. 1. q. 17. n. 4. & q. 25. nu.* 11.
ubi addit, quod debitor ad hunc effectum comparere debet
intra annum: *quod etiam notavit Angel. in §. contra autem nu.
8. in fin. inst. Quib. alien. lic. vel non.*

7 Observa tamen, quod prædictum tempus sex mensium
cum causæ cognitione potest minui, & prorogari per Judi-
cem, *juxta tex. in l. 2. ff. de re jud.*

8 Observa 2. quod *text. in d. l. fin. C. de jur. dom. impetr.* quoad
dictum tempus biennii non servatur: & ideo attendi in hoc
debent statuta, & consuetudines locorum, *ut dicunt Bartol.
& Bald. ibidem, Merlin. loc. cit. nu.* 50. vel arbitrio Judicis tem-
pus erit præfigendum, *juxta d. l. 2. ff. de re jud.*

9 Observa 3. quod creditor immissus in possessionem prædii
ex salviano, non potest fundum, seu pignus vendere: quia
cum per hoc remedium avocetur sola possessio, & retinen-
da donec ex fructibus creditor satisfactus fuerit de credito,
*ut notat Bart. in l. 1. ff. de Salu. interd. cum aliis, quos late re-
cens. Pacif. de Salu. interd. insp. 4. cap. 1. n.* 142. non potest ex hu-
jusmodi immissione procedi ad subhastationem, & delibe-
rationem, per quam avocatur dominium, *ut reprobata opi-
nione Covar. var. resol. lib. 3. c. 16. n. 4. dixit Rota dec. 43. n. 2. vers.
neque de jure subsistit p. 1. Divers.* ubi, quod venditio pigno-
ris solum in hypothecaria conceditur, quæ multum differt
10 a Salviano: quia judicium hypothecariæ est petitorium, sal-
vianum vero possessorium, *& ita etiam tenuit Rota coram
Card. Seraphin. dec.* 1010. *Pacif. loc. cit. nu. 141. & seq. Merlin. de
Pignor. dicto lib. 4. q. 95. nu.* 93. unde ad Principem in tali casu
11 recurrendum est, *juxta l. fin. C. de jur. do. impetr.* & quidem
in Urbe id facilè obtinetur in signatura gratiæ in causis mi-
serabilium personarum, quando Creditor non potest ex fru-
ctibus fundi satisfieri, nisi longi temporis spatio, hoc est
decem annorum, *ut testantur Seraphin. dicta dec.* 1010. *nu.* 2.
12 *Pacif. ubi sup. nu. 144. & Merlin. n.* 94. & tunc debitor ad recu-
perandum pignus a Creditore habet de jure biennium a die
obtenti a Principe rescripti numerandum, *juxta d. l. fin.* nisi
stylus loci, vel consuetudo aliter disponeret, *ut observat
etiam Merlin. d. lib. 4. q. 95. n.* 50.

13 Observa 4. quod si vel debitor, vel secundus creditor pri-
mo creditori creditum offerret primus creditor vendere non
poterit, *Negus. d. p. 6. mem. 1. nu. 28. Sali. in l. fin. C. si antiq. cred.
quos refert, & sequitur, Merli. dicto lib. 4. q. 95. nu. 84. & 85.* ubi
n. 90. & 91. addit, quod debitor potest prævenire creditorem
in alienatione pignoris, *per text. in l. si convenerit, 18. §. si fun-
dus, ff. de Pignor. act. l. si debitor, 12. C. de Distract. pignor.*

14 Observa 5. quod si res eodem tempore in solidum fuit duo-
bus, vel pluribus obligata, jus vendendi pignus competeret
ei, qui prius possessionem pignoris adeptus fuit, quia inter
dictos creditores melior est conditio possidentis, *l. si debitor,
10. ff. de Pignor. Bart. in l. si fundus, §. si duo, n. 3. ff. eod. tit. Mer-
15 lin. d. lib. 4. q. 96.* ita etiam, si quis fundum quorum Domino-
rum conduxerit, & res in fundum illatas, & inductas in so-
lidum cuique obligaverit, quilibet istorum poterit quidem
uti in solidum remedio salviani interdicti contra tertium di-
ctas res possidentem; sed si alter eorum possideat, propter
parem scilicet causam, possidentis conditio melior erit, *ut
est textus in leg. 1. ff. de Salu. interd.*

16 Notandum tamen est, quod hodiè obligatio solidi regu-
lariter non inducitur, nisi expressum sit, *gl. in l. 1. §. si apud
duos, ver. pervenietur, ff. depos. Bart. in l. 2. in fin. C. Quo
17 quisque ord. conven. lib.* 11. unde facta venditione a pluribus
unusquisque censetur obligatus de evictione pro rata etiam
in rebus communibus, non autem in solidum, *ut post Soc.
cons. 161. numer. 4. Dec. cons. 267. & alios dixit Rota apud Zacch.
de oblig. camer. dec. 23. num. 1. & coram Card. Cavaler. dec. 422.
num. 2. dec. 466. nu.* 1. ubi dicit, quod si pater & patruus pro 18
mittat dotem pro filia, & nepote respectivè, quilibet pro
dimidia tenetur, *& coram Penia dec.* 190. ubi quod in loca-
tionis, & conductionis contractu duo, vel plures obligati
tam quoad rei restitutionem, quam quoad pensionem intel-
liguntur obligati, pro parte, *latè Mantic. de Tacit. lib. 15.
tit. 3. nu. 8. & 9. Put. dec. 171. lib.* 1. & quod plures debitores ex 19
causa census non possint conveniri, nisi pro rata; etiamsi
se se obligaverint ac fructus solvendos in forma Cameræ,
tradit *Gabr. cons. 173. num. 2. lib. 2. Galles. de oblig. camer. p. 3. q. 3.
nu. 2. Rot. decis. 392. nu. 6. p. 1. in recent. & coram Penia in Roma-
na pecuniarum 26. Junii 1592. prout refert Gratian. disc. for. c. 682.
num. 1. & seq.* ubi asserit, quod talis clausula, in solidum,
non est comprehensa in obligatione camerali, *& ita sensit
etiam Rot. apud Zacch. de oblig. camer. dec. 22. num.* 1. item si res
pluribus creditoribus eadem die, & eodem momento obli- 20
gatur, cuilibet pro parte obligata censetur, nisi aliud actum
sit, *l. reos, §. cum tabulis ff. de duobus reis, Bart. in leg. si fundus,
§. si duo, ff. de Pignor. Cardinal. Cavaler. dec. 466. n.* 1. licet qui-
libet creditor habeat debitorem in solidum obligatum, *ut
post Surd. cons. 150. nu. 34. & alios observat Merlin. de Pignor.
lib. 3. q. 84. n.* 3.

Limita 1. in pluribus fidejussoribus; isti enim in solidum 21
tenentur, etiamsi hoc dictum non fuerit; unde liberum est
creditori, a quo velit, solidum petere, *ut in §. si plures, Inst.
de fidejuss. Card. Cavaler. dec. 190. nu. 3. & 4.* ubi addit, quod
quando negotium spectat principaliter ad unum, alii obliga-
ti censentur fidejussores, & dicuntur in solidum obligati pro
toto, *de quo late Cravet. cons. 91. n. 2. & seq.*

Hoc tamen procedit, quando alii fidejussores solvendo 22
non sunt tempore litis contestatæ, nam si omnes essent sol-
vendo, ex epistola Adriani compellitur creditor a singulis
partes petere, *ut ex dicto textu in §. si plures, ubi glos. in ver.
partes.*

Limita 2. ubi in obligatione adesset clausula, *quilibet eo-* 2
rum, &c. hæc enim clausula idem importat, quod in soli-
dum, *l. si pluribus, & ibi DD. ff. de l. 2. Mantic. de Tacit. & am-
big. convent. lib. 15. tit. 3. nu. 15. & 16. Tiraq. de retr. lignag. §. 31.
gl. 1. nu. 11. Rota apud Zacch. de oblig. camer. decis. 22. nu. 1. & dec.
23. n. 1. & seq.* nam illud verbum, *quilibet*, tamquam distri-
butivum attribuit cuilibet actum in solidum, *ut dixit glos. in
d. leg. si pluribus.*

Limita 3. in pluribus tutoribus, seu curatoribus: isti 24
enim tenentur in solidum ratione administratæ tutelæ, vel
curæ & ideò potest Adolescens contra alterum eorum agere,
& totum debitum ab eo petere, etiamsi inter se diviserint
administrationem, *l. si divisio, ubi DD. C. de Divid. tutel.* is
tamen; qui solidum solvit, potest beneficio cessionis, vel
utili actione tutelæ tutores collegas convenire, vel antequam
solvat, si illi administraverint, & sint solvendo beneficium
divisionis opponere, *l. 2. C. de contrar. Judic. tut. Rot. decis. 3. n.
20. 21. par. 6. in recen.*

Limita 4. in sociis, qui consueverunt promiscuè nego- 25
tiari: tunc enim ex contractu gesto per unum obligatur
alius in solidum ad favorem creditorum: quia censetur da-
tum reciprocum mandatum, *Bald. in rubr. C. de exercitor. n.
14. Surd. decis. 213. num. 2. Greg. dec. 302. num. 1. Duran. dec. 416.* 2
num. 2. quemadmodum si ex pluribus sociis unus tantùm est
administrator, & præpositus negotio, alios etiam in soli-
dum obligare potest, quia censetur habere mandatum a con-
sociis, *l. si tamen, vers. sed si plures, ff. de exercit. action. Gra-
tian. dec. March. 36. n. 18. Ferentil. ad Burat. decis. 85. n. 13. Add.
ad Thesaur. decis.* 136. ubi dicit, quod etiamsi in instru- 27
mento Societatis actum fuisset, quod omnes tenerentur pro
virili, adhuc tenerentur in solidum, quia illa verba pa-
riunt effectum inter eos, non quoad alios, qui cum illis
contrahunt, *Rot. Jan. dec. 176. nu. 7. alias 8. & ita etiam tenuit
Rot. Rom. in Rom. pecuniaria decis. 6. Februar. 1585. coram Ro-
bust. prout refert Mantic. de Tacit. lib. 6. tit. 22. nu. 7.* ubi *num. 8.*
addit, quod socii unius negotiationis, qui in diversis locis 28
negotiantur, invicem intelliguntur præpositi, & quilibet ex
contractu alterius obligatur in solidum, *per doctrinam Bart.
in l. 1. §. ultim. & in l. si tamen, ff. de exercit. act. & in l. ejus qui,
nu. 31. ff. si cert. pet. quem sequuti sunt Paul. Castr. in d. l. 1. §. ult. n.
1. & 2. ff. de exercit. act. Alex. in d. l. ejus, num. 9. Paris. cons. 93.
n. 3. & 4. lib.* 1.

Verum, ut supradicta conclusio locum habeat, requiri- 29
tur 1. quod æs alienum fuerit contractum intuitu, & nomi-
ne societatis, aliàs non obligarentur consocii, *Alex. cons. 44.
num. 6.*

*num.6.lib.2.Cacheran.dec.*150.*nu.*8. *Mantic. de Tacit. lib.6.tit.* 22.*num.*7.

30 Secundò requiritur notitia societatis respectu eorum, qui socio crediderunt, ut sic appareat, quod creditores habuerint animum obligandi consocios, *d.l.fin.ff.de exercit.act. Alex.d.cons.44.n.6.l.2. Seraphin. dec.375.n.6. Gratian. disc.for.c. 725.n.8.vers.prætereà, Thesaur.dec.136.n.5. Rota apud Merlin.de Pignor.dec.139. n.7.*

31 Tertio requiritur quod æs alienum versum fuerit in com-
munem utilitatem, *Seraphin.dec.375.n.1.per textum in l. jure*
societatis ff.pro soc.Alex.d.consil.44.nu.6.Mantic.loco cit. The-
saur.d.dec.136.n.6. secus esset, quando ab omnibus sociis
32 administrator, qui contraxit, fuit præpositus: qoia tunc
omnes obligantur, etiam si pecunia in communem utilita-
tem non fuerit conversa, *ut subdit idem Thesaur. d. dec.136.*
n.7.propè fin.& tradunt Surd.consil.126.n.1.& 14. Capic. decis.
180.n.3 Valenzuol.cons.78.n.56.& 57.& alii apud Ferentil.loco
33 *cit.n.14.*ubi dicit, quod si institor mutuò accipiat pecuniam
ex causa, ad quam fuit deputatus, obligat Dominum, li-
cèt postea illam ad usum destinatum non convertat, *Merlin.*
de pignor.lib.2.q.76.n.6. ubi dicit, satis esse, si pecunia ac-
cepta fuerit in causam negotii, etiamsi institor ea malè usus
fuerit, juxta *l.fin.ff.de Exercit.action.* nec obstat textus *in d.*
34 *l.jure societatis* quia intelligi debet, quando socius contra-
xit proprio nomine, secus si nomine societatis, *ut notat*
Bald.ibid.& alii communiter.

35 Notandum tamen est, quod si pecuoia ab uno ex sociis accepta casu fortuito perierit, tunc ex contractu per socium, qui pecuniam accepit, celebrato, alii etiam in solidum obligantur; quia eo casu nihil imputari potest socio quod pecuniam non converterit in utilitatem communem *ut sensit glos.in d.l.jure societatis ver.in communem, Mantic.de Tac.d.l.6.tit.22.n.7.*

36 Quartò requiritur, qood socius non contrahat ultra sommam in societate comprehensam *secundùm Cacher.dec.150.n. 8. Add.ad Thesaur.dec.136.Alex.d.cons.44.n.6.Mantic.d.lib.6. tit.22.num.8.* ubi dicit, quod Socius non obligatur ex contractu alterius, nisi pro ea quantitate, quam habet in societate.

Hæc tamen sententia procedere potest, quando æs alienum de bonis, & effectibus ipsius societatis solvi potest; secùs non extante capitali, & effectibus ipsius societatis, vel quia nihil ponitur in societate præter indostriam, vel quia bona societatis fuerunt consumpta: tunc enim socii in subsidium tenentur in solidum etiam de bonis propriis extra societatem, & ultra vires, & corpus ipsius societatis, facta tamen prius effectuum ejusdem societatis discussione; aliàs defraudarentur creditores, *Surd.dec.213. Rota apud Merlin. de pignor.dec.100.n.20.& in rec.dec.246. n.15. & seq.p.6. idem Merlin.d.lib.2.q.76.n.18.*

37 Notandum est autem, quod non excusantur contrahentes, si ignotant, sub qua forma, & lege fuerit institor præpositus, & contrahunt forma, vel lege præscripta non observata, *Paul.de Castr.in l.sed etsi pupillus, §. conditio, n.2.ff. de instit.act.Dec.in l.si socius, n.4.vers.& notandum est, ff.si cert. pet.Paris.cons.93.n.53.& cons.94.n.28.lib.1. Mantic. de Tacit. lib.6.tit.22.n.8.* Unde si deputatus in certo loco, & ad certa negotia, officium sibi demandatum excederet, alios non obligaret, quia non censetur habere mandatum in tali casu: quemadmodum nec potest alios obligare, quando non contraheret ad utilitatem negotii, putà si donaret, quia tunc dicitur cessare mandatum, *Merlin.d.lib.2.q.76.n.10.11. & 12.Durand.dec.368.n.36.* idem dicendum, quando ex pluribus sociis unus tantùm est deputatus administrator: nam alii, præter administratorem, in tali casu non habent jus obligandi consocios, quia non dicuntur habere a consociis mandatum, *Rot. in Roman. dotis 2. Decembris 1602. coram Ottembergo: prout refert idem Merlin. dict. lib.2. quæst.76. num.8.*

38 Observa 6. quod creditor anterior sive tempore, sive privilegio, qui vendit rem sui debitoris sibi hypothecatam jure creditoris, non tenetur emptori de evictione, quia videtur vendidisse jus solum, quod habebat, *l.periculum, 30. ff. de pignor.l.si nomen, 4. ff. de hæredit. vel act. vendit. l.emptorem, 12.§.denique ff.de act.empt.& vendit.lib.1.& 2. cod. Creditor. evict.pign. non deber.*

39 Dixi *creditor anterior &c.* quia si creditor aliis posterior venderet, teneretur de evictione; & ideo creditor, qui vendidit, debet probare, se potiorem cæteris esse, *d.l.1. in fin. cod.Creditor.evict.pign.non deber.* & hoc procederet etiamsi creditor cum emptore convenerit, quod non teneatur de evictione: adhuc enim teneretur ad pretii restitutionem, *Vrbi.dec.24.n.4.& dec.152.n.1.Magon.dec.Floren.32. Vicen. de Fran.dec.239.& 428.num.9.Mangil.de evict.q.44.n.5. & alii apud Fontanel.dec.223.n.8.& 9.*

Dixi, *rem sui debitoris*, quia si creditor vendens sciret rem 40
esse alterius, quàm debitoris, similiter teneretur de evictione propter malam fidem, juxta *d.l.2.cod. eodem tit. Creditor.evict.pign.non deber.d.l.emptorem, §. denique ff. de Action.empt.* secus esset, si justo errore ductus rem alienam venderet, *ut tradunt Salic.in d.l.1.n.1. Neguz.de pignor. part. 6.mem.1.n.40.lim.3.& 4.* quos refert *Merlin.de pignor.lib.4.qu. 101.n.7. in fin.*

Dixi *sibi hypothecatam*, quia si non esset res obligata, 41
creditor teneretur de evictione; unde debet probare rem sibi obligatam fuisse *dict.l.periculum, ff. de pignor. & d.§.denique in fin.*

Dixi *jure creditoris*, putà si venderet ut Dominus, vel ju- 42
re dominii, teneretur similiter de evictione, *glos. in d. l.2. cod.Creditor.evict.pign.non deber.Mangil.de Evict.q.46.n.6.& alii apud Merlin.d.lib.4.q.101.num.10.& seq.* ubi etiam dicit quod in dubio censetur facta venditio jure dominii, non jure creditoris.

Observa 7. quod si creditor pignus debitoris soi deterius 43
fecit eo tempore quo retinoit, deteriorationem hujusmodi teneretur in creditum computare, *l.creditor 2. & l.creditor 6.cod.de pign.action.*

SUMMARIUM.

1 *Debitor, qui promisit solvere in tribus terminis, tenetur solvere in tribus annis.*
2 *Qui promisit mille triennio solvere, quolibet anno tertiam partem æqualem tenetur solvere.*
3 *An in tali casu solutio fieri debeat in principio, vel in fine termini, & n.5.*
4 *Promissio facta in nundinis, intelligitur de ultima die nundinarum.*
6 *In dubio temporis dilatio ad solvendum censetur apposita in favorem debitoris.*
7 *Quando teneatur solvere qui promisit post aliquot dies, vel post annos, aut post menses.*
8 *Quid si promisit dare aliquando.*
9 *Quando in obligatione tempus expressum non fuit, intelligitur de præsenti, & an possit Judex in tali casu concedere aliquam dilationem.*
10 *Quid si promissio fiat de sistendo aliquem in judicio non præfixo termino.*
11 *Qui promisit, se obligaturum ad centum intra certam diem, ea adveniente conveniri potest statim ac si de præsenti se obligasset: limitatur n.12.*
13 *Promittens alienare, aut vendere feudum, vel rem emphyteuticam, non cadit a jure suo.*

CAPUT XLVIII.

Quando teneatur debitor solvere, si facta sit promissio de solvendo in tribus terminis.

Respondet *Bart.in l.3.ff.de Ann.leg.* quod tenetur solve- 1
re in tribus annis; Unde in tali casu tertia pars æqua-
lis quolibet anno solvi debet, *Rom.in l.qui bona §.ult.n.6.& A-*
lex.n.8.ff.de Damn.inf.Mantica de Tacit. lib.14. tit.40.nu.30.
subdens *n.31.* quod si quis promiserit mille triennio solvere, 2
quolibet anno tertiam partem æqualem similiter tenetur sol-
vere; quamvis contrarium teneat *Jas.in l.cum qui calendis, n.*
3.in fin. Alciat.n.5.& 6.ff.de verb.obligat. prout illos refert Me-
noch.de arbitr.jud.lib.2.cas.53.n.5. ubi dicit, quod hoc relin-
quitur Judicis arbitrio.

Sed quæres, an in tali casu solutio facienda sit in princi- 3
pio, vel in fine termini? Resp. quod aut tempus appositum
fuit in favorem debitoris, aut creditoris, & debitoris simul,
& tunc in fine termini facienda est solutio, *§.omnis Inst. de*
verb.oblig.§.qui hoc anno de inut.stipul.l.lecta, ff.si cert.pet.l.qui
hoc anno, ff.de verb.oblig.leg.eum, qui certarum, ff.eod.tit. ubi
promissio facta in nundinis intelligitur de ultima die nundi- 4
narum; aut est appositum gratia creditoris, & tunc in prin-
cipio termini debet solvi, *Bart.in l.qui hoc anno, ff. de verb.* 5
oblig. Aret.in §.qui hoc anno, num.1. Instit. de inut. stipul. ubi
etiam dicunt, quod in dubio temporis dilatio ad solven- 6
dum censetur apposita in favorem debitoris, juxta *gl communiter receptam in leg. eum, qui ver. hæredis causa, ff de Ann. leg.* de quo vide *Jordan. Elucubr. diver. lib.14. titul.8. a num.66.*

Quæres 2. quando teneatur solvere qui promisit post ali- 7
quot dies? Resp. quod tenetur post biduum, *leg. inter il-*

lam,

lam, §. *ita data, ubi gloss. ff. de verb. signif. gloss. in leg. eum, qui,*
ver. Kalendas, ff. de verb. oblig. quemadmodum si promisit
post annos, tenetur post biennium, *l. libertas, quæ, §. fin. ff.*
de manum. testam. gloss. in l. inter illam, §. fin. ff. de verb. & rer. si-
gnif. Jordan. dict. lib. 14. tit. 8. de Dilat. num. 88. & 89. ubi e-
tiam dicit, quod si promisit post menses, tenetur post duos
menses; nisi fortè id, quod deducitur in stipulationem, in-
tra biduum, biennium, vel bimestre commodè fieri non
possit; veluti si magna sit quantitas, vel factum, quod ha-
bet tractum longioris temporis: tunc enim arbitrio Judicis
relinquitur, quo tempore solutio fieri debeat, *arg. l. si mihi,*
& tibi, §. Proculus ait, ff. de l. 1. Mantic. de Tacit. lib. 14. tit.
40. num. 33.
8 Addit *Jordan. loco citato num. 90.* quod si quis promisit da-
re aliquando, tenetur dare quamprimum commode potest.
9 Si verò in obligatione tempus expressum non fuerit, in-
telligitur de præsenti, juxta *l. in omnibus, ff. de reg. jur.* potest
tamen Judex in tali casu concedere morulam decem dierum,
Jordan. d. lib. 14. tit. 8. de Dilat. n. 87. subdens, quod si promis-
10 sio fiat de sistendo aliquem in judicio non præfixo termino,
Judicis arbitrio tempus erit statuendum juxta *leg. de die, ubi*
DD. ff. Qui satisd. cog.
11 Notandum est autem, quod si quis promiserit, se obli-
gaturum ad centum intra certam diem, adveniente die con-
veniri potest statim, ac si de præsenti se obligasset, ut inuti-
lis circuitus evitetur, *Jo. Andr. in addit. ad Spec. in titul. de*
oblig. & solut. super rubr. col. 1. quem sequuntur Alex. Soc. Jas. &
Purpur. in l. cum fundus, §. 1. ff. si cert. pet. Thesaur. dec. 233. nu. 3.
& alii communiter; nam in tali casu perinde est, ac si esset
obligatus ad centum eo, quòd interesse est statim liquidum,
cùm non possit esse minus centum, *leg. nummis ff. de in lit. jur.*
12 Hoc tamen non procedit in promissione de vendendo,
dando, fidejubendo, liberando, locando, conducendo,
renunciando, vel alio simili; ratio differentiæ est, quia in
pecuniæ solutione considerari quidem potest circuitus, cùm
quis compelli possit omninò ad dandum: sed promittens
vendere, locare &c. tenetur ad factum, ad quod quis præ-
cisè compelli non potest, sed tantùm agi potest ad interesse
ratione venditionis, aut locationis non factæ, *ut tradunt*
DD. in d. l. cum fundus, §. 1. ff. si cert. pet. nisi fortè post eam pro-
missionem fuisset solutum pretium, vel de eo habita fides:
vel nisi quis promiserit vendere cum juramento, vel se obli-
gaverit ad retrovendendum, quia tunc promittens vendere,
vel retrovendere, potest statim compelli ad traditionem;
idemque dicendum est in aliis casibus supra expressis, ita
Boer. dec. 3. n. 1. Menoch. cons. 1. n. 234. Pinell. in l. 2. cod. de Rescin.
vend. p. 2. c. 3. n. 25. Sylvan. cons. 49. num. 10. Natt. cons. 171. Ce-
phal. cons. 315. num. 3. & seq. lib. 3. & alii apud Thesaur. dec. 233.
13 *Castill. de Usufr. c. 3. p. 2.* ubi addit, quod promittens aliena-
re, aut vendere feudum, vel rem emphyteuticam non ca-
dit a jure suo.

SUMMARIUM.

1 *Locatio rerum Ecclesiæ facta ultra triennium est nulla in totum: limitatur n. 4.*
2 *Locatio permissa usque ad tertiam generationem, si fiat usque ad quartam, in totum vitiatur.*
3 *Locatio rerum Ecclesiæ est nulla in totum, si fiat cum pacto renovandi de anno in annum.*
5 *Quando Emphyteuta solvens post biennium, vel triennium excusetur a caducitate.*
6 *Quando res solita locari, possit absque solemnitatibus denuò locari, & n. 9.*
7 *An ex observantia 30. annorum concessio facta per Ecclesiam dici possit solemnis.*
8 *Evidens Ecclesiæ utilitas quando requiratur.*
9 *Quid si probetur incorporatio facta mensæ Ecclesiæ.*
10 *Quando res censeatur Ecclesiæ incorporata.*
11 *An, si utilis sit infeudatio, possit Episcopus rem Ecclesiæ incorporare.*
12 *An conductor, qui res Ecclesiæ ad culturam reduxit, possit finito tempore locationis amoveri.*
Et quid in cæteris conductoribus, ibidem.
13 *An conductor rerum ecclesiæ, qui multum fuit lucratus, possit cogi ad reconducendum anno sequenti.*

CAPUT XLIX.

An locatio rerum Ecclesiæ facta ultra triennium sit nulla in totum, vel potius valida sit quoad triennium.

RESp. quod est nulla in totum, *Bart. in auth. qui rem, cod.* 1
de Sacros. Eccles. Bald. in l. quæcunque, cod. de bon. quæ
liber. Alex. cons. 165. n. 1. lib. 2. & cons. 17. n. 10. lib. 4. Covar. lib. 2.
var. resol. c. 16. n. 4. Rota dec. 435. n. 3. p. 3. Rec. Penia dec. 320. ubi
aliæ decisiones referuntur, Gratian. discep. for. c. 905. n. 10. ubi
dicit, quod locatio permissa ad certum tempus, vel usque
ad tertiam generationem, si fiat pro majori tempore, vel us-
que ad quartam generationem, in totum vitiabitur, neque
valebit pro tempore permisso: quicquid in contrarium asse-
rant *Imol. in c. ex parte, n. 39. extr. de feud. Rom. cons. 66. nu. 1. in*
fin. Dec. in d. auth. qui rem in fin. Tiraq. de retract. lign. §. 23. glos.
1. n. 10. & alii apud Mant. de Tacit. l. 5. tit. 5. ubi fusè agit de
hac quæstione.
Hinc fit, ut locatio rerum ecclesiæ sit etiam nulla in to- 2
tum si fiat cum pacto renovandi de anno in annum, & sic
successivè in posterum, ita ut neque valeat pro tempore per-
misso cùm censeatur facta in fraudem *extrav. ambitiosæ, de*
reb. Eccl. non alien. prohibentia hujusmodi locationes ultra
triennium, *Penia d. dec. 320. n. 7. & seq. Gratian. cap. 715. num.*
16. quicquid dicat *Marescot. variar. lib. 2. cap. 25. numer. 19. &*
sequent. ubi asserit, valere talem locationem pro tempore 3
permisso, rejecto pacto a jure reprobato, & in fraudem le-
gis addito.
Observa tamen, quod si res ecclesiæ talis sit conditionis, 4
ut ex ea quolibet triennio unicus tantùm fructus percipiatur,
potest in novem annos locari: quia primum triennium æqui-
valet primo anno, ita secundum, & tertium, & si alterna-
tim fructificat, poterit per sex annos locari, *Covar. var. lib.*
2. cap. 16. n. 6. Quarant. in ver. alienatio rerum Eccles. n. 25. Ricc.
in Collect. dec. 655. par. 3. & dec. 3054. par. 7. Tiraqu. de retr. con-
vent. §. 5. gl. 4. n. 31. ubi *post Bald. in l. ædem, n. 6. cod. locat.* addit,
quod ubi unicus fructus ex re emphyteutica colligitur quoli-
bet biennio, vel triennio, aut quinquennio, ad incurren-
dam caducitatem requiritur defectus solutionis per duo
biennia, vel triennia, aut quinquennia, si emphyteusis sit
ecclesiæ, & per tria biennia, triennia, vel quinquennia,
si emphyteusis fuerit privati: quod tamen intelligendum est,
quando promissio fuit facta taxativè, habito respectu ad fru-
ctus ex re emphyteutica percipiendos, ut quia emphyteuta
promisit solvere canonem de fructibus rei in emphyteusim
acceptæ; secus si demonstrativè, putà si promissa fuerit
quantitas vini, frumenti, vel pecunia in genere pro cano-
ne: tunc enim pensio dicitur præstari in recognitionem do-
minii, non autem contemplatione fructuum percipiendo-
rum, *ut post Corbul. de caus. privation. ob non solut. Canon. li-*
mit. 28. n. 3. & 4. fol. 486. ad vertit. Gratian. discept. for. cap. 931.
n. 14. & 15.
Observa 2. quod res solita locari, potest absque solemnita- 6
tibus denuò locari, dummodò adsit eadem causa concessio-
nis, hoc est necessitas, vel evidens Ecclesiæ utilitas, & so-
litum non alteretur, *extrav. ambitiosæ, de Reb. Eccles. non a-*
lien. Rosental. in tract. de feud. cap. 4. concl. 25. ubi de regalibus
infeudari solitis à Prælato, *Rot. dec. 241. n. 1. & seq. p. 4. to. 2. in*
Recent. ubi etiam quod ad hunc effectum requiritur saltem
una locatio solemnis, vel duæ non solemnes, effectum ta-
men fortitæ spatio quadraginta annorum, *& dec. 284. n. 12. &*
seq. eadem p. 4. t. 2. ubi quod censetur solitum alteratum, sive 7
dicta alteratio sit circa substantialia, sive circa accessoria &
dec. 689. n. 2. par. 4. tom. 4. recent. Duran. dec. 250. n. 19. & seq. ubi
etiam dicit, quod ex observantia 30. annorum concessio fa-
cta per Ecclesiam dici non potest solemnis, dum de solemni-
tatibus positivè non constat, *Theodos. Rub. in singular. to. 2. in*
ver. locatio, ubi alias Rotæ decisiones refert, latè Genuens. in
tract. de Eccles. c. 1. q. 24. Seraphin. dec. 1451. n. 2. evidens verò
Ecclesiæ utilitas debet adesse tempore novæ, seu ultimæ lo-
cationis ita, ut non sufficeret, illam adfuisse in antiqua *Ge-*
nuens. in Prax. Archiep. c. 60. n. 6. & 7. & alii communiter, vide 8
Hond. cons. 51. n. 60. & 61. lib. 1. Rot. dec. 243. n. 15. p. 7. recent. Gra-
tian. disc. for. c. 379. n. 22. ubi dicunt, quod si fiat pro modico
canone, satis constaret de damno Ecclesiæ, etiamsi magna
quantitas pecuniarum data fuerit Prælato pro hujusmodi
nova concessione, cùm id non cedat in commodum Eccle-
siæ, sed ipsius Prælati.
Limita, quando probaretur incorporatio facta mensæ Ec- 9
clesiæ: tunc enim res locari amplius non posset nisi adhi-
beantur solemnitates, etiamsi antea esset solita locari cùm
tunc

tunc incipiat novus status, *Guid. Pap. dec. 154. n. 2. in fin. Rot. dec. 241. n. 5. & 6. p. 4. t. 2. in rec. Rosent. de feud. c. 4. conclus. 33. & concl. 34.* ubi dicit, quod res censeretur Ecclesiæ incorpora-
10 ta, quando inter alia bona mensæ descripta fuit, vel si Prælatus declaraverit, nolle amplius hujusmodi rem infeudare, sed mensæ applicare, vel si ex re Ecclesiæ aperta fructus per notabile tempus arbitrio Judicis perceperit *latè Genuens. in tract. de Eccles. c. 14. 12.* ubi etiam dicit, quod si utilis est in-
11 feudatio, non potest Episcopus tacitè sive expressè incorporare mensæ in præjudicium Ecclesiæ, cui est jus quæsitum ex antiqua consuetudine infeudandi.

12 Addunt DD. quod conductor, qui terras Ecclesiæ steriles ad culturam reduxit, finito tempore locationis non potest amoveri, dummodo tempore primæ locationis Ecclesia decepta non fuerit *per tex. in l. quicunque, cod. de omn. agr. desert. l. 11. ita Paul. de Castr. cons. 142. vol. 2. quem refert Genuens. in tract. de Eccles. q. 207. Rot. dec. 312. n. 1. p. 2. Divers.* ubi quod prædium ecclesiasticum sterile reductum ad culturam opera primorum conductorum, debet eorum hæredibus concedi pro eodem pretio, seu pensione, juxta *cap. ad aures, de reb. Eccles. alien. vel non* secus esset in aliis conductoribus rerum Ecclesiæ, qui finita locatione expelli possunt, ita ut non teneatur Ecclesia eis relocare, etiamsi offerant solvere quantum tertius offert, *l. nè cui, cod. Locat. Franch. dec. 406. Genuens. in tr. de Eccl. q. 421.* nec obstat tex. *in l. congruit cod. de locat. præd. civil. vel fiscal. l. 11. ubi antiquus conductor pro eodem pretio vel præfertur secundo*: quia hæc lex imponit onus relocandi, & ideò tanquam odiosa non ligat ecclesias, *auth. cassa, & irrita, ubi omnes cod. de Sacros. eccles.* æquius tamen est, ut ecclesia non amoveat antiquum conductorem, qui diu laboravit in cultura agri, *ut subdit Genuen. d. q. 421. in fin. & nos latius diximus in tract. de Regim. Eccl. Episc. l. 1. c. 5. §. 2. n. 14. & seq.*

13 Notandum est etiam, quod conductor rerum Ecclesiæ, qui multum fuit lucratus, potest compelli ad reconducendum anno sequenti, *arg. l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de Publican.* ubi compellitur quis emere redditus fiscales, si per tempus præteritum emerat, & maximos fructus recepit, & pro futuro non reperitur emptor; ecclesia enim gaudet omnibus privilegiis fisci, *ut tradunt DD. in l. fin. cod. de Sacros. Eccles. latè Genuen. in tr. de Eccles. q. 459.*

S U M M A R I U M.

1 *Quæ requirantur, ut Episcopus familiari suo non subdito ordines conferre possit, & n. 3.*
2 *An Concilium Trid. sess. 23. de refor. c. 9. procedat, quando familiaris ordinatur ad primam tonsuram, seu ad minores ordines.*
4 *An Episcopus possit ordinare eos familiares, qui absentes fuerunt in Regione remota.*
5 *An Episcopus possit cum familiari suo dispensare super interstitiis temporum.*
Et an possit familiarem illegitimum ad minores ordines habilitare, ibidem.
6 *Duo sacri ordines non possunt conferri eidem uno die, vel duobus continuato jejunio.*

C A P U T I.

Quando Episcopus possit ordines conferre familiari suo non subdito.

1 DUæ conditiones requiruntur a Concilio Tridentino, ut Episcopus familiari suo non subdito ordines conferre possit, absque dimissoriis proprii Episcopi; prima est, ut familiaris cum Episcopo saltem per triennium fuerit commoratus: secunda, ut Episcopus beneficium, quacunque fraude cessante, statim re ipsa illi conferat, *ut in sess. 23. de ref. c. 9.* cujus textus dispositionem procedere, sive talis familiaris ordinetur ad sacros ordines, sive ad minores, vel primam tonsuram, dicit *Nav. cons. 11. de temp. ordin. Bonac.*
2 *de Sacr. disp. 8. q. un. punct. 4. n. 17. & censuit etiam Sacr. Congr. teste Quaran. in ver. ordo, vers. limita in eo, Vulp. in prax. jud. c. 7. n. 18. Rot. dec. 731. n. 15. p. 1. Divers.* subdens, quod ratio, cur Concilium requirit collationem beneficii, est ut ordinatus ab Episcopo non suo, ratione beneficii efficiatur de ejus foro, *Paris. de Resign. benef. lib. 4. q. 2. n. 92. & 93. Barbos. de*
3 *offic. & pot. Episc. p. 2. alleg. 5. n. 11.* ubi etiam dicit, quod collatio beneficii facta post sex menses non censetur facta secundum mentem Concilii, quia hujusmodi tempus ad hunc effectum dicitur longum; unde collatio hujusmodi eodem tempore concurrere debet, *ut d. Quarant. in ordo, vers. Limita in eo.* triennium verò hujusmodi debere esse continuum, *dixit Bonac. de Censur. in par. disp. 3. q. 1. puncto 11. n. 7. Barbos. d. alleg. 5. num. 9. & alii,* quibus adde *Vulp. in Prax. jud. c. 7. n. 19. Ricc. in prax. par. 1. res. 278.* asserentes, satis esse, si triennium inceperit, antequam conferens esset Episcopus, quia in tali casu Episcopus potuit cognoscere sui familiaris mores, putant enim isti Doctores triennium a Concilio fuisse præfixum, ut Episcopus cognoscere posset familiarium mores; unde non posse Episcopum ordinare eos familiares, vel eorum famulos, qui absentes fuerint in Regione remota, etiamsi ipsius Episcopi sumptibus vixerint, tradunt *Lopez ad Diaz in pract. crim. can. cap. 26. Majol. lib. 4. de irreg. cap. 2. nu. 5. quos refert, & sequitur Quaran. in dict. ver. ordo vers. limita in eo, Piasec. in prax. Episc. par. 1. cap. 1. num. 15. Bonac. de Sacram. disp. 8. q. un. punct. 4. num. 18. Ricc. in prax. for. Eccl. p. 1. res. 276.*

An verò possit Episcopus cum familiari suo dispensare super interstitiis temporum, vel si esset illegitimus, illum ad minores ordines habilitare? negat *Nav. cons. 13. de tempor. ordin. Quarant. in d. ver. ordo, vers. limita in eo &c. vers. fin.* sed contrarium magis probabiliter tenet *Joan. de la Cruz, in Direct. consc. p. 2. de Sacram. ordin. dub. 43. concl. 2. ubi etiam testatur, ità Sac. Congreg. censuisse, prout refert Dian. par. 3. tr. 4. res. 190.* quia cui jurisdictio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus jurisdictio exerceri nequit, *l. 2. ff. de jurisd. omn. jud.*

Notandum est autem, quod si familiaris Episcopi, sive quivis alius obtinuerit privilegium a Papa, ut si ordines sacri tribus diebus festivis conferantur, non posset Episcopus illum sabbato quatuor temporum in Diaconum, & die dominico proximè sequenti (continuato jejunio) in presbyterum ordinare: nam sicut non potest utrumque ordinem illi conferre eodem die, *ut statuit etiam Concil. Trid. sess. 23. de ref. c. 13. in fin.* pari ratione non potest unum ordinem uno die, & alium altero die (jejunio continuato) conferre, cum manè diei Dominicæ propter continuationem jejunii fictione canonica trahatur ad sabbatum, *c. litteras vestras, de Temp. ordin.* ex quo infert *gl. ibidem, ver. uno die*, quod si Episcopus die sabbati non potuit ordinationem perficere, sequenti die dominico (continuato jejunio) potest illam perficere, ita ut uno die intelligantur ordines collati fictione juris, juxta *cap. quod a Patribus, 75. dist.*

S U M M A R I U M.

1 *De jure civili causæ civiles triennio, criminales verò biennio terminandæ sunt, aliàs perit instantia: limitatur n. 2. & 3.*
4 *Quodnam tempus detur successori in officio ad litem terminandam.*
5 *Intra quantum tempus causa discussionum, quæ agitur inter creditores, expediri debeat.*
6 *Causa, in qua de naufragio quæritur, intra biennium finiri debet.*
7 *De jure canonico instantia perpetuò durat: sed hodie intra biennium causæ omnes terminandæ sunt.*
8 *Dispositio Concilii Tridentini sess. 24. de ref. cap. 20. quando procedat.*
9 *An lapso biennio acta pereant.*
10 *In quibus causis procedat Concilium loco cit.*
11 *Quando appellans teneatur omnia acta coram Episcopo gesta ad Judicem appellationis transferre.*
12 *An Conservatores Regularium comprehendantur sub decreto Concilii dicto cap. 20.*
13 *Intra quod tempus quæstio mota Judici post depositum officium expediri debeat.*
14 *Judex post depositum officium per 50. dies stare in loco debet.*
15 *De consuetudine officiales non syndicantur, nisi de dolo, & barattaria.*
16 *An causa syndicatus possit expediri lapso tempore præfixo.*
17 *Quando tempus statuitur Judici tantùm, actus post tempus præfixum valet: limitatur n. 18.*
19 *Tempus instantiæ non potest partium consensu, seu pacto etiam jurato prorogari: limitatur n. 20. & 21.*
22 *In dubio præsumitur, tempus esse præfixum causæ, & instantiæ.*
23 *Instantia perempta remanet jus iterum agendi in causis civilibus, secus in criminalibus, & n. 24.*
24 *An si partes unico actu repeterent omnia acta, Judex possit validam sententiam ferre post peremptam instantiam.*

25 Quæ-

25 *Quænam acta pereant instantia perempta.*
26 *Perempta instantia an liberentur fidejussores de stando juri, & judicatum solvendo.*
27 *Quando incipiat instantia causæ delegatæ, & compromissi.*
28 *Quando testator certum tempus præfixit ad aliquid faciendum, tale tempus currit statim etiam vivente testatore.*
29 *Tempus certum præfixum operibus famuli, non recipit functionem alterius temporis; secus quando promissio non fuit restricta ad certum tempus.*
30 *Quando lis dicatur deserta*, n.31.

CAPUT LI.

Intra quantum tempus causæ, seu lites terminari debeant.

1 RESP. quod de jure civili causæ civiles triennio a die litis contestatæ computando, vel quando incipit cognosci de meritis; criminales vero biennio terminandæ sunt, aliàs perit instantia, *leg. properandum, cod. de Judic.* quod locum habet tam coram Ordinario, quàm delegato, *Spec. in tit. de Judice delegato, §.6.num.10.& seq. Bald. in d. l. properandum, n.1 Jordan. Elucubr. divers. lib.13.tit.6 de Judic. leg. num.114.*

2 Hæc tamen conclusio limitatur 1. in causis fiscalibus, in quibus instantia non perit, nisi spatio 30. annorum, sive fiscus sit actor, sive reus, *Benintend. dec.76. Cassad. decis.5. ut lit. pend. Ric. collect.1354. vers. limita 2. part.4. quos refert, & sequitur Jordan. ubi supr. libr.13. titul.1. de Jud. num.30.*

3 Limitatur 2. quando causa ventilatur coram Principe, vel Judice habente liberum arbitrium in procedendo, quia neque tunc instantia perit, *Bald. cons.217. num.5. lib.3. Marant. in suo spec. par.5. §.1. num.15. & alii, quos refert Scacc. de appellat. quæst.15. num.266. & seq.* subdens, quod Judex habens liberum arbitrium solum in sententiando, ligatur instantia.

4 Addit *Marant. loco cit. d. p.5. §.1. n.28.* quod successori in officio ad litem terminandam datur integer annus, etiamsi antecessor remotus fuerit ab officio, sive decesserit propè finem triennii, vel biennii, *l. properandum, §. sin autem utraq. cod. de Jud.*

5 Causa verò discussionum, quæ agitur inter creditores, intra tres menses inter præsentes, quoad absentes citra montes intra sex, & quoad absentes ultra montes intra novem expediri debet ex *const. Pii IV. quam refert Scacc. de Appell. q.15. num.302.*

6 Item causa, in qua de naufragio quæritur, intra biennium finiri debet, jux. *l. penult. cod. de Naufrag. lib.11.*

7 De jure verò canonico instantia perpetuò durat, *c. penult. ubi omnes, de judic.* sed hodie intra biennium a die motæ litis causæ omnes etiam beneficiales terminandæ sunt; alioquin post id spatium liberum est partibus, vel alteri illarum, Judices superiores adire, aliàs tamen competentes, qui causam in eo statu, quo fuerit, assumant, juxta *Concil. Trid. sess.24. de ref. cap.20.*

8 Observant tamen Doctores quod dispositio Concilii *loco cit.* procedit, quando causa coram Ordinario fuit agitata, & Judex pluries requisitus pro expeditione, causam non terminavit propter suam negligentiam; secus esset, si lis vel propter ipsius causæ gravitatem, vel propter negligentiam, & malitiam partium finiri non potuit, *ut resolvit Sac. Congreg. teste Marches. de Commission. p.2. §.4. n.54. Leo in Thesaur. for. Eccles. p.2. c.1. n.72. Salgado de Protect. Reg. p.2. cap.17. nu. 35. Barbos. de offic. & pot. Episc. p.3. alleg. 81. num.13. & seq.* ubi etiam observat, quod si antecessor fuit negligens in expedienda causa, re integra antequam Superior pro causæ expeditione sit aditus, non potest causa avocari a successore, nisi constito etiam de negligentia ejusdem successoris, *Jordan. Elucubr. divers. lib.13. tit.1. de judic. n.28.* ubi etiam dicit, quod ad hunc effectum per tres vices apertè Judex requirendus est pro expeditione; unde superior competentem aliquem terminum debet præfigere inferiori, & causam avocare non debet, nisi dicto termino elapso, *ut resolvit Sacr. Congreg. & servat signatura teste eodem Jordan. loco cit. Ricc. in Prax. s.1. p.2. res.334.*

9 Observant 2. Concilium Tridentinum non præfigere instantiam causis; & ideò lapso biennio acta non pereunt & partes, si volunt, possunt litem prosequi coram eodem Ordinario, *Scacc. de Appell. q.15. n.278. Ciarlin. contr. for. c.55. n. 6. lib.1.*

Observant 3. Concilium loco cit. procedere solum in causis spectantibus ad forum ecclesiasticum, de quibus loquitur, non autem in causis profanis; quæ propterea non avocantur ex lapsu biennij, *March. de Commiss. p.1. de Commiss. appell. extr. Rom. Cur. c.6. sub n.88. quem refert Scac. loco cit. num.279.* 10

Ità etiam dispositio *ejusdem Concilii d. sess.24. c.20. vers. præterea*, ubi dicitur, quod appellans teneatur acta omnia coram Episcopo gesta ad Judicem appellationis expensis suis transferre, procedit similiter in causis ecclesiasticis, non autem in profanis, etiamsi istæ vertantur coram Judice Ecclesiastico, *ut ex sententia Sac. Congregationis dixit Rot. dec. 495. n.7. & 8. part.4. tom.2. recent.* ubi *numer.25. cum sequent.* addit, quod ex dispositione dicti Concilii appellans debet transportare omnia acta etiam irrelevantia, quamvis secus sit, attenta dispositione juris communis, *ut in leg.2. cod. de eden.* 11

Observant 4. quod Conservatores Regularium non comprehenduntur sub decreto Concilii *d. c.20. ut censuit Sac. Congreg. teste Barbos. d. alleg.81. n.13.* ubi etiam dicit, quod neque quoad primam instantiam ipsorum Concilium aliquid novi induxit. 12

Quæres, intrà quod tempus quæstio mota Judici post depositum officium terminari debeat? Resp. quod terminanda est intra 20. dies, *l. un. §. fin. cod. ut omn. judic. tam civil. quam milit. &c.* licèt ipse per 50. dies stare in loco teneatur, *l. consiliarior, cod. de Assess. Jordan. lib.14. tit.24. de præscript. n.251. & tit.31. de syndicat.* ubi etiam dicit, quod de generali consuetudine officiales non syndicantur, nisi de dolo, & barattaria, non autem de iniquis sententiis, *Clar. §. fin. quæst.73. vers. item Judex*, ubi dicit, quod de consuetudine syndicantur etiam de furtis, & illicitis extorsionibus, *Scac. de Appell. q.15. num.299. & qu. 19. remed.4.* subdens, quod hunc terminum syndicatores neque augere, neque minuere possunt. 13 14

Notandum tamen est, quod causa syndicatus potest expediri etiam lapso tempore præfixo, quia *in d. l. un. §. fin. cod. ut omn. jud. tam civil. quam milit. &c.* tempus statuitur Judici tantùm, *ut not. Par. de Put. in tract. de syndic. in ver. An contra officialem, sub num.4. quem refert Scac. de Appell. q.15. nu.353. & in tract. de Judic. lib.2. c.2. n.709. vers. capio primum &c.* ubi dicit, quod quando tempus statuitur Judici tantùm, actus post tempus præfixum valet, licèt Judex puniri possit; secus esset, quando tempus statuitur Judici, ac jurisdictioni simul, vel parti, vel instantiæ, aut actioni, quia in his casibus actus, seu sententia post tempus præfixum nulla est, *gl. communiter recepta in l. properandum, ver. triennii, vers. item quid si sententia, cod. de Judic. & ibidem Bart. & Bald.* ubi etiam dicunt, quod tempus instantiæ non potest partium consensu, seu pacto etiam jurato prorogari, quia expedit Reip. ut lites finiantur; nisi fortè cum instantia periret etiam jus partis, quia tunc posset fieri prorogatio, *ut subdit Bald. ibidem n.4. quem sequuntur Marian. Soc. in cap. venerabilis art. 16. princ. sub n.39. fallen.2. & Felyn. sub n.4. concl.1. ibi fallit hoc, de Judic. prout illos refert Scacc. de appell. q.15. nu.330. & sequ.* ubi addit, quod instantia statutaria brevior potest prorogari usque ad triennium juxta jus commune. In dubio autem præsumitur tempus esse præfixum causæ, & instantiæ, *Alex. in d. l. properandum, n.20 & alii.* 16 17 18 19 20 21 22

Instantia tamen perempta, remanet jus iterum agendi, ut sentiunt omnes Doctores: quod quidem locum habet in causis civilibus, quia in criminalibus perempta semel instantia actor non admittitur ad eam renovandum, *Bald. in l. abolitionem, ibi, & nota hic casum, cod. ad leg. Jul. de adult. Salyc. in l. properandum, § ult. sub nu.51. & Alex. ibid. n.3. cod. de Jud. Capic. dec.206. n.3. & alii apud Scacc. d. qu.15. num.347.* 23

Hinc si partes unico actu repeterent omnia acta, Judex posset etiam post peremptam instantiam ferre validam sententiam, quia ista est renovatio, seu inchoatio novæ instantiæ, *Bart. in d. l. properandum, num.5. & ibid. Alex. nu 17. Cravett. cons.270. num.7. vers. Tertiò quod talis sententia, Scacc. d. qu. 15. n.335. & seq. Grat. disc. for. c.312. n.42.* subdens, quod hujusmodi acta repetita remanent in eodem statu validitatis, seu invaliditatis. 24

Notandum 2. quod perempta instantia pereunt quidem acta ordinatoria judicii, ita ut ex eis sequi non possit sententia, qualia sunt libelli oblatio, citatio, litis contestatio, juramentum calumniæ, delatio juramenti, & similia: non tamen pereunt acta litis decisoria, seu probatoria, ut depositiones testium, instrumenta, confessiones, &c. *ut post Bart. in d. l. properandum, sub n.6. Abb. in cap. penult. sub nu.14. de Jud. Afin. in Prax. Judic. §.14. c.3. n.9. & alios observat Scacc. dict.* 25

dict.q.15.num.348.& seq. ubi etiam dicit, quod acta ordinatoria judicii quoad alios effectus extra sententiam valida censentur.

26 Notandum 3. quod perempta instantia liberantur fidejussores de stando juri, & judicarum solvendo, etiamsi omnia acta unico contextu post peremptam instantiam repeterentur, *ut dict. Mar. Soc. in cap. venerabilis, articul.27. sub num.58. concl.4. de Judic. quem refert, & sequitur Scac. ubi sup. num.358.*

27 Notandum 4. quod instantia causæ delegatæ regulariter non incipit, nisi a die præsentationis rescripti: quemadmodum nec instantia compromissi incipit, nisi a die acceptationis arbitrorum, cum ante præsentationem rescripti non conferatur jurisdictio in delegatum, nec ante acceptationem dicatur compromissum, *c. super eo, 12. ubi DD. de Appell.* nisi in rescripto, vel compromisso certum, & determinatum tempus fuerit adjectum, putà per totum mensem Martii, quia tunc statim incipit a die dati Judicis delegati, vel facti compromissi, *cap. de causis, ex. de offic. & pot. jud. de-*
28 *leg.* Hinc si Testator certum præfixit tempus ad aliquid faciendum, tale tempus currit statim etiam vivente testatore propter naturam temporis limitati, *Butr. consil.57. Dec. in c. super eo, 2. num.11. de appellat. Altogr. consil.1. n.49. & seq.* ubi
29 etiam dicit, quod tempus certum præfixum operibus famuli, non recipit functionem alterius temporis; & ideò si famulus conductus fuerit ad mensem, & interim infirmitate, aut alia causa fuerit impeditus, non posset infirmitate cessante offerre se paratum ad operas suas alio tempore præstandas: cum servitium, quod limitato tempore præstandum erat, post illud elapsum præstari amplius non possit; quicquid aliud sit, quando promissio non fuit restricta ad certum tempus, *ut probat textus in l. si usufructus mihi in biennium: ff. de usu, & usufr. leg.*

30 Quæres 2. quando lis dicatur deserta? Resp. quod tunc lis præsumitur deserta, quando spatio decennii in ea nihil fuit actum, *Penia dec.172. n.5. Put. dec.235. lib.3.* ubi addit, quod decennium dicitur completum, etiamsi deficerent decem dies illud complendum.

S V M M A R I V M.

1 *Quando conjuges ob impotentiam separentur, & n.2.3.4.5.9. & 10.*

6 *Ad hunc effectum constare debet de impotentia tempore contracti matrimonii, seu ante matrimonium.*

7 *An statutum de lucro dotis locum habeat, quando matrimonium est nullum ob impotentiam perpetuam, & num.8.*

11 *Qualiter jurare debeant conjuges, & consanguinei in hac materia.*

12 *An, & quando impotentia naturalis temporalis ad coeundum, dirimat matrimonium.*

C A P U T LII.

An, & quando conjugibus impotentibus permittatur cohabitatio triennalis.

1 Conjugibus frigidis, seu aliàs impotentibus triennalis cohabitatio a jure indicta est ad experientiam copulæ nuptialis, quo elapso termino prævia inspectione peritorum asserentium, impedimentum non esse medicabile, ac præstito juramento per conjuges cum septima manu propinquorum, vel vicinorum si consanguinei non adsint, quod dederunt operam carnali copulæ spatio dicti temporis, & non potuerunt conjungi, statim separantur, *ut in cap. laudabilem, & cap. fin. ubi DD. de frigid. & malefic. latè Mascard. de Probat. concl.888. n.11. vol.2. Rot. dec.392. & 445. par.4. to.2. Re-*
2 *cent.* quod quidem procedit, quando dubium est, utrum impotentia sit perpetua, vel temporalis: secus esset, si incontinenti de impotentia perpetua, medicorum, vel obstetricum judicio constaret: tunc enim statim non expectato triennio conjuges separandi sunt saltem quoad thorum, *ut d. Spec. in tit. de frigid. & malef. n.3. Sylv. in ver. matrimonium 8. n.16. vers. ad hoc ante cognoscendum, Bonac. de matr. q.3. punct. 13. n.20. Laym. de Theol. Moral. lib.5. tr.10. p.4. c.11. num.4. & 5. Condid. de matrim. disquis.28. art.13. dub.27. & 35. Mascard. de*
3 *Probat. concl.888. n.4. vol.2.* Nam si fraternæ societatis vinculo inter se convivere, & cohabitare consentiant abstinenter ab omni carnis commixtione, id eis permissum est, nisi periculum incontinentiæ timeatur respectu ejus conjugis, qui, vel quæ absolute potens est, *d. c. laudabilem, & c. consultationi, de frigid. & malefic. & observant etiam Laym. & Candid. locis cit. Seraphin. dec.687. n.4. & seq.* ubi dicit, quod quan- 4
do vitium impotentiæ non est visibile, ita ut sensu oculorum percipi possit, & negatur per alterum ex conjugibus impotentia, tunc necessariò servanda est forma præscripta in *d. c. laudabilem, & ità etiam tenuit Rot. dec.392. p.4. tom.2. Recent.* quicquid dicat *gl. in c. fin. ver. septima propinquorum manu, de frigid. & malefic.*

Hujusmodi verò triennium incipit currere a die factæ assi- 5
gnationis per Judicem, *Host. in c. fin. n.10. de frig. & malef. ubi etiam Jo. Andr. n.8. & 10. Anchar. n.9. Butr. n.10. Henric. Boich. n.1. & 2. Brunell. de sponsal. concl.28. limit.1. nu.10. & 14. Rota dec.192. n.4. & 5. & dec.226. n.1. post 2. tom. cons. Farinac. & coram Orano in Neapolitana dissolutionis matrimonii 5. Maii 1591. & in Treviren. dissolutionis matrimonii 30. Octobris 1596. & coram Burratto in Camerinen. matrimonii 9. Februarii 1624. & coram Coccino in Toletana nullitatis matrimonii 18. Februarii 1639. prout refert Paulus Rubeus in annotat. ad dec.392. n.22. & seq. par.4. t.2. Recent. ubi contrariam opinionem relicit, Gonz. ad Reg.8. Cancell. glos.56. n.74.*

Censentur autem conjuges cohabitasse per triennium si majori anni parte simul cohabitaverint, *Bonac. de matr. qu.3. punct.13. n.21. ubi alios refert.*

Observa tamen, quod in tali casu constare debet de im- 6
potentia de tempore contracti matrimonii, seu ante matrimonium: nam impotentia perpetua superveniens matrimonio sive rato, sive consummato, non dirimit matrimonium, *Nav. in man. cap.22. num.60. latè Bonac. d. q.3. punct.13. nu.12. vers. dixi in propositione Burat. dec.763. n.8. in fin. & alii communiter.*

Observa 2. quod statutum de lucro dotis locum non 7
habet, quando matrimonium est nullum ob impotentiam perpetuam, quia ubi matrimonium non adest, nec dos, nec lucrum, seu donatio propter nuptias esse potest, *ut post Bald. in cap. juravit, de Probat. Phanuc. de lucr. dot. glos.3. num.6. & alios tenuit Rot. decis.237. numer.7. & 8. par.6. Recent. Rub. in annot. ad dictam dec.392. numer.34. & sequent.* nisi fortè impedimentum hujusmodi per artem humanam
removeri possit: quia tunc talis impotentia non censeretur 8
perpetua, & ideò matrimonium validum esset, putà si mulier arcta possit fieri absque vitæ periculo apta proprio viro per incisionem, tunc enim teneretur etiam incisionem pati, cùm id sit necessarium ad copulam, cujus potestatem, & jus transtulit in maritum, *Sanch. de matrim. lib.7. disp.93. num.15. Rot. dict. dec.392. num.18. & dec.445. numer.3. part.4.*
tom.2. Recent. ubi etiam resolvit, quod quando impedimen- 9
tum est medicabile, non est locus dissolutioni, *Bonac. loco cit. num.7.*

Observa 3. quod quando uterque conjux impedimentum 10
affirmat, tunc juramentum utriusque septima manu utriusque partis requiritur *d. cap. laudabilem, vers. si autem, de frigid. & malef.* quando verò alter tantum conjux impedimentum objicit, sufficit juramentum illius tantùm conjugis cum septima manu propinquorum ejusdem, *latè Sanch. de matrim. lib.7. disp.109. num.23. Rot. dict. dec.445. num.4. & 5. p.4. tom.2. in Recent.* quod procedit, si omnes haberi possint, alioquin sufficiunt duo, *secundùm Archid. in cap. requisisti 23. qu.1. Ant. in cap. ult. num.9. & Abb. num.12. de frigid. & malef. quos refert Mascard. de Probat. volum.2. concl.888. nu.7.* ubi etiam dicit, quod hæc materia plurimum sita est in arbitrio judicantis, considerata qualitate personarum, aliisque circumstantiis.

Observa 4. quod conjuges jurare debent de veritate: 11
consanguinei verò vel vicini de credulitate, hoc est quod credant, conjuges verum jurare, *Mascar. dict. conclus.888. num.7.*

Observa 5. quod impotentia naturalis temporalis ad coe- 12
undum, quæ contingit propter ætatis deficientiam ante pubertatem, dirimit etiam matrimonium jam contractum, quia impuberes ad copulam ut plurimum non præsumuntur idonei, *cap.2. ubi gl. & DD. de Despons. impub.* nisi aliunde constet de potentia coeundi, putà si minor 14. annis alias fœminas carnaliter cognoverit, vel si ex aspectu corporis, dispositione membrorum, atque ex aliis signis ad coeundum idoneus judicaretur: tunc enim matrimonium validum esset, & præsumptio in tali casu cederet veritati: pubertas enim ad matrimonium contrahendum non ex annorum numero, sed ex vi a natura corpori indita metiri debet, *c. puberes, eod. tit. de Despons. impub. latè Mascard. de Probat. dict. concl.888. n.10. vol.2.*

S V M M A R I V M.

1 *Recensetur regula de Triennali possessore.*
2 *Prædicta regula ultra possessionem triennalem pacificam requirit etiam titulum saltem coloratum, & n.10.*
3 *Ad hunc effectum sufficit qualis occasio possidendi.*
4 *Possessio decennalis pacifica in beneficialibus sufficit pro titulo præsumpto ad effectum dictæ regulæ.*
5 *An possessor decennalis possit cogi ab ordinario, ut ostendat bullas sui beneficii.*
6 *An pensionarius liberetur ab onere justificandi litteras pensionis per possessionem decennalem, & quod tempus ad id requiratur.*
7 *Quando reservatio pensionis est conditionalis continens clausulam, dummodo centum, vel mille &c, requiritur justificatio etiam contra consentientem.*
8 *An regula de Triennali suffragetur possidenti beneficium uti membrum.*
9 *Et quid si evidenter constet de fundamento tituli infecto.*
11 *Provisio ordinarii nulla non præstat titulum coloratum ad effectum regulæ de Triennali.*
12 *An provisio Apostolica nulla præbeat titulum coloratum in spolio.*
An regula de triennali suffragetur in spolia, ibid.
13 *Regula prædicta obstat tam in possessorio, quàm petitorio etiam adversus provisum Apostolicum.*
14 *Quid si triennium tempore motæ litis non effluxerit.*
15 *Triennalis possessor eadem gaudet securitate, quam habet præscribens per 40. annos.*
16 *An in hac regula bona, vel mala fides attendatur, & num.18.*
17 *Pacifica possessio quando dicatur, & n.22.*
19 *Finita præscriptione potest quis cum bona conscientia rem præscriptam retinere.*
20 *Quid si intra triennium lis mota fuerit, & adversarius litem motam non fuerit prosequutus.*
21 *Cursus regulæ de triennali interrumpitur per solam citationem.*
22 *An possessio triennalis excludatur per contradictionem extrajudicialem.*
23 *De qua reservatione intelligatur prædicta regula, dum loquitur de reservatione generali in corpore juris clausa.*
24 *Quando impetrationes de beneficio per triennium possesso irritæ sint.*

CAPUT LIII.

De Triennali Possessore.

1 IN regula Cancellariæ, de Triennali possessore disponitur, quod si quis ecclesiastica beneficia absque simoniaco ingressu ex Apostolica, vel ordinaria collatione per triennium pacificè possederit (dummodo in beneficiis, si dispositioni Apostolicæ ex aliqua reservatione generali in corpore juris clausula reservata fuerint, se non intruserint) super eisdem beneficiis taliter possessis molestari nequeat, ita ut quælibet impetrationes de beneficiis ipsis sic possessis factæ censeantur irritæ, & inanes.

2 Observant autem Doctores, quod prædicta regula ultra possessionem triennalem pacificam requirit etiam titulum saltem coloratum, *Coccin.dec.172.num.2. Sarnen. in Reg.de triennal.q.26.& q.33.*ubi dicit, quod titulus coloratus in dubio præsumitur bonus ad effectum possidendi, *Caputaq.dec.349.p.3.Rot.in recent.dec.387.n.3.p.4.to.1.* ubi, quod ad hunc effectum sufficit qualis occasio possidendi, & *dec.599.num.36.& seq.p.4.tom.3.* ut etiam, quod possessio decennalis pa-
3 cifica in beneficialibus sufficit saltem pro titulo præsumpto ad effectum dictæ regulæ, *Coccin. dec.475.num.4.* ubi di-
4 cit, quod quando de titulo non constat, requiruntur decem anni ad illum præsumendum, triennium verò ad illum tuendum.

5 Hinc possessor beneficii, decennalis non potest cogi ab Ordinario, ut ostendat bullas sui beneficii, quia ex lapsu tanti temporis titulus præsumitur, *secundùm Innoc. & Panorm.in c.illud, de Præsumpt. & alios apud Ricc. in Prax.for.Eccl.p.1.res.346.* ubi subdit, hoc non procedere in possessore decennali beneficiorum incompatibilium, *per textum Concilii Tridentini sess.7.de ref.cap.5.*

6 Notandum tamen est, quod Pensionarius non liberatur ab onere justificandi litteras pensionis per possessionem decennalem, immo nec etiam per vicennalem sed necessaria est possessio 30. annorum, *Rot.dec.648.n.2.p.4.to.3.Rot.Greg.*
dec.57.& ibid.Beltramin. ubi addit, quod quando reservatio 7
pensionis est conditionalis continens clausulam (dummodo centum, seu mille) necessaria est justificatio etiam contra consentientem.

Notandum 2. quod regula, de Triennali non suffragatur 8
ei, qui possidet beneficium uti membrum, non autem in titulum, *Rot.coram Cavaler.dec.202.n.4.& in Valentina Parochialis de Palma 5.Julii 1610. coram Coccino.*

Notandum 2. quod ubi evidenter & notoriè constat de 9
fundamento tituli infecto, regula tunc non haberet locum, quia talis titulus non dat colorem, cum, dicatur emanare
de facto, & non de jure, *Sarnen.in dicto reg.q.33.* ubi dicit, 10
quod titulus coloratus ultra id, quod proveniat ab eo, qui dare potest, debet in se quamdam præsumptæ justitiæ imaginem continere; unde provisionem Ordinarii nullam non præstare titulum coloratum ad effectum regulæ de Triennali, dixit *Rota in Seguntina beneficiorum 1.Junii 1593. coram*
Orano, quam refert Burat. decis.48. num.4. ubi *Ferentill.* 11
num.16. addit, quod licèt provisio Apostolica etiam nulla præbeat titulum coloratum in spolio, tamen hoc non procederet, quando notoriè, & evidenter constat de illius nullitate.

An verò regula de triennali suffragetur in spolio? Resp. negativè *Rota coram Comitul.dec.1.n.9. Sarnen.super d.reg.qu.11.n.12.Put.dec.36.lib.1.*

Observant 2. quod regula prædicta obstat tam in petito- 13
rio, quàm possessorio, & possessionem defendit etiam adversus provisum Apostolicum, *Cassador.dec.5.n.5.de Restit.Spol.Rebuff.in tract.de Pacif.poss.n.25.Burat.dec.280.nu.1.& seq.Ric.in prax.p.3.res.472.* ubi dicit, quod dicta regula defendit etiam Bastardum possessorem cum titulo colorato, ac consanguineum Episcopi cui idem Episcopus contra formam Bullæ S. Pii V. contulit beneficium liberè in ejus manibus resignatum.

Observant 3. quod, ut sit locus dictæ regulæ, requiritur, 14
quod triennium tempore motæ litis effluxerit etiam usque ad ultimum momentum, cùm agatur de præscriptione, *Rota dec.551.num.15.p.5.t.2.recent. Caputaq. dec.26. p.1. Burat. dec.585.*

Observant 4. quod triennalis possessor eadem gaudet se- 15
curitate, qua gaudet præscribens per 40. annos, *Crescen. dec.1.de præscrip.Gomes.super d.reg.qu.58.vers. ad propositum &c.& alii apud Ric.in Prax.for.Eccl.p.3.res.472.*

Observant 5. quod in hac regula bona, vel mala fides non 16
attenditur, sed solùm pacifica possessio, quæ tunc dicitur talis, quando non constat de aliqua controversia, aut molestia judiciali, vel circa possessionem aut fructuum perceptionem illata, *ita Seraphin.dec.1254.n.2.Caputaq.dec.26.n.2.par.1.& alii apud Burat.dec.280.n.3.& 8.* moventur ea ra-
tione, quia cùm per exceptionem regula firmetur, & decla- 17
retur, & excipiantur tantùm duo casus, scilicet simoniacus ingressus, & reservatio in corpore juris, in quibus necessarium est dare malam fidem, ergo de necessitate est, ut regula comprehendat omnes alios casus etiam continentes malam fidem, aliàs si cum bona fide regula intelligeretur, non fuit necessarium excipere dictos duos casus, in quibus omni-
nò est mala fides, *ut observat Crescent. d.dec.1. de Præscript.* 18
ubi etiam dicit, quod finita præscriptione, licèt de mala fi-
de appareat, potest quis cum bona conscientia rem præscri- 19
ptam retinere, tutus auctoritate ejus, qui super re illa disponere potest, ut est in Beneficialibus Papa, *latè Sarnen. super dicto reg. de Trienn. quæst.22. versicul. & ideo, Genuens. in tractat.de Eccles. quæst.61. Navarr.consilio 30. d Præb.*

Observant 6. quod si intra triennium contra possessorem 20
lis mota fuerit, licèt possessor non possit dici triennalis quoad eum, ad cujus instantiam lis mota fuit diceretur tamen triennalis quoad alios, *ut post Rebuff.de Pacif.poss.n.100.tenuit Rot.dec.377.n.4.p.3.recent.& dec.80.n.13.& seq.p.7.recent.* ubi addit, quod adhuc diceretur quis possessor pacificus ad effectum regulæ de Triennali, si adversarius litem motam per triennium non fuerit prosequutus *Millin.dec.267.n.3.* ubi dicit, quod juvatur regula de triennali is, qui remansit in possessione Canonicatus per triennium post decretum factum de illo dimittendo intra certum tempus quamvis contrarium teneat *Sarnen.in d.reg.q.22.*

Observant 7. quod cursus regulæ de Triennali inter- 21
rumpitur per solam citationem potius de stylo Rotæ, quàm de jure communi, secundùm quod esset necessarium litem introducere per litis contestationem, *Mohed. dec.1. de Caus. poss.& propr.Penia dec.213.n.5.& seq.* subdens, quod stylus hujusmodi debet strictè, intelligi, quatenus scilicet citatio
sue-

fuerit ritè, & rectè executa, aliàs non interrumperet cursum triennalis possessionis, *Sannen. in d. Reg. de trienn. qu. 34. Verall. dec. 109. p. 1.*

22 Observant 8. quod possessio triennalis non excluditur per contradictionem extrajudicialem, & non continuatam, *Mohed. dec. 7. & 8. in fin. de cauf. poss. & propr. Burat. dec. 622. n. 8.* præsertim si hujusmodi contradictio non fuerit super titulo beneficii, nec super possessione, nec fructuum perceptione, *Seraph. dec. 1254. n. 2.* ubi dicit, quod ad effectum interrumpendæ præscriptionis, molestiæ debent esse circa possessionem, & fructuum perceptionem, *ut notat etiam Burat. dec. 690. n. 3.*

23 Observant 9. quod prædicta regula, dum loquitur de reservatione generali in corpore juris clausa, intelligitur de ea, quæ continetur in *c. 2. de Præb. in 6.* ita, ut hæc sola dicatur reservatio in corpore juris clausa, *Gom. super d. reg. qu. 31. Gratian. disc. for. cap. 574. n. 18.*

24 Observant 10. quod impetrationes de beneficio per triennium possesso ita demum vigore prædictæ regulæ sunt irritæ & inanes, si ipse possessor opponat, *Staphil. de litt. grat. in tit. de vi, & effectu. clausular. §. successive, num. 6. quem refert, & sequitur Gonz. ad reg. 8. Cancell. gl. 56. nu. 83. Gratian. loco cit. n. 29.*

SUMMARIUM.

1 *Debitor annui redditus, qui tribus proximis annis solvit, præsumitur etiam solvisse tempore præterito: declaratur & limitatur n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 13.*
2 *An hæc præsumptio habeat vim retardandi executionem obligationis cameralis.*
3 *An hæc præsumptio habeat locum in favorem creditoris.*
8 *An dicta præsumptio habeat locum contra tertium.*
10 *Quid si solutio esset distributa per quinquennia, & constaret de solutione trium postremorum quinquenniorum.*
11 *An contra hanc præsumptionem admittatur probatio in contrarium.*
12 *Quid si debitor confessus sit, se uno anno de præcedentibus non solvisse.*
13 *Quid si creditor protestatur, nolle sibi præjudicare in præcedentibus pensionibus.*
14 *Et quid si debitor in continenti reprotestetur non consentire dictæ protestationi.*

CAPUT LIV.

An debitor annui redditus, qui tribus proximis annis solvit, præsumatur etiam solvisse tempore præterito.

1 RESP. affirmativè, *l. quicunque, cod. de Apoch. publ. lib. 10.* cujus textus dispositio non solùm procedit in tributario de quo ibi est sermo, sed etiam in aliis debitoribus, *latè gloss. in leg. 2. ver. repellere, cod. de Jur. Emphyt. Mascard. de probat. concl. 903. n. 9. & seq. vol. 2.* subdens *num. 20.* quod in præstationibus, quas Ecclesia tenetur facere laicis, sufficit probatio solutionis pro duobus ultimis annis, ad effectum præsumendi solutiones antea factas, *& latius concl. 1320. nu. 1. & seq. vol. 3. Gabr. lib. 1. tit. de Præsumpt. concl. 11.* ratio prædictæ conclusionis est, quia non præsumitur, creditorem neglexisse exactionem præteritorum annorum, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 139. n. 2. Gratian. discept. for. c. 716. n. 12.* ubi dicit, quod dispositio *d. l. quicunque*, procedit, sive agatur de solutione semestrium sive trimestrium, sive bimestrium, cùm eadem ratio militet in istis solutionibus, quæ in annalibus, *Burat. dec. 582. num. 1. & ibi Ferentill. n. 10. &*
2 *seq.* ubi etiam, quod cum hæc præsumptio sit juris habet vim retardandi executionem, obligationis cameralis, *Cravet. conf. 313. num. 4.* ubi etiam dicit, quod creditor verisimiliter non fecisset tres quietantias pro tribus annis, nisi pro toto ante acto tempore fuisset satisfactus, *Cancer. variar. resolut. lib. 1. cap. 14. num. 71. & sequent.* ubi addit, quod ista
3 præsumptio habet etiam locum in favorem creditoris, ut si probet, sibi solutum fuisse tribus præteritis annis, censeatur etiam antea facta solutio ad interrumpendam præscriptionem.
4 Requiritur autem ad hanc effectum solutio trium continuorum annorum, *ut constat ex dicto textu*; & ideò non sufficeret, si debitor solvisset per duos annos, & deinde uno anno interposito, solvisset pro ipso quarto subsequenti, *Menoch. qui communem dicit, in d. præsumpt. 139. n. 5. Cancer. loc. cit. num. 71.*
5 Secundò requiritur, ut solutiones factæ fuerint diversis temporibus, hoc est, quolibet anno; & propterea unica solutio pro tribus annis non suffragatur, *Bald. in d. l. quicunque, n. 3. Gabr. d. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 11. n. 13. Mascard. d. concl. 603. n. 21. & concl. 1320. n. 7.*

Tertiò requiritur, ut solutiones probentur apochis ipsis: cessaret enim hujusmodi præsumptio, si per testes de solutione constaret, *ut dicit Menoch. loco citat. num. 28.* quia textus, *in dict. leg. quicunque*, requirit probationem solutionis per apochas, *Cravet. dict. conf. 313. num. 1. & 5.* quamvis contrarium sentiat *Bald. loco citat. num. 7.* ubi dicit, quod si emphyteuta probaverit etiam per testes solutionem canonis pro tribus continuis annis proximis, præsumitur retro solvisse. 6

Quartò requiritur, quod debitor actualiter solverit creditori: nam si fecerit depositum, non habet locum hæc præsumptio, quia creditor recipiendo dicitur consentire, non videtur autem consentire in deposito, cum id fiat contra voluntatem creditoris, *Cravet loco cit. n. 31. & alii apud Mascar. d. concl. 1320. n. 16.* 7

Quintò requiritur: ut idem semper fuerit exactor: nam si exactores mutari consueverunt, tollitur hæc præsumptio ex probabili ignorantia facti antecessoris, *Cancer. var. d. lib. 1. c. 14. n. 73. Gratian. dec. March. 152.* ubi etiam dicit, quod hæc præsumptio non habet locum contra tertium. Unde si Dominus directi vendiderit fundum, & emphyteuta postea solverit emptori per tres annos debitum canonem, talis solutio facta emptori, non facit præsumptionem contra Dominum directi venditorem, quominus possit petere præteritorum annorum canones, *Cot. in memorab. ver. solutio facta, in fin. quem refert Menoch. dict. præsumpt. 139. num. 32.* 8

Sextò requiritur, quod debitum proveniat occasione rei: quia secus esset in debito merè personali non proveniente occasione alicujus certæ rei, *secundum Bald. in d. l. quicunque, n. 8. cod. de Apoch. publ. lib. 10.* ubi dicit, quod si testator gravavitte mihi ad decem singulis annis, ex solutione trium annorum non præsumetis in præteritum solvisse, *ut observat etiam Gratian. dec. 152. n. 3. Mascard. d. concl. 1320. n. 8. Gabr. d. tit. de præsumpt. concl. 11. in fin.* contraria tamen sententia verior videtur, quia eadem ratio militat in debito annuo reali, atque personali, *& ita tenet Antonius Padilla in l. 1. n. 16. cod. de fideicomm. quem refert, & sequitur Menoch. d. præsumpt. 139. n. 27. Cancer. d. lib. 1. c. 14. n. 72.* 9

Ex dictis infertur, quod si solutio esset distributa per 10 quinquennia, & constaret de solutione trium postremorum quinquenniorum, præsumitur facta solutio etiam pro annis præteritis, *Bald. in d. leg. quicunque, cod. de Apoch. publ. lib. 10.*

Observa tamen, quod contra hanc præsumptionem ad- 11 mittitur probatio in contrarium, *Bart. in d. l. quicunque & ibidem Bald. num. 1. & 10.* ubi dicit, quod tollitur hujusmodi præsumptio, si debitor confessus sit, se uno de præceden- 12 tibus annis non solvisse: idem dicendum, si creditor in a- 13 ctu ultimæ solutionis protestatus fuerit, se esse adhuc creditorem majoris summæ, vel salvum jus esse velle pro præteritis annis, vel si expressè declaret, quod recipit pecuniam pro illis tribus annis tantùm, quia ita dicendo tacitè videtur negare de aliis annis, *Cravet. dict. conf. 313. nu. 5. Menoch. d. lib. 3. præsumpt. 139. n. 29. & 30. Mascard. dicta concl. 1320. num. 13.*

Observa 2. quod si creditor in tertia solutione protesta- 14 tur, quod non intendit sibi præjudicare quoad præcedentes pensiones, & debitor in continenti reprotestatur, se non consentire dictæ protestationi, adhuc præsumeretur solutio pro præteritis annis, si deinde creditor tertiam solutionem receperit: quia per reprotestationem debitoris incontinenti factam fuit sublatum jus protestationis creditoris, & res reducta fuit ad terminos juris communis, *ut decisum refert Cancer. var. d. lib. 1. c. 14. n. 81. ubi citat Cost. de retrotract. cas. 14. cap. 8. n. 12.*

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta privati non solvens per triennium, & emphyteuta Ecclesiæ non solvens per biennium cadit a jure suo.*
2 *An in hoc admittatur purgatio moræ, & n. 4.*
3 *Quando incipiat currere triennium, & biennium prædictum.*
5 *An Ecclesia, quæ ab alia Ecclesia, vel a privato rem in Emphyteusim accepit, pensionem per biennium, vel triennium non solvens, incidat in commissum, & n. 17.*
6 *Et quid si Emphyteuta non in totum, sed in aliqua parte cessa-*

cessaverit a solutione canonis per biennium, vel triennium, & n.7. & 8.

9 *An Emphyteuta possit præscribere canonem adversus Dominum.*

10 *An tributa, quæ debentur Principi in signum universalis dominii præscribi possint.*

11 *An emphyteuta, qui juravit solvere canonem quolibet anno, privetur jure suo non expectato biennio, si non solverit, & n.12.*
Quando quis excusetur a caducitate, ibid.

13 *Quid si emphyteuta plures hæredes reliquerit, & alter ipsorum solverit partem suam canonis, & alii non solverint, & num.14.*

15 *Nihil tam convenit æquitati, quàm ut pacta serventur.*

16 *Biennium, aut triennium prædictum debet esse continuum ad effectum privationis.*

17 *Ecclesia restituitur in integrum adversus solutionem omissam.*

18 *Et an minor in tali casu petere possit restitutionem, & an restitutio concessa minori, prosit majori.*

19 *An incurratur caducitas, si maritus canonem debitum pro re emphyteutica dotali non solverit.*

20 *Quando biennium, triennium, vel etiam quinquennium pro uno anno computetur.*

21 *Quando res Ecclesiæ possit in sex, vel etiam novem annos locari.*

22 *In quibus casibus purgatio moræ reiiciatur, & 23.24.25.26. 27. & 28.*

29 *An statim facta declaratione per Dominum, quod locus sit caducitati, Emphyteuta cadat ipso jure ab emphyteusi.*
Et an tunc res emphyteutica Ecclesiæ censeatur eidem Ecclesiæ incorporata, ibidem.

30 *Quando res emphyteutica redeat ad Dominum libera a debitis per emphyteutam contractis, & quando non.*
Quid si venditor rem venditam vigore pacti de retrovendendo recuperet, ibid.

31 *Emphyteuta, vel Vassallus tenetur restituere fructus a die caducitatis incursæ.*

32 *An Dominus teneatur de jure suo, seu de Emphyteusi docere, & an Vassallus teneatur ostendere investituram.*

33 *Agens ad devolutionem probare debet plenè, & concludenter dominium, & quomodo probetur, & num.35. & 37.*

34 *An per clausulam constituti probetur traditio possessionis.*

36 *Agens ad devolutionem probare debet identitatem bonorum subjectorum emphyteusi.*

37 *Probatio concludens dominii desumitur etiam ex inditiis, & adminiculis, etiam ad effectum devolutionis, quando tendunt ad idem.*

38 *Dominium quando probetur ex instrumento locationis, seu investituræ, & n.40.*

39 *In antiquis dominium probatur per famam, seu per enunciativas excedentes tempus centum annorum.*

40 *Quando per instrumentum investituræ probetur dominium etiam contra tertium.*

41 *Ad probandam emphyteusim ad effectum solutionis laudemii admittuntur leviores probationes, etiam præsumptiones, & conjecturæ.*

42 *Quando ex confessione probetur dominium.*

43 *Nomen census in investituris potest convenire tam contractui censuali, quam emphyteutico, & ideò determinatur secundum qualitatem pactorum.*

44 *Vox canonis solet confundi cum censu.*

45 *In dubio magis intelligitur contractus censualis, quàm emphyteuticus.*

46 *Quando contractus censeatur magis locatio, quàm emphyteusis, & n.50.*

47 *Quid si contrahentes talem contractum emphyteuticum nominaverint.*

48 *Concessio pro pensione correspondente fructibus simpliciter facta etiam ab Ecclesia, intelligitur perpetua, & transitoria ad extraneos hæredes.*

49 *Emphyteusis concessa ab ecclesia non præsumitur perpetua, sed usque ad tertiam generationem, secus si fuerit concessa a privato.*

50 *Emphyteusi non repugnat, quod pensio sit magna.*
An in emphyteusi recepta pro se, liberis, & nepotibus, comprehendantur fœminæ, ibid.

51 *Quando incurratur caducitas, si fuerit conventum, ut solutio canonis fieret de semestri in semestre.*

52 *An incurratur caducitas ob non solutionem laudemii.*

53 *Caducitas an possit declarari contra hæredem, si non fuit declarata contra ejus auctorem, & n.55. 56. 58. & 59.*

54 *Quando filius propter feloniam Patris non privetur feudo.*

57 *Emphyteuta alienans bona Ecclesiæ privatur ipso jure sine aliqua sententia.*

58 *Quando ad effectum caducitatis non requiratur declaratio Domini.*

60 *An ad remittendam caducitatem requiratur speciale mandatum.*

61 *Quando Emphyteuta excusetur a caducitate.*

62 *Quando requiratur depositio, & consignatio, & quando non.*

63 *Ad quos extendatur Emphyteusis alicui a privato, vel ab Ecclesia concessa simpliciter, vel pro se, & hæredibus.*

64 *Quid si quis fundum in emphyteusim acceperit usque ad tertiam generationem, eumque sua industria fertilem reddiderit.*
Ad quem spectent meliorationes factæ a Clerico in rebus Ecclesiæ, ibid.

65 *An appellatione filiorum legitimorum, & naturalium in emphyteusi Ecclesiastica contineantur legitimati.*

66 *An Pater, qui emphyteusim recepit pro se, filiis, & nepotibus, possit in præjudicium filiorum de ea disponere.*

67 *An emphyteuta vendens partem bonorum emphyteuticorum sine consensu Domini privetur tota emphyteusi.*

CAPUT LV.

Quando emphyteuta ob non solutionem canonis privetur jure suo.

RESP. quod emphyteuta privati potest expelli, si non 1
solverit per triennium, juxta *l.2.cod.de jur.emphyteut.*
emphyteuta verò ecclesiæ privatur, si cessaverit in solutione canonis per biennium, nisi celeri satisfactione moram 2
purgaverit, *cap. potuit, de locat. auct. qui rem, cod. de Sacros. Eccles.* quod intellige in emphyteuta ecclesiæ: quia in emphyteuta privati non reperitur jure cautum, quod possit moram purgare, *ut post Alex. cons.102. vol.3. observat Afflict. dec.174.num.1.* biennium autem vel triennium hujusmodi incipit currere a die concessionis, & investituræ, non autem 3
destinatæ solutionis, *Jord. Elucubr. divers. lib.14. tit.7. de Dilat. n.102. ubi citat Mart. de clausul. p.1. claus.319. & ita sensit etiam Cevall. in spec. opin. comm. con. comm. q.14.* subdens, quod emphyteuta non potest in tali casu expelli propria auctoritate, sed requiritur auctoritas judicis.

Quando verò dicatur purgari mora celeri satisfactione, 4
remittitur arbitrio Judicis, qui secundum qualitatem facti, & personarum arbitrari potest spatium sex mensium pro tempore congruo ad purgandam moram, & ad excludendam caducitatem: celerem enim satisfactionem interpretamur, id est quam citò potuit, *gl. in dict. cap. potuit, ver. celeri, in fin. Tiraq. in l. si unquam, num.31. cod. de revoc. donat. Menoch. de arbitr. Jud. cas.7. Rot. dec.572. num.2. par.1. Divers. & alii apud Gratian. disc. for. cap.378. num.17. & seq. Cephal. cons.25. num. 9. & seq.* ubi etiam dicit, quod mora semper purgari potest usque ad litis contestationem ad effectum evitandi caducitatem.

Amplia 1. principalem conclusionem in Ecclesia, quæ 5
ab alia ecclesia, vel a privato rem in emphyteusim accepit: quia si ejus Rector, sive Prælatus pensionem per biennium, vel triennium non solverit, incidit in commissum, *gloss. in dict. auct. qui rem, ver. repelli, Barbos. in dict. cap. potuit, n. 95. de locat. Seraphin. de privil. juram. privil.84. nu.13. vers.4. amplia.*

Amplia 2. etiamsi emphyteuta non in totum; sed in ali- 6
qua parte notabili, videlicet in dimidia, tertia, vel quarta parte cessaverit, *Mantic. de Tacit. & ambig. convent. lib.22. num.15. Oltr. cons.29. Spec. de locat. §. nunc aliqua, & ibi Jo. Andr. Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum, num.13. de Constit.* quod intellige, quando præstatur una pensio pro tota re, putà si decem aurei solvi debeant pro aliqua domo, seu fundo; secus si pensio præstaretur ad ratam, putà si pro qualibet mensura terræ solvi debeant decem solidi: tunc enim non caderet emphyteuta, nisi pro ea parte, pro qua non solvit: quia in tali casu quælibet mensura habet quodammodo constitutam suam pensionem, & nemo puniri debet, nisi eatenus quatenus deliquit, *leg. rescriptum, ff. de His, quib. ut indign. Joan. Monach. in capit.11. numer.2. de Heret. in 6. quem refert Clar. in §. Emphyteusis, quæst.8. vers. hoc autem.*

Ad-

7 Addunt Doctores apud Barbos. in d. cap. potuit, num. 92. de locat. quod emphyteusis amittitur, etiamsi in uno tantùm nummo quis cessaverit a solutione canonis per biennium quia hæc est pœna contemptus, non rei; sed hoc intelligendum est, quando pensio ipsa consistit solummodò in uno nummo: aliàs emphyteuta excusaretur in totum, maximè ubi non appareret, illum cessasse propter contuma-
8 ciam, vel contemptum, ut dicit Clar. d. quæst. 8. vers. hoc autem, in fin. ubi etiam a caducitate excusat emphyteutam, qui tenetur solvere sex, vel octo aureos, & cessavit in uno, & ita etiam resolvit in Romana domorum die 18. Maii 1579. coram Bravo, teste Mantica d. lib. 22. tit. 27. n. 14. in fin.

9 An verò emphyteuta possit præscribere canonem adversùs Dominum? Respon. quod totum canonem non potest præscribere, sed tantùm partem, secundùm Doctores, quos refert Cancer. var. par. 1. cap. 12. num. 13. quorum sententia procedere potest in possessore bonæ fidei; secus in possessore malæ fidei: cum hic nullo unquam tempore præscribat, cap. possessor. de reg. jur. in 6. glos. communiter recepta in l. cum notissimi, §. in iis etiam ver. per singulos annos, cod. de præscrip. 30. ann.

10 Tributa verò, quæ debentur Principi in signum universalis dominii nullo tempore præscribuntur, l. comperit ubi Bal. cod. de præscript. 30. ann.

11 Amplia 3. in emphyteuta, qui in instrumento investituræ juravit solvere canonem quolibet anno: tunc enim si non solverit, propter perjurium privatur jure suo etiam non expectato biennio, secundum Seraph. de Privil. Juram. priv. 84. n. 7. & seq. Marescot. var. lib. 1. c. 61. ubi de communi testatur. Goza. cons. 57. n. 10. & 19. & cons. 69. n. 5. Curt. jun. cons. 205. num. 14. lib. 3. Natt. cons. 479. n. 12. Cassad. dec. 2. n. 7. de jurejur. & alior quos refert, & sequitur Honded. cons. 56. n. 4. & seqn. lib. 1. ubi dicit, hoc procedere vivente primo emphyteuta, qui canonem solvere juravit, non autem contra hæredem, Rot. dec. 719. p. 4. tom. 3. recent. ubi quod in hærede non habet locum pœna perjurii, Ceval. in Spec. opin. comm. con. comm. qu. 402. Mantic. de Tacit. lib. 22. tit. 26. num. 4. Gratia. discep. for. cap. 19. num. 6. ratio est, quia propter perjurium privatur quis omni commodo contractus, l. si quis major, cod. de Transact. nisi contrahentes expressè cum juramento convenerint, ut propter omissam solutionem canonis per biennium vel triennium, sit locus devolutioni: tunc enim biennium, vel triennium expectandum est, quia secundum tenorem pacti emphyteuta privari non potest nisi elapso tempore præfinito, etiamsi jurasset solvere singulis annis, ut subdit idem Mantic. loco cit. n. 5. ubi refert, ita fuisse decisum coram Laur. in Roman. devolutionis domorum die secundo Februarii 1575. Marescott. d. lib. 1. cap. 61. ubi alias Rotæ decisiones recenset; qnemadmodum excusaretur etiam a caducitate, si fuerit absens, quamvis jurasset canonem solvere, Rot. dec. 719. p. 4. t. 3. Recent. Seraphin. d. privil. 84. n. 16.

12 Contrariam tamen opinionem, videlicet quod emphyteuta non incurrat caducitatem, nisi per integrum biennium, seu triennium in solutione cessaverit, etiamsi contractus investituræ fuerit juramento confirmatus, tenuit Clar. in §. emphyteusis, q. 8. vers. Et hoc quidem Curt. junct. in repet. l. si quis major, n. 19. cod. de Transact. Rot. dec. 719. nu. 4. p. 4. tom. 3. Recent. ubi quod hæc est verior, & æquior opinio: quia juramentum debet semper intelligi secundum naturam contractus, super quo interponitur non quidem ut ampliet ejus naturam, sed ut confirmet, l. ult. cod. de non numer. pec. quod eò magis procederet, si ex necessitate, aut alia justa causa emphyteuta impeditus fuerit juxta cap. querelam, de Jurejurand. l. ult. ff. Qui satisdare cogantur &c. unde qui succedunt in jus alterius, propter probabilem ignorantiam excusantur, etiamsi non solvant canonem ultra biennium, Mantic. de Tacit. lib. 22. tit. 27. num. 43. Barbos. in d. cap. potuit, num. 102. & 106. præsertim si tales essent pupilli, quibus non currit tempus triennii, sed ipso jure servantur illæsi, si infantiæ proximi sint, ut d. Seraphin. d. privil. 84. num. 19. vers. Septimò limita &c. idemque dicendum in paupere, qui propter paupertatem non solvit canonem, Clar. in §. emphyteusis, q. 8. vers. hoc autem, & alii communiter: quamvis sua culpa hæc obvenisset, Barbos. loco cit. nu. 108. similiter mandatum superioris a caducitate excusat, quia in qualibet promissione intelligitur excepta auctoritas superioris, Afflict. dec. 328. num. 2. ubi etiam Ursil. num. 1. & seq. sicuti nec incurritur caducitas, quamdiù emphyteuta assequi non potest possessionem rei emphyteuticæ, vel quamdiù plures Domini inter se contendunt, Clar. q. 8. vers. sed quæro, Gratian. disc. for. c. 223. num. 1. & seq. & alii apud Barbos. in d. cap. potuit, n. 109. de locat.

13 Observa tamen, quod si emphyteuta plures hæredes reliquerit, & alter ipsorum solverit partem suam canonis, & alii non solverint, tunc res emphyteutica cadit tota in commissum, non autem solummodo pro parte aliorum non solventium: quia cùm prima obligatio sit in solidum in persona emphyteutæ non potest mutari facto hæredum, sed transit in omnes cum illa obligatione solidi, ità gl. in l. communi dividundo, ver. confunderetur, & ibi DD. ff. Com. divid. & est communis opinio teste Afflict. dec. 153. n. 4.

Hæc tamen sententia non habet locum de æquitate cano- 14
nica: quia regulariter pœna suos non egreditur anctores, l. sancimus, cod. de Pœn. c. suam ex eod. tit. Alber. in d. l. communi dividundo, n. 2. vers. ad contraria &c. Coc. jun. in l. 4. §. Cato, nu. 92. & 93. ff. de verb. oblig. Mant. de Tacit. lib. 22. tit. 27. n. 17. & seq. ubi dicit, quod tam in emphyteusi ecclesiastica, quàm privatorum, quando agitur in terris ecclesiæ prædicta communis opinio servari non debet: nisi in concessione emphy- 15
teusis specialiter conventum fuerit, ut pensio ab hæredibus simul in totum, & non per partes fieri debeat, per l. 1. ff. de const. pecun.

Observa 2. quod biennium, vel triennium ad effectum 16
privationis debet esse continuum: hoc enim est regulare in quacunque pœna, ut tempora non conjungantur, Nav. cons. 34. n. 2. de Regul. Barbos. in d. c. potuit, n. 129. de locat. ubi citat Socin. sen. cons. 118. n. 6. & seq. lib. 4. & alior.

Observa 3. quod si ecclesia non solvat canonem intra 17
biennium, licèt cadat ipso jure a re emphyteutica, debet tamen in integrum restitui adversus solutionem omissam, Spec. de locat. §. Nunc aliqua, vers. 15. & seq. Ruin. cons. 111. n. 7. lib. 1. quemadmodum minor in tali casu petere potest re- 18
stitutionem, Ciarlin. contr. for. lib. 1. c. 58. num. 14. & seq. ubi etiam dicit, quod talis restitutio concessa minori non prodest majori.

Observa 4. quod non incurritur caducitas, si solutio ca- 19
nonis rei emphyteuticæ dotalis non fiat a marito, Bal. cons. 176. n. 1. & 2. lib. 4. Menoch. cons. 88. n. 42. Barbos. in d. c. potuit, n. 114. de locat. Mantic. loco cit. n. 70.

Observa 5. quod biennium, vel triennium, immò etiam 20
quinquennium pro uno anno computatur, si unus tantùm fructus ex re emphyteutica quolibet biennio, vel triennio, aut quinquennio colligitur, & ideò in tali casu duplex, vel triplex biennium, vel triennium, aut quinquennium requiritur, ut per non solutionem canonis caducitas incurratur, arg. l. si sic constituta, ibi duplicato constituto tempore, ff. Quem. servit. amitt. Dec. in auct. qui rem, num. 10. cod. de Sacros. Eccl. Alex. in l. divortio, §. ob donationes, num. 10. ff. sol. matr. Rol. cons. 87. num. 29. cum seq. lib. 1. & alii apud Mantic. d. lib. 22. tit. 27. n. 36. & seq.

Unde si res Ecclesiæ talis sit conditionis ut ex ea quolibet 21
triennio unicus tantum fructus peteipiatur, poterit in novem annos locari; vel per sex annos, si alternatim fructificat, Rota in Veliterna affictus 10. Decembris 1593. coram Litta, vide quæ diximus in tract. de Regim. Eccles. Episc. lib. 1. c. 5. num. 6.

Observa 6. quod in multis casibus purgatio moræ reiici- 22
tur: primò si expressè conventum fuerit, quod ipso jure, & facto incurratur caducitas non solvendo canonem, Barb. in d. cap. potuit, numer. 134. Put. dec. 63. lib. 3. Cephal. consil. 25. num. 1.

Secundò si jam Dominus declaraverit, rem emphyteuti- 23
cam esse devolutam, quia tunc facta fuit resolutio contractus secundùm Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. 48. Jo. de Imol. & alios in d. c. potuit, quos refert Afflict. dec. 174. n. 3. ubi dicit, quod quotiescunque jure permittente facta est resolutio contractus a jure, vel ab homine, non est tractandum de moræ purgatione.

Contraria tamen sententia videtur verior, & æquior, quia cum beneficium purgandi moram competat emphyteutæ ex d. cap. potuit, de locat. non potest per Domini declarationem tolli; alioquin esset in potestate Domini auferre dictum beneficium, ut post Covar. var. resol. cap. 17. num. 4. ad fin. vers. ex quibus falsum videtur, lib. 3. Corbul. de caus. privat. ob non solut. canon. limit. 41. num. 9. Jacob. de Nigris in l. si insulam n. 78. ff. de verb. oblig. & alios tenuit Gratian. dec. March. 49. n. 1. & seq. & disc. for. c. 378. n. 11. & seq. Mantic. de Tacit. lib. 22. tit. 27. n. 35.

Tertiò reiicitur moræ purgatio, si illi expressè fuerit re- 24
nunciatum, l. pen. cod. de pact.

Quartò si in contractu adsit pactum resolutivum, Put. dec. 25
66. lib. 3. Grat. dec. March. 49. n. 11. vel clausula, rato manente pacto, Afflict. dec. 174. n. 4. Alex. in d. l. insulam, ff. de verb. oblig. Cevall. in Spec. opin. comm. con. comm. q. 848.

Quintò quando interpositum fuit juramentum, vel renun- 26
ciatum omni legum auxilio, secundùm Dec. in dict. auct. qui rem,

*rem,n.7.Guid.Pap.dec.*123.*n*.3. contrarium tamen tenent *alii apud Ursil.ad Afflict.dec.*274.*nu.*1.*& seq.* ubi dicunt, quod non obstante juramento, ac renunciatione hujusmodi de æquitate canonica semper potest mora purgari, *& ita communiter servatur*.

27 Sextò quando jus Domini fuit factum deterius, *Parif. conf.*19.*n.*240.*lib.*2.*Grat.d.dec.*49.*n.*8.

28 Septimò quando mora fuit geminata, ut quia præcessit geminata interpellatio, *Capyc.decis.*19.*num.*4.*Cephal.cons.* 25.*num* 2.

29 Notandum tamen est, quod statim ac Dominus protestatus fuerit, vel declaravit, locum esse caducitati, emphyteuta cadit ipso jure ab emphyteusi, neque ad id requiritur citatio, neque scientia, aut præsentia ipsius emphyteutæ, neque judicis sententia, *Clar.in §.emphyteusis qu.*9.*Cephal. conf.*25.*n.*28.*& seq.& alii, quos refert, & sequitur Mantic. de Tacit lib.*22.*tit.*27.*n.*31.*& seq.* idemque dicendum, si Dominus convenerit emphyteutam coram Judice pro devolutione, vel si opposuerit similiter coram Judice, emphyteutam cecidisse a jure suo, vel si alium investivit tamquam de re devoluta, vel si ex ea fructus collegerit, illamque tenuerit per annum, quia tunc satis intelligitur declarasse, quod voluerit priorem emphyteutam repellere, *Mantic. ubi sup.nu.*32. *Aldob.conf.*2.*n.*30.*lib.*1.*Decian.conf.*4.*n.*18.*lib.*1.*Corn. conf.*237. *n.*12.*lib.*1.*Bero.conf.*119.*nu.*12.*lib.*1.*Alex.conf.*128.*num.*7.*lib.*5. *Gratian.discep.for.c.*378.*n.*3.*& seq.* voluntas enim tam verbis, quàm facto declaratur, *l.de quibus, ff.de legib.* & tunc res emphyteutica, si sit ecclesiæ, censetur eidem ecclesiæ, incorporata adeò, ut non possit Rector, seu Prælatus emphyteutam reintegrare absque auctoritate Sedis Apostolicæ, *secundùm Barbos.in d.c.potuit*, *n.*121.

30 Observa 7. quod si res emphyteutica redeat ad Dominum jure prelationis, vel pactionis appositæ in contractu emphyteutico, vel dominii, ut quia res cecidit in commissum, vel ex alia simili causa emphyteuticali, revertitur libera ab omnibus debitis per emphyteutam contractis, & omnis hypotheca, seu servitus ab ipso emphyteuta imposita evanescit, *l. lex vectigali, ff. de Pignor.* idem dicendum, si venditor venditam rem cum pacto de retrovendendo vigore ejusdem pacti recuperet: tunc enim obligationes factæ medio tempore per emptorem extinguuntur, *Bartol.in l.diem,n.*2.*ff.de Aqua pluv.arc.* Secus esset, si res emphyteutica perveniat ad Dominum ex aliqua nova causa, ut quia Dominus emerit jus utile ab emphyteuta, vel habuit insolutum, aut ex permutatione, legato, aut alio consimili titulo, quia tunc remanet jus pignoris, & servitutis, *l.traditio, ff.de acquir.rer.dom. Guid.Pap.dec.*575.*Surd.dec.*286.*& alii apud Cancer. var.p.*1. *c.*11.*n.*17.*& seq.*

31 Observa 8. quod emphyteuta, vel vassallus tenetur restituere fructus non tantum a die declaratæ voluntatis, sed etiam a die caducitatis incursæ, licet multò post declaratæ, *secundùm Surd.dec.*25.*num.*26.*&* 27.*Ciriac.contr.for.*535. *nu.*18.*lib.*3.

32 Observa 9. quod Dominus ad instantiam, emphyteutæ non tenetur de jure suo, seu de emphyteusi docere, ubi emphyteuta longo tempore canonem solverit: quo casu contradicere non poterit, præscriptione longi temporis obstante, *ut d.Specul.in tit.de Emph.*1.*§.nunc aliqua*, *num.*80. idemque procedit in Domino, cùm vult cogere emphyteutam, ut ostendat investituram, *Soc.conf.*50.*n.*14. *quem refert, & sequitur Gratian.disc.for.c.*411.*n.*8.

33 Observa 10. quod agens ad devolutionem probare debet
plenè, & concludenter dominium, *l. officium ff.de Rei.vin-*
*dic.Cravet.conf.*157.*nu.*3.*vers.sed præmissis, non obstantibus*,
*Rota coram Millino dec.*11.*num.*8. unde probanda est traditio
possessionis vacuæ, cum per traditionem rei acquiratur do-
minium, *jux. l traditionibus C.de Pact.& ità tradunt omnes*
*in l.cum res,C.de probat.Alex.conf.*10.*n.*6.*& seq.lib.*4. ubi dicit,
quod per instrumentum, in quo continetur *clausula consti-*
34 *tuti*, vel ea verba, *dedit, vendidit, & transtulit*, non pro-
batur traditio possessionis, nisi probetur, quod venditor tem-
pore constituti possedisset, *Spec. in tit. de emphyt. §.nunc ali-*
35 *qua,n.*70.*& seq.* ubi dicit, quod dominium probatur, si quis
probet, se rem habuisse a Domino, vel justo titulo accepisse, & longo tempore præscripsisse, vel 30. annis eamdem rem cum titulo, vel sine titulo possedisse: vel si probet, rem sibi traditam ex justa causa fuisse: licèt enim non præscripserit, habet tamen Publicianam, *l.ff.de Public.Gratian.discep. for.c.*293.*n.*15. ubi, quod dominium probatur ex testibus deponentibus, se vidisse, aliquem possidere per spatium 40. annorum, quamvis non constet de titulo, ex quo præscripserit, *Menoch.de arbitr.Jud.cas.*42. ubi dicit, quod cùm agitur de directa probatione dominii in personam illius, qui rem
vendicare intendit, is quatuor requisita debet probare, titulum scilicet, traditionem, pretii numerationem, & tandem quod diu possederit, *latè Mascard.de prob.concl.*538.*n.*1. *& seq.vol.*1. ubi etiam dicit, quod in piam causam ex solo
contractu transfertur dominium sine traditione, *Rot.dec.*288.
*p.*7.*recent.* ubi etiam, quod agens ad devolutionem tenetur 36
probare identitatem bonorum emphyteusi subjectorum, *Ca-*
*putaq.dec.*280.*p.*1.*Rot.dec.*611.*n.*5.*p.*4.*to.*3.*recent.* subdens *n.*6.
& seq. quod probatio concludens dominii desumitur etiam 37
ex inditiis, & adminiculis, etiam ad effectum devolutio-
nis, quando tendunt ad idem, *juxta l.indicia, C. de rei ven-*
*dic. Alex.conf.*12.*in princ.lib.*4.*post Bart.in l.ad probationem*,
*C.de Locat.& conduct.Mascard.concl.*539.*de Probat.vol.*1. un-
de dominium probari ex instrumento locationis concurren- 38
te solutione canonum per spatium 30. annorum, & usu ip-
sius locationis de generatione in generationem, dixit *Rota*
*dicta dec.*611.*&* 622.*d.p.*4.*to.*3.*recent. Marescot. var.lib.*1.*c.*85.
ubi dicit, quod probatur dominium per scripturam, vel sal-
tem per solutionem continuatam per 30. vel 40. annos, quæ
coadjuvetur scriptura, ubi mentio fiat de emphyteusi, vel
alia conjectura evidenti, ut est reservatio dominii, *latè Fe-*
*rentil.ad Burat.dec.*602. ubi, quod in antiquis dominium 39
tanquam difficilis probationis probatur per famam, & sic per
enunciativas excedentes tempus centum annorum, quæ ha-
bent vim famæ, *Penia dec.*109.*nu.*2.*& seq. latè Menoch.d.cas.*
42.*idem dixit Rot.dec.*117.*num.*10.*p.*5.*to.*1.*rec.* ubi quod domi-
nium clarè probatur ex instrumento investituræ junctis ad- 40
miniculis ex testibus de fama, ex enunciativis, & ex solutio-
nibus canonum, *& dec.*162.*n.*4.*& seq.p.*6.*rec.* ubi quod domi-
nium concurrentibus adminiculis etiam per instrumentum
investituræ probatur tam ad effectum caducitatis, & devo-
lutionis, quàm contra tertium.

Actio verò publiciana competit ei, qui rem habuit a non Domino bona fide, & justo titulo, eique tradita fuit possessio, & postea ab ea cecidit: quæ quidem actio fundatur in quadam æquitate, ne cadens a possessione recepta bona fide, omni remedio frustraretur *l.*1.*& seq. ff.de Public.latè Genuen.in tr.de Eccl.q.*413. ubi etiam dicit, quod licèt in Ecclesiam transferatur dominium absque traditione possessionis, *per l.fin.ubi Bart.C.de Sacros.Eccles.* non poterit tamen Ecclesia ex persona sua habere publicianam sine traditione, sed tantùm ex traditione sui auctoris, dummodo auctor bona fide, & justo titulo possederit, *ut d.Bald.in d.l.fin.n.*8. *C. sacros.Eccles.*

Levior autem probatio admittitur ad probandam emphy- 41
teusim, quando non agitur ad effectum devolutionis, sed tantùm ad effectum solutionis laudemii, *Rot. dec.*262.*n.*10.*par.* 5.*tom.*1.*recen.* ubi, quod in hoc admittuntur etiam præsumptiones, & conjecturæ, *& dec.*128.*n.*18.*par.*6.*recent.Marescot.var.lib.*1.*c.*85.*n.*8. ubi dicit, quod ad hunc effectum probatur dominium ex locatione concurrentibus adminiculis, putà solutione canonis, & confessione.

An verò bona in territorio castri contenta, sive intrà fines feudi comprehensa, præsumantur feudalia, seu potiùs libera? Resp. quod præsumuntur libera, nisi probetur, quod sint feudalia, sive illa possideantur a tertio, sive ab ipso investito: *Marescot.var.lib.*1.*cap.*85.*in fin. ubi refert, ità resolvisse Rot. in Leodien. hæreditatis* 24. *Novembris* 1603. *coram Card.Seraphin.de qua re vide Menoch.de Præsumpt.lib.*3.*præsumpt.*101.

Quæres an si quis recognoscat, se tenere rem in emphy- 42
teusim ab alio, ex tali recognitione probetur dominium saltem in odium recognoscentis, & ejus hæredum? Resp. negativè: quia licèt ex confessione dominium probari possit, hoc tamen intelligitur quando quis principaliter, confitetur, rem esse alterius, aut ad eum pertinere: secus quando incidenter ex natura contractus, *Bald. in leg. ad probationem, C.Locat.Cravet.conf.*157.*nu.*7.*Gratian.discep.for.c.*790. ubi etiam dicit, quod non sufficeret sola recognitio, nisi etiam probetur, quod recognoscens possideret rem recognitam, & illius esset Dominus tempore recognitionis, *ut sensit etiam Guid.Pap.decis.*272.*num.*3. secus esset, si quis recognoscit se tenere rem sub dominio alterius, quia tunc probatur dominium in odium recognoscentis, & hæredum suorum non virtute recognitionis, sed confessionis, *secundùm Bart.& Bald.in leg.cum falsa,C.de jur.& fact.ignor.Paul. de Castr.& Aret.in l.si rem aliquam ff. de acqu. poss. quos refert idem Cravet.d.conf.*157.*n.*7.

Observa 11. quod nomen census in investituris apposi- 43
tum, potest convenire tam contractui emphyteutico, quàm censuali: & ideò determinatur secundùm qualitatem pactorum, quæ magis inferant unum quàm alium contractum *Clar. in §. emphyteusi, quæst.*1.*vers.contractus autem Honded.*

*cons.*81.*n.8.& seq.lib.2.Rot.dec.*110.*n.12.p.6.recent.* ubi dicit,
quod etiam vox canonis solet confundi cum censu, & syno-
nimè accipi *Mantic. de Tacit. & ambig.convent.lib.22.tit.*8.
44 *nu.*19. & ideò dum supponitur, dominium directum rema-
nere apud concedentem, censendus erit contractus emphy-
teuticus, non autem censualis, cùm per concessionem cen-
suariam transferatur in recipientem tam directum, quàm
utile dominium, *latè Rot.dec.*611.*num.*26.*& seq.par.*4.*tom.*3.
Recent. ubi etiam, quod non repugnat naturæ census pa-
ctum reversivum finitis generationibus, aut nominationi-
bus; in dubio autem magis intelligitur contractus censualis,
quàm emphyteuticus, *ut d. Mantic. loc.cit. d.tit.*8.*numer.*19.
45 *vers. secundò est advertendum* unde in tali casu cadere quis
non potest a jure suo ob non solutam pensionem quandiu
verè non constet, quod contractus verè sit emphyteuticus,
ut dixit Rota in Imolen. bonorum 12. *Februarii* 1524. *coram
Gamber prout refert Mascard.de probat.concl.*281. *nu.*1. *& seq.
vol.*1. *ubi alios refert*, *Crescent.decis.*1. *de censib. ubi de commu-
ni*; quamvis contrarium teneat *Clar. qui etiam de communi
testatur in §. emphyteusis qu.*1. *vers. sed pone &c.* ubi dicit,
quod si uniformiter solutum fuerit quotannis certum quid,
præsumitur potiùs solutum jure emphyteutico, vel coloniæ
perpetuæ quàm jure census: quæ quidem opinio procedere
potest, quando ultra præstationem annuam uniformem
aliæ concurrerent conjecturæ, ut si apparest de solutione
laudemii, vel canonis in recognitionem dominii, vel si in
46 rei alienatione fuerit requisitus consensus Domioi, *Natt.
cons.*3. *Bertrand.cons.*3. *&* 310. *in secunda edit. Dec.cons.*164.*n.*2.
*Cravet. cons.*215. *quos refert, & sequitur Genuens. in tract. de
Eccles.qu.*91. ubi etiam dicit, quod favore ecclesiæ contra-
ctus in dubio etiam non concurrentibus prædictis conjectu-
ris, præsumitur potiùs emphyteuticus, quàm censualis,
quia tunc ecclesia minus læditur, *arg. l. sunt personæ, ff. de Re-
lig. & sumpt. fun.*
47 Observa 12. quod quando concessio est facta pro pensio-
ne fructibus correspondente, dicitur, magis propriè loca-
tio, quàm emphyteusis, etiamsi pensio non omninò corres-
pondeat fructibus *Clar. in §. emphyteusis q.*1. *vers. & adverte*,
ubi de communi, *Seraphin. de privil.juram.privil.*84. *num.*17.
ubi quod tunc emphyteuta non solvens propter sterilitatem
non incideret in commissum, *Mantic. de Tacit. lib.*22. *tit.*2.
*num.*9. *& seq. & tit.*19. *num.*27. *& seq.* ubi dicit, quod in hoc
tempus quo contractus fuit celebratus, inspicitur; & hoc
48 locum habet etiamsi contrahentes talem contractum em-
phyteuticum nominaverint: quia nominatio partium
non immutat substantiam contractus *Seraphin. decis.*213.
*num.*3. *Afflict.decis.*72. *numer.*9. *latè Surd.decis.*198. *numer.*1. *&
seq. Burat.decis.*334. *per tot.* ubi quod talis concessio pro pen-
sione correspondente fructibus simpliciter facta etiam ab
Ecclesia, intelligitur perpetua, & transitoria ad extra-
49 neos hæredes, quicquid sit in emphyteusi, quæ si ab Ec-
clesia fuerit concessa, non præsumitur perpetua, sed intel-
ligitur usque ad tertiam generationem, *juxta §. emphyteu-
sim, in Auct. de non alien. Mantic. d. lib.*22. *titul.*5. *per tot.* ubi
etiam dicit, quod emphyteusis concessa a privato præsumi-
tur perpetua.
50 Hæc tamen procedunt, quando sumus in dubio, an con-
tractus sit emphyteusis, vel locatio: secus si constaret, con-
tractum esse emphyteuticum, tunc enim etiamsi magna sol-
vatur pensio, retinet naturam suam, quia ei non repugnat,
quòd pensio sit magna, *Surd.dec.*198.*n.*20. *& seq.*

An vero in emphyteusi recepta pro se, filiis, & nepoti-
bus, comprehendantur fœminæ? Resp. negativè præser-
tim in emphyteusi ecclesiastica: quia in contractibus præ-
sertim stricti juris, qualis est emphyteuticus verborum pro-
prietas attenditur; & ideò masculinum non concipit fœmi-
ninum, *ut latè probat Gabr.commun.concl.lib.*6. *tit. de verb. si-
gnif.concl.*6. *nu.*93. *ubi de communi testatur*. *Seraphin. dec.*604.
*num.*1. *& seq.* nisi in investitura contrahentes usi essent termi-
nis, seu verbis utrique sexui communibus aptis comprehen-
dere etiam fœminas, qualis est terminus descendentium,
liberorum, hæredum &c. quia tunc ex vera, & propria si-
gnificatione comprehenduntur etiam fœminæ, *latè Rot. dec.*
125. *par.*2. *Divers.* ubi etiam dicit, quod filiæ veniunt appel-
latione filiorum, quando in concessione emphyteusis data
est facultas recipienti in casu obitus sine filiis, nominandi
personam extraneam, quia iste terminus, *personæ*, est com-
munis utrique sexui, *Marescot. var. lib.*1. *cap.*2. ubi etiam di-
cit, quod fœminæ comprehenduntur in ejusmodi emphy-
teusi, quando concessio facta fuit ob benemerita, vel quan-
do is, cui fuit facta concessio, tempore concessionis non
habebat nisi unicam filiam, & erat ejus ætatis, in qua veri-
similiter filios generare non potuisset. *Gabr. loc. cit. d. concl.*6.
*nu.*45. *&* 96. ubi idem dicit, quando vigore statuti fœminæ
pariter cum masculis ad successionem admittuntur, quia
tunc etiam fœminæ in emphyteusi censentur vocatæ, *Sera-
phin. d. dec.*604.

Observa 13. quod si fuerit conventum, ut solutio cano- 51
nis fieret de semestri in semestre, adhuc non incurreretur ca-
ducitas, nisi post elapsum biennium vel triennium, *ut sen-
sit Rota dec.*719. *p.*4. *to.*3. *recent.*

Observa 14. quod caducitas non incurritur ob non solu- 52
tionem laudemii, *Surd. dec.*209. *n.*8. *ubi citat Amad. de Ponte
in q. laudem.*19.

Observa 15. quod caducitas non potest declarari contra 53
hæredem, si non fuit declarata contra ejus auctorem, cùm
in tali casu remissa censeatur, *juxta gloss. fin. communiter re-
ceptam in cap. ultim. de Donat.* ubi etiam dicit, quod feudum 54
non est auferendum filio propter feloniam Patris, si Pa-
tri quæstio mota non fuit *latè Gratian. dec. March.*49. *nu.*12.
& seq.

Limita, quando antecessor non habuit scientiam ca- 55
ducitatis, quia tunc declarari potest per successorem.
*Honded. cons.*51. *n.*29. *lib.*1. *Cacher. dec.*29. *num.*13. *vers. verum-
tamen.*

Limita 2. quando privatio emphyteusis fit ipso jure, vel 56
ex dispositione juris, vel ex forma pacti appositi in investi-
tura: tunc enim indistinctè pœna peti potest contra heredes
*Clar. in §. feudum, qu.*65. ubi loquitur de delicto vasalli notu-
rio, & inexcusabili, *Honded. cons.*51. *nu.*25. *& seq. lib.*1. ubi 57
dicit, quod emphyteuta alienans bona ecclesiæ privatur ip-
so jure sine aliqua sententia; & ideò caducitas propter alie-
nationem hujusmodi a successore, & contra successorem
declarari potest *Bero. cons.*98. *n.*38. *lib.*1. *Corbul. de caus. privat.
ob non solut. canon. ampliat. ult. in fin. quos refert Gratian. d. dec.*
49. *num.*16. *&* 17. *Genuens. de Eccles. cap.*1. *qu.*28. ubi addit,
quod si in concessione feudi ecclesiastici adsit expressum pa- 58
ctum de non alienando feudum tam per vassallum, quàm per
Prælatos, tunc Episcopus non posset remittere caducitatem, 59
nec concedere alienandi facultatem, nec alienationem fa-
ctam confirmare, quia per tale pactum intelligitur acquisi-
tum jus Ecclesiæ, ita ut etiam cum consensu Episcopi, vel
Prælati non possit feudum alienari, *Bero. cons.*122. *n.*8. *& seq.
lib.*1. *Mantic. de Tacit. lib.*23. *tit.*26. *n.*10. subdens, quod si hoc
pactum sit appositum in feudo sæculari, dubium non est,
quin Dominus possit favori suo renunciare, *l. si quis, in con-
scribendo, C. de Pact.*

Observa 16. quod mandatum speciale requiritur ad re- 60
mittendam caducitatem *Affl. decis.*129. *nu.*11. *& seq. Honded.
cons.*55. *n.*86. *lib.*1. *Gratian. dec. March.*49. *n.*25.

Observa 17. quod emphyteuta excusatur a caducitate, si 61
hæreditate Domini jacente labitur biennium, vel triennium
statutum ad solvendum canonem, *Bald. in leg.*2. *in fin. C. de
Jur. emphyt.* ubi dicit, quod si Dominus decessit sine herede,
emphyteuta non solvens excusatur, quia non est cui solvat,
*Alex. qui alios refert in cons.*92. *n.*9. *& seq. lib.*1. ubi etiam dicit, 62
quod quando non requiritur depositio, & consignatio, ut est
regulariter, quando tractatur de effectu non incurrendi mo-
ram, vel pœnam, vel cursum usurarum nondum incepta-
rum, tunc si est cui offeratur, debet offerri, & sufficit sola
oblatio; sed si non est cui offeratur, absque oblatione secu-
rus est debitor. Secus esset, quando necessaria est depositio,
& consignatio, ut est ad impediendum cursum usurarum
jam inceptarum: tunc enim non excusatur debitor, licèt
non reperiatur creditor, cum depositio, & consignatio sine
creditore fieri possit, *l. si per te, & l. si creditrici, C. de usur. la-
tè Honded. cons.*36. *n.*16. *& seq. lib.*2.

Observa 18. quod emphyteusis alicui simpliciter conces- 63
sa, regulariter transit ad filios, & alios descendentes, ipsius
recipientis, *secundùm communem Doctorum sententiam*: quæ
quidem procedit in emphyteusi concessa a Privato, *ut latè
probat Clar. in §. emphyteusis q.*28. ubi etiam dicit, quod hujus-
modi emphyteusis transit ad hæredes extraneos; secus in em-
phyteusi concessa ab Ecclesia: hęc enim regulariter non tran-
sit nisi ad filios, & nepotes tantum, *§. emphyteusim, ubi Bart.
in Auct. de non alien. & resolvit Rot. in Forosempronien. seu Eu-
gubina bonorum emphyteuticorum* 7. *Maii* 1538. *coram Coccino*:
idemque in feudo simpliciter concesso ab Ecclesia dicit
*Bald. in auth. defuncto, nu.*2. *C. Ad Senatuscons. Tertul.* in hoc
tamen Bald. communiter reprobatur: nam in feudo verius
est, ut omnes descendentes masculi in infinitum admittan-
tur, quia de jure communi feudorum descendentes usque
in infinitum succedunt, *cap.*1. *§. quia, in tit. de his, Qui feud.
dar. poss. c.*1. *in tit. de Natur. suc. feud. cap.*1. *§. beneficium, in tit. In
quib. caus. feud. amit.* certum est autem, quod consuetudines
feudorum habent locum etiam in personis Ecclesiasticis, nisi

contrarium caveatur de jure Canonico, *ut tradunt Doctores communiter in c.1.Tit.de His, qui feud.dar.poss.Cur.Jun.de feud.2.par.3.par.princip.n.1.Paris.cons.5.n.30.lib.1. Mant.de Tacit.&c.lib.23.tit.37.nu.3.& seq. Genuens.in tract.de Eccles.cap.1.qu.30.* ubi etiam dicit, quod non valet argumentum de emphyteusi ad feudum, quando in jure feudorum aliud est expressum.

An verò emphyteusis Ecclesiæ concessa pro se, & hæredibus transeat ad hæredes extraneos? Resp. Negativè, quia intelligitur de descendentibus, nisi additum fuerit pro se, & hæredibus quibuscumque, vel pro se, & quibus dederit, vel pro se, hæredibus, & successoribus, tunc enim ad extraneos transiret, *cap.ad aures, de reb.Eccles.alien. Genuens. de Eccles.q.88.& 89. ubi citat Bart.Bald.& Castr.in l.etiam, ff. solut.matrim.Menoch lib.4.præsump.197.nu.13.Carol.Bardell.cons.93.nu.50.& seq.& alios.*

64 Addit *Bart.in l.quicumque 7.Cod.de omn.agr.desert.lib.11.* quod si quis fundum sterilem acceperit in emphyteusim usque ad tertiam generationem, eumque sua industria, & cultura fertilem reddiderit, finita tertia generatione non finitur emphyteusis, sed ad extraneos hæredes etiam transit, licèt in instrumento hoc non dicatur, *quam sententiam sequuntur est Bald.in l.penult.C.de solut.Imol.cons.68.nu.3.Cepoll.cons.25.n.14.* quod etiam in prædiis Ecclesiæ locum habere, tradunt *Cur.sen.cons.47.num.7.& 8.Ruin.cons.131.numer.15.& cons.157.num.13.& seq.lib.1.Bero.cons.83.num.13.& seq.& consil.98.num.12.& seq.lib.1.& alii apud Mant. de Tacit. & ambig.convent.lib.22.tit.19.num.30.& tit.24.num.16.& seq.ubi refert, ita resolvisse Rotam in Clusina exemptionum 12. Februarii 1588.* contrarium tenuit *Roman. in leg.etiam. in princ. num.14.ff.solut.matrim.quem refert, & sequitur in emphyteusi Ecclesiæ, Genuens.in tract.de Eccles.quæst.75.per textum in c.fin.de Pecul.cler.ubi meliorationes factæ a Clerico in rebus Ecclesiæ, ad ipsum spectant sua vita durante, etiamsi dimittat beneficium, non tamen eas ad hæredes transmittit, ut notat Nava.de reddit.Eccles.mon.21.& omnes in dict.cap.fin.*per quem textum corrigitur, *c.2.12.qu.4.* ubi contrarium probari videtur.

Prima tamen sententia æquior est, quia is, qui sua diligentia, & cultura fundum fertilem reddidit, in hoc debet remunerari, ut in perpetuum possit illum retinere, *jux. c. ad aures, de Reb.Eccles.alien.&c.*

65 Quæres, an appellatione filiorum legitimorum, & naturalium in emphyteusi Ecclesiastica contineantur legitimati ab habente potestatem? Resp. affirmativè, quia in tali casu deleta est omnis macula, ità ut dissimiles haud sint legitimis *Alex.cons.70.num.4.lib.6. Rot.coram Seraph.decis.45.per tot.ubi reprobat sententiam Bald.in cap.quæ in Ecclesiarum, num.44. de Const.contrarium sententis, latè Marescot. var.lib.1.c.15.*

66 Quæres 2. an Pater, qui emphyteusim recepit pro se, filiis, & nepotibus, possit in præjudicium filiorum de ea disponere? Resp. quod aut Pater emphyteusim hujusmodi acquisivit ex titulo lucrativo, sive ex liberalitate concedentis, & tunc non potest filiis præjudicare; aut eam acquisivit titulo oneroso, sive ex re ipsius Patris, putà quia ab initio data fuit aliqua quantitas pecuniæ, & deinceps solvatur certa pensio annua, & tunc potest filiis præjudicare, *Bald.in l.1.in fin.C.per quas person.&c.Alex.cons.29.num.4.lib.5.Clar.in §.feudum qu.46. & alii quos refert, & sequitur Rosent.de feudo cap.9.concl.66.Mares.var.lib.1.c.74.nu.2.ubi dicit, hanc opinionem esse communem, & a Rota approbatam:* subdens *n.3.* quod quando bona fuerunt acquisita a Patre titulo oneroso, ex illis debetur legitima filiis tamquam ex bonis profectitiis, *& ita intelligendi sunt DD. apud Cevall.in spec. opin.commun.con.commun.q.326.*

67 Quæres 3. an Emphyteuta vendens partem bonorum emphyteuticorum sine consensu Domini, privetur tota emphyteusi, vel tantummodo parte alienata? Resp. quod amittit tantùm partem alienatam, & in parte non alienata non perdit jus suum, præsertim si concessio facta fuerit ab Ecclesia, *Cuma.in l.quidam in jure, §.1.ff.de Don. quem refert Alex.cons.99.n.27 vol.5.& hanc æquiorem dicit Clar.in §.emphyteusis, q.13.in fin.& ita judicavit Consilium Neap.teste Grammat.dec.49.* ubi etiam dicit, quod vendens partem feudi non privatur toto feudo, sed parte sub pœna caducitatis a contractu, & contentis in eo: quia pactum hujusmodi intelligi debet, ut cadat a contractu in totum, vel in parte, prout emphyteuta per venditionem in totum, vel in parte contravenerit, *ut sensit Rota in Cesenaten.bonorum 3. Februarii 1591. coram Cardinal.Platto, & in Bononien.bonorum 2. Decembris 1596. coram Card. Pamphilio, prout refert Marescot variar. lib.2.cap.14.* ubi etiam dicit, quod prohibitus alienare sub pœna caducitatis, si alienaverit partem bonorum, cadit solum a parte alienata, & non in totum, etiamsi casu alienationis alius vocetur.

Antonell. de Tempore.

S V M M A R I U M.

1 *An Dominus recipiens canonem præteriti temporis, vel futuri, censeatur remisisse caducitatem, & n.5.*

2 *An per solam petitionem canonis censeatur remissa caducitas, & n.8.*

3 *Quando Prælatus recipiendo pensionem censeatur caducitatem remisisse, & n.4.*

6 *An Dominus, qui ob non solutos canones expulit emphyteutam, possit ab eo petere pensiones temporis præteriti.*

7 *An ultimus emptor rei emphyteuticæ teneatur solvere Canones, vel laudemia per ejus auctorem non soluta.*

8 *Per citationem, ad docendum de solutione, an inducatur remissio.*

9 *Receptio Canonis non importat remissionem caducitatis aliunde provenientis, quàm ob non solutum canonem.*

10 *Quid si emphyteuta non solvit per quadriennium, & Dominus recipit solutionem pro duobus annis.*

C A P U T L V I.

An Dominus recipiens pensionem præteriti temporis ab Emphyteuta, censeatur pœnam caducitatis remittere.

COmmunis est, & magis in judiciis approbata senten- 1
tia, quod Dominus recipiens canonem præteriti temporis, remittere videtur caducitatem, *& hanc sententiam tenuerunt Abb.in l.2.num.6.Cod.de Jur.emph.& ibi Jas.nu.128.vers.2.quæro, Salic.in l.commissoriæ, in fin.Cod.de pact.int.empt.& vend.Tiraq.de Retract.conven.§.1.Gloss.2.nu.64.Gig.de Pension.qu.73.n.3. Ruin.cons.119.nu.4.volum.5.& alii apud Surd.dec.317.num.1.& seq.Honded.cons.34.n.85. Mant.de Tacitis, & ambig.convent.lib.22.tit.33.num.3. Barbos.in cap.potuit, nu.117.de locat.* ubi dicit, quod censetur etiam remissa caducitas per receptionem canonis pro tempore futuro, *& veriorem dicit Gratian.discep.for.c.302.nu.11.* quicquid alii contra sentiant.

Ampliatur hæc conclusio, ut censeatur remissa cadu- 2
citas per solam petitionem canonis, sive agatur pro tempore præterito, sive pro futuro, *ut post Salic.in d.l.commissoriæ, vers.& faciunt hæc, quod si Dominus, Ruin.cons.119.n.4.lib.5. Tiraq.de Retract.conven.§.1.gloss.2.n.64.tradit Gratian.discep.for.c.152.n.13.& seq.* ubi dicit, quod tunc solvendo videtur emphyteuta purgare moram, *& c.633.nu.37.& seq.Tiraq.de retract.conven.§.1.gloss.2.n.64.& ita decisum refert Surd.d.decis.317.n.2.& seq.*

Ampliatur 2. etiam in emphyteusi Ecclesiastica: Præla- 3
tus enim recipiendo pensionem censetur caducitatem emphyteutæ remisisse, quando Ecclesia non est collegiata:
nam si esset collegiata, non posset solus Prælatus sine capi- 4
tulo præjudicare Ecclesiæ, *ut dicit gloss.in cap.potuit, ver. expelli, de locat.quam communiter Doctores sequuntur, teste Alex.in cons.105.n.15.lib.3.& cons.5.n.18.lib.5.*

Limita, si Dominus in receptione canonis reservavit sibi 5
expressè jus caducitatis, vel protestatus est, se per hoc non remittere caducitatem, quia tunc non censetur caducitatem remisisse, *gloss.commun.recepta in d.cap.potuit, ver.expelli:* quod procedit quidem, quando Dominus temporis tantùm præteriti pensionem reciperet, secus si reciperet etiam pensionem temporis futuri: tunc enim non obstante protestatione, vel reservatione censeretur remisisse jus caducitatis, cùm videatur incompatibile, quod recipiatur pensio pro tempore post caducitatem decurrendo, & quod salvum sit jus caducitatis, & sic quod quis eodem tempore habeatur pro emphyteuta, & pro non emphyteuta; Unde cùm hujusmodi protestatio, sive reservatio sit contraria facto, non attenditur, *Gig.de Pension.qu.73.in fin.Ruin.cons.110.nu.4.lib.1. Clar.in emphyteusis, qu.10.in princip.ubi de communi, & alii apud Surd.dict.dec.317.n.26.*

Addit *Clar.loc.cit.vers.Quæro nunc &c.* quod si Dominus 6
ob non solutos canones expulit emphyteutam, non potest ab eo petere pensiones temporis præteriti, nisi hoc jus sibi expressè reservaverit: quod secundum communem Doctorum sententiam procedit in emphyteusi privati; nam in emphyteusi ecclesiastica speciale est favore Ecclesiæ, ut possit utrumque consequi, scilicet pensionem exigere, & emphyteutam expellere, *auct.qui rem, C.de Sacros.Eccles.Mant.de Tac.lib.22.tit.27.n.72.Menoch.lib.3.præsump.112.n.26.*

7 An verò ultimus emptor rei emphyteuticæ teneatur solvere canones per ejus prædecessorem, seu auctorem non solutos? affirmat *Fab. in suo C. lib. 4. tit. 42. de Jur. emphyt. def. 14. Mastril. dec. 171. nu. 15. & alii apud Cancer. var. p. 1. c. 11. nu. 92.* ubi etiam dicit, quod talis emptor tenetur solvere laudemia non soluta.

8 Observa tamen, quod per solam citationem, ad docendum de solutione, non inducitur remissio, quia tunc citans soltùm intendit interpellare partem, ut doceat de adimplemento: nisi addantur alia verba, videlicet, aliàs ad videndum relaxari mandatum, quia tunc videtur etiam peti solutio, *ut dict. Gratian. discep. foren. cap. 515. num. 9. & sequent.* subdens, quod ut talis petitio præjudicet, debet intelligi cum effectu, scilicet ut petens consequutus fuerit quod petit; quia emphyteuta requisitus a Domino, ut Canonem solvat, si solvere negligat, dicitur constitutus in nova mora, quæ debet illi præjudicare, *Petr. de Bellapert. in d. l. Commissoriæ, in fin. Castren. in l. 1. nu. 11. & sequen. Cod. de pact. int. empt. & vendit. & alii apud Tiraq. de Retract. conven. §. 1. gloss. 2. nu. 64. in fin.*

9 Observa 2. quod receptio Canonis non importat remissionem caducitatis aliundè provenientis, quàm ob non solu-
10 tum Canonem, *Ciriac. controvers. forens. 266. n. 15.* ubi quod non censetor remissa caducitas, si emphyteuta Ecclesiæ non solvit per quadriennium, & Prælatus recipit solutionem pro duobus annis, quia in tali casu adhuc remanet alterum biennium, pro quo non solvit, sufficiens ad caducitatem, *ut ex communi sententia docet Corbul. in tit. de caus. privat. ob non solut. canon. lim. 21. sub n. 3.*

SUMMARIUM.

1 *Synodus provincialis quolibet triennio, Diœcesana verò quolibet anno celebrari debet, & quinam teneantur ad eam accedere, & n. 12.*
2 *Annus celebrandi Synodum quando currat.*
3 *Ante receptionem pallii Archiepiscopus non potest convocare Concilium provinciale, nec conficere Chrisma, dedicare Basilicas &c.*
4 *Sine auctoritate Metropolitani non licet inferioribus hujusmodi concilium congregare, limitatur n. 5.*
6 *Quinam de necessitate vocandi sint ad concilium provinciale, & n. 7. & 10.*
Quinam habeant vocem decisivam, & qui tantùm consultivam in concilio provinciali, ibidem, & n. 8. 10. & 11.
9 *An omnes Canonici accedere debeant ad concilium provinciale.*
13 *Inter Episcopos, quis ordo servetur in sedendo, vel subscribendo.*
14 *Et quis ordo servandus sit inter Abbates, Dignitates, Canonicos, & alios, & n. 15. & 16.*
17 *Quid si Episcopus subsit duobus Metropolitanis, & eodem tempore vocetur ab utroque ad concilium.*
18 *An Archiepiscopus sine assensu suffraganeorum, & aliorum habentium vocem decisivam possit aliquid statuere in concilio Provinciali.*
19 *Et an Episcopus in Synodo Diœcesana possit constitutiones facere sine assensu cleri.*
20 *Statuta, quæ fiunt in Concilio provinciali, non debent esse contra jus canonicum.*
21 *In hujusmodi statutis rarò imponendæ sunt pœnæ censurarum.*
22 *Qualiter puniantur Archiepiscopi, vel Episcopi negligentes Synodum convocare, & subditi qui ad Synodum accedere recusant.*
23 *Synodus tantum provincialis, non autem Diœcesana, ad urbem transmittenda est, ut ejus statuta approbentur.*
24 *Episcopus ex causa potest Synodum differre, & pluries etiam singulis annis convocare.*
25 *An Episcopo præfixum sit tempus ad visitandam suam Diœcesim, & n. 26.*
27 *Quando Episcopus visitare, & corrigere possit exemptos.*
28 *Quando locus de Diœcesi unius Episcopi, fiat alterius Episcopi.*
29 *An procuratio, quæ Episcopo visitandi debetur, præscribi possit.*

CAPUT LVII.

Quando Synodus Provincialis, vel Diœcesana celebrari debeat.

Statuit Sacrum Tridentinum Concilium, ut Metropolitanus quolibet saltem triennio post octavam Paschæ Resurrectionis D. N. Jesu Christi, seu alio commodiori tempore non prætermittat Synodum in Provincia sua cogere, quò Episcopi omnes & alii, qui de jure, vel consuetudine interesse debent, convenire tenentur nisi legitimè fuerint impediti; item Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subjiciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant, in cujus Synodo provinciali cum aliis interesse teneantur; synodus verò Diœcesana quotannis celebrari debeat, *ut in sess. 24. de ref. c. 2.* 1

Annum verò celebrandi synodum non a die captæ possessionis Episcopatus, sed a die synodi ultimo loco celebratæ currere, dicit *Massobr. in prax. haben. concurs. requis. 12. Barbos. de off. & pot. Episc. all. 60. numer. 50. & de off. Paroch. cap. 2. n. 60. & 61.* 2

Observant autem DD. quod Archiepiscopo non licet convocare concilium provinciale ante receptionem pallii, quemadmodum nec potest tunc conficere chrisma, dedicare Basilicas, ordinare Clericos, nec Episcopos consecrare, *juxta text. in cap. quod sicut, §. super eo, de Elect.* 3

Observant 2. quod sine auctoritate Metropolitani non licet inferioribus hujusmodi Concilium congregare, *cap. pro-* 4
pter, dist. 18. nisi Metropolitanus legitimo detineatur impe- 5
dimento, quo casu Coepiscopus antiquior Concilium convocat, *ut in Concilio Tridentino loc. cit.* vel nisi vacaret sedes Metropolitana: quia tunc Episcopi provinciæ se congregare possunt ad illud celebrandum, *Archid. & Gemin. in c. placuit, 18. dist. Henri. Botteus de Synod. Epis. p. 1. n. 43. & alii apud Quarant. in ver. Concilium provinciale, n. 2.*

Observant 3. quod de necessitate vocandi sunt ad Concilium provinciale Episcopi, & alii Ordinarii locorum habentes Episcopalem jurisdictionem, *c. si Episcopus, dist. 28.* aliàs non tenentur ire, nisi in præcedenti Concilio fuisset deliberatum de futuro celebrando cum assignatione loci, & temporis vel nisi essent vocati per edictum generaliter, *Card. Jacobat. in Tract. de Concilio lib. 2. art. 4. qu. 5. fol. 102. quem refert. Quarant. loc. cit. nu. 3.* ubi addit, quod tam Suffraganei, quàm Abbates, seu Commendatarii, & alii jurisdictionem Episcopalem exercentes habent vocem decisivam in Concilio Provinciali. 6

Item capitula cathedralium specialiter invitanda esse, constat *ex cap. fin. de His, quæ fiunt a Prælat. & declaravit Gregor. XIII. teste Piasec. in Prax. Episc. p. 2. c. 2. tit. de synod.* ubi etiam dicit, quod in hoc sufficit unica monitio, *juxta gloss. in cap. si Episcopus, dist. 18.* non tamen habent vocem decisivam, sed tantùm consultivam; quemadmodum nec vocem decisivam habent Abbates, seu Commendatarii, qui jurisdictionem Episcopalem non exercent, etiamsi utantur insignibus Episcopalibus, videlicet mitra, & baculo, & aliis Pontificalibus ex privilegio Apostolico, cùm habere vocem decisivam sit actus jurisdictionis, *ut dict. Quaran. loc. cit. n. 3. & ut declaravit Greg. XIII. prout refert Piasec. ubi supra, vers. Quintò Abbates, &c.* 7

Sede verò vacante Capitulum Cathedralis vocem decisivam habet, quia succedit in jurisdictionem Episcopi, *Piasec. d. p. 2. c. 2. n. 1. vers. Habet autem, Quaran. loc. cit. d. n. 3. vers. si tempore celebrationis.* 8

Notandum est autem, quod non omnes Canonici accedere debent ad Concilium provinciale, ne Ecclesia patiatur detrimentum in Divinis, *arg. c. ult. de cler. non resid. Sylv. in ver. Concilium, n. 9.* & ideò sufficit, si mittantur procuratores, vel Nuncii, *juxta c. fin. de His, quæ fiunt a Prælat.* vel Deputati, *juxta declarationem Greg. XIII. quam refert Piasec. loco supra cit.* 9

Notandum 2. quod Capitula Collegiatarum quasi Episcopalem jurisdictionem habentia ad Synodum sunt vocanda, *ut censuit sacr. Congregatio apud Piasec. d. p. 2. vers. Capitula etiam*: & tunc ratione hujusmodi jurisdictionis habebunt vocem decisivam, *ut post Campeg. in tract. de Auctor. Sac. Conc. cap. 7. & 15. tradit Quarant. in d. ver. Concilium provinciale, n. 3.* 10

Notandum 3. quod Episcoporum procuratores possunt, si Concilio Provinciali placuerit, vocem decisivam habere, *ex declaratione Gregorii XIII. apud Piasec. d. c. 2. vers. Quintò Abbates.* 11

Quæres, an Abbates jurisdictionem Episcopalem intrà 12

fines

fines provinciæ exercentes, a quorum sententiis non ad Archiepiscopum, sed immediatè ad sedem Apostolicam appellatur, teneantur ad Concilium provinciale accedere? affirmat *Quaran. in d. ver. Concilium provinciale, n.3. vers. an autem &c.* quemadmodum Episcopi exempti, a quorum sententiis ad Summum Pontificem appellatur, tenentur eligere aliquem vicinum Metropolitanum, *ex decreto Concilii Trid. d. sess. 24. c. 2.*

13 Observant 4. quod Episcopi secundùm ordinationis suæ tempus sive ad concedendum, sive ad subscribendum loca tenere debent, in hoc enim non attenditur dignitas, aut ordo Ecclesiarum, *c. fin. 17. dist.* primus verò locus Metropolitano debetur, *c. placuit, 18. dist.* quemadmodum aliis etiam præferendus est Episcopus, qui in Concilio, Metropolitani locum tenet, etiamsi post alios Episcopos fuerit ordinatus, *glossa in c. fin. 17. dist. Quarant. in ver. Concilium Provinciale, n.9.* subdens, quod Archiepiscopus sive Titularis, sive aliàs provisus, ac translatus ad Ecclesiam suffraganeam in Synodo Provinciali sedere debet immediatè post Metropolitanum in memoriam Archiepiscopalis dignitatis, & sic precedere debet aliis Episcopis antiquioribus, *argum. textus in leg. 1. ff. de Alber. scrib.*

14 Post Episcopos sedent Abbates, & alii Prælati habentes Populum, & territorium proprium: jurisdictionemque Episcopalem exercentes intra ambitum ipsius Provinciæ, *Quaran. loco citato numer. 3. ubi citat Petr. de mont. in tract. Monarch. Conc. q. 5. num. 4. Campeg. in Tract. de auctor. Sacr. Conc. cap. 7.* isti enim dicuntur ordinarii locorum, ac cæteris Prælatis inferioribus sunt præferendi, *arg. text. in c. 1. de ætat. & qual.*

15 Canonici verò Ecclesiarum Cathedralium capitulariter sedentes precedunt Abbatibus non habentibus Episcopalem jurisdictionem; Item Abbates benedicti, & qui usum mitræ habent, præcedunt commendatariis: post hos locum obtinere debent Dignitates, postea collocandi sunt procuratores, *juxta declarationem Greg. XIII. apud Piasec. d. p. 2. cap. 2. vers. capinnt postmodum, & vers. seq.* ubi etiam dicit, quod omnes Clerici sæculares præcedere debent Regularibus, quia cetus clericorum secularium nobilior est cætu Monachorum, *secundum glos. fin. in c. qualiter, & quando de accusat.*

16 Notandum verò est, quod Capitulum sede vacante præferri debet Abbatibus, & aliis Prælatis habentibus Episcopalem jurisdictionem, quia tunc dicitur pro Episcopo, in cujus jurisdictionem successit, *Quarant. in ver. Capitulum sede vacante, q. 5. Ric. in Prax. p. 1. resol. 226. & p. 4. resol. 271. & 274. & alii apud Dian. p. 8. tr. 4. res. 22.*

17 Observant 5. quod si Episcopus subsit duobus Metropolitanis ratione duorum Episcopatuum unitorum, & eodem tempore vocetur ab utroque ad concilium, tunc accedendo ad unum potest mittere procuratorem ad aliud, *Quaran. ubi supr. n. 6. vers. Decimoquinto quæro.*

18 Observant 6. quod nihil statuere potest Archiepiscopus in concilio provinciali sine consilio, & assensu suorum suffraganeorum, & aliorum habentium vocem decisivam, vel majoris partis ipsorum, *c. sicut olim, ubi DD. de accusat.* aliàs statuta non ligarent subditos totius provinciæ, sed tantùm subditos Diæcesis suæ, *c. Romana, de sent. excomm. in 6. ita Sylv. in ver. Concilium, n. 10. Abb. in c. 1. n. 14. de Jud. Card. Jacob. in d. tract. lib. 5. art. 11. fol. 292. & alii apud Quarant. in dict. ver. Concilium provinciale, n. 10.* ubi, quod Suffraganei Episcopi in cognoscendo sunt conjudices, in diffiniendo sunt Assessores, quia ipsi principaliter non sententiant, sed assistunt sententianti.

19 In Synodo verò diœcesana Episcopus tantùm est Judex: unde potest facere constitutiones absque consensu, & approbatione Cleri; debet tamen requirere consilium Capituli, licèt illud non teneatur sequi, nisi in casibus a jure expressis, *ut declaravit Sac. Congregatio teste Piasec. prax. Episc. d. p. 2. cap. 2. num. 8.*

20 Observant 7. quod statuta, quæ fiunt in Concilio provinciali, non debent esse contra jus canonicum, *c. institutionis, 25. q. 2. c. quod super, de Major. & obed.* potest tamen Concilium provinciale statuendo adjuvare commune, scilicet apponendo penam, ubi jus non imponit, vel augendo penam a jure impositam, *c. fin. de eo, qui furt. ord. susc. c. 2. de const. in 6.*

21 in hujusmodi verò statutis raris imponendæ sunt penæ censurarum, ne ex frequentia contemnantur, *ut post Panor. in c. clericos, notab. 2. de Cohab. cler. & mulier. advertit Quaran. loco cit. n. 13.*

22 Observant 8. quod Metropolitani, & alii Episcopi negligentes synodum provincialem, vel Diæcesanam convocare, a sui executione officii suspendendi sunt, *c. sicut olim, de accusat.* Subditi verò, qui ad hujusmodi synodum accedere recusant, per censuras ecclesiasticas sunt compellendi, *c. quod super his, de major. & obed.*

Observant 9. quod synodus tantùm provincialis, non au- 23
tem Diœcesana, ad Urbem transmittenda est ut ejus statuta prius recognoscantur, & approbentur a Sacra Concilii Tridentini congregatione, *ut eadem Sac. Congreg. declaravit teste Quarant. in ver. Synodus Diæcesana, vers. Verum an sicuti &c.*

Observant 10. quod Episcopus ex causa potest synodum 24
differre, putà ingruentibus bellis, epidimia, & similibus calamitatibus, non tamen propter impedimentum proprium, videlicet infirmitatis, legitimæ absentiæ, & hujusmodi, quia tunc poterit synodum convocare saltem per suum Vicarium, vel alium substitutum, *Gavan. in prax. Synod. Diœces. c. 2. annot. p. n. 6. in fin. quem refert Jord. Elucubr. divers. lib. 8. tit. 2. n. 39.* ubi addit, quod ex causa potest etiam Episcopus pluries singulis annis synodum convocare.

Quæres, an Episcopo præfixum sit tempus ad visitandam 25
propriam Diæcesim? Resp. affirmativè, *ex Concilio Tridentino sess. 24. de ref. c. 3. ubi, Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Episcopi propriam Diæcesim per se ipsos, aut si legitimè impediti fuerint, per suum generalem Vicarium, aut Visitatorem, si quotannis totam, propter ejus latitudinem visitare non poterunt, saltem majorem ejus partem visitare debent, ità tamen, ut tota biennio compleatur.*

Observant tamen Doctores Episcopum non teneri præci- 26
sè intra dictum tempus expedire visitationem, sed Concilium id reliquisse arbitrio ejusdem Episcopi: quod tamen debet esse moderatum, & discretum, *& ita censuit Sac. Congr. teste Piasec. in prax. Episc. p. 2. c. 3. n. 1.*

Notandum est etiam, quod Superioribus exemptorum mo- 27
nasteriorum, in quibus viget regularis observantia, sex menses præscribuntur a die admonitionis Episcopi, ad visitandos, & corrigendos suos subditos: aliàs elapso dicto tempore Episcopus eos visitare potest, & corrigere, juxta *Concilium Trid. sess. 21. de reform. c. 8. & notat etiam Jord. lib. 14. tit. 24. de præscrip. n. 291. & seq.* ubi id intelligit pro illa vice tantum, & non ultra, *per textum in l. bover, §. hoc sermone, ff. de verb. signif.* ea verò monasteria, in quibus non viget regularis observantia, Episcopus annis singulis visitare debet, nec tenetur ad hunc effectum ullam præmittere monitionem, *ut in d. Concilio c. 8. in prin.*

Simile sex mensium spatium Episcopo ad revocandum 28
locum suæ diæcesis ab infidelitate, vel hæresi ad Catholicam unitatem præscribitur a die factæ sibi monitionis ab aliquo ex vicinioribus Episcopis: quo tempore elapso cadit a jure suo, si negligens fuerit, & locus fit de diæcesi alterius Episcopi, qui prædictum locum ad orthodoxam fidem reduxerit, *cap. placuit, ut quicumque 16. q. 3.*

Addit *Ric. in prax. for. Eccles. p. 4. resol.* 155. quod procura- 39
tio, quæ Episcopo visitanti debetur, præscribi potest, idque probat ex *Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 3. ibi, in iis verò locis, seu Provinciis, ubi consuetudo est, ut nec victualia, nec pecunia, nec quicquam aliud a visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant, ibi id observetur:* per quod corrigitur textus *in c. cùm ex officii, de præscrip.* ubi contra procurationem, quæ debetur propter visitationem, non currit præscriptio.

S U M M A R I U M.

1 *Mater tenetur filium lactare intra triennium: limitatur n. 3. 4. & 5.*
2 *Et an mater intra dictum tempus teneatur filio subministrare vestes, & alimenta, si infans a lacte abstineat.*
3 *Quando mater, quæ aluit filium, possit expensas a Patre repetere.*
6 *Illegitimi quoad jus alimentorum redacti sunt instar legitimorum.*
7 *Explicatur textus in cap. cùm haberet, extr. de eo qui dux. in matrim. &c.*
8 *Exacto triennio educatio spectat ad Patrem: limitatur num. 9.*
10 *Mater dives quando teneatur dotare filiam, & qualis debeat esse dos in tali casu.*
11 *Mater hæretica, vel Judæa favore Religionis tenetur dotare filiam orthodoxam.*
12 *Mater non tenetur dotare filiam divitem.*
13 *Quid si pater promittat dotem de proprio, & patrimonio filiæ.*
14 *An a sententia lata in causa alimentorum detur appellatio.*
15 *Privilegia, quæ tribuuntur alimentis, procedunt in futuris, non autem in præteritis.*

16 *An valeat transactio super alimentis futuris sine auctoritate Prætoris, & n.17.*
18 *Explicatur textus in l. de alimentis C. de Transact.*
19 *Qualiter alimenta præstentur.*
20 *An mater possit repetere a Patre alimenta, quæ exacto triennio præstitit filiis.*
21 *Quid si conjuges postea separentur, aut in totum matrimonium dissolvatur.*
22 *Filio nondum in lucem edito Pater necessaria ministrare debet.*
23 *Quid si uterque parens filium alere non possit.*
24 *A tutela ad educationem non rectè sumitur argumentum.*
Penes quem pupillus educari debeat, ibid.

CAPUT LVIII.

Quando filius sit alendus a matre, & quando a Patre.

1 Communis est conclusio, quod mater tenetur filium lactare intrà triennium, *l.pen. ubi glos. & DD. C. de Patr.Pot.* quod quidem videtur conforme juri naturæ, quæ omnia animalia docuit, ut proprios partus alant, dum lacte vivunt, *ut observat etiam Surd.de alim.tit.1.qu.14. num.2. Bald.in d.l.pen.* ubi dicit, quod usque ad triennium puer alitur lacte, & ideò intra dictum tempus non pater, sed mater eum alere debet.

2 Et hoc procedit non solùm respectu nutrimenti lactis, sed etiam aliarum rerum, quæ sunt necessariæ pro pueri educatione; unde mater intrà triennium tenetur filio subministrare vestes laneas, & lineas, & similia, atque etiam alimenta, si infans a lacte abstineat, *Peregr.de jur.fisc.lib.3. tit.18.num.62.quem refert Cancer.var.res.lib.1. cap.16. num.14.* quamvis contrarium teneant *alii apud Didac.Narbon.de ætat. ad omn.human.act.requisit.in ver. Annus tertius, qu.1.num.6.* ubi, quod mater quidem tenetur lactis nutrimentum ministrare, sed ad cœteros sumptus etiam intra id tempus compellendus est pater.

3 Limitatur tamen hæc conclusio, quando mater ita est inops, ut propriis manibus victum quærere cogatur, quia tunc pater tenetur dare nutricem filio etiam intra triennium, aut matrem alere, *Bald.in d.l.penult.C.de Pat.potest.& alii apud Cancer.loc.cit.n.13.& 14.* ubi etiam dicit, matrem inopem, quæ lactavit, seu aluit filium intra triennium, posse expensas a Patre repetere: quod procederet, si de hoc mater fuerit expressè protestata, *leg.Nesennius, ibi, quid enim, si etiam protestata est, ff.de Neg.gest.gloss.fin.in cap.cum haberet, de eo, qui dux.in matrimon.latè Mascard. de Probat.conclus.76.* ubi etiam dicit, quod in dubio alimenta a matre filio præstita jure sanguinis præsumuntur donata, & non animo repetendi data, nisi mater tamquam tutrix, vel alio jure administraret bona ipsius filii, *per textum in leg.2.C.de Neg.gest.dict. leg.Nesennius, ff.eod.*

4 Limitatur 2. quando mater lacte caret, vel alio quovis modo ad nutritionem inepta redditur, *ut dict.Narbon. loco cit.dict.q.1.n.9.* idemque dicendum, si esset nobilis, & consuetudo sit, quod filii nobilium per nutrices educentur, quia tunc etiam spectat ad Patrem onus alendi filium intra triennium, *secundum Bald.loc.cit.Surd.de alim.tit.1.q.14.nu. 7.Aret.in §.1.inst.de jur.natur.&c.n.12.*

Contraria tamen sententia verior videtur, quia cùm onus alendi intra triennium sit injunctum matri, per consequens tenetur ipsa necessarias impensas facere pro filio alendo, seu nutriendo, *ita Peregr.loco cit.Cancer. d.l.1. cap. 16.nu.14.*

5 Limitatur 3. in filio illegitimo, ad cujus alimenta pari obligatione sunt obstricti pater, & mater, etiam intrà triennium, *ut colligitur ex capitul.cum haberet, in fin extr.de eo, qui dux.in matr.&c.* ubi sancitur, quod uterque parens liberis suis necessaria subministret, *& ita sensit Abb.ibidem, n.9. Spec.in tit. Qui fil.sint legit.Masc.d.concl.76.n.4.*

6 Contraria verò sententia mihi semper placuit, quia illegitimi quoad jus alimentorum redacti sunt instar legitimorum; & ideò distinctio in eis servanda est, quæ obtinet, in legitimis, *ità Surd.ti.1.q.14.n.6.*

7 Nec obstat *tex.in d.c.cùm haberet*, ubi onus alendi filios illegitimos tam matri, quam patri injungitur: quia hoc intelligitur non ordine conjunctivo, seu successivo, *ut post Peregr.& alios notat Barbos.ibid.n.7.*

8 Exacto triennio educatio spectat ad Patrem; *l.fin.C.de Patr.pot.* nisi pater sit inops, & mater dives, quia tunc onus alendi spectat ad matrem, *Papien.in form.libell. pro legat. rei sing.n.83.Surd.d.q.14.n.9.& alii communiter*, & de filio illegitimo tradit *Barbos.in d.cap.cum haberet, nu.7.de eo, qui dux.in matrim.&c.* quemadmodum mater dives tenetur dotare filiam, quando pater solvendo non est, *l. neque mater, ubi Bald.C.de Jur.dot.Bart.in auct.res, quæ nu.4.C.commun.de leg. Cephal.cons.5.n.63.vol.1.Alex.in l.1.n.21.ff.solut.matrim.* ubi, quod dos in tali casu respõdere debet quantitati alimentorũ, 11 sed contrarium videtur verius, quia cùm mater ad ejusmodi onus teneatur in defectum patris, eo modo tenetur dotare, quo pater cogebatur, *Rip.in d.l.1.num.79. quem refert, & sequitur Surd.de Alim. d.tit.1.qu.14.num.16.* ubi addit, quod mater hæretica, vel Judæa favore Religionis tenetur dotare filiam orthodoxam, etiamsi Pater esset dives, ita, ut hoc casu patris, ac matris obligatio concurrat, sive Pater sit catholicus, sive Judæus, vel hæreticus, *per textum in l.cognovimus, C. de Hæret.*

Observa tamen, quod mater non tenetur dotare filiam 12 divitem, licèt secus sit in Patre, *Rip.loco cit. Surd.d.qu.14. num.16.*

Observa 2. quod Pater promittens dotem de proprio, & 13 patrimonio filiæ, de suo tenetur, quatenus facultates suæ patiuntur; sed quatenus vires suas excessit, de patrimonio filiæ debet fieri præstatio; & si quidem pater penitus inopia laborat, ad nihil tenebitur, quia tunc juris præsumptione non intelligitur promisisse de suo, *l.fin.ubi Bald.C.de dot. promiss.*

Notandum est autem, quod sententia lata in causa ali- 14 mentorum non admittit appellationem suspensivam, sed tantum devolutivam, *Papien.in form.libell. pro legat. rei singul.nu.85.per l.fin.ff.de Appell.recip.Rot.in Romana status, & alimentorum 17.Octobris 1552.coram Capisucco, prout refert Caputaque dec.145.p.3.latè Scac.de Appell.qu.17.limit.7.* nec 15 auditur appellans, nisi prius solvat alimenta, *ut decisum refert Surd.de Alim.tit.8.privil.96.num.1.* quod intellige in alimentis præsentibus, & futuris, quia quoad alimenta præterita omnis favor cessat, *Thes.dec.44.n.1.Guid.Pap.dicta dec.145. par.3.& dec.30.p.1.Scac.loco cit.n.14.Dec.in l.de alim.nu.10.C. de Transact.* ubi etiam dicit, quod omnia alia privilegia, 16 quæ tribuuntur alimentis procedunt in futuris, non autem in præteritis, hujus rei ratio est, quia ex futuris alimentis pendet vita hominis, non ex præteritis, *Bald.in d.l.de alimentis*, unde super præteritis alimentis liberè transigitur, super futuris verò auctoritas prætoris requiritur, alias transactio est nulla, *ut est textus in d.l.de alimentis, C.de Transact.* nisi hujusmodi transactio esset jurata, vel promissa a testatore, vel cederet in utilitatem transigentis, quia tunc valeret, *Alex. cons.11.n.14.lib.2.Dec.in d.l.de alimentis, n.12.*

Observa tamen, quod quando alimenta debentur ex con- 17 tractu, non requiritur auctoritas Prætoris: quia dispositio *dict.l. de alimentis*, requirentis decretum Judicis in transa- 18 ctione super alimentis futuris, locum habet, quando alimenta relicta sunt in ultima voluntate, *l.cùm hi, ff.de Transact.gl.in d.l.de alimentis, ubi etiam Dec.n.12. vers. tertiò regula procedit, C.eod.tit.*

Notandum 2. quod alimenta præstantur secundùm pra- 19 xim receptam, vel singulis annis, vel singulis trimestribus, aut quadrimestribus, vel etiam breviori tempore arbitrio Judicis, *latè Surd.de Alim.tit.4.q.17.per tot.*

Notandum 3. quod si mater exacto triennio præstiterit 20 alimenta filiis, potest illa repetere a Patre, & ab aliis, ad quos alendi onus spectabat, etiam nulla facta protestatione, *Menoch.de arbitr.Jud.cas.88. numer.23. Ruin. consil.171. n.2.lib.1.Natt.cons.108.Gratian.discep.forens.c.959.nu.15.*

Notandum 4. quod si causa cognita conjuges posteà sepa- 21 rentur, aut in totum matrimonium dissolvatur, tunc uterque parens communibus impensis partum educare etiam intrà triennium tenetur, secundùm *Didac.de Narbon.loco cit.d. q.1.n.10.& 11.* ubi subdit, quod si alterius tantùm conjugis causa, aut delicto separatio contingeret, tunc ipse solummodò ad expensas nutritionis adstringeretur.

Notandum 5. quod filio nondum in lucem edito, sed 22 adhuc in matris alvo existenti Pater necessaria ministrare tenetur, etiamsi mater dives sit, *idem Narbon. ubi supra num.7.*

Notandum 6. quod si ambo parentes ità abjectæ fortu- 23 næ, vel tenuis substantiæ fuerint, ut nequeant filium alere, tunc a Rep. talis filius ali debet, *secundùm Alphons. de Lara, quem refert, & sequitur Didac. de Narbon. loco supra cit. in ver. annus 3.d.qu.1.num.12. per tex. in l.1. § generaliter, de ventr.in poss.mitt.*

Notandum 7. quod a tutela ad educationem non rectè su- 24 mitur argumentum, potest enim alius esse tutor, & alius educator; unde quando lex de Tutore non confidit, ut quia sit proximior pupillo in successione, *ut in l.1.ff. ubi pup.educ. deb.*

deb.& l.fin.C.eod.tit. pupillus non a Tutore, sed penes matrem educandus est, nisi ad secunda vota transiverit, *l.1.& ibi.Sali.C.eod.tit.ubi pup.educ.deb. Guid.Pap.decis.530.num.3. Rot.dec.255.p.6.Recen.* tutor tamen tutela ob id privari non debet, *gl.ult.in d.l.fin. C.ubi pup.educ.deb. Guid.Pap. d. decis. Pap.d.dec.539.n.3.Grav.cons.190.n.7. Surd.de Alim.tit.4.q.13. n.17.& 30.cum seq.*

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio peti, ac terminari debet intra quadriennium, & n.8.& 13.*
2 *Restitutione in integrum pendente nihil est innovandum.*
3 *Et an ea pendente executioni demandari possit sententia, quæ transivit in judicatum, & n.4.*
5 *Restitutio petita contra Principis sententiam non habet effectum suspensivum: limitatur n.7.*
6 *Quando cesset præsumptio malitiæ.*
8 *Quadriennii tempus an competat etiam majoribus 25. annorum.*
9 *Quid si minor 25. annorum per statutum reputetur major.*
10 *Quinam gaudeant jure minoris quoad consequendam restitutionem.*
11 *In quo differat Ecclesia a minore, & a majore quoad petendam restitutionem, & n.12.*
A quo die currat tempus petendæ restitutionis, ibidem num.11.
13 *Quando elapso quadriennio competat restitutio in integrum, & n.15.& 16.*
14 *Notoria injustitia qualiter intelligatur.*
15 *Quando restitutio in integrum competat usque ad 30. annos, & n.25.*
16 *An tempus quadriennii currat Ecclesiæ durante prælatura illius, qui malè alienavit.*
17 *Quid probare debeat petens restitutionem ratione minoris ætatis.*
18 *An læsio modica sufficiat ad petendam restitutionem.*
19 *Quando minor præsumatur læsus non constito de læsione, & n.20.21.22.23.& 24*
20 *Quando minor non appellans a sententia condemnatoria restituatur in integrum, & quando non.*
22 *Adversus omissam probationem tam Ecclesia, quàm minor, ac mulier restituitur absque probatione læsionis.*
24 *Minor restituitur ad rem, quæ fuit majorum suorum.*
25 *Quando quis possit quandocunque restitutionem petere.*
26 *An minori, qui asseruit se majorem, sit concedenda restitutio.*
27 *Qualiter restituantur minores ob rem viliùs venditam.*
28 *An adversus tres sententias conformes detur restitutio, & an tunc impediatur executio.*
29 *Quadriennium ad petendam restitutionem adversus tres sententias, a die ultimæ sententiæ computari debet.*
30 *Restitutio an detur hæredibus majoribus ipsius minoris, & quando tempus restitutionis eo casu currat, & n.31.*
31 *Quando hæreditas non adita transmittatur, & quando non.*
32 *An restitutio concedatur minori ad litem venienti post lapsa tempora cum majore, cui successit.*
33 *Quid si statutum loci disponat, quod Adolescens excedens 20. annos habeatur pro majore, & ab anno 20. usque ad 25. lædatur in causa.*
34 *An is, qui veniam a Principe impetravit, si lędatur, possit petere restitutionem.*
35 *Quid sit impetratio veniæ ætatis.*
36 *An requiratur speciale mandatum ad petendam restitutionem, & nu.37.*
38 *Quando restitutio impetrata per minorem prosit majori, & num.39.*
40 *Quando appellatio unius prosit alteri.*
41 *An minor contra alium minorem restitui possit.*
42 *Coram quo petenda est restitutio in integrum, & num.44. & 45.*
43 *Quando clerici laicos coram Ecclesiastico Judice convenire possint.*
46 *An qui restituatur adversus contractus, quos fecit post 25. annos.*
47 *An, & quando filius ad hæreditatem Patris a se repudiatam redire possit.*
48 *An restitutio sit concedenda minori ex capite ignorantiæ in materia retractus.*
49 *An in restitutione attendatur bona, vel mala fides.*
50 *An restitutio in integrum impediat executionem jam cœptam, & quando dicatur cœpta executio.* Antonell. de Tempore.
51 *An per restitutionem in integrum retardetur executio obligationis cameralis.*
52 *An detur restitutio adversus lapsum quadriennii.*
53 *Post obtentam restitutionem in integrum debet intra annum intentari rescissoria.*

C A P U T   L I X.

Intra quantum tempus restitutio in integrum peti debeat.

RESp. quod restitutio peti, ac termioari debet intrà qua- 1
driennium, *c.1.de rest.in integr.in 6.leg.fin.C.de Temp.*
in integr.rest. qua pendente nihil est innovandum, donec res 2
finiatur, *l.un.C.in integr.rest.postul.* quia restituere in inte-
grum est reducere rem in eum statum, in quo erat læsio,
gl.in cap.auditis, ver.contra reliquam, de in integr. rest. Unde 3
nec potest sententia executioni demandari, etiamsi transie-
rit in judicatum, *Maran. de Ord.Judic. p.6.tit.de Appell. nu.*
96.Gravat.ad Vestr.lib.8.c.3.n.25.Barbos.in cap.suscitata, nu.2.
de in integr.rest.Coccin.dec.202.n.2. nisi contra petentem resti- 4
tutionem esset præsumptio malitiæ: tunc enim exequutio
non impeditur, præstita tameo cautione de restituendo, si
petens restitutionem obtinebit, *ut in dict. c.suscitata.* Unde 5
restitutio petita contra Principis sententiam non habet effe-
ctum suspensivum propter hujusmodi præsumptionem mali-
tiæ, *ut dict. Maran.loc.cit.d.par.6.tit.de Appell.nu.97. & alii*
apud Barbos.in d.c.suscitata, n.3.de in integr.rest. cessat verò 6
hæc præsumptio, ubi causa restitutionis est evidens, & tunc 7
suspenditur exequutio sententiæ etiam latæ a Principe, *ut*
post Abb.in cap.cum ex litteris, de rest.in integr. Host.in summ.
eodem titul.§.An executio sententiæ &c. Bald.in leg.pen.ff. de
Auct.tut.tradit Afflict.dec.356. ubi idem dicit, quando exe-
cutio esset irretractabilis in causa criminali.

Hoc autem quadriennii tempus ex æquo competit Eccle- 8
siæ, ac minoribus 25. annorum, atque aliis, qui gaudent jure
minoris: immo etiam majoribus, qui similiter restituuntur
ex causis enumeratis *in leg.1.& tot.tit.ff. Ex quibus caus.major.*
sive læsio sit respectu contractus, sive respectu senteotiæ, si-
ve respectu temporis ultra quadrienniom, sive minus qua-
driennio, *clem.1.de rest.in integr. Gravat. ad Vestr. lib.8.c.3.n.*
23.& ita decisum refert Afflict. decis.175. Maran. de ord.Jud.
par.6.tit.de Appell.nu.80.latè Cevall.in Spec.opin.commun.con.
comm.q.50.nu.3. quod procedit, etiam si minor 25. annoruoi 9
per statutum reputetur major, quia nihilominus restituitur,
Villal.relatus in syntag.opin.commun.loco 11.de judic.ti.5.cap.1.
in princ.ubi de comm.

Gaudent verò jure minoris, quoad consequendam resti- 10
tutionem, Capitulum alicujus Ecclesiæ, Fiscus Universita-
tes, Hospitalia & alia loca pia, collegia scholarium, mulie-
res, miserabiles personæ, ac Rustici, qui non potuerunt
consulere peritiores, *Maran. d.p.6.ti.de Appell. nu.78.& seq.*
& alii, quos refert Barbos.in c.1.num.5.& seq.de in integr.rest.
ubi addit, quod litterarum studiosi possunt restitutionis be-
neficium postulare, si eis in studio existentibus res fuerit
præscripta.

Io hoc tamen differt Ecclesia a minore, & a majore, 11
quia Ecclesiæ currit tempus a die læsionis, *clem.1.de rest.in*
integr. minori verò currit io principio 26. anni ætatis suæ, sci-
licet cum factus est major: & majori læso tempore absentiæ
currit post reversionem *leg.fin.C.de Tempor.in integr.rest.* po-
test tamen hujusmodi restitutio implorari etiam durante mi-
nori ætate, *l.minoribus, C.de in integr.rest.minor.*

Item differt Ecclesia a minore, quod Ecclesiæ competit 12
restitutio ex capite, ignorantiæ, vel ex alia justa causa adver-
sus præscriptionem etiam post 40. annos intrà quadriennium,
Rot.dec.428.n.1.par.1. Divers.Grav.ad Vestr.lib.8.c.3.num.24.
Mascar.loco ci. minori verò noo nisi post 30. ut *tradunt, DD.*
relati in syntag.opin.commun.loco cit. d.ti.5.cap.3.& 4. & alii
apud Cancer.var.lib 2.c.1.n.257.

Observa tamen, quod etiam elapso quadriennio aliquan- 13
do competit restitutio putà, si probetur deceptio, vel malitio-
sus tractatus, vel notoria injustitia, aut alia rationabilis
causa subsit, *c.1.& 2.de rest.in integr.in 6. Coccin. dec.445.n.7.*
Gratian.discep.forens.cap.907.num.14.& 15. ubi dicit, quod 14
notoria injustitia debet esse evidens, quæ constet ex actis,
ita, ut nullam habeat disputationem, aut offuscationem, &
sit adeò patens, & manifesta, ut non possit esse aliquo mo-
do dubia, aut aliter velata. Unde si quod impedimentum
intra quadriennium supervenerit, vel constaret de enormis-
sima læsione, tunc, sive Ecclesia, sive minor sit qui taliter
læsus fuerit, restituendus est lapsu quadriennii non obstante,

gloss.in c.auditis, ver.iure minoris, de in integ.rest.Gratian.disc.
for.c.148.n.19.& alii apud Barbos.in d.c.1.n.16.de in integr.rest.
& tunc usque ad 30. annos competit restitutio, secundum Co-
var.lib.1.res.c.5.nu.10.& seq.Cost.in repet.l.Gallus §.& quid si
tantum, n.85.ff.de liber.& posth.quos refert, & sequitur Cancer.
var.lib.2.c.1.nu.240. quibus Adde Rot.dec.540.p.4.to.3.in recen.
ubi quod in Curia, & ex antiquo Rotæ stylo restitutio in in-
tegrum non impeditur per lapsum quadriennii: & dec.284.
n.55.p.6.Recen. ubi, quod suprema tribunalia non attendunt
lapsum quadriennii.

16 Addunt alii, quod si ultra quadriennium supervixit Præ-
latus, qui malè alienavit, tunc locus est restitutioni etiam
post lapsum quadriennii, cùm subducatur tempus Prælati
alienantis, donec vixerit, gl.in c.1.de rest.in integ.& in cap.1.
in fin.eod.ti.in 6.Alex.cons.9.in fin.lib.3. ubi dicit, quod tempus
quadriennii ad petendam restitutionem in integrum nun-
quam currit durante prælatura illius, qui damnosum con-
tractum celebravit, & ita etiam sensit Rom.cons.407.n.6.Hon-
ded.cons.80.nu.87.lib.2.Gabr.cons.67.n.18.& seq.lib.2. Rim. sen.
cons.430.n.49.lib.3.Capic.dec.4.nu.26.Caldas.de rest. in ver. In-
tra legitimum tempus, n.5.prout refert Grat.discep.forens.c.601.
nu.47.& seq.

17 Observa 2. quod petens restitutionem ratione minoris ęta-
tis, debet probar. quod tempore contractus erat minor, &
quod sui facilitate sit læsus, l.minoribus, Cod.de in integr.rest.
minor.l.2.ubi Bald.C.si adverf.vend. non tamen tenetur eam
facilitatem probare, ut nonnulli male sentiunt: hæc enim
resultat ex juris præsumptione, leg.1.ff.minor. & ex lęsione
probata satis & dolus, & facilitas reipsa colligitur, leg.si quis
cum aliter, ff.de verb.oblig.Bonac.in Syntag.opin.comm. d.tit.5.
cap.1.nu.3.ubi citat Jo.de Imol.in c.constitutus, de rest.in integr.

18 nec requiritur enormis læsio, sed sufficit modica, dum o-
do minima non sit, vel levis, gl.in l.interdum, ver.sed id dum-
taxat tempus, ff.de minor. & hæc est receptior sententia teste
Barbos.in c.1.n.14.de in integr.rest.

19 Notandum tamen est, quod minor præsumitur læsus ea
eo, quòd compromisit in arbitrium etiam aliter non con-
stito de læsione, leg. si major 25. annis filiofam. §. mino-
res, ff. de minor. quia per tale compromissum tollitur mino-
ri beneficium appellandi, leg.1.C.de Arb.gl.& DD.in d.§.
minores.

20 Item si minor non appellavit a sententia condemnatoria,
eò Ipso dicitur lęsus, & ideò competit restitutio: nisi fuisset
actor, hoc enim casu non auditur adversus sententiam, quæ
transivit in judicatum, nisi probata læsione, Bar. in l. fin. C.
de in integr.rest.minor. Alciat.in reg.1.præsump.42.nu.4. Ursil.
ad Afflict.dec.175.n.3.

21 Similiter adversus confessionem quandoque restituitur læ-
sione nullatenus probata, puta si minor confiteatur, se com-
misisse delictum, de quo aliter non constabat, nisi per ejus
confessionem: quia ex sola confessione hujusmodi pręsumi-
tur læsus, Add.ad Alciat.reg.1.dict.præsump.41.lit.F., Ang.in
l.certum, §.in pupillo ff.de confess. Hyppol.de Marsil. notab.455.
& alii apud Barbos.in c.auditis, n.3.de in integr.rest.

22 Item adversus omissam probationem tam Ecclesia, quàm
minor, ac mulier restituitur absque probatione læsionis:
quia eo ipso probatur læsio, ut post Abb.in cap. auditis in 8.
not.de rest.in integr.observat Maran.de ord.Judic.p.6.tit.de ap-
pell.num.83.

23 Idem esset, si Ecclesia, vel minor dicant, se læsos pro-
pter lapsum temporis, quia neque tunc opus est probare læ-
sionem, Mascard.de Prob.conclus.1274.num.25.quem refert
Barbos.in c.coram, num.5.de in integ.rest.Fontanell.decis.101.
numer.16.

24 Addunt DD. relati in Syntag.opin.comm.d.ti.5.ca.1.num.1.
quod minor restituitur ad rem, quæ fuit majorum suorum
etiam non data alia læsione.

25 Observa 3. quod ubi est periculum animæ sententia non
transit in rem judicatam: & ideo quandocumque potest quis
restitutionem petere, Put.dec.31.& 59.lib.1.

26 Observa 4. quod minori, qui asseruit se majorem, non de-
negatur restitutio, si adversarius scivit, vel scire præsumitur
eum fuisse minorem, l.de tutela, Cod.de in integr.restit. hoc
tamen non procederet, ubi minori in contractu juraverit se
esse majorem; tunc enim beneficio restitutionis non juva-
tur, l.3.C.si min.se maior.dix. Bart.in auth.Sacramenta, n.16.
C.si adverf.vend. ubi dicit, quod ita communiter servatur Be-
nintend.concl.47.Maran.de ord.Jud.p.6.ti.de appell.nu.91. Kir-
chov.in Syntag.opin.comm.d.tit.5.c.1.n.6.

27 Observa 5. quod minores ob rem vilius venditam, non ad
ipsam rem omnino avocandam restituuntur, sed ad resar-
ciendam pretii jacturam, ita ut sit in optione Adversarii, an
rem, vel pretium reliquum præstare malit E. Suarez in syn-
tag.opin.comm.loco supra cit.d.cap.1.n.1.in fin. & ideò si minor
seu venditor peteret precisè unum, succumberet, quia tol-
leret electionem emptori, c.cum dilecti, de Empt.l.2.ubi Bald.
& Salic.C.de rescind.vend. hoc tamen intellige, quando mi-
nor læsus est tantum in pretio, & illa læsio excedit dimidiam
justæ æstimationis, quia tunc agere debet remedio ordinario
dictæ leg.2. secus esset, quando minor læsus esset in re, ut quia
vendita sit res, quam non expediebat alienare, quia tunc
competit remedium extraordinarium restitutionis in inte-
grum, per quam præcisè agitur, ut restituatur ad rem,
Grav.cons.7.n.2.Grat.dec. March.230.nu.18. Cancer var.lib.2.
c.1.n.289. idemque dicendum est, quando minor non esset
deceptus ultra dimidiam justi pretii; sed in minori quanti-
tate, cum in tali casu non habeat locum remedium ordina-
rium dict.leg.2.Cov.var.resol.lib.1.c.2.n.11.quem refert, & se-
quitur Grat.d.dec.130.n.22.

Observa 6. quod datur restitutio etiam adversus tres sen- 28
tentias conformes, Abb.in cap.cum ex litteris, de rest.in integr.
Maran.dict.par.6.ti.de appell.n.100. licèt tunc non impedia-
tur executio juxta opinionem, quam servat Rota teste Theo-
dos.Rub.in singul.par.2.ver.restitutio in integrum, n.5. & seq.
tom.2.p.2.ver. Alex.§.6.eod.tom.2. nisi in continenti læsio pro-
betur, Barbos.in c.suscitata, num.2.de integr.restit.Gravat.ad
Vestr.lib.8.cap.3.nu.24. ubi addit quod quadriennium ad pe- 29
tendam restitutionem adversus tres sententias, vel omissas
probationes, a die ultimæ sententiæ computari debet, &
ita sensit etiam Bellac.in Syntag. opin. comm. loca 21. de Judic.
ti.5.cap.3.post med.

Observa 7. quod restitutio in integrum non solùm datur 30
ipsis minoribus, sed etiam eorum hæredibus etiam majori-
bus, l.minor, §.non solum, ff.de minor. & tunc tempus resti-
tutionis currit statim hæredi, si sit major; secus si hæres sit
minor, quia in tali casu non currit, nisi finita minori ætate,
gl.& Bar.ibidem, & in l.interdum, ff.eod. idemque dicendum, 31
si quis post 25. annos decesserit intra tempus quadriennii da-
tum ad petendam restitutionem, quia tunc reliquum tempus
transmittit ad hæredes, ità, ut residuum illius temporis cur-
rat etiam hæredi minori post 25. annum, ut in d. l.interdum,
ff.de minor. Quare minor 25. annis, si hæres ab aliquo fuerit
institutus, & hæreditate non adita decesserit, tamquam eo
ipso læsus restitutionis beneficium ad hæredes transmittit,
l.2.Cod.de Temp.in integr.rest. E. Suarez in Syntag. opin.com.
d.ti.5.cap.1.num.7. quamvis enim regulariter hæreditas non
adita non transmittatur ad hæredes, l.emancipata, C.qui ad-
mit. tamen hoc intelligendum est, quando hæres, cui est
delata hæreditas, esset major; secus si esset minor, l.2.C.de
Temp.in integr.rest.l.non solum, ff.de rest.in integr. l. minor. au-
tem, §.fin.ff.de minor.l. Pantonius, ff.de acq.hær.Grat. disc.for. c.
820.n.20.& 21.

Econtra verò restitutio non concederetur minori ad li- 32
tem venienti post lapsa cum majore, cui successit, tempo-
ra: quia minor non restituitur in his, quæ, cum eo gesta
non sunt, sed cum defuncto majore, late Fontanell.dec.111.
nu.8.& 9.

Observa 8. quod licèt statutum loci disponat, quod Ado- 33
lescens accedens 20. annos habeatur pro majore, tamen si ab
anno 20.usque ad 25. lædatur in causa, restituitur, ut alii mi-
nores, ut post Boer.dec.350.Odd.de rest.in integr.p.1.q.15.ar.9.
n.75.Bec.cons.12.n.68.& alios d.Cancer.var.res.p.1.c.7.de Tu-
tor.n.14. ubi etiam dicit, quod si statutum dicIet, quod mi-
nor possit sine alicujus auctoritate contrahere, potest idem
minor restitutionem adhuc petere ob læsionem.

An vero qui ætatis veniam a Principe impetravit, possit 34
petere restitutionem in integrum, si lædatur? Resp. nega-
tive, modo privilegium a Principe obtentum Judici insi-
nuatum fuerit, l.1. ubi gl.& DD.C.de iis, qui veniam ætat.
impetr. quia auctoritate Principis nemo debet decipi, ut not.
Bald.ibid.

Impetratio autem veniæ ætatis est publicatio prudentiæ 35
minoris, testimonio Principis confirmata, per quam mi-
nor declaratur habilis ad judicia, & ad omnes contractus
gerendos uti quilibet major, Cancer. dict. par.1.cap.7. nu-
mer.15. non tamen poterit is, qui veniam ætatis impetra-
vit, alienare immobilia, neque ea obligare sine decreto,
l.eos, qui, Cod.eod.tit. nec habetur habilis quoad munera pu-
blica, Suar.alleg.12.num.7. quem refert Cancer.loco cit.num.
15.versus fin. nec in eo habet locum pœna, Grat.dec.March.
177.nu.16.

Quæres, an ad petendam hujusmodi restitutionem requi- 36
ratur mandatum speciale? Resp. affirmative, l.illud, 6.§.talis,
ff.de minor.l.patri, ff.eod. ubi, quod neq; admittuntur consan-
guinei, excepto patre; hoc tamen procedit, quoties prin-
cipaliter petitur restitutio; secus si incidenter: tunc enim spe-
ciale

ciale mandatum minimè exigitur, *Bart. in l. cùm procurator, n.2. ff. de nov. oper. nunc.*

37 Sufficeret tamen generale mandatum, si procurator constitutus fuerit ad omnia, & singula, quæ ipsemet principalis facere posset, etiamsi talia forent, quæ requirereor speciale mandatum, *Mantic. dec. 11. n.2. Barbos. in c. coram, n.6. de in integr. rest.* immò tam procurator, quàm consanguinei admittuntur cum cautione de rato etiamsi restitutio principaliter petatur, *l. quod si, ff. de minor.*

38 Quæres 2. an & quando restitutio impetrata per minorem prosit majori? Resp. quod si causa est dividua, restitutio impetrata a minore non suffragatur majori, *l. unic. cod. si in commun. eademque caus. &c.* ubi deciditur, quod si duo fratres, quorum alter est minor, & alter major, super re communi transegerunt, & deinde minor ad portionem suam beneficio ætatis restitutus fuit, hæc restitutio non prodest majori quoad suam portionem, *& ita intelligendi sunt Bal. & Paul. de Castr. in l. 1. cod. si un. ex plur. appel.* Unde nec fidejussor minoris restituitur, etiamsi minor restituatur, *leg. causæ, ff. de minor. Theodos. Rub. in sing. tom. 2. p. 3. ver. Parisius §.6.* ubi quod restitutio in integrum adversus aditionem hæreditatis, cùm sit dividua, non prodest majori, si a minori petatur.

39 Secus si causa esset individua, quia tunc restitutio uni ex sociis concessa extenditur ad alium, *gl. in d. l. un. Oad. de Restit. in integr. q. 46. art. 4. ver. in contrarium, ubi de magis communi, Cephal. cons. 661. nu. 76. lib. 5. & alii relati in Syntag. opin.*
40 *commun. loco cit. d. cap. 1. num. 3.* & 4. Unde unius appellatio alteri prodest, quando una est causa, & una ratio defensionis utriusque, *ut inquit Bart. in d. l. unic. cod. si in commun. eademque* &c.

41 Quæres 3. an minor contra alium minorem restitui possit? *negat Ursil. ad Afflict. dec. 175. n.3.* ubi dicit, quod non datur ista restitutio contra alium privilegiatum. Contrarium tamen colligitur, ex *l. verum, §. ult. ff. de min.* ubi minor, qui captus est, restituitur, & si ambo capti sint, ut quia minor minori pecuniam dedit, tunc melior est causa consumentis, *vide Cancer. var. lib. 2. c. 1. nu. 262.* item absens causa Reip. in aliqua re læsus contra absentem similiter causa Reip. restituitur, *l. fin. ff. Quib. ex caus. major.* & Ecclesia læsa in probatione necessaria omissa potest petere restitutionem in integrum etiam contra aliam Ecclesiam, *c. auditis, de in integr. restit.*

42 Quæres 4. coram quo petenda est restitutio in integrum? Resp. quod peti potest tam coram Superiore, *l. 1. cod. si sæp. in integr. rest. post. Bart. in l. præses in fin. cod. de appell.* quam coram aliis judicibus inferioribus, qui similiter restituere possunt etiam contra sententiam suam, *l. in causæ §. ult. ff. de mi-*
43 *nor.* & tunc petens restitutionem regulariter adire debet Judicem rei, *l. 2. cod. Ubi, & apud quem cognit.* &c. exceptis clericis, qui in tali casu laicos coram Ecclesiastico Judice convenire possunt, & sic non tenentur sequi Judicem Rei, *c. constitutus, ubi Abb. in 1. not. de restit. in integr. Marant. de ord. Judic. d. p. 6. tit. de appell. n. 101. & alii apud Barbos. in c. causa, n. 3. de in integr. rest.*

44 Si verò Princeps in causa se se ingesserit tunc restitutio soli Principi reservatur, *l. minor, §. sin autem, ff. de minor.* ubi solus Princeps restituit adversus suam sententiam, & sui delegati, quemadmodum restitutio in integrum gratiosa a solo Principe petenda est: nam gratiam facere ad ipsum Principem spectat, non autem ad inferiorem, *ut post Odd. dict. tract. par. 1. quæst. 32. num. 29. in fin. & numer. 30. & par. 2. quæst. 92. in princip. Scac. de appell. q. 19. remed. 2. num. 27. & alios tradit Jordan. Elucubr. divers. lib. 14. tit. 29. de restit. in integr. num. 20.*

45 Addit *Bart. in l. Præses, num. 6. cod. de appell.* quod si minor appellavit, & non est prosequutus appellationem, ista læsio contingit coram Judice ad quem, coram quo debet prosequutio fieri, ideo ipse restituens sed si minor non appellasset, & vellet restitui ad appellandum, tunc ista læsio contingit coram Judice a quo, quia coram eo debuerat appellare; & ideò coram ipso restitutionem in integrum petere debet, *& ita sentiunt alii DD. apud Barbos. in c. beneficio, in fin. de in integr. rest.*

46 Quæres 4. an quis restituatur adversùs contractus, quos fecit post 25. annum intra quadriennium datum ad petendam restitutionem? Resp. negativè, *l. doli mali exceptio, ff. de Novat. Cancer. lib. 2. c. 1. n. 241.*

47 Notandum tamen est, quod major ad hæreditatem Patris, quam repudiavit, intra triennium redire potest, si bona non fuerint alienata; minor vero post impletum quadriennium habet triennium, intra quod potest, rebus in suo statu manentibus, adire hæreditatem, & suam abdicationem revocare, *leg. fin. cod. de Repud. hæred.*

Quæres 5. an restitutio sit concedenda minori ex capite 48
ignorantiæ in materia retractus? Respond. negativè, quia agitur de lucro captando, non autem de damno vitando, *Bart. in leg. si quis gravi, §. utrum ff. ad Sillan. Gratian. discept. forens. cap. 433. num. 68. Tiraqu. de Retr. lignag. §. 35. gl. 4. num. 45.*

Quæres 6. an in restitutione in integrum attendatur bo- 49
na, vel mala fides? Respond. quod nec bona, nec mala fides attenditur in hoc judicio, sed tantum attenditur, ut quis restituatur in statum pristinum ante rem judicatam, *ut contra Covar. var. lib. 1. cap. 3. num. 5. dixit Rota coram Seraphin. dec. 1245. num. 5. Theodos. Rub. in sing. tom. 2. p. 3. ver. Covarruvias, §. 3.*

Quæres 7. an restitutio in integrum impediat executionem 50
jam cœptam? Resp. negativè, *Rot. coram Burat. dec. 597. n. 4. & coram Card. Cavaler. dec. 153. num. 1 & dec. 281. numer. 2.* ubi, quod restitutionis in integrum commissio non retardat executionem jam cœptam, *Fontan. decis. 116. num 6. & sequ.* dicitur autem cœpta executio per relaxationem mandati: vel litterarum executorialium, latè *Beltramin. ad Greg. dec. 458. num. 10. Ferent. ad Burat. dec. 268. lit. c.* ubi id intelligit in mandato, sive executorialibus extra sententiam concessis: non autem de iis, quæ in sententia relaxantur, quia aliàs semper tolleretur via obtinendi restitutionem in integrum: immo sufficeret, fuisse petitam executionem, antequam reus peteret restitutionem in integrum, quia neque in tali casu retardaretur exequutio, *Rot. coram Card. Cavaler. d. dec. 281. num. 2. & coram Greg. dec. 120. num. 18. Burat. decis. 555. num. 6. & dec. 783. num. 15. & 16.* ubi, quod per restitutio-
nem in integrum non retardatur executio obligationis Ca- 51
meralis.

Quæres 8. an detur restitutio adversùs quadriennii lap- 52
sum? Resp. negativè, nisi adesset aliqua legitima causa, *Fontanel. dec. 118. n. 6. & 7. Giurb. dec. 106. n. 11. Grat. disc. for. c. 601. num. 41.*

Præterea notandum est, quod post obtentam restitutio- 53
nem in integrum debet intra annum intentari actio rescissoria, hoc est illa prima actio, quæ competebat ante obstaculum, putà sententiam condemnatoriam vel præscriptionem completam, contra quam petita fuit restitutio, *ut tradunt DD. in l. fin. cod. Quib. ex caus. major. & in l. nec non, §. exemplo, ff. eod. tit. latè Genuen. in tract. de Eccles. q. 406.* ubi addit, quod Ecclesia ultra annum a die indultæ restitutionis, actionem rescissoriam intentare potest.

S U M M A R I U M.

1 *Quadriennium concessum ad petendam restitutionem quando currat, & n. 7. 8. & 9.*
2 *Quadriennium hujusmodi est utile a principio.*
3 *Quadriennium prædictum an currat impedito.*
4 *An completa præscriptione longi temporis concedenda sit restitutio, & n. 10.*
5 *Quid si completa sit præscriptio 30. vel 40. vel 100. annorum.*
6 *Quid si post completam præscriptionem transierit quadriennium.*

C A P U T LX.

Quando currat quadriennium a Jure concessum ad petendam restitutionem.

Resp. quod incipit currere a die, qua quis scivit, jus, 1
& actionem sibi competere, *c. 1. de restit. in integr. in 6. Rot. dec. 39. p. 3. lib. 2. Divers. Benintend. dec. 69. n. 10. Tiraqu. de Retr. lignag. §. 35. ver. ignorans, gloss. 4. num. 44. Altogr. cons. 94. n. 69. ubi dicit, quod hæc est receptissima omnium sententia. Rot. dec. 284. par. 6. Recent.* ubi, quod quadriennium non incipit currere, nisi a die, quo repertæ sunt scripturæ, ex quibus scire potuit, jus sibi competere, *Gratian. discep. for c. 403. n. 35. & seq.* ubi dicit, quod quadriennium hujusmodi non currit ignoranti, *c. 601. n. 49.* ubi, quod scientia non afficit Ecclesiam collegiatam, & universitatem, nisi fuerit legitimè convocata; & ratio est, quia quadriennium hujusmodi est
utile a principio, licèt sit in prosecutione continuum, *Bar-* 2
bos. in c. 1. n. 15. de in integr. restitutio. Ursil. ad Afflict. dec. 175. n. 1. ubi etiam dicit, quod non currit impedito, *Marant. de ord. judic. p. 6. tit. de appell. n. 82. Balb. de præscrip. in 4. par. 4. princ. q. 29. n. 10. & in 1. par. 5. prin. qu. 2.* ubi quòd ex justa causa potest Superior non obstante lapsu quadriennii restitutionem concedere.

Ex

4 Ex quo infertur, quod etiamsi completa esset præscriptio
longi temporis, adhuc concedenda esset restitutio intra qua-
driennium a die scientiæ, *l.a. cod. Quib. non obiicitur long.*
5 *temp.præscript.Thesaur.dec.134. num.9.* quod non tantum
procedit in præscriptione decem, vel viginti annorum, sed
etiam adversus præscriptionem 30. & 40. *tot.tit.ff. de min.25.*
ann.l.fin.ubi gloss.in ver in suo statu, cod.in quib. caus. in integr.
restit.necess.non est, Afflict.dec.37.n.2. ubi dicit, ita fuisse judi-
catum in Regio Consilio Neapolitan. Jordan.Elucubr. divers. l.
14.tit.24.num.481.& seq. ubi dicit, quod majores in præ-
scriptione 10. vel 20. annorum restitui possunt ob ignoran-
tiam, seu aliam justam causam, *Grat.d.c.403.n.35.& sequ.*
Rot.d.dec.39. ubi, quod ignorans potest petere restitutio-
nem in integrum etiam post centum annos, & *dec.3. & 574.*
p.3.in recen. ubi, quod Ecclesia restituitur etiam post 30.an-
nos adversus laudum ab ipsa acceptatum stante læsione, quæ
tamen debet esse enormissima etiam ultra dimidium, *Fon-*
tanell.dec.174.num.1.Tiraq.alios referens loco cit.num.37. &
44. Ludov.dec. Lucen.52.num.16. & seq. ubi, quod etiamsi
6 post completam præscriptionem longissimi temporis tran-
sierit quadriennium, tamen si is, contra quem præscriptum
est, habuerit probabilem causam ignorantiæ illius quadrien-
nii, adhuc restituitur, *Ciriac.contr.329.n.77. & sequ. lib.2.*
Maresc.var.lib.1.cap.16.& lib.2.cap.57. Jordan.Elucub. di-
vers.lib.14.tit.24.num.326. ubi, quod quadriennium hujus-
modi nunquam incipit currere, nisi a die habitæ notitiæ læ-
sionis, *Peregr.de Jur.fisc.lib.6.tit.8.n.6.* ubi dicit, quod Resp.
non recognoscens Superiorem, restituenda est in integrum
adversus præscriptionem etiam centenariam, *latè Bald. de*
præscript.in 4.part.4.princ q.29. subdens *num.10.* quod ei, qui
ignorans, præscriptionem esse decursam, etiam per centum
annos non petiit se restitui, nunquam currit tempus peten-
dæ restitutionis.

8 Hinc etiam infertur, quod si tutor non confecto inventa-
rio adjerit pro pupillo hæreditatem ære alieno gravatam, po-
test idem pupillus etiam ultra quadriennium post perfectam
ætatem, seu post 25. annum petere restitutionem in inte-
grum adversus aditionem hæreditatis, etiamsi esset ætatis
40. annorum, si ipse nullam habuerit scientiam dictæ adi-
tionis *Cancer.var.p.3.c.2. de Inventar.n.85.& seq.* nec obstat
l.fin.cod.si major.fact.alienat.&c. ubi si minor post 25.annum
per quinquennium tacuerit non auditur: quia hic textus pro-
cedit, quando minor habuit scientiam rei gestæ, *ut ibidem*
tradunt Bart.& alii commun. Addunt DD. quod contra Ec-
clesiam, quæ patitur continuas Prælatorum mutationes, ut
si quolibet anno, vel triennio mutentur, quadriennium
non currit a die scientiæ: sed ultra quadriennium in tali
casu datur restitutio in integrum, *gloss. fin. in cap.1. de restit.*
in integr. in 6. ubi idem dicit, quando damnum fuit maxi-
mum, vel Prælatus, qui malè alienavit, tanto tempore vi-
xit, *Surd.cons.520.& alii, apud Genuen. in tract. de Eccles.*
quæst.430.

9 Prædicta tamen conclusio limitatur ubi est præsumpta
scientia in contrarium *ut post Ang.cons.15.Fel.in c. vigilanti,*
de præscrip.Goz.cons.8.in fin.& cons.68.numer.14.& alios dict.
Benintend.dec.69.num.2. putà si ignorantia fuerit crassa, vel
supina; hæc enim habet vim scientiæ, *Tiraquell. ubi supra*
d.§.35.ver. ignorans, gloss.34.num.34. ubi ex hoc infert, non
esse restituendum quempiam ob ignorantiam ejus rei, cujus
fama erat publica idemque dicendum, si quis apud se habe-
bat instrumentum rei, de qua agitur, *Cravet.cons.73.num.*
39. Paul.Rub in annot. ad decis.3.num.107.par.3.Recen. ubi
dicit, quod restitutionis in integrum petendæ tempus tunc
incipit currere, quando quis ex aliquo actu antea penitus
ignoto potuit excitari ad inquirendum de juribus suis:
idem dicendum, si creditum esset notabilis summa, *secun-*
dum Abb. cons.3. quem refert, & sequitur Benintend. loc.cit.
num.5.

10 Contrariam tamen sententiam, videlicet, quod adver-
sus præscriptionem 30. vel 40. annorum nulla detur restitu-
tio in integrum, tenuerunt alii *per textum in cap. ad aures in*
fin. extr. de præscrip. ubi hujusmodi præscriptio omnem pror-
sus actionem excludit: & licèt ibi sermo sit de præscriptione
quadragenali, idem tamen dicendum est de præscriptione
30. annorum, *per tex.in l.sicut, cod.de præscr.30. vel 40. ann.*
ubi omnis actio spatio 30. annorum tollitur, nomen verò
actionis comprehendit etiam officium Judicis, quod com-
petit ad restitutionem in integrum, *l.actionis verbo, ubi gl.*
ff.de verb.signif.gloss. in d. l.sicut, ver.persecutione, & ibi Bart.
num.1.Bald.num.11.& alii relati a Tiraq. loco cit. num.40. &
41. aliàs nunquam esset litium finis, & rerum dominia in
incerto perpetuò remanerent, *contra l.1.ff. de usucap.* quod
præcipuè procedit in præscriptione 40. annorum, quia talis
præscriptio plenissimam præbet securitatem, *l. omnes, cod.*
de præscript.30. vel 40. ann. dicitur autem plenissima securi-
tas, quando non potest peti restitutio in integrum, *gloss.in l.*
ait Prætor, §.permittitur in ver.imputandum, ff.de minor. Al-
tograd.cons.94.nu.72. & alii apud Tiraq.de retra.lignag.§.35.
ver. ignorans, d.gl.4.n.39.Gabr.commun.concl. lib.5. tit. de præ-
scrip.concl.8.in fin. & hanc sententiam tuentur non vulgares ju-
ris nostri professores, videlicet Anchar. Cuman. Aret. Corn.
Sarmien.Vasq.& alii, quos refert, & sequitur Thesaur. dec.
134.n.5. & seq. ubi dicit, quod in hac longissimi temporis
præscriptione ex mente legislatorum includitur illud qua-
driennii tempus; & hæc quidem opinio fortassis de rigore
juris est verior: non tamen recedendum est a prima senten-
tia, quæ est magis communis, & æquior, *ut observat etiam*
Paul. Rub. ad dict. decis.3. numer.20. & sequ. part.3. in Re-
cent. ubi etiam dicit, quod præscribens spatio 30. vel 40. an-
norum est securus inspecto communi, & ordinario jure non
autem extraordinario, quale est remedium restitutionis in
integrum.

S V M M A R I V M.

1 *Querela inofficiosæ donationis præscribitur quinquennio.*
2 *Querela inofficiosi testamenti præscribitur similiter quin-*
quennio.
3 *Quinquennium prædictum quando currat filio.*
Quinquennium datur ad separationem bonorum postulan-
dam, & quando currat ibidem.
4 *Præscripta querela potest agi infra 30. annos pro legitima,*
vel supplemento.
5 *Quid si filius esset hæres patris.*
6 *Quando filius possit intentare querelam inofficiosæ dona-*
tionis.
7 *Quando donatio dicatur inofficiosa.*
8 *Quando cesset querela inofficiosæ donationis, & n.9.20.21.*
22. & 23.
10 *Quotuplex sit donatio inofficiosa, & n.18.*
11 *Quando donatio supervenientibus filiis in totum revocetur,*
& num.16.
12 *Quando ad revocandam donationem requiratur declaratio*
Donatoris, & quando non & n.13.
14 *Quando donatio revocetur usque ad legitimam tantùm, &*
num.15.
17 *Quisnam dicatur.*
18 *Quid si donans donaverit extraneo omnia bona præsentia,*
vel simpliciter omnia bona.
19 *Quodnam tempus inspiciatur ad cognoscendum, an compe-*
tat querela inofficiosæ donationis.
24 *An querela inofficiosæ donationis detur adversùs locum*
pium.

C A P U T LXI.

Quanto tempore præscribatur querela inoffi-
ciosæ donationis.

RESp. quod præscribitur quinquennio, *l.fin. ubi glos.&* 1
DD.cod.de inoff.donat. quemadmodum simili tempo-
ris spatio præscribitur querela inofficiosi testamenti, *l.si quis*
filium, cod.de inoff.testam.

Hujusmodi verò quinquennium non currit filio, nisi post 3
aditam hæreditatem, *d.l.si quis filium, in fin.& l.scimus, §.*
fin.cod.de inoff.testam.fac.text.in l.1.§. quod dictum est, ff. de se-
parat. ubi quinquennium datum ad separationem bonorum
postulandam, post aditionem numeratur, *Rot.dec.538.n.4.*
par.3.Recen.& apud Pacif. de Salv. Interd. decis.160. ubi,
quod prædictum quinquennium post aditam hæreditatem
non currit, nisi a die, quo filius habuit scientiam inofficio-
sæ donationis.

Observa tamen, quod præscripta querela, poterit agi in- 4
fra 30. annos pro legitima, vel supplemento, *ut post Bal.*
Salic.& Jas.in l.si quis filium, cod.de inoff.testam. Bero.cons.
49.n.16.lib.1.& cons.174.num.28.lib.2.Guid.Pap. qu.82.Surd.
cons.148.num.13.& 14.lib.1. & alios scripsit Grat.discep.for.c.
729.num.40. quod procedit, etiamsi filius esset hæres Patris 5
adhuc enim posset revocare donationem inofficiosam pro
sua legitima, *secundùm Bal.in l.1.num.4. & 5. cod. de Inoff.*
donat. Gail.observ.116.num.4. quos refert, & sequitur. Grat.
loc.cit.num.27.

Observa 2. quod filius non potest intentare querelam In- 6
officiosæ donationis, nisi post mortem Patris, quia ante non
habet jus in legitima secundum omnes ut *d.Bal.in d.l.1.nu.6.*
& 13.cod.de Inoff.donat.Gratia.d.c.729.n.24.& 25.

Ob-

7 Observa 3. quod tunc donatio dicitur inofficiosa, quan-
do donans nun retinet in patrimonio tantum, quantum ca-
pit legitima filiorum *Clar. in §. donatio, qu. 24. vers. aut verò*
quis, Cravet. in cons. insert. post dec. 122. Cacher. num. 18. ubi,
8 quod cessat querela inofficiosæ donationis, quando non de-
betur legitima, *Pen. dec. 83. n. 1. & 2.* quemadmodum cessat
9 etiam querela, si constaret, quod donans tempore dona-
tionis habuerit alia bona præter donata, quæ potuerint suf-
ficere pro legitima, *Bot. dec. 305. n. 2. p. 3. Recent.* ubi, quod
ad hunc effectum satis esset, si habuerit tempore donatio-
nis licèt postea amiserit.

10 Donatio autem inofficiosa duplex est: alia enim dicitur
in officiosa re tantum, quando videlicet est in damnum, &
læsionem filiorum alia dicitur inofficiosa re, & consilio
quando scilicet ultra læsionem, quæ re ipsa intervenit, con-
currit etiam animus, & consilium paternum in damnum fi-
liorum, *Clar. loc. cit. & alii apud Grat. ubi supr. num. 32. &*
seq. talis verò animus non præsumitur, nisi probetur per al-
legantem, *Paul. de Castr. in l. 1. num. 5. cod. de inoff. donat. A-*
ret. cons. 47. n. 1. & seq. Rim. Jun. cons. 42. n. 97. lib. 1. Bertran. cons.
288. n. 3. lib. 7. & cons. 179. n. 8. lib. 5. quos refert Honded. cons. 43.
n. 22. & seq. lib. 1.

11 Ut autem res faciliùs intelligatur, distinguendi sunt plu-
res casus: primus est, quando quis donat extraneo omnia
bona sua, vel eorum partem, quam verisimiliter, si de fi-
liis cogitasset, non donasset: & hoc casu donatio hujusmo-
di supervenientibus filiis donatori, ipso jure in totum revo-
catur per remedium *l. si unquam, cod. de Revoc. donat.*

12 An verò ad revocandum hujusmodi donationem requira-
tur expressa, vel tacita declaratio donatoris? Respon. quod
aut donans est in possessione rei donatæ, putà quia sibi re-
servavit usumfructum, & tunc non requiritur aliqua decla-
ratio: cùm enim tali donationi tacita insit conditio, si do-
nans non susceperit liberos, per eorum supervenientiam re-
vocatur sine alio ministerio hominis, & sine alia declaratio-
ne tanquam deficiente conditione; unde neque reviviscé-
ret defunctis filiis sine novo patris consensu, *ut tradunt DD.*
in d. l. si unquam, & communem dicit, Corn. cons. 4. lib. 5. &
cons. 11. lib. 3. Clar. in §. Donatio, q. 23. vers. præterea, Hond.
cons. 43. n. 6. & 7. lib. 1.

13 Aut donans non reperiebatur in possessione rei donatæ, &
in tali casu requiritur declaratio, ea enim omissa præsume-
retur, donantem hujusmodi donationem noluisse revocare,
Rot. dec. 591. p. 3. Recent. ubi additur, quod si donans nuo-
quam reclamavit, hæredibus donantis non competeret hoc
jus revocandæ donationis.

14 Secundus casus est quando Pater habens unum filium, illi
donavit omnia bona, vel eorum partem quam verisimiliter
non donasset si cogitasset suscipere alios filios: & in tali ca-
su si alii filii superveniant, revocatur donatio usque ad legi-
timam tantum *l. si totas cod. de inoff. donat.* quo casu datur
querela inofficiosæ donationis, ut ex prædicta donatione de-
trahatur quarta, seu quantitas sufficiens filiis postea natis ad
legitimam, *ut notat gloss. ibidem Rota decis. 518. num. 3. part. 3.*
Recent. Clar. in d. §. donatio, q. 24. vers. scire debes, & vers. sequ.
ubi dicit, quod quando donatio facta est uni ex filiis, tunc
sive donatio sit inofficiosa re tantum, sive sit inofficiosa re &
consilio, non revocatur, nisi usque ad legitimam aliorum
filiorum, *juxta textum in l. filiqueat, ubi DD. cod. eod. tit.*
de inoff. donat.

15 Tertius casus est, quando donatio est facta extraneo tunc
enim si donatio est inofficiosa re tantum revocatur solum-
modo usque ad legitimam, *juxta tex. in l. 1. cod. de inoff. donat.*
16 si verò est inofficiosa re, & consilio, revocatur in totum,
Clar. in d. §. donatio, q. 24. vers. aut verò &c. ubi hoc intelligit,
quando quis non agit ad revocationem donationis sub præ-
textu, quod verisimiliter donans, si de ipsis filiis cogitasset,
donationem non fecisset: sed sub prætextu, quod donatio
ipsa sit inofficiosa, *Honded. cons. 43. num. 22. lib. 1. & alii apud*
17 *Grat. d. cap. 729. numer. 2.* ubi *num. 41.* addit, quod in hac
materia ille dicitur extraneus, qui non est filius, vel ascen-
dens.

18 Observa 4. si donans donaverit etiam extraneo omnia bo-
na præsentia, talis donatio non diceretur inofficiosa re, &
consilio, quia ad hunc effectum deberet esse etiam de bonis
futuris: donans enim bona præsentia tantùm, potest speta-
re, se alia super lucrari, ex quibus possit suppleri legitimam
filiorum, *ut post Rip. lib. 3. Respons. de Donat. rev. c. 10. col. pen.*
Paul. de Castr. cons. 356. lib. 2. scripsit Cravet. in cons. insert. post
dec. 122. Cacher. n. 20. ubi etiam notat, quod licèt bona ultra
donata ad legitimam satis non essent, adhuc non fit revoca-
tio in totum, sed ad legitimam tantùm, aut ejus supplemen-
tum, *per doctrinam Bart. in l. Titia Seio, §. Imperator, n. 4.*
ff. de leg. 2. ubi dicit, quod filius, cujus portio fuit extenua-
ra per donationem inofficiosam, si fuit hæres institutus &
hæreditatem agnovit, agit ad supplementum, secus esset, si
fuit facta donatio de omnibus bonis præsentibus, & futuris:
quia tunc diceretur inofficiosa re, & consilio, *Bec. cons. 68.*
n. 8. Curt. sent. cons. 1. in fin. n. 18. Surd. cons. 473. n. 1. lib. 4. quos re-
fert Grat. loco cit. n. 31.

Observa 5. quod ad cognoscendum, an competat quere- 19
la inofficiosæ donationis, tempus mortis inspicitur: & ideò
licet pater totam substantiam donaverit tamen si postea plu- 20
ra bona acquisivit, non competeret querela inofficiosæ do-
nationis, *Bald. in l. 1. n. 10. cod. de Inoff. donat. Rot. dec. 305. nu.*
4. par. 3. Recent. ubi quod donatio patris non potest argui in- 21
officiosa, si tempore mortis habuit quantitatem sufficien-
tem pro supplemento legitimæ filiorum, etiamsi tempore do-
nationis totum patrimonium exhausisset, *Gratia d. c. 729. nu.*
16. ubi etiam dicit, quod si res quoque minima in hæredita- 22
te reperiatur, operabitur, ut non possit agi contra Donata-
rium querela inofficiosæ donationis, sed solùm dabitur actio
ad supplementum: quod præcipuè procederet, ubi pater
aliquid ipsi filio reliquisset, *ut d. Clar. loco cit. d. q. 24. vers. sed* 23
quid si pater.

Observa 6. quod querela inofficiosæ donationis datur e- 24
tiam adversùs locum pium, *Rot. dec. 518. n. 3. p. 3. recen. Grat.*
d. c. 729. n. 38.

SUMMARIUM.

1 *Debitor potest cedere bonis, etiamsi creditores offerant dilationem quinquennalem, limitatur n. 3.*
2 *Ad dilationem quinquennalem accipiendam concurrere debet voluntas debitoris.*
3 *Quid si debitor dilationem quinquennalem petierit, vel acceptaverit.*
4 *Transacta hujusmodi dilatione possunt creditores actiones suas experiri.*
5 *An ad hujusmodi dilationem concedendam requiratur consensus omnium creditorum.*
6 *Quid requiratur, ut validè hæc dilatio concedatur.*
7 *An major pars possit præjudicare minori.*
8 *An debitor possit renunciare beneficio cessionis bonorum.*
9 *An cedens bonis liberetur obligatione naturali, & civili, & n. 12. & 13.*
10 *Quando debitor teneatur in quantum facere potest.*
11 *Et an hoc beneficium competat hæredi debitoris.*
14 *Si debitor carceratus fuit ad instantiam unius creditoris, cessio valida est quoad omnes: limitatur num. 15. & 16.*
17 *An debitor, qui cessit bonis, possit pœnitere.*
18 *An cessio bonorum facta per debitorem prosit fidejussori.*
19 *An dilatio concessa principali debitori, prosit fidejussori.*
20 *Quando cessio bonorum non admittatur.*
21 *Dilatio quinquennalis quando non habeat locum.*
22 *Debitor carcerari non debet pendente lite, an admitti debeat ad beneficium cessionis.*
23 *An debitor admittendus sit ad cessionem in executione sententiæ.*
24 *Clericus carcerari non debet pendente discussione, an admittendus sit ad beneficium c. Odoardus de solut.*
25 *Princeps potest debitori concedere dilationem annalem, biennalem, triennalem, & etiam quinquennalem.*
26 *Cautio, quando intelligatur de juratoria.*
27 *An sub dilatione concessa a Principe comprehendatur creditor ex causa dotis, & quid si concederetur per majorem partem creditorum.*
28 *An per dilationem concessam a Principe impediatur executio sententiæ, quæ in rem judicatam transivit.*
29 *An alii magistratus præter Principem dilationes concedere possint.*
30 *Quæ forma servanda sit in cessione bonorum, & quid in Urbe observetur.*
31 *An admissus ad quinquennales inducias, teneatur ad birreti viridis delationem.*

CAPUT LXII.

An debitor possit cedere bonis, si creditores offerant dilationem quinquennalem.

1 AFfirmativè respondent Doctores communiter: quia
privilegium cessionis conceditur contra voluntatem
creditorum sine ullo facto eorum, & ideò non potest per eos
impediri, *ita Cyn.in l.fin.cod.qui bon. ced. poss. & ibi Bart. n.2.*
Imol.in l.eleganter, ff.sol.matrim. Ang.in §.fin.n.14.inst.de actio.
& alii apud Grat.discep.for.c.222.num.11.& seq. ubi etiam di-
cit, quod semper concurrere debet voluntas debitoris ad di-
2 lationem quinquennalem accipiendam: quicquid in contra-
rium dicant *alii apud Galganett.ad statut.urb.lib.1.c.161.circa*
3 *princip.limitat.4.* si verò debitor hujusmodi dilationem vel
petierit, vel acceptaverit, non poterit invitis creditoribus
ad cessionem bonorum transire, *Ang.in d.§.fin.num.15. Gra-*
4 *tia. loco cit.num.14.16.& 17.* ubi etiam notat, quod transa-
cta dilatione possunt creditores suis actionibus, vel hypothe-
cis uti.

5 Notandum est autem, quod ad hujusmodi dilationem
concedendam non requiritur consensus omnium credito-
rum, sed tantùm majoris partis, quæ consideratur respectu
majoris quantitatis, seu cumuli debiti: vel si par sit cumu-
lus, respectu numeri personarum, *d.l.fin.ubi Paul.de Castr.*
cod.qui bon.ced.poss. Afflict.dec.288.n.3.Galgan. loco cit. limit.4.
Seraph.de privil.juram.privil.114.

6 Notandum 2. quod ad validè concedendam hujusmodi
dilationem requiritur, ut creditores simul conveniant: aliàs
dilatio concessa a majori parte creditorum non præjudicaret
cęteris creditoribus, *Alex.cons.205. num.1. lib.2. Coccin. dec.*
440.num.1.& seq. nisi fortè omnes creditores separatim con-
senserint, vel contraria adesset consuetudo: quia tunc talis
solemnitas omitti potest, *ut d. Grat.d.c.222.n.6.& 7.& decis.*
186. per tot.

7 Observat tamen *Seraph.de priv.juram.priv.114.Coccin. lo-*
co cit.n.3. quod major pars non potest præjudicare minori,
quando debitum est juratum: quia juramentum servari de-
bet, nisi tendat ad interitum salutis æternæ, *cap.si verò, de*
jurejur.c.quamvis de pact.in 6. sed contrarium in praxi ser-
vari dicit *Ursil. ad Afflict.dec.288.num.7. Guid. Pap.dec.221.*
subdens, quod tutius erit prius obtinere absolutionem a ju-
ramento *Grat.d.cap.222.n.30.Galga.loco citat. vers.sexto idem*
erit.

8 Quæres, an debitor beneficio cessionis bonorum possit
exprèssè, vel cum juramento renunciare? negativè respon-
det, *Grat.d.c.222.num.17.& 46. Cenc.de Censib.p.2.c.1.q.3.ar.*
5.n.46. Ang.in d.§.fin.num.24.inst. de Act. & ita decisum refert
Guid.Pap.dec.211.& ibidem Addit. tum quia hoc beneficium
introductum est miserationis causa, tum etiam quia ex par-
te creditoris inhumanum censetur adimere debitori liberta-
tem evitandi carceris; quod intellige in casu notoriæ, &
manifestæ paupertatis, ac mendicitatis debitoris: tunc enim
locum habet ratio miserationis, & æquitatis, nè debitor in
carcere marcescat; unde eo casu renunciatio tanquam in-
humana rejicitur, secus esset, si debitor per ejusmodi re-
nunciationem exponeret simpliciter se periculo carceris pu-
blici, & in usum hominum institutæ custodiæ: quia eo ca-
su valida censeretur renunciatio, etiam sine juramento, *ita*
Federic. de sen.cons.60.Seraph.de privil.juram.privil.91.sub
num.3. quos refert Fenzon.ad statut.Urb. cap.161.lib.1.num.
42.& seq.

9 Observa tamen, quod cedens bonis non liberatur obliga-
tione naturali, nec civili, sed illi competit exceptio, ne in
carcerem detrudatur, *E.Suarez, & alii relati in Syntagm.*
opin.commu. loco 12.tit.de cess.bonor.c.2.in princip. unde si ad
pinguiorem fortunam pervenerit, tenebitur adhuc satisfa-
cere creditoribus, *leg.1.cod. Qui bon.ced. poss.leg.is, qui, ff.*
de cess. bon. cap. Odoardus, de Solut. quamvis tunc non te-
neatur, nisi in quantum facere posset, *§.fin. Institut. de A-*
ction. cui quidem beneficio renunciari potest, *ut d. Ang. in*
d.§.fin.num.24.in fin. Guid.Pap.dec.211.n.1.Grat.d.c.222.num.
25. ubi addit, quod hoc beneficium transit etiam ad hære-
des debitoris, cùm hæres non teneatur in plus creditoribus,
quàm defunctus.

12 Limita, ubi cessio facta fuerit cum ignominia: tunc e-
nim debitor penitus liberatur, etiamsi ad pinguiorem fortu-
nam perveniat, *secundum gl. in c.sicut dignum, §.ect insuper,*
ver.si habent extr. de Homic. Guid. Pap. decis.343. Galgan. ad
stat.Urb.lib.1.d.cap.161.circa prin.lim.5. ubi dicit, quod de-
bitores admissi ad cessionem bonorum, vel ad quinquenna-
les inducias in vim statuti urbis *d.c.161.* si birretum viride de-
tulerint juxta formam ejusdem statuti, non possunt amplius
inquietari.

Contrarium tamen tenet *Didac.var.res.lib.2.c.1.n.6.quem* 13
refert Fenzon.ad stat.Urb.d.lib.1.c.161.n.34.& hæc opinio uti
æquior mihi magis placet.

Observa 2. quod si debitor carceratus fuerit ad instan- 14
tiam unius ex pluribus creditoribus, cessio valida est quoad
omnes etiam non citatos, *dict.l.is, qui, ff.de Cess. bonor.*
Gabr.commun.conclus. lib.2. tit. de citation. conclus.1. numer.
494.

Limita, nisi is, qui bonis cessit, bona quæsivisset de novo: 15
nam illorum bonorum respectu non præjudicat creditoribus
non citatis, *Grat.discep.for.c.486.n.17.ubi citat Salic.in leg.1.*
n.4.cod. Qui bon.ced.poss.

Limita 2. si debitor post cessionem hujusmodi nova de- 16
bita contraxerit: quia tunc, novi creditores possunt ipsum
insolidum exigere *Ang.in §. fin. num.20. Institut. de action.*
Galgan. loco citat. vers. sed impetrata &c. ibi, secundò non
nocet.

Observa 3. quod debitor, qui cessit bonis, potest pœni- 17
tere, & prosequi sua jura agendo, & se defendendo, quam-
diu res est integra, si videlicet post cessionem nihil est ven-
ditum, aut inter creditores distributum, *leg. quem pœnitet,*
ff.de Cess.bonor. ratio est, quia cessio hujusmodi introducta
fuit in favorem debitoris, *Ang. loco citat.num.16.Galgan.ubi*
sup.dict.cap.161.limit.5.Grat.dict. cap.486. nu.24.& seq. sub-
dens, quod non posset pœnitere, si cessio facta fuerit sole-
mniter coram Judice approbante, & coram creditoribus
acceptantibus.

Observa 4. quod cessio bonorum facta per debitorem non 18
prodest fidejussori, *§.fin.Instit.de replic.Guid.Pap.d. dec.211.*
in fin. quia privilegium personale non egreditur personam,
l.quia tale ff.solut.matr.

An verò dilatio concessa principali debitori, prosit fide- 19
jussori? affirmat *Galgan.d.lib.1. c.161. vers.Decimoseptimo,*
ubi citat Bellaper.in l. cùm filius, n.28.ff.de verb.oblig. Bald.in
l.tam mandatori, num.8.cod.de non num. pec. Aret.cons.33. nu.
2. de quo tamen dubitare videtur *Ursil.ad Afflict. dec.288.n.*
1. vers.fin. & contrarium exprèssè tenet *Fenzon.loco cit.num.*
39. cujus sententia verior videtur, *per tex.in dict.§.fin. Inst.*
de replic.

Observa 5. quod cessio bonorum non admittitur, si de- 20
bitor dissipasset omnia bona in fraudem, aut si sciens, se non
solvendo, debitum contraxisset, *Fenzon. ad stat.Urb.lib.1.*
dict.cap.161.num.22. & alii relati in Syntag.opin. commu. loco
12.tit.de cess.bonor.c.1.in prin. Idem dicendum, si debitum
scienter negaverit, aut non agnoverit, vel bona non indi-
caverit, vel si conveniatur ex delicto, *leg. qui cedit, juncta*
glos.in ver. non debet ff. de cess.bonor. Ang.in d.§.fin.n.12. & seq.
Instit.de action.latè Galgan.ad statut.Urb. d.lib.1.c.161. vers.
sed impetrata, ubi etiam dicit, quod dilatio quinquennalis 21
non habet locum in feudo, neque in emphyteusi, & loca-
tione, neque in caussis depositi, mercedis, aut miserabilium
personarum, vel exterorum vendentium merces, neque in
debitis fisci, & Ecclesiæ.

Notandum tamen est, quod pendente judicio ac lite, an 22
quis debeat admitti ad beneficium cessionis, non est locus
carcerationi, etiamsi debitor beneficio cessionis renuncia-
verit, aut cum juramento contraxerit, vel se in forma ca-
meræ obligaverit, *leg.1. cod. Qui bon. ced. poss. & tradunt*
Fab.an. cons.124.num.12.lib.2. Bal.in §.fin.num.9. Instit. de act.
Abb.in cap. Odoardus 3.num.8. de solut. Coler. de Process. exe-
cut.c.6.par.1.num.121.vers.fallit.7. & alii apud Gratian. lo-
co citat. dicto capit.222. num.41.& seqq. ubi addit, quod de- 23
bitor admittendus est ad cessionem hujusmodi etiam in exe-
cutione sententiæ non obstante re judicata, ac tribus con-
formibus.

Ex quo fit, ut pendente discussione, an Clericus admit- 24
tendus sit ab beneficium *dict. cap. Odoardus,* carcerari non
debeat: quia si carceraretur, & postea constaret, eum esse
admittendum, gravaretur gravamine irreparabili, *Bar-*
bos. in d.cap. Odoardus, num.3. de Solut. Vulp. in Prax. jud.
c.41.num.14.

Observa 6. quod Princeps potest debitori concedere di- 25
lationem annalem, biennalem, triennalem & etiam quin-
quennalem *leg.2. ubi Doctores cod.de Precib. Imper. offer. Af-*
flict.dec.377.n.1.& seq.Galganett.ad stat.Urb.d.lib.1.cap.161.
vers.Quinquennales, ubi etiam dicit, quod in similibus con-
cessionibus solet apponi clausula, *recepta tamen ab eodem*
supplicante cautione, juxta leg.universa, cod.de Precib.Imper.
offer. quæ clausula intelligitur de cautione juratoria, si aliam
dare non potuerit, *auth.generaliter, cod.de Epis.& Cler.Fen-*
zon.add.Urb.lib.1.c.161.n.17.

Sub

27 Sub hac tamen dilatione concessa a Principe non comprehenditur creditor ex causa dotis, quæ est privilegiata; secus si concederetur per majorem partem creditorum, quia tunc innititur justitiæ, *per textum in leg.fin. cod. qui bon. ced. poss.* cujus dispositio etiam contra dotem procedit, *Franch. decis. 219. Mar. Mut. super consuet. Panorm. c.57. n.22. in fin. Bapt. de S. Blasio de Privil. dot. privil.60. quos refert, & sequitur Grat. d.c.222. n.32.*

28 Addit *Guid. Pap. dec.97.* quod per dilationem concessam a Principe non impeditur executio sententiæ, quæ in rem judicatam transivit.

29 Alii verò magistratus preter Principem tales dilationes concedere nequeunt, *ut post Archid. in cap. pervenit.16. qu. 1. observat Galgan. ad Stat. Urb. d.lib.1.cap.161. vers. Quinquennales.*

30 Observa 7. quod inspecto jure communi cessio bonorum fieri potest solo verbo, & sine aliqua solemnitate, *ut constat. ex leg. in omni, cod. qui bon. ced. poss. leg. fin. ff. de ces. bonor. Galganett. ubi supra, limitat.5.* sed in hoc servanda erit forma statutorum loci, dummodò non sint contra bonos mores, *ut post Bald. & Salyc. in dicto leg. in omni, scripsit Ang. in dict. §. fin. num.13. Instit. de action.* qua in re Pius IV. ut consuleret indemnitati mercatorum, & aliarum personarum tam Almæ Urbis civium, quàm forensium in ipsa Urbe cum quibusvis personis contrahentium, sua constitutione sancivit, ut debitores ad cessionem bonorum seu ad aliam quamcumque dilationem admitti non possint, nisi se prius coram Judicibus Urbis birretum viride gestando præsentaverint, & ipsum birretum viride publicè & secretè sub pœna fustigationis per urbem pro prima vice, & triremium pro secunda, qua sine dicto birreto reperti fuerint, deferre, per se, vel suos legitimos procuratores ipsis absentibus, medio juramento promiserint, *ut in ejus constitut.39. §.1. & 2. in Bullar. tom.2.* nec Judices aliter possunt inhibere, ut cavetur etiam *per statutum Urbis d.lib.1.c.161.* ubi in fine additur, eum,
31 qui ad quinquennales inducias admissus fuerit, si idoneè caverit de solvendo in fine dilationis, seu termini hujusmodi, ad dicti birreti delationem non teneri.

S U M M A R I U M.

1 *Nullitas professionis intra quinquennium deduci debet, quo elapso Regularis amplius non auditur.*
2 *An quinquennium prædictum currat minori, & ignoranti.*
3 *An, ut valida sit ratificatio professionis, requiratur scientia nullitatis professionis præcedentis.*
4 *Status personæ moveri non potest nisi infra quinquennium post mortem.*

C A P U T LXIII.

Quodnam tempus præfinitum sit ad dicendum de nullitate professionis.

1 RESp. quod talis nullitas intra quinquennium deduci debet, *juxta Concilium Tridentinum sess.25. de Regul. c.19.* quo elapso Regularis non auditur, etiamsi allegaret, vim, & metum semper durasse, *ut declaravit Greg. XIII. teste Val. in Diff. utr. for. ver. Regularis, diff.2. nu.3. quem refert Dian. res. mor. p.3. tract.2. resol.62. Bonac. de Claus. q.2. punct.10. diff.4. n.4.* hoc enim quinquennium præfixum fuit in communem Religionis quietem, & ut refrenetur facilitas convo-
2 landi ad seculum: & ideò currit etiam minori, & ignoranti, *ut latius diximus in tract. de Regim. Eccles. Epis. lib.7. c.11.*
3 *n.2.* item, ut valida sit ratificatio professionis, nullatenus est necessaria scientia nullitatis professionis præcedentis, *ut pluries censuit Sac. Cong. & Rota Romana, & ita etiam servari mandavit Urbanus VIII. teste Paul. Rub. in annot. ad decis. 179. p.4. tom.1. recent.*

4 Similiter status personæ moveri non potest, nisi infra quinquennium post mortem, *ut constat ex tot. tit. Cod. Ne de stat. defunct. post quinquen. quærat.* unde elapso quinquennio non possunt descendentes super statu inquietari ex persona illius, qui prætenditur fuisse servus, vel ancilla, *Balb. de Præscrip. in 3. p.4. princ. q.7.* ubi etiam dicit, quod is, qui fuit 20. annis moratus in statu libertatis, & se publicè gessit pro homine libero per tantum tempus, præscribit libertatem, licèt esset servus, *juxta leg.2. cod. de long. temp. præscrip. quæ pro libert. &c.* quemadmodum etiam filiusfamil. præscribit suam potestatem, si se gessit per 20. annos pro Patrefam. sciente, & patiente Patre, *l.1. ubi glos. in ver. cum diu, cod. de Pat. Pot.*

S U M M A R I U M.

1 *Episcopus concedere potest licentiam Canonicis, & aliis ad residentiam astrictis, ut abesse possint causa studii: limitatur in Parocho n.2.*
3 *Et an Episcopus concedere possit licentiam Parocho, ut causa docendi abesse possit.*
4 *An talis licentia necessariò impetrari debeat, & n.5.*
6 *A quo impetrare licentiam debeat qui pluribus Ordinariis subiicitur.*
7 *Quæ requirantur, ut hujusmodi licentia rectè concedatur, & n.8. & 10.*
8 *Quinquennium prædictum a quo die currat.*
9 *An docentes quoad privilegium percipiendi fructus in absentia arctentur ad quinquennium.*
10 *Studium generale qualiter intelligatur.*
11 *Beneficiati absentes ex causa studii non lucrantur distributiones, sed tantùm fructus suorum beneficiorum, limitatur num.12.*
13 *An Canonici percipere possint distributiones quotidianas tempore trium mensium, quo licet abesse.*

C A P U T LXIV.

An, & quando Episcopus concedere possit licentiam Canonicis, & aliis Beneficiatis ad residentiam astrictis, ut abesse possint ab eorum residentia causa studii.

QUod Episcopus concedere possit hujusmodi licen- 1
tiam, tradunt *Rebuff. in Prax. tit. de Dispens. de non reside. n.25. & in tract. de privil. Scholar. privil.29. & 31. Gonz. ad Reg.8. §.7. Proem. a n.178. Garz. de Benef. p.3. c.2. n.54. & n.85. cum seq. & alii apud Barbos. de off. & pot. Epis. all.56. n.18. & seq. Jorda. Elucub. divers. 1.2. de re Benef. lib.10. tit.40. de oblig. Beneficiat. n.132. ubi etiam refert, ità Sacr. Congregationem pluries resolvisse.*

Hæc tamen conclusio communiter limitatur in Parochis, 2
qui ultra duos menses abesse non possunt, *ex decreto Concilii Trid. sess.23. de ref. c.1.* per quod corrigitur textus in *cap. cum ex eo, de elect. in 6.* nam cùm hodiè parochiales Ecclesiæ conferantur per concursum, præsupponitur in electo ad Parochialem Ecclesiam scientia necessaria, & ideò opus non est, ut a sua Ecclesia absit causa studii, *ut d. Bonac. tom.1. in tract. de oner. & oblig. Beneficiat. ad resid. disp.5. punct.5. nu.16. & ita censuit etiam Sac. Congr. ut refert Ric. in collect. dec.583. par.3. & in Prax. for. Eccles. par.1. res.321. Garz. de Benef. par.3. cap.2. n.*
108. ubi addit, hoc etiam procedere respectu Parochorum 3
docentium, quamvis contrarium sentiat *Zerol. p.1. ver. studium, Laym. in Theolog. mor. lib.4. tract.2. c.6. nu.5. quos refert Bonac. loco cit.* ubi asserit, posse Episcopum concedere licentiam Parocho, ut causa docendi abesse possit, si ejus opera necessaria sit.

An verò talis licentia necessariò impetrari debeat? alii ne- 4
gativè respondent existimantes, illam jam fuisse concessam in *c. fin. de Magist.* alii asserunt, licentiam hujusmodi esse necessariam respectu studentium, non autem respectu docentium, quorum sententiam communem dicit *Jord. lib.10. tit.40. num.128.*

Ego verò censeo, tam studentes, quàm docentes non 5
posse sine licentia Episcopi abesse: idque probatur ex *Constitut. Pii IV. incip. Sanctissimus, quam refert Quaran. in ver. residentia,* ubi statuit, quod gratiæ, & indulta de non residendo, & de percipiendis fructibus in absentia ratione studiorum, non valeant sine consensu Ordinarii, *ità Prosp. de August. in addit. ad Quarant. in ver. residentia, vers. prædictam conclusionem,* ubi etiam dicit, quod in *dict. cap. fin.* conceditur licentia quoad affectum lucrandi fructus, non autem quoad discessum.

Quando verò quis pluribus Ordinariis subiicitur, ab eo 6
impetrare debet licentiam, in cujus diœcesi beneficium est situm, ut *constat ex dicta Constitut. Pii IV. & post gl. in c. cum ex eo, ver. subiectas, & ibi Gemin. in 4. not. de elect. in 6. tradit Jord. d. lib.10. tit.40. n.131.*

Antequam autè Episcopus hujusmodi licentiam concedat, 7
advertere debet primò, ut tales beneficiati sint dociles, & minores, 30. annorum quia majoribus 30. hujusmodi licentia est deneganda, nisi jam studium fuerit inceptum, necdum absolutum, *ut censuit Sac. Congreg. teste Jord. loco cit. d. lib.10. tit.40. n.133.* ubi *n.135.* subdit, quod quando Canonicorum numerus est exiguus, hujusmodi licentia non pluribus, quàm duobus ad summum est concedenda, ne Ecclesia debito privetur obsequio.

Se-

8 Secundò, ut prædictam licentiam non concedat ultra quinquennium, *d.c.fin. de Magist. Conc. Tridentinum sess.5. de ref.c.1.& declaravit Sac.Congreg.apud Jord. loc.cit, nu.136.* ubi etiam dicit, quod hujusmodi quinquennium currit a die, quo Beneficiatus cepit studere: quicquid in contrarium sentiat *Grat.discep. for.c.436.n.6.& seq.* ubi asserit, hujusmodi liceotiam concedi posse ad sex, vel septem annos, & ultra arbitrio Judicis.

9 Observant tamen Doctores, terminum quinque annorum in *d.c.fin.de Magist.* referendum tantùm esse ad studentes, nam docentes quoad privilegium percipiendi fructus in absentia non arctantur ad quinquennium, sed eo gaudent, quandiu docuerint, ita *Barbos. & alii communiter in d.c.fin. Navar. in man.c.25.n.121.*

10 Tertiò hujusmodi licentia non est concedenda pro omni disciplina, seu scientia, sed tantùm pro addiscenda Theologia, vel sacra scriptura, ac jure canonico, & civili juxta *d.c.ult.de Magist.& c.2.de privileg.in 6. Archid. in c. de quibusdam, 37.dist. Fed.de Sen.cons.146. quos refert Ric. in prax.p.2. res.33.* ubi hoc privilegium extendit etiam ad Grammaticam addiscendam, cùm sit fundamentum omnium scientiarum; nec concedi debet pro quocumque loco, sed pro illis tantùm locis, in quibus generale studium viget, *Garz. de Benef.p.3.c.2.n.81.& alii apud Barbos.de off.& pot. Episc.p.3.all.56.n.29.& censuit Sac.Congreg.Teste Jord.lib.10.c.40.nu.338.& seq.* generale verò studium dicitur quod a Papa, Imperatore, Rege, seu Principe, aut immemorabili consuetudine est erectum, quale est studium Romæ, Bononiæ, Paduæ, Papiæ, &c. ut *notant cit. Doctores.*

11 Observa tamen, quod Beneficiati absentes ex causa studiis non lucrantur distributiones, sed tantùm fructus suarum præbendarum: nisi omnes fructus, vel ferè omnes consisterent in distributionibus, quia tunc præstandæ sunt studentibus, vel legentibus, dempta solùm tertia parte interessentibus

12 distribuenda, *c.licet, ubi Abb. & alii, de preb. Gonz. ad Reg.8.§.7.prohem.d.n.78. Quaranta in Summ. Bullar. ver. residentia, vers.quod autem. Grat. discep.for.c.166.n.17. Joan. de Solorzano in tr.de Jur. Indiar.to.2.lib.3.c.14.n.21. & alii apud Barbos.d.all.56.n.29.& censuit etiam Sac.Congreg. prout refert*

13 *Jord. vol.2. de Re benef.lib.10.tit.40.n.160.& seq.* subdens, quod distributiones pro missis votivis, anniversariis pro defunctis, & cætera hujusmodi ioter præsentes tantum dividuntur; & ita etiam Canonici non possunt percipere distributiones quotidianas tempore trium mensium quo licet abesse, etiamsi consuetudo esset in contrarium, ut *censuit Sac.Congreg.teste Paris.de Resign.Benef.lib.1.q.10.n.65. Ric. in prax.res.70.p.2.*

SUMMARIUM.

1 *Quodnam tempus detur ad revocandum contractum in minori ætate factum sine decreto, & n.15.*
2 *Quid si alius adesset defectus, quàm omissionis decreti.*
3 *An ad revocationem hujusmodi admittatur etiam hæres. Quid si hæres sit minor ibidem.*
4 *Ratihabitio per silentium inducta retrotrahitur ad tempus contractus.*
5 *Dispositio l.fin.cod.si major.fact.alien.fact.sine decret. rat. habuer. an procedat de jure Canonico.*
6 *Quid si contractus laboraret vitio nullitatis, & læsionis.*
7 *Quando minor, vel mulier venire possit contra propriam renunciationem non obstante juramento, decreto Judicis, & aliis solemnitatibus statutariis.*
8 *Enormissima læsio quando dicatur.*
9 *An taciturnitas per quinquennium, vel decennium tollat remedium l.2.cod.de Rescind.vend.*
10 *Quid requiratur, ut dici possit inducta ratificatio actus minus solemnis, invalidi.*
11 *Quid probare debeat minor impugnans contractum ex defectu interventus proximiorum.*
12 *An minor vendicans rem malè alienatam teneatur pretium restituere.*
13 *Quid si minor imploret beneficium restitutionis in integrum.*
14 *Quando minor nec civiliter, nec naturaliter obligetur.*
16 *An qui emit rem ab eo, cui minor, vel ejus tutor illam sine decreto alienavit, præscribat contra minorem, & quando currat hæc præscriptio, & n.18.*
17 *Quando ad tollendam ratificationem præsumptam sufficiat declaratio, seu protestatio.*
18 *Præscriptio interrumpi debet modis legitimis ad interrumpendam præsumptionem inductis.*
19 *Prodigus, si tacuit per quinquennium, postquam est effectus sanæ mentis, an censeatur contractum a se antea factum ratificasse.*
20 *Quando filiusfam. validè obligetur sine Patris consensu.*

CAPUT LXV.

An, & quando possit quis revocare contractum a se factum in minori ætate.

JUre cautum est, quod si res immobilis titulo oneroso fuerit alienata sine decreto ab ipso minore, vel ejus administratore, eo sciente, & patiente, non poterit minor contractum retractare, si factus major taceat per quinquennium post 25. annos numerandum, quia ex lapsu dicti temporis inducitur quædam ratihabitio; si verò fuerit alienata titulo lucrativo, requiritur taciturnitas longi temporis similiter post 25. annum decurrendi, videlicet decennii inter præsentes, & vicennii inter absentes, *lege fin.cod.si major.fact. alienat.fact.sine decret.ratam habue.* ubi, quod donationes factæ per minorem etiam ob causam firmitatem non habent, nisi decennium, vel vicennium effluxerit, excepta propter nuptias donatione: quem textum procedere etiam in alio defectu, quàm omissionis decreti, traduot *Corn.consilio 36.* 2
volum.2. Paris.consil.49. num.24. volum.1. quos refert Cacheran. decisio.179.num.53. ubi dicit, quod prædictus textus generaliter intelligitur de omni defectu; contrarium tamen *post Surd.cons.46.num.29.& alios tenuit Rot.dec.473.num.19. coram Greg.* ubi, quod per dispositionem, *d.l.fin.* suppletur tantùm defectus decreti Judicis, non autem tolluntur aliæ nullitates.

Ad revocationem autem admittitur etiam hæres, cui si 3
& ipse sit minor, tempus, quod supererat defuncto ex quinquennio, vel ex decennio, non currit, nisi eo facto majore, *ut d.gloss. Salic. & alii: in d.l.fin. Gab. commun. conclus. lib.2.tit.de min.conclus.4. num.3.& 4. Ciarlin.contr.for.c.196. num.28.*

Hujusmodi verò ratihabitionem, seu ratificationem per 4
silentium inductam retrotrahi ad tempus contractus, dicit *Alex.cons.517.num.2.volum.5.Gab. dict.lib.2.tit.de min.conclus.4.num.1.& 2.* talis enim est natura cujuslibet ratihabitionis, ut trahatur retro ad tempus initii, & contractus, *l.fin.cod. ad Maced. l.licet, ff. de Jnd. cap.ratihabitionem, de Reg.jur.in 6.*

Notandum tamen est, quod dispositio dicti textus non 5
procedit de jure Canonico propter malam fidem contrahentis cum minore, *But.cons.43.vol.3.vers.non obstat, Ruin.cons.41.num.15.lib.1. Surd.cons.49.numer.41.& 47.lib.1. Menoch. cons.49.num.48.lib.1. quos refert Gratian. discep.for.cap.823. num.27.& seq.* ubi dicit, quod non censetur facta aliqua ratificatio stante dolo præsumpto, qui censetur adesse in contrahente cum minore absque solemnitatibus per jus commune, seu statutum requisitis, *& decisum refert Beltramin. ad Greg.decis.260.num.23.& decisio.473.num.24. Burat.decis. 410.num.10. Genuens.de Eccles.qu.767.* quod eò magis procederet, quando intercessit verus dolus, *ut d. Cacher.dec.179. num.13.*

Addit *Grat.d.cap.823.n.28.& c.824.n.50. & seq.* quod ubi 6
contractus laboraret vitio nullitatis, & læsionis, quamvis esset sublata nullitas ex cursu temporis, non tamen diceretur sublata causa læsionis: quia taciturnitas temporis purgat defectum solemnitatis, sed non iojustitiam aliunde causatam, *juxta doctrinam Bald.in l.1.cod.eod.tit.si major. fact. alienat.&c.*

Notandum 2. quod stante enormissima læsione potest 7
minor venire contra propriam renuntiationem non obstante juramento, decreto Judicis, & aliis solemnitatibus statutariis; idemque dicendum est de muliere, *latè Rot.dec.130.*
p.4.tom.2.Recen. ubi quod enormissima læsio dicitur, si du- 8
plo, vel triplo datum fuerit minus, quàm dari debuit, *Cancer.var. lib.2. cap.1.n.39.* ubi addit, quod taciturnitas per 9
quinquennium, vel decennium tollit remedium *leg.2.cod.de Rescin. vend.* aliàs minores essent deterioris conditionis, quàm majores.

Notandum 3. quod, ut dici possit inducta ratificatio a- 10
ctus minus solemnis, & invalidi, requiritur scientia specifica facti, & juris, nec præsumpta sufficeret, *Burat. decis. 410.num.10. Cacheran.dec.179.n.13.* ubi etiam dicit, quod si quis non habuerit notitiam venditionis minus solemniter factæ, ita, ut potuerit credere illam esse solemniter factam, non censetur tacendo ratificare, *latè Ferentill. ad Burat. d. dec.410.n.15. Greg.dec.473.num.18. Rot.apud Cenc. post addit. dec.47.num.13.*

Notandum 4. quod minor impugnans contractum ex 11
defe-

defectu interventus proximiorum, non tantum probare tenetur, quod adessent alii consanguinei, sed etiam quod possent tempore contractus intervenire, ut *pluries resolvit Rot. & precipuè in Senogallien. predii 5. Junii 1617. coram Andrea*, ubi, quod probari debet in loco præsentia proximiorum de eadem die, & hora contractus, & quod commodè intervenire potuerint, *& in Romana nullitatis contractus 27. Junii 1611. coram Pamphilio, & in Romana fidejussionis 2. Junii 1614. coram Pirovano, prout refert Beltram. ad Gregor. dec. 406. n. 19. ubi alias decisiones recenset, Theod. Rub. in singul. tom. 2. ver. min.*

12 Notandum 5. quod minor vendicans rem malè alienatam, non tenetur pretium restituere, nisi quatenus sit effe-
ctus locupletior, *Rot. apud Genc. post addit. dec. 132. nu. 1. &*
13 *seq.* quod etiam procedit, quando minor implorat benefi-
cium restitutionis in integrum: nam neque in tali casu de-
bet restituere quod ex illo contractu accepit, quando non est
14 factus locupletior, *Rot. apud eumdem dec. 141.* ubi addit,
quod minor contrahens contra formam inductam a statuto
ob publicam utilitatem principaliter, nec civiliter, nec na-
turaliter obligatur.

15 Notandum 6. quod ad retractandas venditiones, seu alias quascumque alienationes etiam titulo oneroso factas minore ignorante, similiter decennium inter præsentes, & vicennium inter absentes datur ipsi minori post legitimam ætatem, *Bart. in d. leg. fin. cod. si major. fact. alien. &c. Marian. Jun. cons. 59. colum. 2. vers. nec his obstat, volum. 1. quem refert Gabr. d. tit. de min. concl. 4. num. 12.* quod procederet, etiamsi tutor vendiderit præsente pupillo, dummodò pupillus oun intellexerit quod agebatur: quia tunc perinde habetur ac si non esset præsens, *gloss. in d. l. fin. in ver. minorum, Capyc. dec. 92. num. 2.*

16 Item qui emit rem ab eo, cui minor, vel ejus tutor illam sine decreto alienavit, præscribit contra minorem a die, quo factus est major, eodem spatio decem annorum eo præsente, & viginti eo absente, *l. fin. ubi Salyc. cod. si quis ignor. rem min. &c.* quod intellige, quando emptor est bonæ fidei: secus si emptor sciebat, rem esse minoris, & sic non potuisse distrahi sine decreto: tunc enim requireretur præscriptio 30. annorum, quæ similiter non curreret, nisi post legitimam ipsius minoris ætatem, *gl. in d. l. fin. ver. minorum, cod. si major. fact. alienat. &c.* immo de jure canonico nunquam præscriberet propter malam fidem emptoris, qui scivit, contractum non valere, *ut post Ant. de Butr. cons. 45. col. 3. vers. non obstat. Ruin. cons. 41. col. fin. vers. preterea non potuit, vol. 1. observat Gabr. commu. concl. lib. 2. tit. de Min. concl. 4. n. 13.*

17 Notandum 7. quod ad tollendam ratificationem, quæ
præsumitur ea lapsu prædicti quinquennii, de quo in *d. l. fin.*
cod. si major. fact. alien. &c. sufficeret simplex declaratio ipsius
minoris, etiam extrajudicialiter facta post legitimam æta-
tem intra dictum quinquennium, qua asserat, se nolle ra-
tum habere, *glos. Bald. Sal. & alii commu. in d. l. fin.* asseren-
tes, satis esse simplicem querelam etiam coram vicinis, *Gab.*
loco cit. n. 14. & 15. dummodò hujusmodi protestatio notifi-
cetur emptori, sive alteri, qui rem alienatam possidet, *An-*
ton. de Gam. dec. 275. n. 3. quem refert Cancer. d. lib. 2. c. 1. n. 35. ubi
etiam dicit, quod generalis est regula, omnem protestatio-
nem conservatoriam juris proprii, & ex qua sequitur præju-
dicium tertii, debere illi tertio denuntiare, *per auct. si om-*
nes, cod. si min. ab hæred. se abstin. ratio est quia ex dicto textu
non inducitur propriè præscriptio, sed quædam ratihabitio
18 tacitè, *ut d. Bart. ibidem, vers. ad unum*, subdens, quod ex
d. l. fin. cod. si quis ignor. rem min. &c. inducitur præscriptio, &
ideò debet interrumpi modis legitimis ad interrumpendam
præscriptionem inductis.

19 Notandum 8. quod textus in *d. l. fin. cod. si major. fact. alienat. &c.* locum habet etiam in prodigo, & ideò si tacuit per quinque annos, postquam effectus est sanæ mentis, censetur contractum, seu alienationem per ipsum antea factam confirmasse, seu ratificasse, *Alex. ad Bart. in d. l. fin. lit. B. & decisum refert Cancer. d. lib. 2. c. 1. n. 38.*

20 Notandum 9. quod licèt filiusfam. de jure communi non obligetur pro mutuo, *l. 1. & per tot. ff. ad Macedo.* tamen ex omnibus aliis contractibus, & quasi contractibus, si pubes sit, obligatur efficaciter sine patris consensu, *l. filiusfamil. 39. ff. de actio. & oblig. l. tam ex contractibus 57. ff. de Jud. l. fin. §. 1. vers. pubes verò, ff. de verb. oblig. l. qui Romæ, 122. §. Augerius, ff. eod. titul. de verb. oblig. l. Pretor ait, 4. §. sed & filiusfam. ff. de eden. leg. si quis cum filiofam. 45. ff. de Pecul. §. item inutilis, ubi gloss. in ver. obligari possunt, Instit. de inutil. stipul. leg. qui hominem, 34. §. quidam, ff. de solut.* quia pubes de jure communi validè contrahit, si non alienet stabilia, & habet tantum restitutionem in integrum, si lædatur, *l. si curatorem habens, 3. Cod. de in integ. restit. min. leg. 3. §. sed utrum, ff. de min. ita Paris. cons. 94. sub n. 1. vol. 1. Bursat. cons. 121. n. 6. Clem. de Patr. potest. c. 6. eff. 5. nu. 2. & alii apud Ciriac. cont. 387. num. 4. & seq. to. 2.* ubi etiam dicit, quod adeo obligatur, ut saltem vivente Patre, si non sit solvendo, possit carcerari, *per l. penult. juncta glos. in ver. injuriarum, cod. Qui bon. ceder. poss. & ita tenuit Rota in Bononie. pecuniaria 6. Junii 1607. coram Ludovis. in impress. decis. 321. num. 6. Zacch. de Obligat. Cameral. quæst. 3. num. 11.* ubi dicit, quod filiusfam. in forma Cameræ obligatus non potest hujusmodi exceptione juvari ad retardandam executionem: quod eo magis procederet, si filiusfam. castrense, vel quasi castrense peculium habeat, quia tunc vice patrisfamil. fungitur, juxta *textum in l. 1. §. fin. & leg. seq. juncta gloss. ff. Ad Senatusconsult. Maced. late Galganet. ad statut. urb. lib. 1. cap. 152.* ubi alios casus enumerat, in quibus Macedonianum locum non habet, *de quo etiam vide Mant. de Tacit. lib. 8. tit. 7. per tot.* ubi dicit, quod Macedonianum non habet locum, si filiusfamil. huic exceptioni renunciaverit cum juramento, *per textum in cap. cum contingat, de Jurejur. & cap. quamvis de pact. in 6.* quamvis in hoc contrarium teneat *Grammat. dec. 12. nu. 12. & seq.*

S U M M A R I U M.

1 *Qui juravit se majorem 20. annis, potest probare se minorem, & n. 3. declaratur n. 4.*
2 *An prohibitus dicere de nullitate contractus, possit allegare læsionem.*
5 *Textus in l. 3. cod. si min. se major. dix. declaratur.*
6 *An minor, qui juravit se esse majorem possit agere ad rescissionem contractus.*
7 *Minor contrahendo servare debet solemnitates statutorum loci, in quo contrahit, etiam quoad bona alibi existentia.*
8 *Stante dolo præsumpto per statutum, juramentum non præjudicat minori, nec eum excludit a beneficio restitutionis in integrum.*
9 *An juramentum, & contractus probari possit ex instrumento facto sine solemnitatibus, quando per statutum vis illi adimitur.*

C A P U T LXVI.

An qui juravit, se esse majorem 20. annis, possit probare se minorem non obstante juramento.

REspond. affirmativè juxta magis communem opinio- 1
nem, quam sequuta fuit *Rota in Rovan. dec. 504. par. 5.*
tom. 2. Gratia. discep. for. cap. 513. numer. 2. & seq. ubi addit,
quod licèt non posset dicere de nullitate contractus post 2
quinquennium, potest tamen, si velit, allegare læsionem,
Benintend. dec. 47. num. 3. & 4. ubi quod minor in tali casu pro- 3
bare potest minorem ætatem etiam per testes: quod intellige 4
obtenta prius a Judice Ecclesiastico absolutione ab hujus-
modi juramento, ut rectè advertit *Ciarlin. contr. for. lib. 1. cap.*
35. num. 32.

Nec obstat *textus in l. 3. cod. si min. se major. dix.* quia dispo- 5
sitio d. l. non procedit, ubi ille, qui juravit se majorem,
vult ex capite minoris ætatis infringere actum juratum dedo-
cendo remedium ordinarium nullitatis actus; sed solùm pro-
cedit, quando remedium de jure speciali competens dedu-
citur, prout est restitutio in iotegrum: jus enim speciale fa-
ciliùs tollitur, quàm jus ordinariè competens, *l. ejus militis,*
§. 1. ff. de mil. test. unde poterit minor agere etiam ad rescissio-
nem contractus respectu nullitatis propter solemnitatem o-
missam: *Add. ad Bart. in l. 3. cod. si min. se major. dix. Maresc.*
var. lib. 2. cap. 63. ubi dicit, quod potest minor dicere con-
tractum nullum, etiamsi contractus cedat in sui utilitatem,
Seraph. decis. 1242. per tot. Grammat. dec. 12. num. 5. & seq. ubi
etiam dicit quod si filiusfam. falsò asseruerit se patremfam. & 6
juraverit, poterit opponere de nullitate contractus, cujus
formam non servavit, *latè Ciarl. contr. for. lib. 1. c. 35. num. 24.*
& seq. ubi etiam dicit, quod minor contrahendo servare de- 7
bet solemnitates statutorum loci in quo contrahit etiam quo-
ad bona alibi existentia, *Rota apud Cenc. de Censib. post Ad-*
dit. dec. 141. num 32. & seq.

Et hoc præcipuè procedit in statuto Urbis *cap. 151. lib. 1.* 8
ubi juramentum per minorem præstitum præsumitur dolo,
ac metu extortum: & ideo minor se majorem etiam cum ju-
ramento affirmans sibi non præjudicat, *Curt. Jun. cons. 118.*
& cons. 119. Soc. Jun. cons. 3. lib. 2. & alii apud Galgan. super
stat. Urb. d. c. 151. vers. nec minus, Rot. apud Cancer. d. dec. 141.
num. 34.

*num.*34. ubi, quod stante dolo præsumpto per statutum, juramentum non excluderet minorem a beneficio restitutionis in integrum, *Grat. discep. for. cap.*513. *num.*2. *& sequ.*

9 subdens, quod juramentum probari non potest ex instrumento facto sine solemnitatibus, quando per statutum vis illi adimitur: quemadmodum nec ex hujusmodi instrumento probatur contractus, ut *dixit Rot. dec.*504. *num.*7. *par.*5. *tom.*2. *recen. Burrat. dec.*410. *num.*9. *& ibi Ferentill. num.*13. *& seq.*

S U M M A R I U M.

1 *Res mobilis triennio, immobilis verò decennio, vel vicennio præscribitur concurrente bona fide, & justo titulo: limitatur n.*106. *&* 107.
2 *Tempus absentiæ duplicatur in hujusmodi præscriptione.*
3 *An præscriptio currat contra ignorantem.*
4 *In quo differat præscriptio rerum corporalium a præscriptione servitutum.*
5 *Quando ad res immobiles præscribendas requiratur tempus* 30. *annorum, & n.*10.
6 *Jura, & actiones quanto tempore præscribantur, & num.*9.
7 *Actio hypothecaria quanto tempore duret.*
8 *Quo temporis spatio jus emphyteuticum præscribatur.*
10 *Quid si jus commune, vel præsumptio sit contra præscribentem.*
11 *Præscriptio immemorabilis non requirit aliquam tituli, vel bonæ fidei probationem.*
12 *De jure Canonico in omni præscriptione sufficit tempus* 40. *annorum cum bona fide absque titulo.*
13 *Bona fides semper præsumitur, nisi contrarium probetur, vel nisi titulus sit a jure reprobatus.*
14 *Præsumptio bonæ fidei cessat, quando præsumptio malæ fidei esset fortior.*
15 *Bona fides præsumitur in corporalibus, secus in incorporalibus.*
16 *Quando quis dicatur præsens, & quando absens.*
17 *Quando præsentia præsumatur, & quando probari debeat.*
18 *An in præscriptione* 30. *annorum requiratur possessio.*
19 *Præscriptio minor decennio currit etiam contra Ecclesiam.*
20 *Res immobilis Ecclesiæ quanto tempore præscribatur, & num.*22.
21 *Quid si res communis Ecclesiæ, & privati.*
23 *Contra minorem non currit usucapio, nec præscriptio* 10. *vel* 20. *annorum.*
24 *Præscriptio* 30. *&* 40. *annorum currit contra minorem, sed tempore pupillaris ætatis cessat, & dormit.*
25 *An præscriptio statutaria currat contra pupillum.*
26 *Mobilia pretiosa Ecclesiæ quanto tempore præscribantur.*
27 *An, & quando præscribantur bona Ecclesiæ alienata absque solemnitatibus.*
28 *Quando competat Prælato alienanti interdictum retinendæ possessionis.*
29 *Quando bona detinentur a consanguineis Rectorum, non currit contra Ecclesiam præscriptio, vel observantia.*
30 *In legatis, & hæreditatibus ad pias causas relictis necessaria est præscriptio* 40. *annorum.*
31 *Bona patrimonialia Clerici quanto tempore præscribantur.*
32 *Ecclesia contra privatum præscribit spatio* 30. *annorum.*
33 *Quanto tempore Ecclesia præscribat contra aliam Ecclesiam.*
34 *Hospitalia, & alia loca pia gaudent privilegio quadragenariæ præscriptionis.*
35 *Quo temporis spatio Reip. rationes subscriptæ, & cancellatæ contra Administratorem retractari possint.*
36 *Judæi, & cæteri infideles bona Ecclesiarum præscribere non possunt.*
37 *Fiscus, vel Ecclesia succedens privato, pro tempore præterito utitur jure privati.*
38 *Contra Ecclesiam Romanam non currit præscriptio minor centenaria: declaratur n.*40. *limitatur n.*43.
39 *Eodem privilegio gaudet Fiscus Romanæ Ecclesiæ, & privatus habens rem communem cum Ecclesia Romana.*
41 *An eodem jure utantur Ecclesiæ Marchiæ, & Ferrariæ.*
42 *Mobilia Ecclesiæ Romanæ, & ejus fisci quanto tempore præscribantur.*
44 *Quo tempore præscribantur bona Principis.*
45 *Feuda quanto tempore præscribantur.*
46 *Quo tempore fideicommissum expiret.*
47 *Quænam præscriptio contra Civitatem requiratur, & n.*49. *& seq.*
48 *Item quæ præscriptio requiratur contra fiscum Romani Imperii, & n.*50. *& seq.*
52 *Jura reservata S. R. E. in signum specialis privilegii nulla præscriptione tolluntur.*
53 *Tributa, & alia, quæ Principi debentur in signum recognitionis universalis dominii, præscribi non possunt.*
54 *Quo tempore præscribantur ea, quæ sunt reservata Principi in signum supremæ potestatis tantùm, vel legitimare spurios &c. & n.*57.
55 *Tempus immemorabile habet vim consuetudinis, & constituti.*
56 *Præscriptio immemorabilis non prodest, quando constat de titulo nullo, & vitioso.*
58 *Quando ea, quæ sunt meræ facultatis, præscribantur.*
59 *Quo tempore præscribatur contra Vassallum Ecclesiæ.*
60 *Præscriptio cœpta in majore, currit contra minorem ejus hæredem etiam pupillum: limitatur n.*61.
62 *An hæredibus, vel successoribus universalibus detur restitutio in integrum adversus præscriptionem.*
63 *Quo tempore adversùs contractus juratos præscribatur.*
64 *Juramentum perpetuat actionem usque ad* 40. *annos.*
65 *Ad tollendam præscriptionem quadragenariam alia quadragenaria requiritur.*
66 *Quo tempore præscribatur facultas agnoscendi legatum Jurispatronatus.*
67 *Ex præsentationibus continuatis per centum annos juspatronatus præscribitur.*
68 *Ad firmandum statum beneficii requiritur possessio quadragenaria: limitatur n.*69.
70 *An possidens beneficium per decennium, teneatur exhibere titulum in visitatione.*
71 *Jus francandi præscribitur spatio* 30. *annorum.*
Et an detur ignoranti hujusmodi jus restitutio adversùs completam præscriptionem ibid.
72 *Quando gratia præsumatur justificata.*
73 *Quando Pensionarius liberetur ab onere justificandi litteras Apostolicas.*
74 *Quando litteræ Apostolicæ amittant viam executivam.*
75 *Quasi possessio exigendi pensionem non amittitur, etiamsi per* 30. *annos non fuerit petita.*
76 *Qui possidet alieno nomine, nullo unquam tempore præscribit.*
77 *Conductor diù res alienas tenendo jus proprietatis non præscribit.*
78 *Quando usucapio triennii in fructibus locum habeat.*
79 *Quantum temporis detur Usufructuario ad agnoscendum legatum usus fructus, & n.*80.
81 *Præscriptio decennalis non habet locum, quando agitur de juribus præscribendis.*
82 *An legatum perpetuò Ecclesiæ relictum, spatio centum annorum expiret.*
83 *Infinitas quando toleretur.*
84 *Victus in alearum usu repetere potest pecuniam amissam intra* 50. *annos.*
85 *An victus in hujusmodi ludo teneatur solvere pecuniam amissam, quando adessent contractus, & instrumenta.*
86 *Judex delegatus a Papa regulariter non potest exequi suam sententiam ultra annum: limitatur num.*87. 88. 90. *&* 91.
89 *Explicatur textus in cap. querenti de offic. deleg.*
92 *Sententiæ, quæ intra spatium* 30. *annorum non fuit executioni mandata, non potest amplius peti executio, & numer.*109.
93 *Intra quod tempus mensura fieri debeat, & n.*94. 95. 97. 98. 99. 100. *&* 101.
96 *Stipulatio de solutione facienda in certo loco, quomodo intelligatur.*
102 *Tertius possessor adversùs mensuram quanto tempore præscribat.*
103 *Quandiu duret licentia alienandi simpliciter emphyteutæ concessa.*
104 *Affictus peti possunt usque ad* 30. *annos.*
105 *Conductor non solvens pensionem per annos* 30. *præscribit adversùs pensionem præteritam, non futuram.*
106 *Quando res immobilis præscribatur minori spatio* 10. *annorum.*

107 *Epi-*

CAPUT LXVII.

Quanto tempore bona immobilia, & mobilia, & actiones præscribantur.

1 RESp. quod res mobilis per triennium usucapitur, im-
mobilis verò decennio inter præsentes, & viceennio
inter absentes præscribitur, concurrente tamen bona fide
& justo titulo, *l.un.C.de usucap.transfor.§.1. instit. de usucap.*
l.si quis emptionis, C.de præscript.30.vel 40.ann. l.malæ fidei,
cum auth.seq.C.de Præscript.lon.temp. ubi quod tempus ab-
sentiæ duplicatur; unde inchoata, & continuata præscriptio-
2 ne contra præsentem, puta per septem annos, si Adversa-
rius deinde absuerit per alios tres annos, ad complendam
præscriptionem requiritur lapsus sex annorum, ut duplicetur
tempus. E contra verò quando præscriptio inchoatur contra
absentem, qui postea rediit, antequam perficeretur, pro
tempore deficiente ad implementum præscriptionis facien-
da est computatio, prout inter præsentes, *auct. quod si quis,*
3 *Cod.de præscr.long.temp.Sylv.in ver.præscriptio 1.qu.7. Less.de*
Just.& Jur.lib.2.c.6.dub.8. vers.3. quos refert Jordan. Elucubr.
divers.lib.14.tit.24.de præscr.nu.339. Neguf.de Pignor.p.6.mem.
2.n.16. Barbos.in l.sicut, n.183. C.de præscrip.& alii apud Mer-
lin.de pignor.lib.5.q.26. quæ quidem præscriptio currit etiam
4 contra ignorantem, *juxta communem Doctorum sententiam,*
& in hoc differt hæc præscriptio rerum corporalium a præ-
scriptione servitutum, in qua exigitur scientia, & patien-
tia Adversarii, *ut inquit Balb. de præscript.in 2.p.4. princ.q.1.*
numer.12.

5 Si verò concurrat tantùm bona fides sine titulo, tunc spa-
tium 30. annorum requiritur ad res immobiles præscriben-
das, *d.l.si quis emptionis*, §.1. quo tempore etiam jura, &
actiones tolluntur, *l.sicut, C.de præscr.30.vel 40.ann. latè glos.*
6 *in l.hæreditatis C.de petit.hæred.* ubi dicit, quod actiones rea-
les tolluntur spatio 10. annorum inter præsentes, & 20. inter
absentes cum titulo, & bona fide: & deficiente titulo, spa-
tio 30. annorum; personales verò, & mixtæ simili spatio 30.
7 annorum: hypothecaria vero durat usque ad 40. annos
Balb.de præscr.in 4.p.4 princ.qu.9.& 19. ubi dicit, quod is,
8 qui solvit canonem tamquam emphyteuta, per 30. annos,
& tanto tempore rem aliquam possedit uti emphyteuticam,
præscribit jus emphyteuticum, seu utile dominium, *Gra-*
9 *tian.disc.for.c.494.n.15. Rot.dec.53.nu.3.p.3.recent.* ubi de præ-
scriptione juris habendi distributiones, & de actione spolii,
& *dec.535.n.9.& seq.p.4.to.3.recent.* ubi, quod actio spolii in-
ter laicos præscribitur spatio 30. annorum; contra verò Ec-
clesiam spatio annorum 40. *Peregr.de jur.fisc.lib.6.tit.8.num.1.*
ubi dicit, quod personales actiones Fisco competentes, item
10 & reales pro re per tertium possessa ac hypothecariæ præscri-
buntur spatio 30. vel 40. annorum, prout præscribitur con-
tra privatum. quod intellige quando præscribenti jus com-
mune, aut præsumptio non resistit: tunc enim sufficit bona
fides in hujusmodi præscriptione 30. annorum secus si jus
commune, vel præsumptio esset contra præscribentem: quia
tunc ultra bonam fidem requiritur etiam titulus, nisi tanti
temporis allegetur præscriptio, cujus contraria memoria
non existit, *cap.1.de præscript.in 6. Alex.cons.74.num.7.vol.4.*
11 *Gabr.de præscr.concl.1.num.44.46.& 55. Mascard.de probat.in*
ver.præscrip.concl.1219.n.45.46.47.& 54.Ciriac.contr.300. n.9.
& 10.lib.2. ubi dicit, quod præscriptio immemorabilis non
requirit liquidam tituli, vel bonæ fidei probationem, *Gra-*
tian.disc.for.cap.52.nu.27.& seq. Boer.dec.39.nu.7. Balb.de præ-
scrip.in 2.p.4.princ.q.1.n.11.& q.2.nu.2. ubi quod de jure cano-
12 nico in omni præscriptione sufficit tempus 49. annorum
cum bona fide absque titulo, *per textum in cap. de quarta,*
& c.si diligenti de præscr.

Antonell. de Tempore.

Bona verò fides semper præsumitur tam in præscriptio- 13
ne 30. vel 40. quàm 10. annorum, nisi contrarium probetur,
vel nisi titulus sit vitiosus, & a jure reprobatus, *ut tradunt*
DD.in l.Celsus, ff.de usucap.Cepoll.in tractat.de servit. urban.
præd.cap.20.num.2.Cravet.de antiqu.temp.in 4.par. §. materia 14
ista, num.21. subdens, quod cessaret præsumptio bonę fi-
dei, quando præsumptio malæ fidei esset fortior, *latè Ma-*
scard.de probat.concl.225.num.1.& seq.vol.1.Balb. ubi sup.in 2.
p.4.princ.q.1.num.11, ubi dicit, quod bona fides præsumitur 15
in corporalibus; sed in incorporalibus non præsumitur nisi
probetur.

Præsentes autem dicuntur qui degunt in eadem Provincia, 16
absentes verò, qui extra illam commorantur, *l.fin. ubi Sa-*
lic.Cod.de præscrip.long.temp. præsumitur autem præsentia,
quando creditor, & possessor sunt ejusdem Civitatis, & ha-
bent in eadem Civitate domicilium, si verò sint diversarum
Civitatum quamvis ejusdem Provinciæ tunc cessat dicta prę-
sumptio, & ideò præsentia probari debet per asserentem, 17
Mantic.dec.291.Jordan.lib.14.tit.24. de præscr. n.338. excepta
præscriptione longissimi temporis, in qua non requiritur
probatio quod ambæ partes sint præsentes seu habuerint do-
micilium in eadem Civitate, *Tiraqu.de retract. lignag. §.35.*
glos.4.nu.39.Gratian.decis.March.4.n.42.& seq. ubi *post Aym.*
cons.111.nu.20. addit, quod quando agitur de præscriptione
30. annorum, non requiritur possessio, cum inducatur ex
solo temporis cursu, *per doctr. Bart.in l.fin.ff.de eo, per quem*
factum erit &c.

Observa tamen, quod licèt triennalis præscriptio currat 19
etiam contra Ecclesiam, *ut not.Balb.de præscr.in 1.p.5.princ.*
q.1,nu.10,& seq.Jordan.loco cit.num.323. post gloss.in auct. quas
actiones, ver.durantibus, Cod. de Sacros. Eccles. ubi etiam di-
cit, quod quælibet præscriptio minor decennio currit con-
tra Ecclesiam: res tamen immobilis Ecclesiæ, vel piorum lo- 20
corum non præscribitur decennali præscriptione, sed qua-
dragenaria requiritur, *Auct.de Eccles.titul. §. pro temporali-*
bus, l.omnia privilegia, C.de Episc.& Cler.cap.de quarta, extr.
de præscr. latè Pacif. de Salv.interd.inspect.2.cap.2.num.27. &
sequ. ubi etiam dicit, quod hujusmodi præscriptio decenna-
lis non habet locum in eo, qui rem communem habet cum 21
Ecclesia, *arg.l.si communem, ff. Quemad.serv.amitt.* & ideò
requiritur etiam in tali casu quadragenaria præscriptio,
juxta text.in d.cap.de quarta, & notat etiam Sylv.in ver.præ-
scriptio 1.nu.7.vers.Quinto &c. subdens, quod si jus Ecclesiæ
remanere potest illæsum, præscriptio communis contra lai-
cum sufficeret, *Balb.de præscr.in 1.p.5.princ.qu.1.nu.8.& q.4.*
nu.2. ubi addit, quod in illis casibus, in quibus contra pri- 22
vatum lex statuit majus tempus 40. annis, putà tempus, cu-
jus initii memoria non extat, tunc contra Ecclesiam non
præscribitur minori tempore, ne sit deterioris conditionis,
quam privatus.

Similiter contra minorem non currit usucapio nec præ- 23
scriptio 10. vel 20. annorum, *l.fin. C. in quib.caus.in integr. re-*
stit.necess.non est, Alex.cons.101.nu.24.vol.7.Sylv.in ver.præ-
scr.1.nu.7. excepta præscriptione 30. vel 40. annorum, *ut in* 24
d.l.fin. quæ etiam tempore pupillaris ætatis cessat, & dor-
mit, *leg.sicut Cod.de prescript.30.vel 40. ann.Rota apud Fen-* 25
zon.decis.144. ubi, quod nec præscriptio statutaria contra
pupillum currit.

Item mobilia Ecclesiæ pretiosa non præscribuntur mino- 26
ri tempore quàm 40. annorum, cum hæc inter immobilia
numerentur, *ut post Panorm.in cap.tua, de His, quæ fiunt*
a Prælat.not.Sylv.in ver.alienatio, nu.9.& in ver.præscriptio
1.num.7.

An verò præscribi possint bona Ecclesiæ alienata absque 27
solemnitatibus affirmant *DD. communiter;* hæc tamen præ-
scriptio intelligitur de spatio 40. annorum, *juxta dict. cap.*
de quarta, extr. de præscr. & incipit post mortem illius, qui
malè alienavit: immò neque currit post mortem malè alie-
nantis, nisi data scientia, & patientia cujuslibet Rectoris,
seu Prælati successoris, quam probare debet, qui se fundat
in hujusmodi præscriptione, *Caval.decis.46.num.29.par.1.*
Trivis.decis.28.& 58.p.1.& alii apud Ricc.in Prax.for. Eccles.
par.1. resol.32. ubi etiam refert, ita resolvisse Rotam in Auxi-
mana alienationis 13. Januarii 1581. coram Litta, Balb. de
Præscrip.in 1.p.5.princ.q.1.num.8.latè Rota decis.94.p.7.Recent.
ubi etiam, quod ratione possessionis semper permanentis 28
penes Ecclesiam, cui ex facto Rectoris præjudicari non po-
test, competit interdictum retinendæ possessionis tam Præ-
lato Successori, quàm etiam ipsi alienanti, agenti tamen
nomine Ecclesiæ, *& dec.689.n.13.p.4.to.3.Recent.* ubi, quod 29
quando bona detinentur a consanguineis Rectorum, non
currit contra ecclesiam aliqua præscriptio, vel observantia,
cap.si Sacerdotes 16.q.3.Bald.in l.1.n.1.in fin.C.de Bon.matern.

Gozad.conſ.33. verſ.item & præſcrip. Rebuff.in tr.de rer.Eccleſ.
*alien.n.36.Guido Pap.dec.*150.*n.*1.
30 Obſerva 2. quod etiam in legatis, & hæreditatibus ad pias
cauſas relictis neceſſaria eſt præſcriptio 40. annorum, *Auct.*
de Eccleſ.tit.§.pro temporalibus, Sylv.in ver. præſcriptio 1.*n.*7.
verſ. in legatis autem &c.
31 Obſerva 3. quod ſimilis præſcriptio 40. annorum neceſſa-
ria eſt in bonis patrimonialibus Clerici, ad quorum titulum
fuit ordinatus *ſecundum Navar. conſ.5.de Imm.Eccleſ.Cened.*
*q.canon.*11.*n.*9.*& alios apud Ricc.in Prax.for.Eccleſ.par.4.re-*
ſol.91. quamvis alia bona patrimonialia Clericorum præ-
ſcribantur præſcriptione, ſeu tempore communi, *latè Balb.*
de præſcrip.in 1.*par.*5.*princ.q.*5.
32 Obſerva 4. quod Eccleſia contra Privatum præſcribit ſpa-
tio 30. annorum, *c.placuit huic ſanctæ*, 16.*q.*3. per quem tex-
tum corrigitur *l.bene a Zenone, C.de Quadrienn.præſcr.ut not.*
33 *gloſ.in d.c.placuit* contra aliam verò Eccleſiam non præſcribit
niſi ſpatio 40. annorum, *c.placuit*, 15.*§.quas actiones, ead.q.*
3.*Sylv.loc.cit.n.7.Balb.in* 1.*p.*5.*princ.q.*1.*n.*4. ubi etiam dicit,
34 quod pauperes, & miſerabiles perſonæ, Hoſpitalia, & alia
loca pia fundata auctoritate Epiſcopi gaudent privilegio
quadragenariæ præſcriptionis, quicquid dicat *Galgaget. ad*
*Statut.Urb.lib.*1.*c.*158.*col.*5.*verſ.limita* 6.
35 Obſerva 5. quod Reip. rationes ſubſcriptæ, & cancellatæ
contra Adminiſtratores ultra 20. & contra ejus hæredem ul-
tra 10. annos retractari non poſſunt, *l.in omnibus, ff. de Di-*
verſ.& temp.præſcr.
36 Obſerva 6. quod Judæi, & cæteri infideles, licèt utantur
jure communi, & præſcribere poſſint contra Chriſtianos,
bona tamen Eccleſiarum nequeunt præſcribere, *c. porrò ubi*
gloſ.16.qu.3.Roman.conſ.489.nu.3.Ric.civil.de Jur.perſon.extr.
Eccleſ.lib.2.c.20.nu.14.quos refert & ſequitur Jordan. lib.14.tit.
24.de præſcr.n.432.ver.reſtringe 1.
37 Obſerva 7. quod fiſcus, vel Eccleſia ſuccedens privato
pro tempore præterito utitur jure privati: & ideò pro dicto
tempore non requiritur quadragenaria præſcriptio, *ſecun-*
dùm communiorem, & veriorem Doctorum ſententiam, ſed
tantum pro futuro tempore utetur dicto privilegio, *l.fiſcus*,
6.ff.de Jur.fiſc.Sylv.in ver.præſcriptio 1.*nu.*7. ubi dicit, quod
ſi contra privatum præſentem cucurrerunt quinque anni,
antequam res perveniret ad Eccleſiam, poſtquam pervene-
rit ad Eccleſiam, ſufficient 20. *& ita concludunt communiter*
DD.in auct.quas actiones, C.de Sacroſ.Eccl. Balb.de præſcr. in
1.*p.*5.*princ.q.*3.
38 Obſerva 8. quod contra Eccleſiam Romanam non currit
præſcriptio minor centenaria, *cap.nemo, 16. qu.3. cap.ad au-*
dientiam, cap.cum vobis, & cap.ſi diligenti, de præſcrip. auct.
quas actiones, Cod.de ſacroſ.Eccleſ.Gratian.diſc.for.c.52.nu.5.
Roer.dec.264.n.24.Balb.in 2.p.5.p.princ.n.5.& alii apud Pere-
39 *grin.de Jur.fiſc.lib.6.tit.8.numer* 42. ubi dicit, quod prædicta
jura procedunt etiam in fiſco Romanæ Eccleſiæ: eodemque
40 jure utitur privatus habens rem communem cum Eccleſia
Romana, *ut poſt Innoc.& Pan.not. Balb. in* 1.*p.*5.*princ.qu.*4.
quod intelligendum eſt in ſpectantibus principaliter, &
non ſecundario ad dictam Romanam Eccleſiam, *d. cap. ad*
audientiam, ubi gloſ.ver.principaliter, de præſcrip.Sylveſt.in
ver.præſcriptio 1.*n.*7. ubi dicit, quod hoc privilegio gaudent
generaliter omnia immediatè pertinentia ad diſpoſitionem
Papæ, ut Eccleſia Lateranenſis, & res ejus, & exemptio,
*Bald.in d.auct.quas actiones. num.*14. ubi dicit, quod quic-
quid eſt de juriſdictione Eccleſiæ Romanæ principaliter,
& per ſe tamquam patrimonium Beati Petri, non poteſt præ-
ſcribi, niſi ſpatio centum annorum: quod privilegium ad
Eccleſias Marchiæ, & Ferrariæ extendit *item Balb. in* 1.*p.*5.
*princ.q.*1.*n.*18.
41 Addit *Abb.in c.cum dilecta, de Confirm.util.Felin.in c.ad au-*
dientiam nu.33.de præſcr. Salic.in l.un.C. de uſucapio transfor.
*quos refert Peregrin.de Jur.fiſc.lib.6.tit.8.num.*45. quod contra
Eccleſiam Romanam & ejus fiſcum mobilia non uſucapiun-
tur triennio, ſed in his quoque requiritur præſcriptio cen-
tenaria.
43 Limita in caſu *cap.2.de præſcript.in* 6. ubi hæredes hæretici
defuncti, qui communiter pro catholico reputabatur, præ-
ſcribunt etiam adverſus Eccleſiam Romanam ſpatio 40. an-
norum.
44 Item ea bona, quæ Princeps poſſidet tamquam Princeps,
centum annorum ſpatio præſcribuntur; in iis verò, quæ poſ-
ſidet tamquam privatus, ſufficit præſcriptio 30. vel 40. anno-
rum, *Guid.Pap.dec.*416.*n.*1. *Balb. de præſcr.in* 1.*p.*5.*princ.q.*1.
*n.17.Cephal.conſ.*205.*n.*7. ubi dicit, quod hac centenaria præ-
45 ſcriptione etiam feuda præſcribuntur, *& conſ.*268.*n.*25 ubi
46 addit, quod fideicommiſſum expirat ſpatio 100. annorum,
47 *Honded.conſ.84.num.26.lib.2.* ubi, quod contra Civitatem,
ſeu Remp. quæ habet fiſcum, & Regalia, & Superiorem non
recognoſcit, præſcriptio centum annorum requiritur; In
aliis verò caſibus contra Civitatem præſcribitur ſpatio 40. an-
norum, *Auct.de non alienando, §.finimus, ibi, nec multum*
&c.Alban.in Bart.in leg.fin.nu.7.C.de Sacroſ.Eccleſ.Alex.conſ.
16.n.24.vol.5.Creſcen.dec.4.n.5.de Privil. Peregr.de jure fiſc.lib.
6.tit.8.nu.6.
Addit *gl.in d.§.finimus, in ver.nec multum, Bald.in l.2.C.* 48
Com.de Uſucap.Alex.conſ.84.n.2.vol.1. & conſ.24.n.14. vol.5.
& alii, quod etiam contra fiſcum Romani Imperii requiri-
tur præſcriptio centenaria: hoc tamen procedit tantum in
illis caſibus expreſſis *in l.fin.Cod.de Sacroſ.Eccleſ.* videlicet in
rebus relictis jure hæreditario, legatis, donationibus, &
venditionibus, *ut inquit Cravett.de antiquit.temp.p.4. §.Ab-*
*ſolutis differentiis, num.*40. ubi etiam dicit quod in dictis ca- 49
ſibus Civitas habens jura Principis gaudet privilegio præ-
ſcriptionis centenariæ, *Balb.in 3.p.5.princ.qu.5.1. & 2.* ubi,
quod gaudet dicto privilegio in prædictis caſibus Civitas,
& etiam Caſtrum, etiamſi non habeat jura fiſcalia, *Bald.*
in l.fin.num.3. verſ.quæro, an ſingularis &c. Alexan. conſ.16.
num.24.vol.5. ſubdens, quod non requireretur in dictis ca- 50
ſibus poſitis, *in dict. leg. fin.* contra Civitatem præſcriptio
centum annorum, niſi quando præſcribens eſſet ille, qui
Civitati vendidiſſet, vel donaſſet, vel reliquiſſet jure inſti-
tutionis, vel legati, aut fideicommiſſi, vel eſſet ejus hæres,
aut ſucceſſor univerſalis: nam contra alium præſcribentem
non loquitur illa lex, *Peregrin. de Jur. fiſc. lib.6.tit.8.numer.7.*
ubi, quod *dicta lex.fin.C.de Sacroſ.Eccleſ.* locum habet, cum
agitur contra venditorem, donatorem, ſeu adverſus illorum
hæredes; ſecus ſi tertius rem poſſideat: hic enim, licèt ſin-
gularis ſucceſſor ab illis cauſam habens præſcribit ſpatio 30.
& 40. annorum adverſus Civitatem, Fiſcum, & Principem,
vide etiam Jaſ. in d.l.fin. Ang. & Imol.in l. uſucapionem, ff. de
Uſucap.
Item diſpoſitio *d. legis* requirentis ſpatium 100. annorum 51
in illis quatuor caſibus, procedit, quando poſt donatio-
nem, venditionem, inſtitutionem, aut relictum factum Ci-
vitati, nunquam fuit res tradita Civitati; aliàs ſufficeret tem-
pus 40. annorum, *ita Guil.de Cu.in l.1.C.Nerei do.vel templo.*
*quem refert Bald.in 3.p.5.princ.qu.*1. ubi etiam dicit, quod d.
lex locum habet in rebus, quæ verè ſpectarent ad Civitatem,
jure dominii: ſecus ſi jure quaſi dominii: quia contra Civi-
tatem, ſicut contra Eccleſiam præſcribitur in quaſi domi-
nio, & publiciana tempore communi, *per doctrinam Bart.*
in l.ſi finita, §.ſi de vectigalibus, ff. de Damn.infect. Ang.in l.
2.Cod.Nerei dom.vel templo.Corn.conſ.16.& 117.vol.2.& con-
ſil.142.vol.3.
Jura verò reſervata S. R. E. in ſignum ſpecialis privilegii 52
nulla præſcriptione tolluntur, *c.un.ubi gloſſ.ver.non obſtante,*
de Cler.ægrot.in 6. quemadmodum nec præſcribi poſſunt ea, 53
quæ Principi debentur in ſignum recognitionis univerſalis
dominii, qualia ſunt tributa, & cenſus, *juxt. textum in l.*
comperit, C.de præſcrip.30.vel 40.ann.Bal.in l.2.C.commun.de
*uſucap.latè Peregrin.de jur.fiſc.lib.6.tit.8.nu.*9. ſecus eſſet in iis,
quæ non competunt in ſignum recognitionis dominii uni- 54
verſalis, ſed ſunt reſervata Principi in ſignum ſupremæ po-
teſtatis tantum, non autem Superioritatis, ut legitimare ſpu-
rios, creare tabelliones, indicere vectigalia, pedagia, &
ſimilia: hæc enim præſcribuntur tempore, de cujus initio
non extat memoria, *ut d.Bart.in l.ſi publicanus, §.in omni-*
bus vectigalibus, ff. de Publician. quem cæteri communiter ſe-
quuntur, nec requiritur in tali caſu ſcientia ipſius Principis,
quicquid dicat *Bart. loco cit.* tum quia ex uſu tanti temporis
præſumitur ſcientia Principis, tum etiam quia tantum tem- 55
pus habet vim conſuetudinis, & juris conſtituti, *leg.1. §.fin.*
ff.de aq.pluv.arc.l.hoc jure, §.ductus aquæ, ff.de aqu.quot. &
æſtiv.cap.ſuper quibuſdam, §.præterea de verb.ſignif.ita Alex.
conſ.74.n.6.& 7.lib.4.& conſ.24.n.14.& ſeq.lib.5. Guid.Pap.dec.
514.Cevall.in Spec.opin.commun.contr.commun.q.46.n.2.Balb.
de præſcrip.in 2.p.5.princ.qu.3.& 4.Roſenthal.de feud.c.5. concl.
16.Peregrin.de jur.fiſc.lib.6.tit.8.n.14.& ſeq. ſubdens, *num.*25.
quod præſcriptio immemorabilis non prodeſſet, ſi conſta- 56
ret de titulo nullo, & vitioſo in præjudicium verò privata-
rum, perſonarum talia jura præſcribuntur ſpatio 40. anno- 57
rum, *ut poſt Bald.conſ.242.lib.1.& conſ.370.col.2.lib.3.tradit*
Cravet.conſ.54.n.8.
Addit *Balb.in 4.p.5.princ.q.*1. quod ea etiam, quæ ſunt me- 58
ræ facultatis, præſcribuntur, ſi præſtita fuerint tempore im-
morabili: licèt hæc regulariter nunquam præſcribi poſſint,
l.viam publicam, ff.de via publ.
Quæres, quanto tempore præſcribatur contra vaſſallum 59
Eccleſiæ reſpectu utilis domini ipſius vaſſallis? Reſp. quod eo-
dem, quo contra privatum, tempore præſcribitur, *Cravet.de*
Antiq.

Antiq.temp.p.4.§.Absolutis differentiis, nu.27. Alex.cons.169.n.
5.lib.2.& cons.92.num.24.& seq.lib.6.& alii apud Rosenthal. de
feud.c.6.concl.78.n.9.& 10.& in lit.H.
60 Observa 9. quod omnis præscriptio, quæ est cæpta in ma-
jore currit contra minorem ejus hæredem etiam pupillum,
60 excepta præscriptione 30. annorum, quæ tamquam odio-
sa tempore pupillaris ætatis dormit, ut post Balb.de præscrip.
6.p.in princ.cas.23.num.34.Bov.de Statut.Urb.præscr.gloss.19.
n.184.Guid.Pap.dec.31.num.3. tradit Gratian.disc.for.cap.78.
n.46.ubi de communi, Cephal.cons.102.nu.27.lib.1. ubi ex com-
62 muni Doctorum sententia addit, quod ubicunque contra
hæredes, vel successores universales ipso jure curreret præ-
scriptio, eisdem succurritur beneficio restitutionis in inte-
grum ex clausula generali, si qua mihi justa causa, juxta l.1.
ff.ex quib.caus.major.
63 Observa 10. quod adversus contractus juratos non præscri-
bitur minori spatio, quàm 40. annorum, Rot.apud Merlin.
de pignor.dec.105.nu.6. nam usque ad id tempus juramentum
64 actionem perpetuat, ut tradunt DD. communiter in l. nam
posteaquam, §.his, qui, ff.de jurejur.Pen.dec.575.num.9.Burat.
dec.457.nu.1.
65 Observa 11. quod ad tollendam præscriptionem qua-
dragenariam, requiritur alia quadragenaria, nec sufficeret
decennalis, etiamsi fieret reductio ad primævum statum
propter assistentiam juris communis, latè Gonzal.ad reg.8.
Cancell.glos.7.nu.8.& præcipuè n.36.Gratian.disc.for.cap.918.
numer.44.
66 Observa 12. quod facultas agnoscendi legatum Jurispa-
tronatus præscribitur spatio 30. annorum, prout aliæ actio-
nes personales, ut post Peregr.cons.34.n.14.lib.1.Gabr.de præ-
scr.concl.6.& 7.& alios dixit Rot.267.n.9.p.6. Recent. ubi n.10.
67 & seq. addit, quod ex præsentationibus continuatis per cen-
tum annos præscribitur juspatronatus ac si constaret de fun-
datione.
68 Observa 13. quod quadragenaria possessio requiritur ad
firmandum statum beneficii, Rota coram Burat.decis.776.
num.1.subdens nu.2. satis esse etiam decennalem, dum non
docetur de legitimo statu contrario, juxta cap.cum de bene-
69 ficio, de prob.in 6.ubi Gem.num.8. Franch.num.5.Rot.decis.22.
de Probat.in antiqu.& decis.2.de Præb.innov.& fuit resolutum
in Camerinen. nullitatis pensionis 9. Decembris 1583.coram Vi-
cecomite.
70 Item possidens beneficium per decennium, non tenetur
exhibere titulum in visitatione: quia decennalis possessio
deservit pro titulo, quando sumus in persona capaci, & cui
jus non resistit: quicquid aliud sit in non capace, secundùm
Abb.& Fel.in c.licet Heli, de Simon.& in c.illud, de præsump.
Flor.Diaz.var.qq.lib.3.q.23.n.24.& seq.
71 Observa 14. quod jus francandi præscribitur spatio 30. an-
norum, juxta magis communem opinionem, quam sequuta
fuit Rot.coram Duran.decis.246. ubi etiam, quod ignoranti
hujusmodi jus datur restitutio adversus completam præscri-
ptionem.
72 Observa 15. quod ex simili spatio 30. annorum gratia præ-
sumitur justificata; & ideò licèt litteræ Apostolicæ sint
justificandæ contra successorem, qui non consensit reser-
vationi pensionis, tamen si pensionarius fuerit in quasi pos-
73 sessione exigendi per 30. annos liberatur ab earum justifi-
catione: ad quem effectum tempora junguntur, Rota in Bri-
xien. pensionis 23. Maii 1594. coram Millino, & in Lauden.
74 translationis pensionis 29. Martii 1594. coram Penia, & in Ne-
ritonen.pensionis 5. Novembris 1601.coram Litta, & coram Bu-
rat.dec.296.n.2.& seq.& ibid.Feremil.n.10.& seq. ubi etiam di-
cit, quod litteræ Apostolicæ amittunt vim executivam, si
75 per spatium 30. annorum exequutioni demandatæ non fue-
rint; non tamen amittitur quasi possessio exigendi pensionem,
etiamsi per 30. annos non fuerit petita, Rot.in Turritana Ter-
tiariarum 15. Aprilis 1593. coram Mantic.in impress.decis.172.
nu.5.& in Aquilegien. pensionis 21. Maii 1610. coram Manza-
nedo, & in Romana census 4.Julii 1618. coram Buratto, in im-
press.decisione 347.nu.11.
76 Observa 16. quod decedente eo qui aliquid possidebat pre-
cario nomine, non possunt hæredes possidere nomine pro-
prio, quamvis precarium ignoraverint, & per 30. annos
possederint, quia neque defunctus, si per centum annos vi-
xisset, potuisset præscribere, cum possideret alieno nomi-
ne ut post Castrens. in l.neque fructuarium, 8. numer.2. Cod.de
77 usufr.& habit.not.Gratian.disc.for.cap.779.num.20.per textum
in l.malè agitur, C.de præscrip.30.ann. ubi, quod Condu-
ctor diu res alienas tenendo, jus proprietatis sibi usurpare
non potest.
78 Observa 17. quod usucapio triennii in fructibus locum ha-
bet, quando constat, eos fuisse retentos per totum triennium,
Antonell. de Tempore.

sed si infra triennium consumpti fuerint, datur actio ad præ-
tium, quæ durat 30. annis ita Ruin.cons.204.nu.15.lib.1.Soc.
sen.cons.82.nu.29.lib.4. Bellam.dec.412. Menoch.de Recup.poss.
remed.15.n.589.Didac.var.resol.lib.1.cap.3.n.7.in fin. Hier.Ga-
br.cons.108.n.6.& seq.lib.1.& alii, quos refert, & sequitur Hon-
ded.cons.30.nu.74.lib.1.
Observa 18. quod usufructuarius tenetur agnoscere lega- 79
tum a die scientiæ infra decem annos inter præsentes, & vi-
ginti inter absentes, alioquin non posset amplius illud pete-
re, cum usufructus tollatur non utendo per tantum tempo- 80
ris spatium, Franc.Marth.dec.831.p.1.Bald.cons.235.n.1.vol.
1.Didac.var.res.lib.1.c.17.nu.11.& alii apud Cavalcan.de usu-
fr.mulier.relict.n.168. ubi subdit, hoc intelligendum esse in 81
unico legato ususfructus, non autem in annuo legato, quia
hoc casu pro unoquoque anno requiruntur decem anni inter
præsentes, & viginti inter absentes, ut observant etiam Lu-
dovic.dec.Lucens.31.nu.15.& seq. ubi addit, quod præscriptio
decennalis non habet locum, quando agitur de juribus
præscribendis.
Observa 19. quod legatum perpetuò ecclesiæ relictum 82
spatio centum annorum expirat, secundùm Decan.cons.378.
prope fin.Joan.de Ana.cons.39.& alios apud Cephal.cons.268.
nu.26. contraria tamen opinio verior, & æquior est, ut tra-
dunt DD.in l.in annalibus, Cod.de legat.Soc.in leg.3.§.item si
Reip.ff.Ad leg.Falc.Rim.junct.cons.219.lib.2.Mut. super Con-
suet.Panorm.cap.76.nu.54.Peregrin.de fideicomm.artic.30.num.
11. & alii, quos refert, & sequitur Gratian. discept.for.cap.
131.num.1.& seq. illa enim dictio, perpetuò intelligi debet 83
in infinitum secundum proprietatem dicti verbi, Corn. cons.
22.numer.19.lib.3.Alberic.in Diction.ver.perpetuò, Rim.jun.
cons.219.n.32.lib.2. quamvis enim infinitas sit evitanda, cap.
cum in multis, de Rescr.in 6. tamen toleratur, ubi verba sunt
apta ad illam inducendam, Bero.cons.155.in princip.lib.1.
quem cum aliis refert, & sequitur idem Gratian.dec.Marth.
22.n.4.& seq.
Observa 20. quod victus in alearum usu repetere potest 84
pecuniam amissam intrà spatium 50. annorum, leg.fin. C.de
Relig.& sumpt.fun. ubi etiam, quod victus in hujusmodi lu-
do non tenetur solvere pecuniam amissam, etiamsi adessent
contractus, promissiones, & instrumenta: quia frustra 85
quis petit quod statim restituturus est, Rot.decis.95.p.5.to.1.
Recent.
Observa 21. quod licèt Judex delegatus a Papa ultra an- 86
num suam sententiam regulariter exequi non possit, cap.
quærenti de offic.deleg. hæc tamen regula limitatur, quando
executio est cœpta, & nondum perfecta: hoc enim casu 87
durat perpetuò, etiam ultra 30. annos, quia tunc actio in
factum, seu judicis officium pro executione sententiæ im-
pensum efficitur litigiosum, & lite pendente non currit præ-
scriptio, maximè in Curia, ubi instantia est perpetua, Achil.
decis.1.de Execut.senten.aliàs 5.de Præscrip.Pen.decis.115.num.
6.& seq.
Limitatur 2. quando sumus in causis habentibus tractum 88
successivum, in quibus licèt sententia semel executioni man-
data sit, potest tamen iterum peti ejusdem sententiæ execu-
tio, si interveniat nova turbatio, Put.decis.326.in fin.lib.1.in
correct. ubi etiam dicit, quod textus in d.cap.quærenti pro- 89
cedit; quando exequutoriales semel fuerunt executioni de-
mandatæ, Rot.dec.21.num.2.par.7.recent. Unde si fuerit lata 90
sententia in materia terminorum, & ejus vigore sint apposi-
ti limites, potest peti iterum ejusdem sententiæ executio con-
tra noviter turbantes, vel amoventes limites, ut post Capic.
dec.1.Avend.de Exequut.mand.cap.4.nu.49.& alios dixit Ro-
ta dec.1.p.7.Rec. ubi, quod in materia habente tractum suc- 91
cessivum, ut exequutoriales non expirent per annum, re-
quiritur, quod fuerint jam executioni demandatæ, & quod
postmodum interveniat turbatio, & dec.21.eadem p.7. ubi, 92
quod quando sententia non fuit mandata executioni intra
spatium 30. annorum, non potest amplius peti executio,
cum post dictum tempus jus exequendi jam præscriptum sit,
Marant.de ord.judic.p.6.tit.de execut.sent.n.54.Gratian.discep.
for.c.66.n.21. ubi dicit, quod usque ad 30. annos peti potest
executio sententiæ actione in factum, vel officio Judicis,
Rot.coram Penia dec.173.n.7.
Observa 22. quod mensura secundùm aliquos debet fieri 93
intra 60. dies, secundùm alios intrà annum, & secundùm
alios intrà 30. annos, vide Thesaur.dec.185. Surd.dec.64.nu.
32.& seq.Cephal.cons.35.n.7.lib.1.
Sed in hoc distinguendum est; aut enim adjectum est tem- 94
pus certum ad mensuram faciendam, & tunc eo tempore fie-
ri debet, DD.in l.qui fundum, ff.de Contrah.empt.& in cap.per
tuas, ex.de donat.Giovagn.cons.71.nu.12.lib.1. ubi, quod ela-
pso dicto tempore mensura amplius fieri non potest, sed

attenditur pretium certum conventum inter partes ac si ni-
hil conventum fuisset de mensura: quod intelligendum est
cessante fraude, & impedimento: ut infra dicemus.
95 Aut adjectum est tempus incertum, puta si dictum fue-
rit, quod fundus mensuretur intrà proximos dies, vel quam
primum, & tunc mensuratio fieri debet intra 60. dies, leg.
quod si nolit, §. si quid ita, vers. si autem de tempore, ff. de Ædi-
lit. Edict. quatenus tamen commodè fieri possit, & non repu-
gnet qualitas temporis, quod arbitrio Judicis remittendum
96 est, arg. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. ubi stipulatio
de solutione facienda in certo loco intelligitur, cum primum
arbitrio boni viri eo perveniri poterit.
97 Si verò nullum adjectum est tempus certum, vel incer-
tum, putà si simpliciter partes convenerint de mensura fa-
cienda, tunc mensura fieri potest usque ad 30. annos, quia
pactum hujusmodi producit actionem personalem, quæ non
præscribitur minori spatio, quàm 30. annorum, l. sicut, C.
de præscrip. 30. vel 40. ann. latè Giovagn. cons. 71. n. 19. lib. 1. ubi
98 etiam dicit, quod si simpliciter fundus venditus sit, & dictum
fuerit, illum esse centum jugerum non adjecto pacto de men-
sura facienda, potest similiter usque ad 30. annos mensurari,
latè Surd. decis. 64. & probatur ex tex. in cap. per tuas, extr. de
99 Donat. idem dicendum, si conventum fuerit, quod mensu-
ra fiat ad quamcumque partis petitionem, & quandocunque:
nam hoc etiam casu requiruntur ad præscriptionem mensuræ
30. anni, Bero. q. famil. 5. quem refert Thes. dec. 185. nu. 2. & si
100 huic pacto de mensurando adjectum fuerit juramentum,
mensura fieri poterit usque ad 40. annos, cum usque ad hoc
tempus juramentum, quod habet vim litis contestatæ, per-
petuet actionem, l. nam posteaquam, §. fi iis, qui, & ibi DD.
ff. de Jurejur.
101 Addit Surd. d. dec. 64. n. 33. & seq. quod potest peti mensu-
ra non obstante lapsu temporis, quando pretium nondum est
solutum: tunc enim venditori agenti opponi potest exceptio
deficientis mensuræ, quia temporalia in agendo, sunt per-
petua ad excipiendum, l. licet, C. de excep.
102 Tertius verò possessor adversus mensuram præscribit spa-
tio 10. vel 20. annorum, cum in tali casu etiam rem ipsam
præscribat, Thes. d. dec. 185. n. 2.
103 Observa 23. quod licentia alienandi emphyteutæ simpli-
citer concessa, 30. aut ad minus 10. annis durat, secundum
Jas. in l. fin. nu. 27. C. de Jur. emph. Corbul. de Jur. emph. ti. de caus.
priv. ob alien. irreq. Dom. fact. ampliat. 11. in fin. & alios apud
Giovagnon. cons. 44. n. 19. & 43. lib. 2.
104. Observa 24. quod affictus dari possunt usque ad 30. an-
nos, Guid. de Suzar. in tract. de jur. emphyt. num. 22. Balb. de
præscrip p. 4. quæst. 4. princ quos refert Ludovic. decis. Lucen. 25.
105 num. 25. unde conductor non solvens pensionem per annos
30. præscribit adversus pensionem præteritam, non futu-
ram, Papien. in form. libel. quo agitur ad ficti præstat. in ver.
solvere neglexit, n. 4. Caroc. de Locat. & conduct. ti. de præscrip.
num. 4.
106 Observa 25. quod in duobus casibus res immobilis præ-
scribitur minori spatio decem annorum, videlicet biennio
in casu l. qui agror Cod. de omn. agro deser. &c. ubi in prædiis
tributariis desertis, & incultis biennio perditur eorum do-
107 minium, & possessio: & in casu c. 1. de præscr. ubi Episco-
pus contra Episcopum locum a se conversum ad fidem præ-
scribit triennio, ut post Fel. & Bold. not. Balb. de præscr. in 2.
p. princ. q. 1. n. 6. & 7.
108 Observa 26. quod officio Judicis regulariter præscribitur
spatio 30. annorum, jux. gl. communiter receptam in l. sicut, in
princ. in ver. persecutione, C. de præscr. 30. ann. late Balb. loc. cit. in
4. p. 4. princ. q. 30. & 37. ubi etiam dicit, quod eodem tempore
109 præscribitur adversus sententiam, cui sententiæ executio
officio Judicis fiat, ut tradit Bart. & alii in leg. Judex postea-
110 quam, ff. de re Jud. Idemque dicendum in actione in factum,
quæ oritur ex sententia, l. actori, C. de re cred. cum ibi not. l.
miles, §. qui judicati, ff. de re jud.
111 Observa 27. quod actioni de evictione non præscribitur
antequam res evincatur, glos. communiter recepta in l. empti,
112 C. de Evict. & regulare est, quod actioni nondum ortæ præ-
scribi non potest quando non est in potestate partis facere,
ut actio nascatur, l. cum notissimi, §. illud, C. de præscrip. 30.
vel 40. ann. ubi in obligationibus conditionalibus, vel in
113 diem non currit præscriptio, nisi post diei, vel conditio-
nis eventum, licet secus sit, quando est in potestate partis
114 facere, ut illa oriatur, Paul. de Castr. cons. 293. quem refert
Balb. de præscr. in 5. p. 5. princ. q. 3. ubi ex hoc infert, quod pi-
115 gnoratitiæ actioni potest præscribi, licèt ante solutionem,
vel oblationem debiti non sit orta, cum fuerit in potestate
debitoris facere, ut illa nascatur, offerendo debitum.
116 Quæres an, & quanto tempore exceptio præscribatur?

Nonnulli distinguunt, quod aut jus excipiendi descendit ex
actione, hoc est competit, quia competit jus agendi, &
tunc præscribitur eodem tempore, quo præscribitur actio,
per l. Papinianus, §. si filius ff. de inoff. testam. aut exceptio non
est fundata in virtute actionis, sed nititur propriis viribus,
ut exceptio pacti, jurisjurandi, doli, & similes, & in tali
casu exceptio est perpetua per tex. in l. purè, §. fin. ff. de dol.
excep.

Item alii distinguunt, quod aut actio, & exceptio com- 117
petunt ad diversos fines, & tunc sublata actione non tolli-
tur exceptio, sed est perpetua; aut actio, & exceptio com-
petunt ad idem, & tunc exceptio non durat magis, quàm
actio, ita Oud. de rest. in integr. q. 25. art. 7. num. 42. Blasius Flo-
res Diaz de Mena. var. qu. 8. & alii apud Cancer. var. p. 1. c. 15.
nu. 6. & seq.

Ego verò censeo, exceptionem semper esse perpetuam, 118
licèt actio sit temporalis; non enim eadem est ratio actionis,
& exceptionis: nam actor in sua potestate habet, quando uta-
tur jure suo, & ideò contrà eum meritò currit; præscriptionis
autem, cum quo agitur, non habet potestatem, quando con-
veniatur, sed expectare debet tempus propositionis actionis
Adversarii: unde ei permittendum est perpetuò excipere,
ut in d. l. pure, §. fin. nec obstat tex. in d. l. Papinianus, §. si filius:
quia ibi nulla fit mentio de tempore, ut rectè observat De-
cian. in cap. si autem, num. 24. de Rescrip. & ita tenet Gomes. de
Success. con. testam. n. 20. quem refert, & sequitur Gratian. decis.
March. 151. n. 16.

Ex quo infertur, quod licèt uxor obligans se absque cau- 119
sa pro viro, possit per viam actionis se eximere a dicta obliga-
tione, tamen quia illa actio tribuit ei etiam exceptionem in
tempus, quo ab Adversario convenietur, potest excipere de
hujusmodi nullitate semper, & quandocunque etiam post 30.
annos, Dec. in d. cap. si autem de rescrip. Socin. in l. 2. ff. de excep.
C. Fabr. lib. 7. tit. 13. de præscrip. 30. ann. prout refert Cancer. var.
d. p. 1. c. 15. n. 7. vers. quod ego &c.

Secus esset, quando quis potest proponere in judicio jus 120
suum agendo infra aliquod tempus a lege limitatum; tunc
enim infra illud tempus tenetur excipere, cum de negli-
gentia imputari possit; quemadmodum si actor intenta-
vit actionem, & reus non allegavit exceptionem, expi-
rat jus excipiendi, sicut jus agendi, glos. in cap. cum acces-
sissent, de Constit. Felin. in cap. si autem, col. 4. in ver. tempo-
ralia, de rescrip. Gom. loc. cit. Gratian. decis. March. 151. num.
16. & seq.

S V M M A R I U M.

1 *Tempore hostilitatis non currit præscriptio.*
2 *Item non currit tempore schismatis, vacationis Ecclesiæ, pestis, mortalitatis, & similium impedimentorum: declaratur nu. 4.*
3 *Quid si in illo loco jus redderetur,*
5 *Tempore suspensionis Prælati non currit præscriptio.*
6 *Quando currat præscriptio in rebus, quæ sub conditione debentur.*
7 *Quando currat præscriptio contra uxorem tempore matrimonii.*

C A P U T LXVIII.

An tempore hostilitatis currat præscriptio.

RESp. negativè, immò illud subducitur de præscriptio- 1
ne, jux. textum in cap. ex transmissa, ubi glos. fin. de præ-
scrip. quemadmodum neque currit tempore schismatis, va- 2.
cationis Ecclesiæ, vel imperii, pestis, mortalitatis, & simi-
lium impedimentorum, quia impedito non currit tempus,
cap. de quarta eodem ti. glos. fin. in c. cum non liceat, eodem tit. de
præscrip. Balb. de præscrip. in 2. par. 6. princ. n. 8. & seq. Gratian.
disc. for. c. 403. nu 24. & seq. ubi prædictam conclusionem am- 3
pliat, etiamsi in illo loco jus redderetur, quia timor pestis
est justa causa non comparendi, Jordan. Elucubr. divers. lib.
14. ti. 24. de præscrip. nu. 192. & seq. ubi etiam dicit, quod non 4
excusaretur impeditus, nisi constet, quod impedimentum
fuerit causa immediata, & quod adhibuerit omnem diligen-
tiam pro illo removendo, ut late probat Menoch. de Arbitr.
jud. cas. 118. n. 7.

Item tempore suspensionis Prælati non currit præscriptio, 5
cap. quia diversitatem, de concess. præb. neque in rebus, quæ
sub conditione debentur, nisi a tempore conditionis ex- 6
tantis, l. cum notissimi, §. illud autem, C. de præscr. 30. ann. si-
militer neque currit præscriptio contrà uxorem tempore ma- 7
trimonii, nisi maritus vergat ad inopiam, l. in rebus dotalibus,
§. om-

§.omnis, C.de jur.dot.gl.fin.in d.cap.cum non liceat, Balb.de præscr.in 2.p.5.princ. ubi alios casus enumerant, in quibus præscriptio non currit.

SUMMARIUM.

1 *Contra filiumfamil. nulla currit præscriptio durante patria potestate: declaratur num.2. limitatur num.7.8.10.14.& 16.*
3 *Si pater vendat rem adventitiam filii, præscriptio non currit, donec pater vivit.*
4 *Pater habet legitimam administrationem in bonis filii, & num.13.*
5 *Filius existens in potestate Patris, juris impedimento agere non potest.*
6 *An durante matrimonio currat præscriptio contra mulierem quoad dotem.*
7 *Impedimentum facti non impedit præscriptionem.*
9 *Filius potest producere instrumentum donationis animo insinuandi in judicio sine consensu patris.*
10 *Potest filiusfam. solus adire hæreditatem etiam patre ignorante, vel recusante: limitatur n.11.*
12 *Non potest Pater adire pro filio, nisi infans sit.*
14 *Filiofam. currit præscriptio in acquirendis, licèt non currat in acquisitis: limitatur n.15.*
16 *Filius in rebus, in quibus pater non habet usumfructum, habet plenam administrationem in judicio, & extra.*
Et an filius pro dictis rebus agere possit sine consensu patris, ibidem.

CAPUT LXIX.

An, & quando contra filiumfam. currat præscriptio.

1 RESp. quod regulariter contra filiumfam. nulla currit
præscriptio durante patria potestate, *l.1.§.final.C.de
Annal.except.auth.nisi tricennale, ubi Bald.& alii, C.de bon.
matern.*
2 Hoc tamen procedit, quando filius non potest agere pro-
pter juris resistentiam, & impedimentum patriæ potesta-
tis, & ità loquuntur omnes Doctores, dum præsupponunt,
non currere præscriptionem filiofam. *ut observat Gratian.*
3 *discep.for.cap.475.num.7.& 8.* ubi dicit, quod si pater ven-
deret rem adventitiam filii, donec Pater vivit, aut durat
patria potestas, non currit præscriptio, quia juris impedi-
mento agere non potest, cùm pater habeat legitimam admi-
nistrationem in bonis filii, licèt filio proprietas acquira-
tur, *ut in leg.1.C.de bon.matern.d.auth. nisi tricennale, C.eod.
tit.Bald.in l.1.num.1.C.Qui admitt.Balb.de præscr.in 1.p.6.&
ult.princ.q.1.n.14.vers.vigesimus primus casus, Hond.cons.83.
nu.56.lib.1.*
6 Hinc etiam fit, quod neque contra mulierem quoad do-
tem currit præscriptio durante matrimonio, quia tunc non
potest agere, nisi fortè maritus vergeret ad inopiam, *l. in
rebus, C.de jur.dot.*
7 Secus esset, quando filiusfam. potest agere Patre ignoran-
te, vel eo recusante, & invito, quia tunc contra illum præ-
scriptio currit, *latè Balb.loc.cit.d.q.1.nu.15.* ubi exemplificat
in casu, quando Patri non quæritur ususfructus, *Gratian.
d.c.475.n.7.& seq.* ubi etiam dicit, quod impedimentum fa-
cti non impedit præscriptionem, *de quo vide Bart. in l. Se-
natusconsulto, n.3.ff.de offic.præsid.*
8 Ex quo infertur, quod præscriptio temporis bonorum pos-
sessionis petendæ, quæ fit in figura judicii, currit contra fi-
liumfam. tum quia jus, & exercitium residet in eo principa-
liter, tum etiam quia petere bonorum possessionem est po-
tius impetrare, quàm agere, & ideò non requiritur licentia
Patris, *ut dicit Bald.in d.l.1.num.21.vers.aut loquimur in præ-*
9 *scriptione temporis &c* ubi etiam notat, quod filius potest
producere instrumentum donationis animo insinuandi in ju-
dicio sine consensu Patris; eadem ratione filiofam. curreret
præscriptio in jure adeundi etiam vivo Patre, quia patria
10 potestas non impedit jus adeundi, nec actum, nec exerci-
tium; unde potest hodie solus filiusfam. adire etiam Patre
11 ignorante, vel recusante: utroque enim casu dicitur habe-
re integram personam ad hæreditatem adeundam, nisi fuis-
set institutus contemplatione Patris, *ut d.gl.in l.ul.ver.dies,
ff.Quis ord.in bonor.possess.serv.Bald.in l.bonorum, n.21. C.Qui
admit.ad bon.poss.Bart.in l.si quis mihi bona, §.jussum, num.2.
ff.de acquir.hæred.* nam in aditione hæreditatis persona ip-
12 sius filii consideratur, cùm illi hæreditas delata sit; & ideò
non potest Pater adire pro filio, nisi infans sit, *ut rectè ob-*
13 *servat Dec.in l.1.in secunda lectura num.85.& seq.C.qui admit.
Antonell. de Tempore.*
ubi etiam dicit, quod pater non consequitur administratio-
nem in bonis filii, nisi post acquisitionem factam, vide-
licet casu, quo filius habet proprietatem, & pater usum-
fructum: & ideò respectu acquisitionis futuræ non dicitur
tunc Pater legitimus administrator, *& hanc esse veriorem,
& communem sententiam dicit Gratian. d.cap.475.num.1.&
seq. quibus adde gl.in d.l.1. §.fin. ver. temporalem, C.de An-
nal.excep.* ubi dicit, quod filiofam. currit præscriptio in 14
acquirendis, licèt non currat in acquisitis, *per textum in l.
1.ubi etiam gl.in ver.ignorante, C.Qui admit. ad bonor. poss.l.
fin.C.de acquir.poss.* excepta pupillari ætate, quo tempore 15
præscriptio cessat, & dormit, *l.sicut, ubi Bart.& alii C.de
præscrip.30.ann.*
Infertur 2. quod in his rebus, in quibus Pater non habet 16
usumfructum, filiofam. legitimæ ætatis currit præscriptio,
quia in hujusmodi rebus filius habet plenam administratio-
nem in judicio, & extra saltem patre requisito, *Bald.in auth.
nisi triennale, C.de bon.mater.* quamvis enim pro dictis rebus
filius agere non possit sine consensu Patris, tamen si pater
renuat, potest filius impetrare a Judice, ut Patrem cogat
ad præstandum consensum, *ut not.Bart.in l.3.§.usuras, ff.de
contr.& util.act.tutel.*

SUMMARIUM.

1 *Quisnam dicatur furiosus, vel mentecaptus, & an in effectu differant.*
2 *Tam furiosus, quàm mentecaptus non potest contrahere sine curatoris auctoritate, ac Judicis decreto, & aliis solemnitatibus requisitis in contractu minoris, alias contractus esset ipso jure nullus.*
3 *Quid si illic non fuerit interdicta a Judice administratio bonorum.*
4 *Et quid si mentecaptus contraxerit prout fecisset vir prudens.*
5 *Et quid si constet, mentecaptum tempore contractus habuisse dilucida intervalla.*
6 *Dilucida intervalla qualiter probentur.*
7 *Si mentecaptus rem alienavit, competit actio hæredibus etiam contra tertium pro recuperatione ejusdem rei.*
Et an possit mentecaptus in tali casu agere mediante Curatore, ibidem.
8 *Contra mentecaptum, vel furiosum nulla currit præscriptio, & n.11. limitatur n.12.*
9 *Mentecaptus, & furiosus æquiparantur pupillis, & gaudent omnibus eorum privilegiis.*
10 *Contra pupillos non currit præscriptio.*
13 *Quando præsumatur scientia.*
14 *An mentecaptus vendicans rem, teneatur restituere pretium.*
15 *Quando emptor teneatur probare versionem.*

CAPUT LXX.

An præscriptio currat contra furiosos, & mentecaptos.

PRæmittendum est, quod furiosus dicitur is, qui conci- 1
tatur quodam impetu furoris: mentecaptus verò ex-
trinsecus est in habitu mentis quietæ, nec ullum furorem
ostendit, *ut d.Bald.in l.furiosi, 25.nu.2. C.de Nup.* in effectu
tamen non differunt, cùm uterque careat voluntate, & con-
sensu, *leg.furiosi, ff.de Reg.Jur.*
Unde tam furiosus, quàm mentecaptus contrahere non 2
potest sine Curatoris auctoritate, ac Judicis decreto, aliàs
contractus esset ipso jure nullus, *l.2.C.de curat.furios.l.in ne-
gotiis, ff.de Reg.Jur.l.is, cui bonis 6.ff.de verb.oblig. §.furiosus,
inst.de Inutil.stip.latè Ciriac.contr. for.329. num.25.& seq.* ubi
etiam dicit, quod requiruntur aliæ solemnitates necessariæ
in contractu minoris, *juxta l.si prædia 11.ff.de Reb.eor.* etiam- 3
si illis adhuc non fuerit interdicta a Judice administratio bo-
norum, quia adveniente furore, ipso jure eis administratio
interdicitur, *gl.in l.1.ff.de curat.furios.& in d.l.is, cui bonis,
ff.de verb.oblig.*
Nec obstaret, quod mentecaptus contraxerit, prout fe- 4
cisset vir prudens: quia adhuc actus esset nullus, cum præ-
sumatur gessisse actum casu, non autem intentione, & vo-
luntate, *ut notant Doctores communiter*, nisi fortè constet, 5
eo præciso tempore mentecaptum habuisse dilucida inter-
valla, quia tunc actus valeret, *Menoch.lib.6.præsump.45.n.
68.Ciriac.d.contr.329.n.29.& seq.& contr.334.nu.13.* subdens 6
num.15. quod dilucida intervalla debent probari per plures
actus sanæ mentis successivos.

7 Unde si mentecaptus rem aliquam alienaverit, competeret actiu hæredibus ipsius mentecapti etiam contra tertium
pro recoperatione ejusdem rei, quia alienatio a principio
non valuit, *l.conf.7.§.1.& §.cum dementis, ff. de Curat.furios.*
quemadmodum potuisset ipse mentecaptus agere mediante
Curatore, *Fulgos.cons.79.sub n.2.Paris.cons.87.in 1.dub.vol.3.*
Socin.jun.cons.52.per tot.vol.2. quos refert Ciriac. d. contr.329.
n.48.& seq.& contr.330.n.21.& seq.
8 Ad quæsitum vero Resp. quod contra mentecaptum, vel
furiosum nulla currit præscriptio, quia æquiparantur pupil-
9 lis, & gaudent omnibus eorum privilegiis, *l.Fulcinius 7.ff.*
plane interdum, §.Quib. ex caus.in poss.eat. contra quos cer-
10 tum est præscriptionem non currere, *l.sicut, prope fin.C.de*
Præscrip.30.ann.ita glos.in leg.2. in ver. ad agnatum, & ibi
Bald.& alii, Cod. de Curat.furios. Balb. de Præscrip. in 1. p.6.
princ.q.1.n.46.Alban.ad Bart.in d.l.2. ubi dicit, quod quem-
11 admodum pupillis, & minoribus non currit præscriptio durante minori, vel pupillari ætate, ità nec furiosis existen-
12 te furore, *Viv.commun.opin.660.* ubi, quod præscribi non
possunt res prodigi, ac furiosi, sicut nec res minorum, *per*
textum in l.fin.Cod.in Quib.caus.in integr.restitut.necess.non est,
ubi tamen excipitur præscriptio 30. vel 40. annorum, *& ita*
tenent alii apud Ciriac.d.contr.329.num.69.& sequen. nisi fortè
emptor ignoraverit, venditorem esse mentecaptum, nam
tunc curreret præscriptio, *per textum in l.2.§.si a furioso, ff.*
13 *pro emt.* non tamen præsumeretur ignorantia, si emptor es-
se consanguineus, vel domesticus, aut vicinus, vel si aliæ
circumstantiæ concurrerent, ex quibus scientia præsumi potest, *ut post Bart.in l.2.§.si a pupillo sub nu.5.ff. pro empt. Ma-*
scar.de probat.in ver.scientia concl.1299.n.9.not. Ciriac.d.contr.
329.n.63.& 64.
14 Quæres, an mentecaptus vindicans rem, teneatur restituere pretium, seu pecuniam, quam ex contractu accepit? Resp.
quod non teneatur restituere pretium, nisi emptor probaverit,
pecuniam fuisse in ipsius utilitatem versam, *ut de minore est*
text. in l.prædiorum, & in l.si prædium, C.de Præd.& aliis reb.
min. quod quidem procedit, quando contractus est nullus:
tunc enim emptor debet probare versionem: secus esset, quando contractus tenet, & petitur, illum rescindi: quia hoc
casu qui petit rescissionem, debet probare pecuniam fuisse
perditam, & dilapidatam, *gl.in d.l.prædiorum, ver.constiterit Cephal.cons.207.n.37.& seq. Natt.cons.631.n.5. Menoch.con-*
sil.644.sub n.17.Rolan.cons.7.n.28.vol.3. Riminal.jun.cons.5.nu.
76.& alii apud Ciriac.d.contr.329.n.54.

S V M M A R I V M.

1 *An & quanto tempore actio hypothecaria ab extraneo possessore præscribatur, & n.2.*
2 *Actio Salviani quanto tempore præscribatur.*
Possessio auctoris, & successoris junguntur ad præscriptionem implendam, ibid.
3 *Quando currat hujusmodi præscriptio, & n.4.*
5 *Quando currat præscriptio hæc contra minorem.*
6 *Hypotheca contra Ecclesiam, & loca pia, non præscribitur decennali præscriptione, sed quadragenaria requiritur.*
7 *Quanto tempore præscribatur hypotheca dotis.*
8 *An, & quando contra dictam præscriptionem detur restitutio in integrum ex capite justæ ignorantiæ.*
9 *Quanto tempore hypotheca tollatur, quando debitor constituit se precario possidere nomine creditoris.*
10 *Precarium non extenditur, nisi ad bona, quæ debitor possidebat tempore constituti.*
11 *An debitor præscribere possit contra creditorem quando in obligatione hypothecaria adest clausula constituti.*
12 *Debitor, vel ejus hæres hypothecariam præscribit contra crediterem annis 40. declaratur n.13. limitatur n.14.*
14 *An successor singularis præscribat, si causam habuit a possessore malæ fidei.*
15 *Explicatur textus in auct. malæ fidei, Cod. de Præscript. long. temp.*

C A P U T L X X I.

Quanto tempore actioni hypothecariæ præscribatur.

1 Resp. quod actio hypothecaria ab extraneo malæ fidei possessore 30. annorum spatio præscribitur secundum jus civile, *l.cum notissimi, ubi Bald.C.de præscr.30.ann.*
eodem spatio 30. vel 40. annorum a debitore, vel ejus hærede actio hujusmodi tollitur, *ut per dictum textum tenuit*
Tiraqu.de Retract.lignag.§.1.gloss.10.num.11. sed secundum
jus canonicum nunquam in tali casu præscribitur ob defectum bonæ fidei, *cap.possessor, de Reg.iur.in 6.Jordan. Elu-*
cub.divers.lib.14.tit.24.num.441. Merlin.de pignor.lib.5.quæst.
21.num.12.
Verum ab extraneo emptore, vel Donatario possidente 2
cum titulo, & bona fide spatio decem annorum inter præsentes, & 20. inter absentes tam respectu rerum immobilium, quàm mobilium præscribitur hypotheca, & consequenter actio salviani, *l.ult.Cod.de action.& oblig.l.1.& 2.*
Cod.si advers.Credit.præscrip.oppon. etiamsi Donatarius esset
universalis omnium bonorum, *ut decisum fuit in Senatu Parisi. prout refert Tiraq.de Retract.lignag.§.1.gl.10.num.11. ubi*
n.18. addit, quod possessio auctoris, & successoris junguntur ad præscriptionem implendam, *juxta l.dolia, §.eum qui,*
ff.de contrah.empt.latè Merlin.de pignor.lib.5.qu.21.& 26. subdens, quod in rebus mobilibus hypotheca non tollitur usucapione, hoc est triennali præscriptione, *per tex. in l.usuca-*
pio, C.de pignor.
Hujusmodi verò tempus 10. vel 20. annorum non currit 3
vivente debitore, sed tantum eo mortuo, *arg.l.cum notissimi,*
§.sed cum illud, C.de præscr.30.vel 40.ann. & ideò singolarem
possessorem non posse tempore principalis debitoris in præscribendo se juvare, *dicit Pacif.de Salv.inter.insp.2.num.272.*
Rotam coram Millin.dec.211.
Et hoc quidem procedit, quando extraneus possessor non 4
est creditor ejus, a quo rem habuit: nam si esset creditor,
debitore quidem vivente præscribit contra primum creditorem spatio annorum 40. debitore verò mortuo, annis 30. a
die mortis debitoris numerandis, *d.l.cum notissimi, §.sed cum*
illud ubi DD. latè Merlin. de pignor.lib.5.qu.21.num.25.& seq.
eodemque jure utitur primus creditor contra posteriores creditores, *ut in d.l.§.eod.jure, ubi Salic.& alii;* unde si primus creditor possedit per 40. annos rem hypothecatam, creditor posterior non potest dicto primo creditori offerre debitum, & avocare rem hypothecatam, *ut d. Bald.in d.l.cum*
notissimi, n.4.
Item notandum est, quod prædictum tempus decem, vel 5
viginti annorum non currit contra minorem, nisi postquam
factus est major, quia contra minorem non currit aliqua
præscriptio, nisi 30. vel 40. annorum, *l.fin.C.in quib.caus.in*
integr.restit.necess.non est, Alex.cons.101.num.24.vol.7.Cacher.
dec.179.nu.14.
Notandum 2. quod hypotheca contra ecclesiam, & loca 6
pia non præscribitur decennali præscriptione, sed quadragenaria requiritur, *juxta textum in c.de quarta, ex.de præscrip.*
Seraphin.dec.920.n.6.late Pacif.insp.2.c.2.n.279. Merlin.de pi-
gnor.d.lib.5.q.21.n.35.& seq. ubi etiam dicit, quod ad præscribendam hypothecam dotis requiritur tempus 40. annorum,
Rota in Rom. dotis, & legati 15.Januarii 1620.coram Manzanedo; contrarium tamen videlicet quod hypotheca dotis præ- 7
scribatur spatio decem annorum inter præsentes, 20. inter
absentes, sentiunt *Abb.cons.22.n.2.lib.2. Castr.cons.70.num.2.*
lib.2. Boer.dec.328.n.3.quos refert, & sequitur Pacif. insp.2.c.2.
n.275. ubi etiam dicit, quod hæc præscriptio currit tam soluto matrimonio quàm eo constante, quando certum, & notorium est, maritum vergere ad inopiam: quamvis enim
actio hypothecaria ad dotem repetendam oriatur constante
etiam matrimonio, quoad exercitium tamen differtur ad
tempus mortis, vel inopiæ mariti, *ut dicit idem Merlin. de*
pignor.lib.5.q.63.n.9.
Notandum 3. quod adversus dictam præscriptionem de- 8
cem, vel 20. annorum tam minoribus, quàm majoribus ex
capite justæ ignorantiæ datur restitutio in integrum, *post*
Ruin.cons.84.n.8.lib.4.Cagnol.in leg.2.q.79.n.219.C.de pact.int.
empt.& vend.dixit Rota dec.59.n.8.par.6.recen.& in Romana
Salviani 20.Novembris 1630.coram Merlino, & in alia Romana Salviani 17.Junii 1624.coram Pirov.latè Merlin.d.lib.
5.q.21.n.54.& seq. subdens *n.60.* quod decennali præscriptione completa contra auctorem non attenditur justa ignorantia successoris.
Notandum 4. quod quando debitor constituit se preca- 9
rio possidere nomine creditoris, tunc hypotheca non tollitur spatio decem, vel 20. annorum sed 30. annorum præscriptio requiritur propter dictam clausulam constituti, *secundum Raph.Ful.cons.214. Fran.de Crema. Singular.26. quos*
refert Afflict.dec.139.num.5.& seq. ubi hoc intelligit quoad 10
bona, quæ possidebat debitor tempore constituti, non autem quoad bona postea quæsita, ad quæ præcarium non extenditur, *Gratian. dec. March.15.* contrarium tenet *Papien.in form.libell.in action.hypothec.§.& exceptionem, num.4.*
Jordan.Elucub.divers.lib.24.tit.24.de præscrip.num.438. ubi 11
dicit: quod si in obligatione hypothecaria adsit clausula constituti, tunc debitor nullo tempore præscribit, cùm ipse
non

non possideat, sed creditor cujus nomine possidetur, *l.quod meo, ff.de acq.poss.*

12 Notandum 5. quod debitor, vel ejus heres hypothecariam præscribit contra creditorem annis 40. *d.l.cùm notissimi, §. quamobrem, ubi Bart.Bald.& alii glos.in l.1.ver.successerunt, C.si advers.credit.Gratian.disc.for.c.881.n.2.& seq. Pacif.d.in-*
13 *sp.2.c.2.n.271.& seq.Mantic.dec.291.* quod intelligendum est concurrente bona fide: nam aliàs de jure canonico non curreret præscriptio, ut supra diximus, *& advertit etiam Merlin.de Pignor.lib.5.q.21.num.13.& seq. Rota apud eumdem dec. 105.n.5.& seq.Balb.de præscrip.in 4.p.4.princ.q.3.n.2.* ubi, quod principalis debitor, vel hæres ejus de jure canonico nunquam præscribit propter malam fidem.

14 Quæritur, an singularis successor præscribat adversus hypothecariam spatio dicti temporis 10. vel 20. annorum si causam habeat a possessore malæ fidei? affirmat *Balb.de præscrip. 2.p.3.p.princ.q.12.n.7.* quod intellige, dummodò inchoet præscriptionem ex persona sua, & non utatur accessione possessionis sui auctoris: nam si uteretur tali accessione, deberet uti cum sua causa, & vitiis, quo casu ei obstaret mala fides auctoris etiam in præscriptione longissimi temporis, *leg. Pomponius, §.cùm quis, ubi glos. & DD. ff.de acq.poss. l.an vitium, in princ.ubi gl.ff.de Divers.& temp.præscrip.*

15 Nec obstat *textus in auct. malæ fidei, C.de præscrip.long. temp.* ubi, quod mala fides auctoris nocet successori singulari in præscriptione longi temporis 10. vel 20. annorum, Domino ignorante jus suum, & alienationem factam, quamvis non noceat in præscriptione 30. annorum: quia respondetur, quod prædictus textus procedit quoad præscriptionem dominii: secus verò in præscriptione actionis hypothecariæ, *ut dicit Bald.loc.cit.d.q.12.n.7.& in 4.p.4.princ.q.3.n.5.* ubi etiam observat, quod *d. auct. malæ fidei*, procedit in primo successore immediato, hoc est in eo, qui primum emit, vel alias causam habuit a malæ fidei possessore; secus in successore mediato, hoc est eo qui causam habet a primo emptore bonæ fidei, habente causam ab alio auctore malæ fidei, *juxta doctrinam Bart. in d. §. cùm quis, quem cæteri communiter sequuntur.*

S U M M A R I U M.

1 *Solemnitas extrinseca præsumitur ex cursu decennii, vel trecennii, & n.23. limitatur nu.12.13.14.15.16.17.25.26. 27.& 37.*

2 *Clericus, qui est in pacifica possessione beneficii per decennium, præsumitur solemniter ordinatus, & promotus: limitatur n.3.*

4 *Irregularis spatio decennii præsumitur dispensatus.*

5 *Possidens duo beneficia curata per triennium, an virtute regulæ de Triennali possessore præsumatur dispensatus.*

6 *In alienatione facta per emphyteutam ex cursu 10. annorum præsumitur consensus Domini directi.*

7 *Ex cursu 10.annorum præsumitur etiam consensus Diœcesani in constructione Ecclesiæ, vel Capellæ.*

8 *Per spatium decennii præsumitur facta requisitio Agnatorum vigore Statuti concedentis retractum.*

9 *An, & quando in materia probationis matrimonii, filiationis & dispensationis sufficiat decennium, & n.13.*

10 *Spatio decennii præsumitur solemnitas unionis duarum Ecclesiarum, & quando id procedat.*

11 *Quando aditio præsumatur solemniter facta.*

An in judicialibus solemnitas præsumatur ex spatio 10. annorum, ibidem.

18 *Beneplacitum Apostolicum spatio 30. annorum præsumitur, & quando id procedat, & n.20.22.& 23.*

19 *Et an ad hunc effectum deduci debeat tempus vitæ Prælati alienantis.*

21 *Exemplatio per spatium 30. annorum præsumitur facta cum debitis solemnitatibus.*

22 *Quando ratihabitio præsumatur.*

23 *Quid si constaret de confirmatione Apostolica invalida.*

An res Ecclesiæ possint in aliquo casu sine solemnitatibus alienari, ibidem.

Exhibitio consensus invalidi excludit præsumptionem consensus validi, ibidem.

24 *An statuta ex cursu 30. annorum præsumantur a Principe confirmata.*

28 *In sententia præsumitur, solemnitatem intervenisse.*

29 *Quando quis præsumatur emphyteuta, etiamsi non constet de contractu emphyteutico.*

30 *In dubio emphyteusis privati præsumitur perpetua, emphyteusis verò Ecclesiastica præsumitur concessa usque ad tertiam generationem.*

Antonell. de Tempore.

31 *Emphyteusis concessa ad tempus, præsumitur concessa usque ad decennium.*

32 *Ex diuturnitate temporis præsumitur, intervenisse scripturam in unione Ecclesiarum, & collatione ordinum.*

33 *Ex cursu temporis non præsumitur substantia actus, seu contractus.*

34 *Instrumentum faciens mentionem de alio contractu, non facit fidem, nisi inter easdem personas.*

35 *An ex cursu temporis aditio hereditatis præsumatur.*

36 *An donatio facta absenti præsumatur ex lapsu temporis acceptata per donatarium.*

37 *Quid si statutum requirens in actu aliquam solemnitatem, procedat ulterius annullando actum, si aliter fieret, & num.38.*

C A P U T LXXII.

An, & quando solemnitas extrinseca ex cursu temporis præsumatur.

COmmonis est Doctorum conclusio, quod solemnitas 1
extrinseca præsumitur, aut ex cursu decennii concurrente possessione, quando agitur de modico præjudicio: aut ex cursu trecennii sine possessione, vel quando agitur de magno præjudicio, *Menoch. lib.3. præsumpt.132. numer.45.& sequen. Alexand.consil.1.num.20.lib.4.Gratian.discep.forens.cap.859.num.16. Mascard. de Probat. tom.1.conclus. 46.num.3.& tom.3.concl.1316.num.46.Rosenthal.de feud.cap.4. concl.31.*

Ex quo infertur 1. quod Clericus, qui per decennium est 2
in pacifica possessione beneficii, præsumitur solemniter ordinatus, & promotus: non enim est verisimile, quod Episcopus, qui visitare solet Ecclesias, permisisset, Clericum possidere beneficium sine justo, ac legitimo titulo, *ut est communis Doctorum sensus*: nisi beneficium esset in loco, 3
qui non potuit visitari, vel non fuit diù visitatus negligentia Prælati, *Mascard.de Probat.concl.1316.num.14.vol.3. Natt. cons.162.nu.26.lib.1.Dec.cons.222.num.6.Soc.sen.cons.270.vol.3. lib.2.& alii apud Menoch.dicto lib.3.præsump.132.num.46.Rota decis.64.num.4.par.4.to.1.Recent.Pen.decis.135.* ubi addit, 4
quod irregularis spatio decennii præsumitur dispensatus, *Gom.in Reg.de Trienn.poss.qu.10. vers.istis tamen non obstantibus*, ubi, quod possidens duo beneficia curata per triennium 5
virtute regulæ de Triennali possessore, propter brevem hominum vitam præsumitur dispensatus: contrarium tamen in hoc tenet *Put.dec.139.num.4.& decis.257.num.3.lib.3.prout refert Gratian.discep.for.cap.397.nu.41.* ubi dicit, quod possessio prodesset respectu tertii: sed respectu Superioris, & Episcopi qui vult videre titulum, non prodest, ex quo possessor habet resistentiam juris, *ut notant DD. in c. licet Heli de Symon.*

Infertur 2. quod per spatium 10. annorum præsumitur 6
consensum Domini intervenisse in alienatione facta per emphyteutam, *ut post Alex.cons.111.col.penul.in fin.vol.4. Jas.in l.1.col.6.C.qui admit.Cassa.cons.11.col.27.Dec.cons.183.col.pen. in fin. Marian. junct. consil.22.col.4.vol.1. notat Gabr. commun.conclus.lib.1.tit.de Præsumpt.conclus.1.numer.2.* subdens *num.9.* quod etiam ex cursu decem annorum præsumitur 7
intervenisse consensus Diœcesani in constructione Ecclesiæ, vel Capellæ, quando publicè in ea sunt celebrata Divina officia, *latè Mascard. de Probat.conclus.1319.num.2. vol.3.*

Infertur 3. quod per spatium decennii præsumitur facta 8
requisitio Agnatorum vigore statuti concedentis retractum, *Bellam.cons.46.nu.7.& 8.quem refert Gratian.discep.for.c.433. nu.55.& 56.*

Infertur 4. quod in materia probationis matrimonii, fi- 9
liationis, & dispensationis sufficiunt decem anni concurrente communi reputatione, *latè Mascard.d.concl.1316.n.4. Gratian.cap.841.num.32.& seq. Honded.cons.87.num.51.& 52. lib.1.* ubi tamen subdit, quod quando fuit contractum matrimonium in gradu prohibito, cursus temporis nihil operatur: quod intelligendum est, quando nullæ adessent conjecturæ; secus quando tales conjecturæ concurrerent, ut ex illis verisimilis reddatur dispensatio: quia tunc ex cursu temporis præsumeretur; *Menoch.loc.cit.n.74.& seq.Surd.dec.231. nu.19.Craves.de Antiquit.temp.p.3.num.20.Gratian.cap.841. nu.32.& seq.Marescot.var.lib.2.cap.24.* ubi dicit, quod dispensatio præsumitur ex decennali possessione, quando allegatur ab eo, pro quo dispensatio præsumitur; secus si ab eo negetur, & ab alio contra eum allegetur, *iux.gl.communiter receptam in l.sive possideris, ver.constituti, vers. vel distinguitur, C. de probat.*

10 Infertur 5. quod solemnitas unionis duarum Ecclesiarum
præsumitur spatio decennii existente in possessione, seu qua-
si ipsius unionis eo, qui unionem allegat, *ut dicit idem Me-
noch. alios referens d.lib.3.presump.132.n.49. Mascard.d.concl.
1316.num.9.*

11 Infertur 6. quod ubi constar, aliquem adivisse, aditio ex
lapsu decennii præsumitur solemniter facta, *Mascar.de Pro-
bat.vol.1.concl.49.ubi citat Cephal.cons.98.n.27.vol.1.Ang.cons.
318.num.3.*

Addit *Gratian. discept. for. cap.375. numer.7.* quod etiam
in judicialibus solemnitas præsumitur spatio decem anno-
rum.

12 Limitatur tamen supradicta conclusio, quando alia effi-
caciori præsumptione constaret, solemnitatem hanc extrin-
secam minus legitimè fuisse adhibitam: sicut enim præsum-
ptio cedit veritati, ita etiam efficaciori cedit præsumptioni,
*l.Divus, ubi glos.in ver.existimari, ff.de Rest. in integr. Ciriac.
contr.111.Surd.dec.231.n.24.& alii communiter*. Unde non
13 haberet locum præsumptio dispensationis, quando Supe-
rior, a quo dispensatio in aliquo casu fuit obtenta, dispen-
sare non potuisset, *Menoch.lib.1.presumpt.30. & lib.3. præ-
sump.132.n.75.& seq.* ubi etiam dicit, quod neque præsume-
14 retur solemnitas ex cursu temporis quando ex ipsa inspectio-
ne instrumenti apparet, solemnitatem non fuisse adhibitam,
vel si instrumentum, in quo solemnitas enunciata est, nul-
lam fidem facit, *ut sensit etiam Abb.cons.61.col.ult.lib.1.Castr.
cons.81.n.3.lib.1.Fel.in c.sicut, n.33.de re jud.& alii apud Hon-
ded.cons.31.n.38.lib.2.*

15 Limitatur 2. quando solemnitas deberet intervenire tem-
pore actus: tunc enim cursu temporis non præsumeretur,
*secundum Fel.in d.c.sicut, n.42.Dec.cons.409.n.12.Cephal. con-
sil.171.n.40.lib.2.Ciriac.d.contr.111.n.13.* ubi, quod ea diutur-
nitate temporis præsumitur illa solemnitas, quæ potest in-
tervenire separatim ab actu, seu instrumento.

16 Limitatur 3. quoad solemnitatem consensus Principis, &
Superioris, qui requiritur in contractu celebrando: hæc e-
nim neque spatio 30. annorum præsumitur; nisi appareat,
quod Princeps contractus hujusmodi scientiam habuerit, vel
talis contractus celebratus fuerit eo in loco, in quo esset
notorium, & consequenter verisimile, quod Princeps sci-
verit, *ita Bald.in l.2.C.de l.hær.Alex.cons.9.n.7.lib.3. & cons.
17.n.8.lib.4. Afflict.dec.107.col.ult.Crav.de antiq.temp.in 3.par.
princ.in princ.n.18.Ruin.consil.161.n.16.lib.4.Mascard.conclus.
416.n.2.Capic.dec.4.n.29.& 30.& alii, quos refert, & sequitur
Menoch.d.lib.3.præs.132.n.70. & 71.* ubi etiam dicit, quod
licentia summi Pontificis necessaria in alienatione bonorum
ecclesiæ non præsumitur ex lapsu 30. annorum, nisi lapsum
esset tempus immemorabile.

17 Ex quo infert *Fel. in d.cap.sicut num.33.Gratia. disc.for.cap.
415.num.30.& 31.* quod si Episcopus, qui juravit non alie-
nare inconsulto Romano Pontifice, rem alienaverit, & de
licentia Papæ nihil expresserit, ex temporis antiquitate non
præsumeretur solemnitas, quia in tali casu non constat ve-
rè, vel præsumptivè quod Papa habuerit scientiam con-
tractus.

18 In hoc tamen alii contrarium sentiunt, quando ultra la-
psum temporis concurrit observantia, tunc enim benepla-
citum Apostolicum spatio 30. annorum præsumitur juxta re-
ceptam Doctorum sententiam, *Marescot.var.lib.1.c.13.n.9.
& seq.Jord. Elucubr. divers.lib.14.tit.24. n.430.Gratia. discep.
for.cap.867.n.50. Theodos.Rub. in singular. tom.2. in compend.
alienat.rer. Eccles.num.41. & seq.* ubi etiam dicit, quod ad
hunc effectum non est deducendum tempus vitæ Prælati a-
lienantis, sicut deducitur ad effectum præscriptionis, *ut ob-
19 servat etiam Altograd.consil.26.num.23. & 24. Rota dec.711.
num.11. & seq.par.4. tom.3. Recent. quibus adde Ciarlin. contr.
for.lib.1.cap.39.num.1.& seq.* ubi dicit, quod sive solemnitas
20 sit enunciata, vel reservata in instrumento, sive non, sem-
per præsumitur intervenisse ex cursu 30. annorum juncta ob-
servantia: actus enim non fuisset toleratus, sed potius im-
pugnatus ab habentibus notitiam defectus solemnitatis, si ab
initio fuisset minus solemnis, *ut inquit idem Gratian. capit.
415.nu.29.& cap.859. num.15.* ubi addit, quod exemplatio
21 per spatium 30. annorum præsumitur facta cum debitis so-
lemnitatibus.

22 Item præsumi ratificationem spatio 30. annorum stante
observantia, *dixit Rot.dec.64.num.4.par.4.tom.1.recent.* quod
intellige, ubi tractatur de magno præjudicio: quia si agere-
tur de modico præjudicio, hujusmodi ratihabitio spatio de-
cennii præsumeretur, *Alex.cons.12.num.7. & cons.111.lib.4.
Jas.consil.140.num.5.lib.4. Gratia.discep.for. cap.365. num.34.
Cephal.cons.268.num.4. & alii apud Mantic.de Tacit.lib.7.tit.
12.num.2.*

Notandum tamen est, quod observantia in tali casu de-
bet esse continuata per totum spatium 30. annorum, & de
ea debet constare certitudinaliter, non autem præsumptivè,
ut in terminis beneplaciti Apostolici decisum refert *Beltra-
min. ad Greg.dec.354.n.18. Marescot.var.lib.1.c.13.num.13. &
seq.* ubi etiam dicit, quod observantia debet esse uniformis,
*Ric.in Collect.dec.3125.par.7.Rot.d.dec.712.num.11.& seq.par.
4.to.3.recens.* ubi, quod non sufficeret observantia minoris
temporis.

Notandum 2. quod si constaret de confirmatione Aposto- 23
lica invalida, tunc ex cursu temporis valida non præsumi-
tur, *Cravet.consil.134.n.44.Paris.cons.27. num.119.lib.1. &
alii apud Marescot.var.lib.1.d.cap.13.num.6.& seq.* ubi id li-
mitat, quando confirmatio Papæ invalida esset producta ab
eo, qui alienationem rei Ecclesiasticæ impugnat: quia tunc
non tollitur præsumptio alterius confirmationis validæ ex
diuturnitate temporis provenient, *ut dictum fuit in Cæsar-
augustana Parochialis 8. Novembris 1599. coram Card. Pam-
philio.*

An verò res Ecclesiæ possint in aliquo casu sine solemni-
tate alienari? Resp. affirmativè, quando concurreret evi-
dentissima, & notoria utilitas, ut res utiliores statim com-
parentur, *Soc.Jun.cons.77.n.69.& seq.lib.1.& cons.28.n.10.lib.
2.Paris.cons.16.n.99.lib.2.Petr.de Anchar.cons.193.quos refert,
& sequitur Gennens.in tract.de Eccl.qu.136. Mantic.de Tacit.
lib.4.tit.7.num.28.*

Notandum 3. quod cum Vicarius Episcopi juspatronatus
ex causa dotationis, fundationis, vel constructionis alicui
reservare non possit nisi habeat speciale mandatum, *c.nobis,
de jurepatr.c.nemo de consec.dist.1.Sbroz.de Vic.Episc. lib.2.qu.
31.Gratia.disc.for.cap.303.n.12.Calder.cons.1.de offic.Vic. Fer-
ret.cons.343.n.7.& seq.Rot.coram Greg.XV.dec.420.n.2.* ideò si
exhiberetur consensus Vicarii non præsumeretur solemni-
tas ex lapsu 30. annorum quia ista exhibitio consensus inva-
lidi excludit præsumptionem consensus validi, *Rota in Lu-
cana jurispatronatus 30. Januarii 1614. coram Manzanedo,
quam refert Beltram.ad Greg.dicta dec.420.n.8.Garz. de Benef.
par.5.c.9.n.43.76.& 77.Vivian.in Prax.jurispatr.p.1.lib.1. c.1.
n.24.in 1.edit.alias lib.2.c.1.n.10.Barbos.de offic.& pot. Episc.p.
3.alleg.54.n.74.*

An verò statuta spatio 30. annorum præsumantur a Prin- 24
cipe confirmata? Resp. negativè, nisi probetur observantia
cum scientia Principis, sine qua cessat præsumptio confir-
mationis, *latè Burat.dec.6.n.1. & seq.* subdens, quod con-
firmatio, quæ inducitur ex cursu temporis, præsumitur
tantum in forma communi.

Limitatur 4. quando actus pro sui solemnitate requirit 25
scripturam, tunc enim temporis cursu solemnitas hæc non
præsumeretur, *Surd.cons.28.n.110.& seq.lib.1. Natt.cons.162.
n.29.Osasc.dec.73.n.7.& alii apud Grat.c.474.n.16.Mascard.de
Probat.d.concl.1316.n.41.vol.3.*

Hoc tamen procedit quando scriptura requiritur ad effe- 26
ctum probandi actum; nam eo casu non probaretur per præ-
sumptionem; secus esset, ubi scriptura requiritur ad indu- 27
ctionem, seu essentiam actus, quia tunc dato actu præsumi-
tur ejus solemnitas ad instar sententiæ, in qua licèt requira- 28
tur scriptura data tamen sententia præsumitur ejus solemni-
tas, *c.fin.de sentent.& re jud.in 6.leg.fin.per tot.Cod. de sent. ex
brevi recit. Abb.in d.c.sicut.col.fin.vers.vel tertiu scriptura. Fe-
lin.ibidem col.fin.vers.signa responsionem Abbatis, Rot. dec.19.
de sent.& re judic.in nov.Cephal.cons.171.n.37.vers.secundo re-
spondetur lib.2.*

Ex quo infertur, quod si quis rem privati spatio 30. & rem 29
Ecclesiæ spatio 40. annorum possederit tanquam emphyteu-
te solvendo Canonem, præsumitur emphyteuta etiamsi de
contractu emphyteutico, qui pro sui essentia requirit scri-
pturam, non appareat, *latè Menoch.lib.3.præsump.108.n.1.
& 2.* ubi dicit, quod in hoc casu præsumitur, scripturam
intervenisse; & tunc talis emphyteusis præsumitur acquisita
juxta usum, & consuetudinem Regionis, vel Domini, si de
tali usu, vel consuetudine constet, alioquin in dubio em- 30
phyteusis privati præsumitur perpetua, emphyteusis verò ec-
clesiastica præsumitur concessa usque ad tertiam generatio-
nem, *Jas.in leg.2.n.160.C.de jur.emphyt.Ruinus cons.3. nu.18.
& consil.160.n.10. lib.1. Alciat. de Præsumpt. reg.2. præsumpt.
ult. Pancirol.cons.94.n.7.Bursat.cons.23.nu.28. Natt.cons.3.col.
ult.Valasc.de jur.emphyt.q.1.n.12. & alii apud Menoch.loco cit.
præsump.109.* ubi addit, quod emphyteusis concessa ad 31
tempus, non adjecta certa quantitate temporis præsumitur
concessa usque ad decennium, *& præsump.132.n.88. & 89.
eodem lib.3.* ubi, quod temporis diuturnitate præsumitur, 32
intervenisse scripturam in unione Ecclesiarum, & collatio-
ne ordinum.

Quæ-

33 Quæres an ex temporis cursu præsumatur substantia actus? negant communiter Doctores: & ideò si in instrumento fiat mentio de contractu inter aliquos celebrato quocunque temporis cursu non præsumitur ille contractus, *Alex. cons.50 num.7.lib.5. Mascard.de probat. concl.1316. numer.28. vol.3.* ubi dicit, quod instrumentum faciens, mentionem de alio contractu, non facit fidem nisi inter easdem perso-
34 nas, & *hanc sententiam sequuntur alii apud Menoch. d. lib.3. præsumpt.132.num.77. Cravet.de antiqu. temp.p.3.§. penul.n. 22. & seq.*

35 Hinc etiam fit, ut per antiquitatem temporis aditio hæreditatis non præsumatur, licèt præsupposita substantia aditionis præsumatur illam solemniter fuisse factam ex diuturnitate temporis *ut post Dec.cons.442.n.22. scripsit Gratia. disc.*
36 *for.cap.318.num.33.& seq.* subdens, quod donatio facta absenti ea lapsu longi temporis a morte donantis, non potest dici acceptata per Donatarium, sed aliunde erit talis acceptatio probanda.

37 Addunt alii, quod si statutum requirens in actu aliquam solemnitatem, procedat ulterius, annullando actum, si aliter fieret, talis solemnitas non præsumeretur ex antiquitate temporis, cùm illa requiratur tanquam res substantialis, non accidentalis *secundùm Felin. in cap. cum dilecta, n. 6. de Rescript. Dec. cons.10. num.2. Angel. consil.179. colum.7. quos refert & sequitur Gratia, discep. for. cap.474. numer.12.& sequ.*

38 Contrarium tamen mihi videtur verius: quia in hoc casu non agitur de substantia actus, sed tantùm de solemnitate ipsius; & ideò ubi constat de substantia actus, solemnitas indistinctè, quæcumque illa sit, ea diuturnitate temporis præsumitur, *ut rectè observat Cephal.cons.171.n.21.vers. Quibus ego infero &c. lib.2.*

S U M M A R I U M.

1 *Ex præstatione decennali præsumitur titulus obligationis, & quando id procedat: limitatur num.6.7.8.13.14.16.17. 18. & 24.*
2 *An Beneficiarius, qui certis diebus in hebdomada celebravit per decennium, teneatur eodem modo celebrare etiam in futurum.*
3 *Is, qui longo tempore præstitit usuras dotis nomine, cogi potest ad ipsam dotem solvendam, & quando hoc procedat.*
4 *Quid si quis per decennium aliquid præstitit, & postea per aliud decennium præstare desierit.*
5 *Favore piæ causæ censetur etiam in futurum obligatus qui diu sua liberalitate aliquid præstitit.*
6 *Quo temporis spatio emphyteusis præsumatur.*
Quid si constaret de titulo locationis, ibid.
8 *Dum controvertitur de contractu census, exigens privari non debet commodo suæ possessionis.*
9 *Ex unica solutione fructuum census acquiritur, & probatur quasi possessio censum exigendi, & debetur ex ea manutentio, & n.11.& 12.*
10 *Censuario an debeatur manutentio contra successorem in re censita.*
15 *Quando præsumatur titulus obligatorius contra eum, qui aliquid fieri patitur.*
18 *Rota Romana in hujusmodi præstationibus requirit quadragenariam, vel immemorabilem.*
19 *Præscriptionem immemorabilem pro se habens potest allegare meliorem titulum sibi magis benè visum.*
20 *An is, qui aliquid præstitit, aut solvit tanquam debitum, per errorem, & ex falsa causa, possit tanquam indebitè, solutum repetere.*
21 *Conditio indebiti durat usque ad 30. annos.*
22 *A præsumptione, quæ insurgit ex cursu temporis, receditur, ubi constat de veritate in contrarium.*
23 *Ex varia, & difformi præstatione certa obligatio in posterum non inducitur: declaratur n.24.*
25 *An & quando conductor, aut colonus, qui tenuit rem longissimo tempore, præscribat jus coloniæ perpetuæ.*
26 *Colonus, vel inquilinus non possunt rem præscribere contra Dominum.*

C A P U T LXXIII.

An, & quando titulus præsumatur ex præstatione decennali.

Resp. quod regulariter ex præstatione decennali titulus 1
obligationis præsumitur præcessisse, *leg. cum de in rem verso, ff.de usur.* non enim est verisimile, diuturno tempore aliquem solvisse, nisi ita esset obligatus, *ut d.Bald.in l. si certis annis, n.7. cod.de pact. & alii apud Mascar. de probat. volum.2.conclus.1119.num.1. & seq.* ubi dicit, hoc procedere etiam in Fisco, & Ecclesia, *Rot.dec.57. numer.1.& sequ. par.7. Recent.* ubi, quod ut titulus ex præstationibus præsumatur, requiritur continuatio præstationum uniformiter per tempus ad id requisitum, *& coram Penia decis.143. num. 4.* ubi, quod annua, & uniformis præstatio cujuslibet redditus facta ex causa expressa decem continuis annis, veræ causæ, & tituli præsumptionem inducit: dummodò allegaus titulum, & causam præstationis verè, & clarè probaverit, præstationes illas fuisse factas per decennium; secus si probaret præsumptivè tantùm, putà, quod præstatio fuerit facta tribus ultimis annis, *latè Menoch.de præsump. libr.3. præsumpt.131. num.59. 86.& seq.* ubi etiam dicit, quod ex præstatione decennali præsumitur titulus in præjudicium illius tantùm, qui uniformiter aliquid præstitit, *Gratia. disc. for.cap.208.* subdens, quod ex istis præstationibus præsumitur titulus obligationis præcessisse, quando quis solvit separatim singulis annis; secus si solutio fuisset facta una vice pro decem, vel pluribus annis, *& hanc esse communem Doctorum sententiam testatur Bart. in l. creditor, num.2. cod. de usur. Mascard. de probat. concl.482. volum.1. & conclus.603. num.2. vol.2.*

Ex quo infertur, quod Capellanus, seu Beneficiarius, 2
qui certis diebus in hebdomada per decennium celebravit, tenetur eodem modo celebrare etiam in futurum, etiamsi institutio beneficii ad id non obliget, quia favore Ecclesiæ, & piæ causæ laudabilis consuetudo decennalis obligat in futurum, *Fraxinell.de Sacerd.oblig.sect.4.concl.4.§.17.Genuens. de Eccl.q.390.*

Hinc etiam infertur, quod si quis longo tempore præstitit usuras dotis nomine, ad ipsam dotem solvendam cogi potest, *Mantic. de Tacit. lib.3.tit.15.n.52.& seq.Rot. dec.153.p.*
4.tom.2.Recent. ubi etiam quod ex tali decennali præstatione 3
præsumitur, præcessisse pactum, & titulum necessarium, quando allegatur ab eo, cui facta est diuturna præstatio usurarum; quæ quidem tituli allegatio necessaria est in tali casu, *secundùm Mantic.loco cit.lib.3.tit.15.n.56.& seq. Menoch. de præsump.lib.3.præsump.131.n.72.* ubi, quod hæc allegatio fieri debet in libello.

Amplia, etiam si is, qui per decennium aliquid præstitit, 4
postea per aliud decennium, illud præstare desierit adhuc enim censetur obligatus, *ut post Salic. in l.cum de in rem verso, num.12.ff.de usur. & alios probat idem Menoch. d. præsump. 131.n.59.& seq.* ubi *n.83.* addit, quod favore piæ causæ cen-
setur etiam obligatus in futurum is, qui diu sua liberalitate 5
aliquid præstitit.

Limita 1. in emphyteusi: hæc enim non præsumitur, ni- 6
si per spatium 30. annorum, *Ang.in l.Prætor, §.1.ff. de eden. Alberic.in l.2.num.10.ff.de jur.emphyt.Bero.q.14. Masc.concl. 337.vol.1.& alii apud Menoch.lib.3.præsump.108.n.3.& sequ.* ubi subdit, quod in emphyteusi ecclesiastica præsumenda requiritur præscriptio 40. annorum; quamvis contrarium sentiant *Spec. in tit.de feud. §.quoniam, num.10.in fin. & alii, quos latè recenset Masc.de prob.concl.603. num.5.* asserentes, quod probatur emphyteusis ex solutione pensionis per decem annos.

Conciliari tamen possunt prædictæ opiniones, ut prima procedat, quando agitur ad effectum, ut præsumatur, contractum emphyteuticum præcessisse contra Dominum; secunda verò procedat, ubi tantùm quæreretur, an possit præscribi contra aliquem, tanquam emphyteutam, vel tanquam colonum, si per longum tempus præstitit pensionem, ita ut in futurum possit compelli ad solvendum tanquam emphyteuta: quia in tali casu sufficeret longum tempus, *ita Balb. de præscript. in 2.par.3. princ. qu.10. num.35. & 36.*

Notandum tamen est, quod quando constat de titulo locationis, ea uniformi solutione pensionis etiam per 30. annos non censeretur contracta perpetua locatio: quia jura fingunt, finito tempore conductionis renovatam videri singulis annis locationem, ac si quolibet anno conductor fundum reconduxisset, & sic quot sunt anni a die finitæ primæ condu-

ductionis, tot censentur renovatæ conductiones, *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locat. l. si cum Hermes, cod. eod.* & ideò conductor si Dominum jure conductionis recognoscit, nullo tempore præscribit, quod præcipuè locum habet in prædiis Ecclesiæ, quæ alienari non possunt, *ita Rimin. sen. cons. 10. Ruin. cons. 61. & cons. 75. lib. 1. Socin. Jun. cons. 63. in 2. dub. vol. 2. Paris. cons. 23. n. 4. Ursil. ad Afflict. dec. 365. n. 15. & alii apud Genuens. in tr. de eccles. q. 77. latè Cravet. de antiquit. temp. par. 4. §. materia ista, num. 108.* ubi dicit, quod opinio *Bald. in l. malè agitur, n. 7. vers. si verò conductio, cod. de præscrip. 30. vel 40. ann. contrarium sentientis*, procedere potest, quando non appareret de aliquo titulo conductionis præcedentis.

7 Limita 2. in eo, qui habet contra se juris præsumptionem, putà si laicus perceperit decimas de rebus Ecclesiæ: quia tunc ex præstatione decennii titulus nequaquam præsumitur, nisi probaverit, se ab Ecclesia in feudum recepisse, *Mantic de Tacit. lib. 3. tit. 15. n. 58. Grat. discep. for. c. 208. num. 3. Menoch. lib. 3. præsump. 131. n. 76. & seq.*

8 Limita 3. in censibus, in quibus non sufficiunt decem an-
ni ad præsumendum titulum, sed contra privatos requirun-
tur similes 30. anni, contra ecclesias verò 40. *Aret. in l. scien-
dum. numer. 12. ff. de verb. oblig. Mascard. de Probat. concl. 279.
Guid. Pap. dec. 407. juncta addit. ibidem litt. A. quam opinio-
nem veriorem esse post constitutionem Pii V. dicit Gratia. discep.
for. c. 208. n. 4. & seq. & c. 921. numer. 7.* ubi etiam, quod dum
controvertitur de contractu census, exigens privari non
debet commodo suæ possessionis, *Post. in tract. mandat. de
manutent. observat. 18. nu. 34.* ubi, quod ex unica solutione
9 fructuum census acquiritur; & probatur quasi possessio cen-
sum exigendi, atque debetur ex ea manutentio, & *observ.
56. n. 27.* ubi, quod Censuatio debetur manutentio contra
10 successorem in re censita, quamvis nunquam censum sol-
verit, quia res transit cum sua causa, & onere solvendi cen-
sum, *Cenc. de censib. p. 2. c. 2. q. 5. art. 4. n. 26. & 36.* ubi, quod
manutentio in jure exigendi censum, non requirit possessio-
11 nem, titulatam, *Rota apud eumdem Cenc. 238. n. 10.* ubi,
quod Dominus census existens in quasi possessione exigen-
12 di, debet in ea manuteneri, donec per sententiam decla-
retur, eum, qui solvit, non esse debitorem.

13 Limita 4. quando agitur de obligando aliquem ad servitium personale, putà ad jus vassallagii, vel subjectionis: tunc enim requiritur præstatio per spatium triginta annorum, *Bart. in l. solet §. 1. ff. de offic. Proc. Jas. in l. si certis annis, num. 15. cod. de Pact. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 15. num. 68. Menoch. d. lib. 3. præsumpt. 131. num. 90. Fraxinell. loco cit. d. §. 17. Genuens. de Eccles. q. 390. n. 2. Balb. loco cit. in 2. p. 3. princ. q. 10. n. 35. & seq.*

14 Limita 5. quando quis per decennium aliquid fieri patitur:
quia hæc dicitur præscriptio, in qua titulus non præsumi-
tur, sed debet probari cum possessione continua, & non
interrupta, *Bart. in l. Celsus, num. 19. ff. de usucap. Bald. in
d. l. si certis annis, num. 11. & Alex. n. 9. Mantic. d. lib. 3. tit. 15.
num. 63.* nisi fortè concurreret patientia longissimi tempo-
15 ris: tunc enim præsumeretur titulus obligatorius contra
patientem, *secundum Alex. in d. l. sciendum col. 4. & alios,
quos refert Menoch. dict. lib. 3. præsump. 131. numer 92. & sequ.*
subdens, quod quando agitur de levi, seu modico præjudi-
cio patientis, sufficeret decennalis patientia ad præsumen-
dum titulum.

16 Limita 6. in minoribus, quorum favore prædicta conclusio non procedit, *Alex. cons. 94. n. 6. lib. 7. Corn. cons. 98. num. 3. lib. 1. Menoch. loco cit. præsump. 131. n. 89.* quemadmodum nec haberet locum contra ecclesiam, contra quam requiritur præscriptio quadragenaria, *Genuens. de Eccles. q. 389. per c. illud de præscript.*

17 Limita 7. quando agitur de præjudicio tertii, quia tunc titulus, & causa præstationis non præsumitur, nisi cursu 20. annorum, *ut post Jas. in d. l. si certis annis, num. 15. Alex. cons. 1. n. 20. & cons. 17. n. 8. lib. 4. & alios tradit idem Menoch. ubi sup. n. 91. Grat. disc. for. c. 716. n. 29. & 30.*

18 Notandum tamen est, quod in hujusmodi præstationi-
bus Rota non admittit decursum decennii, aut ulterioris
temporis, sed requirit semper quadragenariam, vel im-
memorabilem, *ut in dec. 127. num. 7. & 8. & dec. 249. num. 1.
& seq. par. 5. tom. 1. in Recent.* ubi addit; quod præscriptio-
19 nem immemorabilem pro se habens potest allegare melio-
rem titulum sibi magis benè visum, *Pen. decis. 143. numer. 1.
& seq.*

20 Notandum 2. quod si quis aliquid præstiterit, vel solverit tanquam debitum, per errorem, & ex causa falsa, aut nulla, tunc illud tanquam indebitè solutum repetere potest, si ita probaverit, unde in futurum in tali casu non tenetur
solvere: quia ubi sublata est substantia debiti, impossibile
est, remanere qualitatem obligationis, latè *Mascard. concl.
1119. n. 7. Mantic. d. lib. 3. tit. 15. n. 60.* ubi etiam dicit, quod 21
solventi indebitum competit condictio indebiti, quæ est
personalis, & durat usque ad 30. annos, *juxta l. sicut, & l.
omnes, cod. de præscrip. 30. ann.*

Notandum 3. quod licèt ex decennali præstatione præ- 22
sumatur justus titulus, seu justa causa præstationis, tamen
cùm hæc sit sola præsumptio juris, ideò probatio in contra-
rium admittitur, quòd scilicet præstationes ea de causa so-
lutæ non fuerint, *ita Syn. in dict. l. si certis annis, qu. 10. cod.
de Pact. ubi etiam Dec. n. 15. Vasq. contr. illustr. cap. 84. nu. 41. &
alii apud Menoch. d. lib. 3. præsump. 131. num. 74. & seq.* ubi di-
cit, quod a præsumptione, quæ insurgit cursu temporis,
receditur, quando constat de veritate in contrarium, putà
si constaret de ipso titulo invalido, *latè Mascard. d. conclus.
1119. num. 7.*

Notandum 4. quod stante difformitate præstationis ces- 23
sat præsumptio juris, *Cravet. cons. 313. num. 4. Mascard. ubi
supra num. 8. Menoch. d. præsump. 131. num. 88.* ubi dicit, quod
ex varia, & difformi præstatione certa obligatio in posterum
non inducitur, *Dec. in d. l. si certis annis, num. 18. cod. de Pact.*
ubi, quod si quis uno anno traderet par caponum, alio an-
no par columbarum, ex tali varietate certa obligatio præsu-
mi non potest; idemque dicendum, si uno anno solveretur
pecunia: alio verò anno traderetur hordeum, vel frumen-
tum, *Cancer. var. lib. 3. cap. 1. nu. 27. & 28.* ubi etiam dicit,
quod ex præstationibus difformibus nulla induci potest præ-
scriptio, etiamsi longissimum tempus intercesserit: hoc ta-
men intelligendum est, quando difformitas est in rebus, 24
seu speciebus, ut in allatis exemplis; secus si difformitas es-
set in numero, vel mensura, ut quia uno anno soluti fue-
rint aurei quinque, & alio aurei sex, vel si uno anno tradi-
tæ fuerint duæ quartæ frumenti, & alio quinque, vel plures:
tunc enim sic solvens remaneret in minori quantitate obli-
gatus, cùm in majori summa insit minor, *ut rectè observat
idem Cancer. loco cit. n. 28. & c. 7. n. 184. eod. lib. arg. textus in leg.
diem proferre, §. si plures, ff. de Recept. Arbitr. & cap. ex parte,
de Censibus.*

Ex quo infertur, quod licèt conductor, aut colonus, qui 25
tenuit rem longissimo tempore 30. vel 40. annorum solven-
do singulis annis certam, & uniformem pensionem, præ-
scribat jus coloniæ perpetuæ, ita ut expelli non possit quan-
do non constat de titulo locationis, *ut supra diximus, &
not. Bal. in l. malè agitur col. 3. cod. de præscript. 30. ann. Alex. in
l. item quæritur §. qui impleto, ff. locat. Cravet. cons. 107. nu. 4. &
de antiquit. temp. 4. p. §. materia ista &c. num. 100.* hoc tamen
non haberet locum, quando responsio fuisset difformis,
*Caroc. de locat. & conduct. tit. de præscrip. n. 7. ubi citat Ang. in
d. leg. malè agitur, cod. de præscrip. 30. vel 40. ann. Ruin. cons. 61.
num. 5. lib. 1. Vasq. contr. illustr. cap. 63. n. 1. Tiraq. de præscrip. §.
1. gl. 4. & est communis opin.* quemadmodum nec hujusmodi
præscriptio procederet, ubi quis ab initio conduxerit rem
ad annos 30. vel 40. quia tunc jus coloniæ non præscriberet,
cùm antea expelli non potuerit, *Cravet. de antiq. temp. d. p. 4.
§. materia ista &c. num. 100.* ubi dicit, quod hæc præscriptio
locum tantum habet, quando quis ab initio rem conduxe-
rit ad modicum tempus, & deinde continuaverit in eadem
locatione per annos 30. vel 40. *ut sentiunt etiam Ruin. cons. 75.
vol. 1. Anch. q. famil. 24. num. 11. p. 1. Rimin. Sen. consil. 100. nu.
24. & 27. volum. 1. Bursat. cons. 330. num. 146. Bero. q. 14. numer.
1. Soc. Jun. consil. 63. num. 20. volum. 2. quos refert Caroc. tit. de
præscrip. num. 11.* subdens, *numer. 14.* quod neque curreret
prædicta præscriptio, si de initio causæ, & tituli etiam inva-
lidi, & illegitimi appareat, vel si probetur, ex diversa cau-
sa, & invalida colonos, & conductores possedisse, *Crav.
in dict. §. materia ista &c. num. 100. Bald. in l. malè agitur,
num. 8. cod. de præscript. 30. vel 40. ann.* ubi addunt quod 26
Colonus, & Inquilinus nunquam præscribere possunt rem
contra Dominium, nisi intervertant possessionem, etiam-
si rem possederint per mille annos, *Croc. dict. tit. de præscrip.
num. 17.*

S U M M A R I U M.

1 *Filiusfamil. habitans seorsim a Patre publicè negotiando, & contrahendo per longum tempus præsumitur sui juris, & emancipatus: declaratur numer. 3. limitatur num. 4.*

2 *Longum tempus ad hunc effectum qualiter accipiatur.*

5 *Quando filius pro Patresam. habeatur, & n. 7.*

6 *An filiusfamil. existens in quasi possessione sui juris obligetur non obstante statuto disponente, quod filius obligare*

gare se non possit sine consensu Patris.
8 *An valeat testamentum conditum a filio qui publicè pro emancipato habebatur.*
9 *Filius præsumitur sui juris, quando non constaret, eum esse natum ex legitimo matrimonio.*
10 *Quid requiratur, ut locum habeat statutum disponens, quod valeat obligatio filiifamil. habitantis seorsim a Patre.*

C A P U T LXXIV.

Quando filiusfamil. præsumatur sui juris, & emancipatus.

1 RESpond. quod filiusfamil. habitans seorsim a Patre pu-
blicè negotiando, & contrahendo per spatium lon-
gi temporis præsumitur sui juris, & emancipatus, *ut post*
Bald. in l.2. num 5. Cod. si advers. rem judicat. Salic. in leg.1.
num.20. cod. de Patr. pot. Gabr. concl.1. num.32. de Præsumpt. &
2 *alios scripsit Gratia. discep. for. cap.820. numer.1. & sequ.* ubi
etiam dicit, quod longum tempus ad effectum præsomendi
talem emancipationem, dicitur spatium 20. annorum,
quando non adesset aliquis titulus; secus si concurreret ti-
tulus saltem putativus, veluti emancipatio non solemniter
facta, quia tunc sufficeret decennium; nam in istorum ju-
rium præscriptione sufficit etiam titulus erroneus, *ut obser-*
vat Alciat. reg.2. præsumpt.2. num.2. Barbat. inter consil. Alex.
35. num.12 lib.4. Afflict. dec.183. numer.2. Mascard. de Probat.
concl.598. volum.2. ubi addit quod tunc in iis, quæ lucratur
filius non acquiritur ususfructus patri: & hoc quidem pro-
3 cedit, quando esset quæstio inter patrem, & filium, & fra-
trem: tunc enim ad præsumendam emancipationem requi-
4 ritur cursus temporis supradicti; secus esset, ubi ageretur
inter filium, & extraneum ad finem confirmandi aliquem
actum gestum per eumdem filium, hoc enim casu cursus
temporis non est necessarius, sed sufficit probare, quod ta-
5 lis filius publicè pro Patrefamil. habebatur, *leg.3. ff. ad Se-*
natusc. Maced. Dec. in leg. si emancipati, numer.4. vers. & in
quasi possessione, & ibi Cagnol. num.83. & Rimin. Jun. numer.
112. Cod. de collat. Cephal. consil.687. numer.22. lib.5. & consil.
397. num.91. lib.3. Franc. dec.10. nu.4. & alii apud Gratian. lo-
co citat. num.3. & sequ. quod satis probaretur ex pluribus a-
ctibus publicè gestis, qui non possunt fieri a filiisfam. *Dec.*
loco cit. Menoch. lib.6. præsumpt.55. num.28. & sequ. ubi ex
6 hoc infert, quod si filius existens in quasi possessione sui ju-
ris alicui promiserit centum ex causa onerosa, obligatur
non obstante statuto disponente, quod filius non possit se
obligare sine consensu patris, *Alciat. d. reg.2. præsump.2. nu.*
7 *3. & sequ.* ubi etiam dicit, quod filiusfam. faciens unum a-
ctum tanquam paterfam. non acquirit hanc quasi possessio-
nem, nec quoad illum quidem casum.

8 Observa tamen, quod non valeret testamentum condi-
tum a filio, qui publicè pro emancipato habebatur, si verè
talis non fuerit, *Bald. in l.2. num.16. Cod. de Sent. & interlo-*
cut. omn. Jud. Alex. in leg.1. numer.5. cod. de Testam. quod
intellige, si ageretur in judicio petitorio super validitate
testamenti, nam in possessorio, & in judicio summario sa-
tis esset communis opinio, & publica reputatio, *Bald. in l.*
ultim. colum.1. cod. de sentent. poss. Jas. in l. Barbarius, num.48.
ff. de offic. Prætor. Cagnol. in dict. l. si emancipati, num.85. Ma-
scard. concl.595. in fin. p.2. & alii apud Gratian. disc. for. dict. c.
820. num.7.

9 Observa secundò, quod filius præsumitur sui juris, quan-
do non constaret, eum esse natum ex legitimo matrimonio,
quia quod quis sit in potestate, pendet ex matrimonio, *Inst.*
de patr. pot. in princ. Alciat. loco cit. n.5.

10 Observa 3. quod stante statuto, quod valeat obligatio fi-
liifamil. habitantis seorsim a Patre, satis esset ad validan-
dam illius obligationem, si filius tempore obligationis se-
orsim a Patre habitaverit: dummodo filius faceret aliquem
actum, ex quo possit argui, quod habuerit animum habi-
tandi seorsim a Patre non solum quoad habitationem cum
uxore, & familia, sed etiam quoad bona, *Caravit. in Reg.*
Pragm. per excellen. §.13. numer.1. quem refert Ricc. in Prax.
for. Eccles. par.3. res.509. num.10. & sequ. subdens, quod li-
cèt filius in alia domo habitet, non censetur habitare seor-
sim a Patre, quandiu durat eadem alimentorum præsta-
tio.

S V M M A R I V M.

1 *Ad contrahendum domicilium requiritur decennium continuum: declaratur n.2. & 6.*
2 ...
3 *Quid si constaret de animo perpetuò habitandi.*
4 *An puer contrahere possit domicilium.*
5 *An Scholares, & Castellani domicilium per longam habitationem contrahant.*
6 *Quid requiratur ad effectum sortiendi forum, ut possit civiliter quis conveniri.*
7 *An de crimine alibi commisso possit quis conveniri in loco, in quo degit.*
8 *An Judices procedere possint contra subditos ratione solius originis, quando delicta in territorio aliorum Principum fuerunt commissa.*
9 *Quando dicatur quis novam parochiam acquisivisse.*

C A P U T LXXV.

Quantum temporis ad contrahendum domicilium, seu incolatum requiratur.

RESpond. quod regulariter requiritur decennium, *gl.* 1
in leg.2. ver. constituerint, cod. de Incol. lib.10. Odofr. in
leg. Cives, cod. eod. Menoch. de Arbitr. Jud. cas.86. nu.15. Bu-
rat. dec.244. num.5. & seq. ubi dicit, quod decennium de-
bet esse continuum, *Menoch. de arbitr. Jud. cas.86. numer.15.*
Rot. dec.137. numer.5. par.5. tom.1. Recent. ubi, quod per de-
cennium acquiritur incolatus absque aliqua declaratione, &
apud Fenzon. dec.20. ver. non obstat, Ferentill. ad Burat. d.
dec.244. num.11. & seq. quod quidem procedit in dubio; se- 2
cus si constaret de animo perpetuò habitandi, tunc enim eo
ipso absque aliquo lapsu temporis acquiritur incolatus, *dict.* 3
l. Cives, cod. de Incol. lib.10. gloss. in l. hæres, §. proinde, ver.
debebit, ff. de Judic. Bart. in l. un. num.2. cod. ubi petan. Tut.
quod intellige, quando concurreret aliquis actus significati-
vus domicilii, putà emptio, vel conductio domus, *Rota*
dec.105. num.4. par.2. Diver. ubi, quod Judicis arbitrio id
terminandum relinquitur, & *dec.150. num.7. & 8. ead. par.*
2. Diver. Gratia. discept. for. cap.181. numer.10. & sequ. ubi,
quod potest quidem puer habere domicilium facto, non ta- 4
men potest habere animo, *Ferentil. ad Burat. dict. dec.244.*
num.10.

Notandum est etiam, quod licèt quis commoratus fuerit 5
spatio decennii in aliquo loco, non propterea dicitur con-
traxisse domicilium, nisi habuerit animum permanendi in
dicto loco, & ideò Castellani, & scholares domicilium
per longam habitationem non contrahunt, quia finito offi-
cio, vel studio habent animum recedendi, *gloss. in dict. leg.*
Cives, in ver. larem, cod. de Incol. lib.10. Bald. consil.313. lib.4.
Roman. consil.264. Menoch. d. cas.86. num.8. Cephal. consil.451.
num 172. & alii, quos refert Gratia. disc. for. cap.181. num.2.
& seq. subdens, quod prædicti Castellani, & scholares con-
traherent domicilium, si finito officio, vel studio per de-
cennium in loco habitaverint, *Rot. dec.137. n.10. & seq. par.5.*
tom.1. recent.

Notandum 2. quod ad effectum sortiendi forum, ut pos- 6
sit civiliter quis conveniri, sufficit, quod ibi habeat majo-
rem partem bonorum, vel quod assiduè ibidem commora-
tus fuerit spatio decennii, *l.1. cod. ubi pet. tut. Tiraqu. de Re-*
tract. lignag. §.36. gloss.3. num.7. Gratia. dict. cap.181. num.23. 7
& seq. ubi addit, quod de crimine alibi commisso potest
quis conveniri in loco, in quo degit, idest conversatur, pro-
ut scholaris in loco studii, *latè Vermigliol. consil. crimin.2. n.2.*
ubi etiam dicit, quod Judices procedere possunt contra sub- 8
ditos ratione solius originis, etiamsi delicta in territorio alio-
rum Principum commissa fuerint.

Notandum 3. quod dicitur quis novam parochiam acqui- 9
sivisse statim ac incipit habitare in Parochia animo habi-
tandi: ad hunc enim effectum non est opus expectare, ut
quis majori anni parte in Parochia habitaverit, *ut ex decla-*
ratione Sacr. Congregationis dixit Rota dec.629. num.3. p.4. to.
3. Recent.

S V M M A R I V M.

1 *Ad præscriptionem requiritur continuata possessio per spatium a lege definitum.*
2 *An ad hunc effectum requiratur possessio naturalis, & civilis simul.*
3 *Civilis possessio non durat ultra decennium, limitatur numer.9.*
4 *Servi fugitivi Dominus retinet possessionem civilem.*
5 *Quando quis ex negligentia circa possessionem naturalem privetur quoque possessione civili.*
6 *Quando præsumatur, & inducatur oblivio, ita ut non debeatur manutentio.*

7 *Ad complendum decennium prędictum non computatur tempuc post litem motam.*
8 *Quando possessio civilis præsumatur continuata usque ad decennium, & quando ultra decennium.*
9 *Civilis possessio non amittitur per decennium, quando constaret, semper fuisse retentum animum possidendi.*
10 *Ad amittendam possessionem civilem requiritur scientia, & patientia proprietarii.*
11 *Quando in incorporalibus possessio amittatur.*
12 *Data scientia occupationis, si quam primum fieri potest, quis non curat recuperare suam possessionem, amittit civilem: contrarium servat Rota Romana.*
13 *Prędictum tempus decennii non currit contra impeditum.*
14 *Proprietarius potest petere manutentionem in re tertio vendita per hęredes usufructuarii, etiamsi talis emptor rem hujusmodi retinuerit per 30. annos.*
15 *Proprietarius potest propria auctoritate mortuo usufructuario capere possessionem naturalem.*

CAPUT LXXVI.

Quamdiu duret civilis possessio.

1 EX resolutione hujus dubii non mediocris resultat uti-
litas: certum enim est, quod ad præscriptionem ul-
tra alias conditiones requiritur etiam continuata possessio
per spatium a lege definitum, *leg. sine possessione, ff. de usu-*
2 *cap.* nec omnis possessio sufficit, sed naturalis, & civilis si-
mul concurrere debet, *juxta gloss. communiter receptam in l.*
1. ver. prescriptionem, cod. de serv. fugit. vel saltem sola civi-
lis, quæ licet solo animo retineatur, hunc tamen inter alios
civilem effectum operatur, *Aret. in §. sed aliquando, num. 3.*
Inst. de usucap. Dyn. in reg. sine possessione, post num. 29. de Reg.
jur. in 6. ubi exemplificat in absente, quem con..at solam
civilem possessionem animo retinere, *Jord. Elucubr. divers.*
lib. 14. tit. 24. de Prescr. num. 107. & sequ. ubi etiam notat,
quod sola naturalis, quando civilis apud alium remanet,
non sufficit, quia talis possessor non sibi, sed alteri, cujus
nomine insistit, possidere censetur, *l. 3. §. ex contrario, ff. de*
Acq. poss.
3 Ad quæsitum igitur resp. quod civilis possessio non durat
ultra decennium: & propterea finito decennio naturalis pos-
sessor incipit etiam civiliter possidere, *l. licet, ubi gl. in ver.*
temporis, cod. de acquir. posc. Corn. cons. 16. num. 14. lib. 2. quem
refert Jord. loco cit. num. 110. Menoch. cons. 1095. num. 8. Tusc.
in ver. posseßio concl. 400. num. 37. & seq. Buratt. dec. 249. num.
5. & alii apud Post. in Tract. mandat. de manutent. observ. 58.
num. 1. & seq. ex quo infert *Bart. in d. l. 1. n. 9. cod. de serv. fugit.*
4 quod servi fugitivi Dominus retinet possessionem civilem;
& ideo donec ipse habet civilem, contra eum non currit
præscriptio: unde necesse est, ut labatur longum tempus,
& sic præsumatur oblivio, *Dyn. in d. reg. sine possessione, n. 32.*
ubi dicit, quod si civiliter possidens neglexerit naturalem
5 possessionem per decem annos, vel ultra, illa negligentia cir-
ca possessionem naturalem privat eumdem possessione civili,
6 *Aret. in d. §. sed aliquando, num. 4.* ubi, quod elapsis decem
annis præsumitur; & inducitur oblivio, & non debetur ma-
nutentio, *Marches. de commiss. p. 1. de commiss. upp. in pos. §. 1.*
n. 91. Grat. disc. for. c. 365. n. 42. Giovagn. cons. 11. n. 75. lib. 1. Rota
recent. dec. 496. n. 3. p. 4. & in Anconitana Florum 8. Novembris
1624. & 18. Aprilis, & 20. Julii 1626. coram Buratto, prout
refert Post. d. observ. 58. n. 3.
7 Observa tamen, quod ad complendum dictum decen-
nium non computatur tempus post litem motam, *Post. ubi*
sup. n. 12. Rot. apud eumdem dec. 571. n. 13.
8 Observa 2. quod possessio civilis præsumitur continuata
usque ad decennium, quando naturalem possessionem alius
occupavit percipiendo fructus, vel denegando solutionem
præstationem, vel usum; secus si naturalis possessio ab alio
non fuit occupata, quia tunc civilis præsumitur continuata
ultra decennium, *ut post Butr. & Abb. in c. cum ad sedem, de*
restit. spol. & alios scripsit Giovagn. cons. 40. num. 10. & 17. lib. 2.
Gratia. disc. for. c. 310. num. 48. & seq. & c. 384. num. 32. & c. 450.
num. 31. & seq. subdens, quod civilis possessio non amittitur
9 per decennium, quando constaret, semper fuisse retentum
animum possidendi, *Rot. dec. 117. num. 1. p. 5. recent.* ubi, quod
ad amittendam possessionem civilem requiritur scientia, &
10 patientia proprietarii, *Burat. dec. 604. num. 1. & seq.* ubi, quod
11 in corporalibus possessio non amittitur, nisi ex suspicione
concepta per possessorem, quod potuerit repelli, & ex scien-
tia, & patientia, quod alius possessionem occupet, *Card.*
Cavaler. dec. 242. num. 7. & alii apud Post. d. observ. 58. numer.
7. ubi, *num. 29. & sequ.* observat, quod juxta sententiam 12
Rotæ Romanæ infra decennium non censetur amissa pos-
sessio civilis etiam data scientia occupationis, *Rota apud*
eumdem dec. 86. num. 8. Mantic. dec. 172. num. 5. Beltramin. ad
Greg. dec. 307. num. 26. quamvis in hoc contrarium teneant
Bart. & alii in l. si de eo fundo §. si fortè, ff. de acquir. poss.
ubi, quod data scientia occupationis, si quamprimum fieri
potest, quis non curat recuperare suam possessionem, amit-
tit civilem.
Observa 3. quod prædictum tempus decennii non currit 13
contra impeditum, tunc enim cessat negligentia, & per
consequens non dicitur amissa possessio, *Rot. dec. 378. num. 3.*
par. 1. Divers. & in Cusentina pensionis 12. Februarii 1618. co-
ram Ubaldo, & coram Burat. dec. 375. num. 11. Post. d. observ.
58. n. 36. & seq.
Observa 4. quod potest Proprietarius, seu ejus hæres pe- 14
tere manutentionem in re tertio vendita per hæredes usufru-
ctuarii, quamvis talis emptor eamdem rem retinuerit per
30. annos: nam ad quemcumque transiverit illa res, non
potuit naturalis possessio, quæ expiravit per obitum usufru-
ctuarii, alicui acquiri stante civili, quam habet Proprieta-
rius, cui est adjuncta naturalis statim mortuo usufructuario;
unde hæredes usufructuarii non potuerunt plus juris in em-
ptorem transferre, quàm ipsi haberent, *l. ult. §. sin autem,*
ubi Salic. & alii cod. commu. de legat. latè Gratia. disc. for. c. 779.
num. 4. & seq. ubi etiam dicit, quod Proprietarius, seu il-
lius hæres potest propria auctoritate mortuo usufructuario 15
capere possessionem naturalem, quæ amplius esse non po-
test apud hæredem usufructuarii, sed illicò periit cum eo-
dem usufructuario, & ipso jure rediit ad proprietarium etiam
ignorantem, *§. finitur, Instit. de Usufruct. leg. 3. §. morte, ff.*
quib. mod. usufruct. amitt. l. stipulatio ista, §. si quis ita, ff. de verb.
oblig.

SUMMARIUM.

1 *Ex quibus conjecturis rationes redditæ præsumantur, & num. 2.*
3 *Quando censeatur facta compensatio, & remissa rationum redditio.*
4 *Quo temporis spatio actio hujusmodi tollatur.*
5 *Quando hæres excusetur a reddenda ratione computorum defuncti.*
6 *Administrator: qui semel reddidit rationem, non est cogendus ad illam de novo reddendam: limitatur numer. 7. 8. & 11.*
9 *Quando teneatur reddere rationem qui per testatorem ab illa reddenda fuit liberatus.*
10 *Quando libri rationum præsumantur consignati.*
12 *Error calculi reparari potest usque ad 30. annos, etiamsi post calculationem intervenerit promissio.*
13 *Quando probetur error calculi.*

CAPUT LXXVII.

An, & quando Tutor rationes reddidisse, ac satisfecisse præsumatur.

TRibus copulativè concurrentibus conjecturis rationes 1
redditæ præsumuntur, ac sequuta satisfactio: prima
est, temporis diuturnitas, seu lapsus decennii: secunda est,
sanguinis conjunctio: tertia est, si sæpius inita fuerint com-
puta, in quibus nunquam de asserto credito facta fuerit men-
tio, *ut tradunt DD. in l. Procula, ff. de Probat. Surd. dec. 105.*
n. 3. & 4. Honded. cons. 39. n. 71. volum. 2. Menoch. lib. 3. præsump.
135. num. 19.
Notandum tamen est, quod aliæ etiam conjecturæ, si pre- 2
fatæ deficiant, ad hunc effectum admittuntur, *ut post Ma-*
scard. de prob. in ver. titulus, concl. 1377. n. 103. observat Ciriac.
controv. 280. n. 6. & seq. lib. 2. ubi censet, sufficientem esse con-
jecturam, si debitor erat vir locuples, & libenter suis cre-
ditoribus satisfaciebat.
Notandum 2. quod si socii communiter administrave- 3
rint, censetur inter eos facta compensatio, & remissa ra-
tionum redditio *l. si ambo, ff. de compensat. Alex. consil. 47.*
num. 11. lib. 1. quod quidem procedit, quando socii parifor-
miter administrassent; secus si constaret, quod unus ex so-
ciis plus administravit, quàm alius, tunc enim non cense-
tur inducta compensatio, nec remissa rationis redditio: sed
quilibet tenetur reddere rationem eorum, quæ recepit, *Ca-*
strens. cons. 126. ad med. lib. 2. Ang. consil. 285. colum. 6. Rim. Jun.
consil. 280. num. 15. lib. 3. Mascard. de probat. concl. 1256. num.
6. & seq. & alii quos refert Gratia. discep. for. cap. 760. num. 4. & 4
seq.

seq. subdens, quod ista actio non tollitur, nisi spatio 30.
annorum.
5 Notandum 3. quod si præcessit tempus notabile, non
est cogendus hæres ad reddendam rationem computorum
defuncti, *Rota coram Millin. dec.344. numer.3. & 5. &
in Romana litterarum cambii* 10. *Decembris* 1584. *coram O-
riolen.*
6 Addit *Gratia.disc.for.c.761. num.4. & seq.* quod licèt ad-
ministrator, si semel reddiderit rationem, non sit cogen-
dus ad illam de novo reddendam, *l.semel, cod.de Apoch.pu-
7 bl.lib.*10. tamen, ubi appareret de magna læsione minoris,
redditio rationis iterari debet non obstante quacunque libe-
ratione etiam jurata, & facta cum decreto Judicis, & aliis
solemnitatibus, *ut sensit etiam Cavalcan.de Tutor.& curat.
n.203.Castren.cons.342.lib.2.Auchar.cons.330.Socin.sen.consil.
159.& cons.190.lib.2.& cons.92.lib.4.Dec.cons.349.in fin.& alii
apud Thesaur.dec.74.num.7.* tunc enim semper datur retra-
ctatio officio judicis ex naturali æquitate prohibente, nè ul-
lus cum alterius jactura locupletetur, *l.nam hoc natura, ff.
de condict. indeb.*
8 Idem dicendum, ubi constaret de errore, & dolo: quia
tunc etiam administrator cogitur ad rationem iterum red-
dendam: de errore tamen, & dolo constare debet verè, &
non præsumptivè, ne detur processus in infinitum, *Me-
noch.de arbitr.Jud.cas.209.num.39.& 40. Millin.dec.435.nu.*
1. ubi dicit, quod error in tali casu debet esse considerabi-
lis, *Rot.dec.65. num.3.par.4.tom.2.recent.* ubi, quod tene-
9 tur reddere rationem etiam is, qui per testatorem illa red-
denda fuit liberatus, si probetur, illum fuisse in dolo, &
dec.143.num.1.& sequ.ead.par.4 tom.2. ubi etiam dicitur,
10 quod libri rationum præsumuntur consignati, si ratio se-
mel reddita sit.
11 Similiter liberatio, seu remissio retractari potest, quan-
do probatur, remittentem taliter ignorasse facti veritatem,
ut si scivisset, verisimiliter non fecisset: vel si remissio facta
fuit ob causam, & causa finalis non probatur vera, sed fal-
sa, *latè Duran.dec.362.num.15.& seq. Thesaur. dec.239.nu.*
12 12. subdens, quod error calculi reparari potest usque ad
30. annos, *juxta l. calculi, 9.ff.de Admin.rer.ad Civit.per-
tinen.* etiamsi post calculationem intervenerit promissio:
hæc enim quandocunque revocatur, & rescinditur per con-
dictionem indebiti, *leg.1. in fin. ubi gloss. in ver. condictio,
cod.de error.calcul.* error vero calculi probatur, quando
13 ostenditur, rem aliter se habere, vel quando fuerunt ad-
missa quæ nullo pacto erant admittenda, & omissa quæ ne-
cessario debebant admitti, *Alex.cons.168.num.2.lib.5. Paris.
cons.89.num.27.& 35.lib.1.Cephal.cons.562.n.10.lib.4. Soc.Jun.
cons.46.n.43.lib.1.Dec.cons.351.n.4.& alii apud Grasia.c.823.
n.31.& seq.*

S V M M A R I V M.

1 *Testamentum aliàs ritè conditum non revocatur, nisi per
aliud testamentum solemne cum institutione hæredis: limi-
tatur n.3.4.5.7.& 10.*
*Quid si testator illud coram septem testibus revocaverit,
ibidem, & n.3.4.& 5.*
2 *Quando in secundo testamento est aliquis defectus, ex quo
hæreditas adiri non potest nunquam censetur sublatum pri-
mum testamentum.*
4 *Quando revocatio facta coram quinque testibus valida
sit.*
5 *Quid si in revocatione apposita fuerit clausula codicilla-
ris.*
*Per clausulam codicillarem venientes ab intestato tacitè cen-
sentur vocati, ibid.*
6 *An tollatur primum testamentum, si revocatio facta fuerit
animo condendi aliud testamentum, quod postea Testa-
tor minimè confecit.*
7 *Quando a die conditi testamenti lapsum fuit decennium,
tunc per simplicem mutationem voluntatis factam etiam
coram tribus tantum testibus, testamentum revoca-
tur.*
8 *Lapsus decennii operatur oblivionem etiam respectu clau-
sulæ derogativæ.*
9 *Quid si talis revocatio fiat intra decennium a die conditi
testamenti.*
10 *Fideicommissa, vel legata relicta in testamento non deben-
tur, si in voluntate minus solemni, seu simplici mutatione
expressè revocentur: limitatur n.13.*
11 *An fideicommissa, vel legata hujusmodi censeantur tacitè
revocata per voluntatem minus solemnem.*
12 *Et an censeantur revocata, si testator dixerit, revoco om-
nia contenta in testamento.*
13 *In ademptione legati facti filio in testamento requiritur so-
lemnitas septem testium.*
14 *Quando testamentum factum inter liberos revocetur per a-
liud testamentum.*
15 *An institutionem filio factam in testamento possit pater re-
vocare in codicillis.*
16 *Hæreditas in codicillis neque dari, neque adimi potest di-
rectò.*
17 *Pater non potest filios instituere directò in codicillis: limita-
tur in milite n.18.*
19 *An legatum ex capitalibus inimicitiis supervenientibus
revocetur.*

C A P U T LXXVIII.

Quomodo testamenta revocentur.

TEstamentum aliàs ritè conditum vires non amittit, 1
quamvis testator illud etiam coram septem testibus re-
vocaverit, *§.ex eo autem, ubi DD.instit.quibus mod.testam.
infirm. Bart.communiter receptus in leg.si jure, ff.de leg.3.* nisi
fecerit aliud testamentum solemne cum institutione hære-
dis, *Ruin.cons.6.n.1.lib.2.Rud.cons.41.n.4.& 5. Soc.junct.cons.
42.num.1.lib.3.Clar.qui communem dicit in §.testamentum, q.
91.vers.sed quæro*, ubi observat, quod non potest testamen-
tum solemniter conditum infirmari, nisi aliud testamen- 2
tum conditum sit, ex quo hæreditas adiri possit; unde,
quando in secundo testamento est aliquis defectus, ex quo
hæreditas non possit adiri, nunquam censetur sublatum
primum testamentum, *ut post Mascard. concl.1282.num.32.
Rol.cons.33.num.4.lib.3.Cephal.cons.32.in fin.lib.1.Surd.cons.
373.num.23.lib.3. & alios docet Grasia. discept. for.cap.558.
num.29.*
Hæc tamen conclusio limitatur 1. quando testator ultra 3
revocationem expressè dixit, quod volebat decedere inte-
status: tunc enim revocatio facta coram septem testibus te-
stamentum jam conditum infirmat, quia testator videtur
tunc venientes ab intestato instituere, *Bart.loco cit.n.3.Alex.
cons.159.nu.5.lib.7.& in leg.sancimus, num.9.cod.de Testam.*
subdens, quod si in testamento erant instituti extranei, suf- 4
ficeret, quod talis revocatio fiat coram quinque testibus,
*juxta textum in l.hac consultissima, §.si quis autem, cod.eod.
tit.de Testam.per quem textum ita tenuit Dilect. de Art.testan.
tit.10.caut.3.n.2.& 4. Surd.dec.128.nu.2. & 3.Calcan.cons.91.
colum.5.Ruin.cons.6.num.1.lib.2.Corn.cons.39.n.5.lib.2. Decian.
cons.582.n.1.Soc.junct.cons.62.n.1.lib.3.Menoch. cons.496.n.82.
& seq.lib.5.Franc.dec.287.n.1.& 2.Paris.cons.46.n.25.& 26.lib.
3. Rot.in Perusina hæreditatis 16. Martii 1601. coram Card.
Pamphilio, & in Romana fideicommissi* 10. *Decembris* 1608.
coram Ludovisio, prout refert Grat.disc.for.c.558.nu.3.& sequ.
ubi addit, hoc præcipuè procedere in locis, in quibus ser-
vatur jus civile, ut in Urbe.
Idem dicendum, si tacitè colligatur, testatorem velle in- 5
testatum decedere: quia sufficit inter succedentes ab inte-
stato quodcunque voluntatis judicium, putà si apposita fue-
rit clausula codicillaris, per quam venientes ab intestato ta-
citè censentur vocati, *Bald. in leg.sancimus, n.2.cod.de Te-
stam.Guid.Pap.dec.200.n.4.Dilect.d.tit.10.caut.3.n.4. ubi citat
Bart.in d.l.si jure, & ita resolvit Rota coram Ludovisio decis.
446.num.3.& seq.* ubi dicit, hanc clausulam in revocatione
sufficere, etiamsi non sequatur expressa declaratio volunta-
tis decedendi ab intestato, *latè Grat.disc.for.cap.558.per tot.*
ubi dicit, quod hujusmodi revocationes operantur, dum-
modo constet ex verbis in revocatione appositis, quod testa-
tor omninò volebat intestatus decedere, & quod revocatio
non fiat ad alium finem, nisi in favorem venientium ab inte-
stato; si verò aliqua alia causa colligatur, illa est adimplen-
da, antequam primum testamentum possit dici sublatum; 6
unde si revocatio fuerit facta animo, & intentione conden-
di aliud testamentum, non tolleretur primum testamen-
tum, si aliud testamentum postea Testator minimè confe-
cerit, tum quia satis constat in hoc casu, testatorem noluis-
se intestatum decedere, & ideò non videtur voluisse vocare
venientes ab intestato, tum quia per dicta verba, animo,
& intentione condendi aliud testamentum, revocatio re-
stringitur ad causam denuò testandi, quasi in illo casu tan-
tum fuerit primum testamentum revocatum; Unde si aliud
testamentum conditum non fuerit, primum non videtur
revocatum, *ut sensit etiam Alex.cons.159. per tot.lib.7. Rot.
dec.795.num.12.par.1.Divers. & alii apud eundem Grat.cap.
763.* ubi *num.20.& 21.* asserit, hanc opinionem esse tutam
etiam in foro conscientiæ, cum in tali casu non adsit certi-
tudo

tudo de voluntate testatoris, & *cap.764.* ubi *num.10.* addit, quod dicta verba, animo, & intentione coodendi aliud testamentum, habent taeitam conditionem, videlicet, quatenus testamentum validum de oovo condere-
tur.
7 Limitatur 2. quando a die conditi testamenti lapsum fuerit decennium: tunc eoim per simplicem mutationem vo-
luntatis factam etiam coram tribus tantum testibus, dictum
testamentum revocatur non obstantibus quibuscunque clau-
sulis derogatoriis in hujusmodi testamento contentis, *leg.*
sancimus, ubi gloss. in ver. fuerit, cod. de Testament. & ita
8 *sentiunt communiter DD. ut dict. Alciat. consil. 111. lib. 9.* ubi,
quod lapsus decennii operatur oblivionem etiam respectu
clausulæ derogativæ, *Alexand. cons. 30. numer. 4. libr. 3. &*
communem etiam dicit Clar. in dict. paragraph. testamentum,
qu. 91. vers. benè verum est, & vers. sequ. subdens, quod si
talis revocatio fiat intra decennium a die conditi testamen-
9 ti, nihil operabitur: quamvis contrarium teneant *Host. in*
sum. in titul. de Testam. §. qualiter infirmetur, & alii quos
refert Guid. Pap. decis. 200. numer. 4. ubi, quod non requiri-
tur necessariò cursus decennii ante revocationem, sed satis
esset si decennium ante, vel post effluxerit ante mortem Te-
statoris.
10 Limitatur 3. quoad fideicommissa, vel legata relicta in te-
stamento: hæc enim si in voluntate minus solemni, seu sim-
plici mutatione expressè revocentur, non debentur: suffi-
cit enim, quod quomodocunque appareat de contraria vo-
luntate, *Bartol. in d. l. si jure, n. 1. ff. de leg. 3.* subdens, quod
11 non censerentur per voluntatem minus solemnem taeitè re-
vocata, *Alex. in d. l. sancimus, n. 8. in fin. cod. de Testam. & d.*
cons. 159. n. 5. lib. 7. & cons. 30. n. 9. & 10. lib. 3. ubi, quod censen-
12 tur revocata legata, & fideicommissa, si testator dixerit,
revoco omnia contenta in testamento, *Ludovis. d. dec. 466.*
num. 12.
13 Contrarium tamen in filio tenet *Roman. cons. 175. numer. 16.*
Gratia. cons. 103. num. 18. lib. 2. Socin. Jun. consil. 127. numer. 8.
lib. 1. Jas. in auct. hoc inter liberos, cod. de Testam. quo refert,
& sequitur Gratia. discep. for. cap. 902. numer. 7. & seq. ubi di-
cit, quod in ademptione legati facti filio in testamento re-
quiritur solemnitas septem testium, *argum. dict. auct. hoc in-*
ter liberos, cod. de Testam. ubi testamentum factum inter
14 liberos noo revocatur per aliud testamentum, nisi secun-
dum testamentum sit solemne, & testator in secundo de-
claret, se nolle illud prius testamentum valere; nec pos-
set pater institutionem filio factam in testamento revocare
in codicillis, *l. Scævola, ff. ad Senatusconsul. Trebell.* ubi,
15 quod hæreditas io codicillis neque dari, neque adimi potest
16 directò.
17 Ex quo infert *Bald. in l. filii, n. 7. cod. famil. Hercisc.* quod pa-
ter non potest filios instituere directò in Codicillis: subdens,
18 quod speciale est in milite, cui id a jure concessum est, cum
non teneatur scire jura propter simplicitatem armatæ mili-
tiæ, *ut in leg. 1. ff. de milit. testam.*
19 Illud quoque notandum est, qood legatum revocatur
etiam ex capitalibus inimicitiis supervenientibus, per *tex-*
tum in leg. 3. paragraph. fin. juncta glos. in ver. nuda, ff. de A-
dim. legat.

S U M M A R I U M.

1 *Maritus, qui cessavit per decennium petere interesse dotis non solutæ, præsumitur illud remisisse, declaratur nu. 3. limitatur n. 5. 6. 8. 9. 10. & 11.*

2 *An maritus recipiens sortem sine dicto interesse, possit illud petere.*

4 *Quando minor temporis cursus ad hunc effectum sufficiat.*

7 *Propter mutuum amorem inter conjuges facilius donatio præsumitur.*

C A P U T LXXIX.

An maritus, qui cessavit per decennium petere interesse dotis non solutæ, præsumatur illud remisisse Socero, vel fratribus uxoris, qui dotem promiserant.

1 RESpond. affirmativè, *per textum in l. cum quidam, §.*
Divus, ff. de usur. ibi, parum justè usuras præteritas
petis, quas omisisse te longi temporis intervallum indicat: qui
eas a debitore tuo, ut gratior apud eum videlicet esses, peten-
das non putasti, in hoc autem casu præsumitur hæc gratitu-
do ex conjunctione sanguinis, *ita Balb. de præscript. in 4. par.*
4. princip. qu. 36. Cephal. cons. 85. num. 13. Burat. dec. 159. & alii
apud Gratia. discep. for. cap. 455. num. 26. & seq. Alciat. in reg. 1.
præsump. 32. ubi etiam dicit, quod hic non sumus in mate-
ria peccati, quia iste non solvens interesse, non peccabat,
nisi fuisset interpellatus, ex quo tantummodò erat obliga- 2
tus officio Judicis; unde si maritus reciperet sortem sine il-
lo interesse, non posset amplius illud petere, *Cancer. var.*
par. 1. cap. 9. num. 163. Menoch. lib. 3. præsump. 25. numer. 13. &
seq. quia hujusmodi interesse extinguitur soluto principali,
prout aliæ usuræ: *l. 4. cod. depos.* quicquid in contrarium sen-
tiant *alii apud Altograd. cons. 30. num. 3.* Hoc tamen intelli-
gendum est, quando ultra diuturnitatem temporis, & con-
junctionem sanguinis sæpius fuerunt inita computa & cal-
culatæ rationes nulla facta mentione de hujusmodi usuris,
juxta l. Procula, ubi Bart. ff. de probat. glosr. in l. libertis, quos
§. manumissis, in ver. si conditio, vers. item contra ubi etiam
Bartol. ff. de alimen. & cib. leg. Alexand. cons. 46. in fin. libr.
1. & consil. 56. numer. 14. libr. 4. Gratia. decisio. March. 45. nu.
13. ubi, quod si aliquod ex his requisitis deficeret, cœtera
per se non essent apta ad inducendam hanc tacitam remis-
sionem.
Et hæc quidem sententia multo magis procederet, si la- 4
pso decennio subsequatur mors viri, quia cum maritus vi-
vens usuras, seu interesse dotis non petierit, censetur gra-
tiosè remisisse, *Cephal. consil. 85. numer. 14. lib. 1. Cancer. va-*
riar. par. 1. cap. 9. numer. 161. Osasch. decisio. 132. numer. 19.
Menoch. lib. 3. præsumpt. 25. numer. 6. subdens, quod minor
temporis cursus in hoc casu sufficit, *ut observat etiam Fon-*
tanell. de Pact. nupt. claus. 6. glosr. 2. par. 6. numer. 25. & sequ.
ubi dicit, quod admittuntur istæ usuræ, si toto tempore
constantis matrimonii, qualecumque illud sit, eas maritus
non petierit.
Limita 1. si creditor omisit petere usuras ex alia causa, 5
quàm gratitudinis, ut quia ignoraret, sibi usuras deberi,
quia tunc non haberet locum textus in *d. §. Divus, ut d. Al-*
ciat. loco cit. n. 7. vers. est verum, Menoch. lib. 3. præsump. 25. n. 11.
& seq. Greg. dec. 93.
Limita 2. quod istud interesse fuit expressè promissum: 6
quia tunc non potest debitor prætendere bonam fidem &
ideò nunquam præscriberet de jure Canonico, *capit. fin. de*
Præscript. latè Alexand. cons. 63. lib. 4. de quo tamen dubitat
Menoch. lib. 3. dict. præsump. 25. num. 10. quia hic non agitur de
præscriptione, sed de præsumenda remissione ex cursu tem-
poris.
Cœterum, quando mulier esset obligata viro, quia ei 7
promiserit usuras, si illas maritus non petierit, censetur
proculdubio remisisse, quia propter mutuum amorem inter
conjuges facilius donatio præsumitur, *l. 1. §. de Donat. int.*
vir. & uxor. Alex. cons. 63. numer. 17. lib. 4. Altograd. cons. 30.
num. 38.
Limita 3. quod hujusmodi interesse debetur conditione 8
ex statuto, quia tunc etiam dote exacta debetur, *Rot. in Ro-*
mana consignationis depositi 24. Maii 1595. coram Penia,
& in Ravenat. fructuum dotis 28. Februarii 1603. coram Greg.
in impress. dec. 93. Burat. dec. 159. Fenzon. ad Stat. Urbe cap.
137. num. 46.
Limita 4. quando maritus perciperet aliquid de bonis So- 9
ceri, qui promiserat dotem: quia præsumitur in tali casu id
percepisse pro hujusmodi interesse dotis sibi noo solutæ,
Ciriac. controver. 30. numer. 26. ubi citat Surd. cons. 290. ante
n. 53. vers. secundo respondeo.
Limita 5. ubi coostaret de contraria voluntate mariti, 10
quia tunc contraria præsumptione tolleretur præsumptio re-
missionis, *Fontanell. de pact. nup. claus. 6. gl. 2. p. 6. n. 31. Burat.*
d. dec. 159. n. 4.
Limita 6. quando supersunt alii, quorum favore usuræ 11
non censentur remissæ etiamsi toto constantis matrimonii
tempore non fuerint petitæ, *Alvar. Valas. consul. 84. circa fin.*
Jo: Bapt. Lupus in tr. de usur. comment. 1. §. 4. nu. 83. quos refert
Fontanell. loco cit. n. 32.

S U M M A R I U M.

1 *Qui per decennium privilegio usus non fuit, censetur illud amisisse, n. 2. 3. & 4.*

2 *Quando factum, vel negligentia priorum Civium præjudicet Civibus futuris, & quando non, & n. 6.*

C A-

CAPUT LXXX.

Quando per non usum amittatur privilegium.

1 RESpond. quod si quis per decennium privilegio sibi concesso usus non fuerit censetur illud amisisse, dummodo evenerit casus, in quo potuit eo uti, & usus non fuit alioquin non curreret præscriptio, *l.1.ff. de Nundin. Felin. in cap.1.num.10. de Treg.& Pac. Put.dec.369. lib.2. & alii apud Balb.de præscrip.in 1.par.5. prin.qu.8.num.9.* ubi quod non currit præscriptio habenti jus eligendi, si Ecclesia non vacavit, & sic ubi casus non evenit, & in 2.*pa.5.prin.qu.3.n.*12. ubi etiam dicit, quod non currit præscriptio contra eum, qui longissimo tempore jurisdictionem non exercuit, si casus non occurrit, in quo jurisdictionem exercere potuisset, & *latius in 4.par.5.princ.qu.4. per tot.* Idem dicendum, si Dominus, cui a Vassallo servitia aliqua, vel obsequia, debebantur, ea non petierit eo quod sibi opus non fuit, vel aliter indigentiæ occurrenti providit: tunc enim vassallus nunquam præscriberet libertatem: quia nulla desidia potest Domino imputari, si vassallum non requisivit, cujus opera tunc non indigebat, *Alvar.in c.licet, ff licet, col. 2.in tit.si de feud.fu.contr.Jas.in leg.falso, cod.de Diver.rescrip. Cassan.cons.4.& alii apud Pereg.de Jur.fisc.lib.6.tit.8.n.12.in fin. Balb.de præscrip.in 4.p.5.princ.q.4.n.3.*

2 Limita, ubi privilegium concessum fuerit per contractum, & titulo oneroso, tunc enim privilegium non amittitur per non usum etiam longissimum; idemque dicendum, quando ex tenore ipsius privilegii deprehenditur, facultatem utendi privilegio esse positam in libera voluntate, & arbitrio privilegiati, *Rip.in l.quominus, 2.n.97.ff.de flumin. Ciriac.controv.310.n.42.lib.2.& controv.538.lib.3. Balb. de præscrip.in 4.par.5.princ.5.qu.4.num.4.* ubi etiam dicit, quod Canonici non utendo facultate optandi meliores præbendas, cum vacant, data eis facultate ex consuetudine, vel statuto, non amittunt ipsam facultatem ullo temporis spatio, quibus adde *Jo: Andr. ad Spec. in titulo de emphyteut. §.nunc aliqua, num.121.in ver.possu, Rosenthal. de feud.cap.9.conclus. 36.in fin.* ubi dicit, quod consensus a Domino præstitus, ut vassallus possit feudum alienare, si certo tempore circumscriptus sit, eo finito, seu elapso expirat; si verò simpliciter datus sit, perpetuò durat.

3 Limita in Ecclesia: nam privilegium concessum Ecclesiæ, per non usum non perditur minori tempore 40. annorum, *juxta capit. de quarta extra de præscript. Joan. Andr. & alii in cap. cum accessissent, de constit. Balb. de præscrip. in 4. par.5. princip. qu.4. numer.5. Genuen. in tractat. de Eccles. qu.154.*

4 Limita 3. in privilegio immunitatis: hoc enim non amittitur nisi spatio 30. annorum, *secundum Balb.d.q.4.nu.7. ubi citat Alex.cons.23.vol.5.*

5 Quæres, an, si privilegium concessum fuerit universitati, seu civibus, negligentia priorum Civium præjudicet Civibus futuris? Respond. quod aut privilegium concessum fuit principaliter ad commodum universitatis, & tunc negligentia universitatis, seu Civium, qui eo tempore existebant, nocet successoribus, quia Populus modernus censetur idem Populus, *leg.proponebatur, ff.de Jud. Guid.Pap. dec.279. Ursil. ad Afflict.dec.67.numer.4.* & ideò cum ex non usu per spatium dicti temporis privilegio censeatur renuntiasse, illud amplius repetere non potest, *l.quæritur, §. si venditor, ff.de Ædilit. edict.* censetur autem privilegium concessum principaliter ad commodum universitatis, si verbi gratia concessum fuerit nemus, vel molendinum universitati, vel civibus alicujus loci ita, ut totum commodum nemoris vel molendini pertineret ad universitatem, putà quia cives euntes ad molendinum, seu ad nemus certam summam universitati solverent, seu traderent, *Alexand. consil.99. numer.15. libr.5. Menoch. de Arbitr. Judic. cas.106. num.13.*

6 Aut privilegium concessum fuit universitati, ità tamen, ut proprietas quidem quæratur universitati, usus tamen, & commodum rei concessæ pertineat ad singulos cives putà si cives gratis possent uti pascuis, nemore, vel alio jure universitati concesso: & tunc subdistinguendum est, nam aut concessio hujusmodi facta est ad favorem tantùm illorum Civium, qui tunc constituebant universitatem, & in tali casu ob non usum eorumdem civium privilegium amittitur; aut privilegium concessum fuit non tantum Civibus tunc existentibus, sed etiam futuris, putà si id expressè, vel saltem tacitè ex privilegio colligatur, & eo casu factum antiquorum Civium, seu non usus præjudicare non potest futuris, *Avendan. de exeq.par.1.cap.4.n.3. Franc. Leo in Thesaur.for. Eccles.par.2.cap.27.n.94. Garz. de Nobilit.gl.6. num. 38.& seq. quos refert Cancer.var.lib.3.c.13. de Juribus Castrorum, num.384.*

Addit *Genuen.in tr.de Eccles.q.154.* quod privilegium concessum Canonicis, non respectu eorum utilitatis dumtaxat, sed respectu utilitatis Ecclesiæ non amittitur per contraventionem singulorum.

SUMMARIUM.

1 *Servitus, qui habet causam continuam, vel quasi continuam acquiritur usu longi temporis etiam sine titulo: declaratur n.2. limitatur, n.34.*

3 *Si ante completam præscriptionem usus interdicitur, præscriptio interrumpitur.*

4 *Ad hujusmodi præscriptionem requiritur bona fides, ac voluntas utendi jure proprio, non autem per modum facultatis.*

5 *In dubio usus præsumitur potius jure facultatis, quàm jure proprio.*

6 *Quando in hoc præsumatur bona fides.*

7 *An contra ignorantem currat hujusmodi præscriptio.*

8 *Quando servitus non habet causam continuam, tunc requiritur usus tanti temporis, cujus in contrarium memoria non extet, limitatur n.35.47.48.& 49.*

9 *Quando præsumatur scientia, & patientia.*

10 *Quando servitus dicatur habere causam continuam, vel quasi, & quando non.*

11 *Servitutes personales quanto tempore præscribantur, & an ad hunc effectum requiratur titulus, & bona fides, & scientia adversarii.*

12 *Quando incipiat quis præscribere in servitutibus affirmativis, & negativis.*

13 *Jus ducendi aquam quanto tempore amittitur, & num.14. & 16.*

15 *Quando non impeditur usus navigationis, aqua duci potest ex flumine navigabili.*

16 *Quando cursus aquæ possit ab alio occupari.*
Quæ differentia sit inter molendinum solo cohærens, & fabricatum in aqua, ibid.

17 *Solitus cursus aquæ quomodo intelligatur.*

18 *Ex flumine non navigabili unusquisque aquam ducere potest.*

19 *Quando melior sit conditio primi occupantis.*
Quando is, qui primò construxit molendinum, possit alios construere volentes impedire ibidem.

20 *An Princeps, vel Senatus possit prohibere, ne in flumine publico non navigabili fiat aliud molendinum in præjudicium molendini antiqui.*

21 *Quando flumen est privatum, potest quilibet in suo ædificare, & frui aqua dicti fluminis.*
Quid si molendinum alteri noceat, ibidem.

22 *Flumina privata pertinent ad illos, qui propè ab utraque parte prædia possident.*

23 *Quando torrens, seu flumen est commune, non licet avertere aquam in præjudicium aliorum.*

24 *Quando dicatur flumen publicum, & quando privatum.*

25 *An possit quis aquam nascentem in suo prædio divertere, & n.27.28. 32.& 41.*
Quid si aqua de publico per agrum descendat, ibidem.

26 *Et quid si aqua ad agrum alicujus aliunde venit, & num.32.*

29 *An censeatur inducta servitus, si aqua descenderet in fundum inferiorem ex opere manufacto.*

30 *Quando quis patiens fieri opus in suo censeatur pati jure servitutis.*

31 *Quando quis aquam primi molendini possit ad suum molendinum ducere.*
Et quando quis teneatur facere id, quod sibi non nocet, & alteri prodest, ibidem.

33 *An, & quando servitus retineatur per aquam naturaliter currentem.*

34 *Præscribens servitutem quando non teneatur probare scientiam, & patientiam Adversarii.*

35 *Absentia non præsumitur.*

36 *An ad præscribendas servitutes sufficiat scientia vassalli, vel emphyteutæ.*

37 *Quando aqua nascens in fundo privati censeatur publica, & quando ipsius privati.*

38 *Quo temporis spatio præscribatur servitus, quæ non habet quotidianum usum utendi.*

39 *Quo*

39 *Quo tempore præscribatur servitus transeundi per fundum vicini, vel aliud faciendi una tantum die per quinquennium.*
40 *Quando competat interdictum de itinere, actuque privato.*
41 *Quando aqua publica desinat esse publica.*
42 *Flumina etiam publica censentur privatâ quoad proprietatem earum communitatum, per quarum territoria defluunt.*
43 *Declaratur text. in l.1. ff. Nè quid in flum. public. &c. & num 44.*
45 *Si fluvius currit inter duas Civitates, aqua est communis pro indiviso, sed alveus est communis pro diviso ad similitudinem lapidis existentis in confinio, & insulæ in flumine natæ.*
46 *Quid si alicujus ager inundatus fuerit.*
48 *An de Jure Canonico in præscriptione requiratur titulus.*
50 *Quanto tempore præscribatur actioni confessoriæ, & negatoriæ.*
51 *Quanto tempore servitus jam constituta tollatur, & an requiratur scientia, & patientia adversarii, ibid.*
52 *An quis præscribere possit, ut solus habeat molendinum in villa, seu vicinia, & n.53.*
54 *Servitus luminis quanto tempore præscribatur.*
55 *In præscribendi servitute affirmativa non requiritur usus prohibitio.*

CAPUT LXXXI.

Quanto tempore servitutes reales præscribantur.

1 RESp. quod servitus, quæ habet causam continuam,
vel quasi continuam, acquiritur usu longi temporis,
videlicèt decem annorum continuorum inter præsentes, &
viginti inter absentes, *l.2. ubi glos. in ver. quæsisti, cod. de servit.* etiam sine titulo, cum tractetur de modico præjudicio,
*ut d. Aret. in §. æque, num.19. Inst. de action. Cæpol. de servit. urb. præd. c.19. n.4. Balb. de præsc. in 2. p.4. princ. q.2. n.1. & 2.
& in 3. p.4. princip. q.4. & est text. in l. si quis diuturno, ff. si ser.*
2 *vendic.* interveniente tamen scientia, & patientia illius,
contra quem præscribitur, ita ut non sufficeret scientia conductoris seu alterius possidentis vi, clam, vel precariò: non
enim datur quasi possessio incorporalium sine patientia adversarii, *ut in d. l.2. & l. quoties, §. servitutum, ff. de servit.
Balb. de præscr. in 2. p.4. princ. q.1. num.12. Cancer. var. lib.3. c.4.
num.159.* subdens, quod probata scientia, & patientia Ad-
3 versarii non est necesse probare scientiam successorum:
quicquid dicat *Gab. lib.5. commu. concl. tit. de præscript. concl.
2. num.63.* unde si ante completam præscriptionem usus interdicitur, præscriptio interrumpitur, & *Bart. & alii in d. l.
2. cod. de servit.*
4 Præterea requiritur bona fides, videlicet ut præscribens
credat, id sibi licere, aliàs non curreret præscriptio, ut
*tradunt Doctores communiter teste Balb. de præscrip. in 2. p.4.
princ. q.1. n.9. &* 10. ubi addit, quod concurrere debet voluntas utendi jure proprio, non per modum facultatis: quod
probari potest, vel ex facto utentis, aut ex verbis ejus hoc
ipsum denotantibus, *l.1. §. Arist. ibi, qui se putat suo jure uti,
ff. de aq. quotid. & æstiv. Cæpol. de servit. urb. præd. c.20. num.1.
Jord. Elucub. divers. lib.14. tit.24. de præscrip. n.407. & seq.* sub-
5 dens, quod in dubio usus præsumitur potiùs jure facultatis,
quàm jure proprio.
6 Præsumitur verò bona fides, ubi quis per decennium servitute usus fuit, *Alex. cons.69. sub n.4. vol.5. Ciriac. contr.179.
n.4. & seq. lib.1.*
7 Ex his infertur, quod contra ignorantem non currit hujusmodi præscriptio, quia ignorans non dicitur pati, *Viv.
comm. opin.627. in fin. lib.2.*
8 Si verò servitus non habet causam continuam, tunc requiritur usus tanti temporis, cujus in contrarium memoria non extet, *l. hoc jure, §. aqua ff. de aqu. quotid. & æstiv. l.
servitutes prædiorum, 24. ff. de servit. Alex. cons.108. num.4.
lib.2. Cæpol. loco cit. n.4. 55. & 80. Balb. de præscript. in 2. part.4.
princ. q.1. n.2.*
9 Nec in tali casu probanda est scientia, & patientia adversarii, quia illa præsumitur ex tanta temporis diuturnitate,
*ut post Decian. consil.185. colum. penul. Lofred. consil.40. numer.
50. Cald. consil.15. colum.1. & alios docet Gabriel. dict. titul. de
præscript. concl.1. num.62. Cancer. variar. lib.3. cap.4. num.160.*
ubi asserit, satis esse, quod in tali casu scientia, seu patientia allegetur, *Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina, nu.64. de Caus.
poss. & prop.*

Tunc autem servitus habet causam continuam, vel qua- 10
si, quando ad usum ejus non requiritur factum hominis,
qualis est servitus aquæductus, cum semper aqua fluat, vel
apta sit fluere, *Balb. de præscript. in 2. p.4. princip. qu.1. num.2.*
ubi quod servitus stillicidii habet causam quasi continuam,
*Cæpoll. de servit. urb. præd. c.19. n.2. Cancer. lib.3. cap.4. num.45.
Add. ad Guid. Pap. dec.573. lit. A. Jord. lib.14. tit.24. num.414.* si
verò requiritur factum hominis, nunquam dicitur habere
causam continuam, qualis est servitus viæ, itineris, actus,
& aquæ haustus, quia homo non potest operari continuè, *l.
foramen, ff. de ser. urban. præd. Bart. in d. l.2. nu.3. & sequ. cod. de
ser.* subdens, quod si esset necesse, ut de fonte aqua extraheretur, & mitteretur in aliquem rivum, tunc servitus aquæductus non haberet causam continuam, quia eo casu requiritur factum hominis, *ut sensit etiam Bald. in d. l.2. n.5. &
est communis opinio.*
Observa tamen, quod servitutes personales, qualis est 11
servitus ususfructus, vel usus, licèt habeant causam discontinuam, tamen spatio decem annorum inter præsentes, &
viginti inter absentes præscribuntur *leg. sicut, cod. de ser.* & in
tali casu in omnibus præscribitur ad similitudinem corporalium, & per consequens requiritur quidem titulus, & bona
fides, non tamen scientia Adversarii, *Aret. in d. §. æquè nu.
18. Instit. de action. Bald. in l. si aquam num.4. cod. de servit. Cæpol. de serv. urb. præd. cap.19. nu.9. &* 10. ubi etiam dicit, quod
cessante titulo requiruntur 30. anni ad servitutem personalem præscribendam, *Balb. de præscript. in 2. par. princ. qu.2.
numer.3. & 6.* quemadmodum nec actio competens pro usufructu constituendo tollitur minori spatio 30. annorum,
*secundùm glos. communiter receptam in leg. corruptionem cod. de
usufruct.*
Observa 2. quod in servitutibus affirmativis, ut tigni im- 12
mittendi, cum primùm bona fide tignum quis immiserit,
incipit possidere, & præscribere; in servitutibus verò negativis, ut altiùs non tollendi, præscriptio non cadit, nisi
præcesserit prohibitio præscribentis, & patientia prohibiti:
quia per hujusmodi actus incipit currere quasi possessio, ex
qua conficitur præscriptio, *ut post Gom. in tit. de Serv. tom.
2. c.15. & Less. de Just. & jur. lib.2. c.6. dub.9. n.29. notat Jord.
lib.14. tit.24. num.406. Ciriac. contr.28. num.22.* subdens, quod
talis prohibitio non est necessaria, quando aliquis color tituli subest ex parte præscribentis, *Balb. loco cit. in 2. p.4. princ.
q.1. n.12. & 16.*
Observa 3. quod jus ducendi aquam amittitur per non u- 13
sum spatio similiter decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, *l. sicut, cod. de Serv.* quod procedit, 14
quando aqua ducitur ex fundo alieno vigore servitutis constitutæ, vel ex flumine publico navigabili vigore privilegii
Principis, vel Senatus, aut legis municipalis, vel consuetudinis antiquæ, seu immemorabilis, quæ privilegii vim
habet, *l. hoc jure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quot. & æstiv.
cap. super quibusdam, §. præterea, ubi gl. in ver. non extat
memoriam, de verb. sign.* aqua enim regulariter duci non 15
potest nedum ex flumine navigabili, sed neque ex eo, per
quod fit navigabile aliud flumen, *leg. quominus, ff. de flum.*
quando videlicet impediretur usus navigationis, *ut d. Bald.
in Rubr. ff. de Rer. divis. Cæpol. de Serv. rust. præd. cap.4. de Serv.
aquæd. numer.39.* & ideo vetitum non est sumere aquam de
primo flumine non navigabili, si aqua dicti fluminis postea
intraret in secundum flumen navigabile, *Alex. cons.203. nu.
3. lib.6.* idemque dicendum, si intraret in mare: quia mare propter aquarum abundantiam ex uno flumine non dicitur recipere incrementum, vel diminutionem, *ut advertit
Cæpoll. loco cit.*
Secus esset, ubi quis licitè molendinum prior ædificave- 16
rit, & ex flumine publico ducendæ aquæ jus habuerit, &
vellet aliis præferri, vel alios jure præoccupationis prohibere, aut impedire, nè aliud molendinum construant, *juxta
text. in l.2. §. merito, & §. seq. ff. Nè quid in loc. pub.* quia tunc
tale jus breviori tempore amittitur, videlicet si desinat possidere per annum, & molendinum adeò sit dirutum, ut aqua primum suum cursum recuperaverit: hoc enim casu
ejusdem aquæ cursum alius licitè poterit occupare, etiamsi
antiquum molendinum non sit totaliter destructum, *Curt.
sen. cons.26. num.2. Peregr. cons.13. num.2. volum.1. Surd. consil.
127. num.79. in fin. num.80. Menoch. cons.909. sub nu.16. & 37.
quos refert Ciriac. contr.310. num.32. & n.120. & seq. lib.2. post
Bart. in l. præscriptio, ff. de usuc. & in l. quominus, num.26. &
seq. ff. de Flum.* ubi subdit, quod si quis justam causam allegет, quare eo anno molendinum non reparavit, subvenietur ei per restitutionem, *juxta l.1. §. si quis propter, ff. de Itin.
act. privat.*
Et hoc quidem locum habet, quando molendinum est
ter-

terraneum, seu solo cohærens, secus esset, quando molen-
dinum est fabricatum in aqua, quia tunc requiritur totalis
molendini destructio: & ideò donec remanet aliqua ipsius
molendini facies, seu pars, durat occupatio aquæ, & quasi
possessio, Bart. in l. fin. ubi etiam Ang. n. 2. Cum. nu. 3. Imo. nu. 1.
Cast. n. 2. & 3. ff. de usuc. Ruin. cons. 88. n. 1. vol. 4. & alii apud Ci-
riac. d. contr. 310. n. 125.
17 Solitus verò cursus ille intelligitur, qui fuit præcedente
æstate: quia tempore æstivo aqua naturaliter fluit, non ca-
sualiter, Bald. in leg. item lapilli, numer. 6. in 8. qu. ff. de Rer.
divis.
18 Si verò flumen publicum non est navigabile, tunc unus-
quisque ex eo aquam ducere potest auctoritate juris gentium,
quo jure flumina, & eorum usus, & jura sunt publica, §.
flumina, & §. riparum, Instit. de Rer. divis. l. quominus, ff. de
flumin. Alex. cons. 194. n. 7. lib. 2. Bald. in l. item lapilli n. 5. ff. de
19 Rer. divis. quod intelligendum est dummodò aqua ad eum
usum, ad quem ducitur, omnibus sufficeret, aliàs melior
esset conditio primi occupantis, l. fin. ff. de usucap. Alex cons.
194. in princ. lib. 2. Bald. in d. l. item lapilli, num. 4. & in l. 4. nu. 2.
cod. de servit. Bart. in d. l. quominus, n. 9. & seq. Ciriac. contr. 462.
n. 21. lib. 3. unde eo casu posset is, qui primo construxit mo-
lendinum, alios construere volentes jure præoccupationis
impedire, Alexand. cons. 130. & cons. 230. in prin. lib. 6. per text.
in l. 2. §. merito, ff. Ne quid in loc. pub. idem dicit Cravet. de Ant.
temp. p. 4. §. Circa præmissa, n. 27. subdens, quod non posset
alios prohibere ex eo præcisè, quod molendinum primò con-
structum minus lucraretur, si ædificentur nova: hoc enim
interesse non est in consideratione, nec esset justa causa im-
pediendi, quia sufficit, quod Dominus prioris molendini
damnum non sentiat, licèt propter hoc non acquirat lucrum,
Alex. cons. 194. n. 7. & 11. lib. 2. Affli. dec. 388. n. 12. Rot. dec. 683. p.
4. tom. 3. Recent.
20 Notandum tamen est, quod Princeps, vel Senatus, aut
alius Superior potest prohibere, nè in flumine publico non
navigabili fiat aliud molendinum in præjudicium molendini
antiqui, etiamsi præjudicium consisteret tantùm in diminu-
tione lucri ob minorem concursum molentium; & ideò in
tali casu qui vult construere novum molendinum, debet
obtinere licentiam a Principe, vel Superiore, sine qua illud
construere non posset, Bald. cons. 465. ante n. 6. vol. 4. Afflict.
dec. 388. sub num. 1. & 2. Boer. dec. 125. col. 3. Thes. dec. 16. nu. 11.
& 12. Franc. Marc. q. 123. n. 6. par. 1. Capic. dec. 109. n. 30 & alii
apud Ciriac. controv. 462. n. 12. usq. ad 28. n. 52. versic. & ex præ-
dictis &c. lib. 3.
21 Item si flumen sit privatum, potest quilibet in suo ædifi-
care, & frui aqua dicti fluminis, dummodò id faciat prin-
cipaliter, ut sibi ipsi prosit, l. Proculus, ff. de Dam. inf. Bald.
in d. l. item lapilli, n. 1. & 4. ff. de Rer. divis. quod procedit, et-
iamsi novum molendinum alteri socio noceat, Jas. consil. 98.
vol. 1. quem refert Albar. ad Bart. in d. l. quominus, n. 1. ff. de flu-
22 min. flumina enim privata pertinent ad illos, qui propè ab
utraque parte prædia possident, ità, ut quilibet jus habeat
usque ad medium versus suam ripam, Alex. d. cons. 203. nu. 2.
lib. 6. & cons. 194. n. 2. lib. 2. Alban. loco cit. n. 4. Grat. discep. for. c. 480.
23 n. 1. & seq. ubi etiam dicit, quod non liceret avertere aquam
in præjudicium aliorum, qui ibidem prædia possident, quan-
do torrens, seu flumen est commune, juxta l. adeò, §. insula,
ff. de acqu. rer. dom.
24 Dicitur vero flumen publicum, quando perpetuò fluit,
etiamsi aliquando in aliqua parte anni aresceret: privatum
verò, quando non omni tempore, ut quia tempore æstivo
non fluit, l. 1. §. 1. ff. de flum. Bero. cons. 130. sub nu. 17. vol. 3. &
alii apud Ciriac. controv. 462. n. 16. & 17. lib. 2.
25 Observa 4. quod non posset quis aquam nascentem in suo
prædio divertere, aut impedire, quando aliæ dictæ aquæ du-
cendæ jus ex pacto, seu conventione, aut privilegio habet,
Thes. dec. 245. n. 5. & 6. Cæpol. in tract. de servit. rust. præd. cap.
4. de servit. Aquæd. n. 51. & seq. ubi idem dicit, si quis per tem-
pus, cujus initii memoria non extat, eamdem aquam ad
suum fundum duxerit, per text. in l. hoc jure, §. ductus aquæ,
ff. de aqua quot. & æstiv. Alban. ad Bart. in l. quominus, n. 10. ff.
de flumin. ubi, quod aquam de publico per agrum descen-
dentem non potest quis contra veterem consuetudinem di-
vertere ad irrigandos hortos suos, Bal. in l. item lapilli, n. 4. ff.
de Rer. divis. & in l. 4. n. 1. cod. de servit. ubi addit, quod si a-
26 qua ad agrum tuum aliunde venit, illam auferre non potes,
cum tibi non prosit, & mihi noceat, & ita tenuit Rota dec.
425. n. 9. & seq. p. 4. to. 2. Recen. subdens n. 11. quod immemo-
rabilis confunditur, quando constat de initio concessionis:
quicquid in contrarium sentiant Ciriac. contr. 310. nu. 155. &
seq. lib. 2. Cancer. var. lib. 3. c. 4. n. 240. & seq. ubi, quod potest
Dominus prædii aquam in suo fundo nascentem divertere,

quando ex se naturaliter fluit, etiamsi per mille annos discur-
risset in fundum vicini, quia tunc censetur fluxisse jure fa-
cultatis, non autem servitutis.
Idem dicendum, quando aqua publico usui serviret, vel 27
ubi descenderet in fundum inferiorem ex opere manufacto;
tunc enim non posset Dominus fundi aquam divertere, cum
in tali casu videatur inducta servitus, Calcan. cons. 56. Cæpoll.
de Aquæd. n. 55. Bero. cons. 139. Hipp. Rim. cons. 86. lib. 1. Dec cons.
244. n. 6. & alii, quos refert Thes. d. dec. 245. n. 4. & ibi addit lit.
A. Ciriac. contr. for. 310. n. 4. & seq. lib. 2. ubi dicit, quod eo ca- 28
su non potest minui usus aquarum in præjudicium inferioris
molendini: quemadmodum nec posset Dominus fundi su-
perioris incidere venas subterraneas, per quas aqua discurrit
ad fundum inferiorem, si id faceret ad æmulationem, vel
damnum vicini, Cancer. var. lib. 3. c. 4. n. 250.
Notandum verò est, quod non censeretur inducta servi- 29
tus ex opere manufacto, si opus existat tantùm in loco Do-
mini fundi inferioris allegantis servitutem: non enim potest
Dominus fundi superioris prohibere, nè Dominus fundi in-
ferioris conficiat canale, seu aliud opus ad libitum in suo;
& ideò tale opus, ut censeatur inducta servitus, existere de-
bet in loco ejus, contra quem allegatur servitus: tunc enim,
quia patitur, opus hujusmodi fieri in loco, in quo potest 30
prohibere, præsumeretur pati jure servitutis, Menoch. cons.
447. sub n. 22. Cæpoll. de servit. rust. præd. c. 4. sub n. 58. Rim. Jun.
cons. 86. sub nu. 3. & alii apud Ciriac. contr. 310. n. 160. libr. 2. Rot.
dec. 425. n. 15. p. 4. tom. 2. Recent.
Observa 5. quod non potest quis aquam primi molendini 31
invito Domino ad suum molendinum ducere etiamsi pri-
mum molendinum non impediatur, nisi illa aqua reintret
in alveum publicum, Bart. in d. l. quominus, num. 23. ff. de flu-
min. per l. in concedendo, ff. de aqu. plu. arc. Alex. consil. 203. num.
6. lib. 6. quia quando non præcedit aliquis contractus, de cu-
jus natura sit, quod ego tenear tibi ad id, quod mihi non
nocet, & tibi prodest, ego non teneor facere id, quod mi-
hi non nocet, & tibi prodest l. nec creditoris, cod. de Novat. l.
fin. ff. de usu & habit. Bart. in leg. 2. in princ. ff. sol. matr. Alex. cons.
203. n. 16. lib. 6.
Hic dixit Cæpoll. d. c. 4. tit. de servit. Aquæd. n. 41. & 51. vers. 32
quarto quod aquam, quæ alibi oritur, postquam est ingressa
fundum meum, regulariter possum divertere quocunque
voluero, etiamsi vicino inferiori lucrum inde auferatur, nisi
aliud obstet; quia non teneor eam vicino concedere, ut pro-
bat textus in l. 1. §. illud Labeo, ff. de aq. quotid. & æstiv. Bald. in
l. 4. n. 1. cod. de Servit. Alban. ad Bart. in d. l. quominus, nu. 7. Rot.
dec. 730. n. 6. & 7. p. 4. tom. 3. Recent.
Observa 6. quod servitus retinetur etiam per aquam natu- 33
raliter currentem, modo intercesserit aliquis usus, quo in-
choato sufficit, aquam per se fluere, & ita intelligendus est
Bart. in l. qui fundum, ff. Quemad. servit. amitt. aliàs aqua per
se ipsam fluens non potest inducere præscriptionem, vel con-
suetudinem, Cæpol. de servit. rust. præd. c. 4. de servit. Aquæd.
n. 25. & 57. per d. textum, in l. qui fundum, & in l. si partem ff. eo.
tit. Quemad. serv. amitt.
Observa 7. quod ad præscribendam servitutem habentem 34
causam continuam, vel quasi, non est necessaria probatio
scientiæ, & patientiæ Adversarii, quando is, qui præscri-
bit servitutem habet titulum, ut docet Mascard. concl. 1214. n.
57. & seq. Padil. in l. 2. num. 11. cod. de servit. quos refert Cancer.
lib. 3. c. 4. num. 161. & seq. ubi etiam dicit, quod neque est ne-
cesse probare scientiam & patientiam Adversarii, ubi agitur
de liberatione a servitute, quia tunc res ad primævum sta-
tum redit, per textum in l. si partem §. 1. ff. Quemad. serv. amit.
& tenuit etiam Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina, n. 64. de caus.
poss. & propr.
Addit Cæpoll. de servit. urb. præd. c. 19. numer. 9. & ibi Add. 35
lit. B. Hond. cons. 79. n. 70. & seq. libr. 1. Cancer. ubi supra n. 163.
& seq. quod si præscribens, habet titulum, non requiritur
tempus immemorabile, ad præscriptionem servitutum dis-
continuatum, sed tempus ordinarium, videlicèt decem an-
norum inter præsentes, & viginti inter absentes, quicquid
dicat Balb. de præscr. 3. p. 2. p. 4. princ. q. 1. nu. 2. ubi asserit, quod
de jure Canonico in tali casu requiruntur 40. anni.
Quæres, an ad præscribendas servitutes requiratur scien- 36
tia Domini, vel sufficiat scientia, & patientia vassalli, vel
emphyteutæ? Resp. sufficere quidem scientiam, & patien-
tiam vassalli, vel emphyteutæ, durante feudo, vel emphy-
teusi: sed is extinctis non præjudicatur directo Domino, c. 1.
ubi gl. de invest. de re alien. fact. Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina,
n. 65. de Caus. poss. & propr.
Observa 8. quod licèt aqua in meo fundo nascatur, tamen 37
si continuò fluat ita, ut secundùm naturalem cursum suum
prodesse possit ad usum publicum, tunc publica erit, non

privata; secus si fluxus naturalis aquæ non esset aptus ad bonum publicum, putà si in parva quantitate fluat, quia tunc aqua etiam continuò fluens censetur privata ut post *Bald. in l. item lapilli, n.5. ff. de Rer. divis. & alios docet Cancer, var. li. 3. c.4. n.232. & seq.*

38 Observa 9. quod ad præscribendam servitutem, quæ non habet quotidianum usum utendi requiritur tempus duplicatum, hoc est spatium annorum 20. inter præsentes, & 40. inter absentes, dummodo servitus longa habeat intervalla, puta si mihi concessisti, ut ex fundo tuo liceat mihi aquam æstivo tempore ducere, vel uno anni mense, vel alternis annis, vel mensibus, *l. si sic, ff. Quemad. serv. amit.* secus esset, ubi servitus breviora haberet intervalla, putà si quis alternis diebus aut die tantum, vel nocte tantum, vel alternis horis, vel una hora quotidie aquam ducere posset: tunc enim servitus hujusmodi ea lapsu decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes præscribitur, ut *supra diximus, & constat etiam ex d. l. si sic, ubi gl. & DD.*

39 Quæres quanto tempore præscribatur servitus transeundi per fundum vicini, vel aliud faciendi una tantummodo die per quinquennium? Resp. quod præscribitur spatio quatuor quinquenniorum, hoc est 20. annis si per dicta quatuor quinquennia ne uno quidem die hujusmodi servitute usus fuerit, *l. fin. ff. de servit. & aqu.*

40 Observa 10. quod interdictum de itinere, actuque privato tunc competit, quando ad minus per 30. dies jure servitutis quis transierit per agrum alterius eodem anno, non vi, nec clam, nec precario, *l. 1. in princ. ff. de Itin. actuq. privat. Spec. in tit. de Caus. poss. & propr. §. privata, n.5. Jord. Elucub. divers. lib. 14. tit. 24. de præscrip. n.413.*

41 Observa 11. quod aqua publica statim ac intravit in privatum rivum, desinit esse publica, & efficitur privati juris & potest quolibet diverti, etiamsi vicinus detrimentum patiatur, *Alex. cons. 108. numer. 2. lib. 2. Menoch. de Retinen. possess. remed. 6. numer. 88. & sequ.* nisi vicino debeatur servitus, vel talis aqua ab immemorabili tempore defluxerit in prædium vicini, quia tunc præsumeretur servitus, ut *supra diximus, Bald. in l. aquam in princ. cod. de servit. Grat. disc. for. c. 480. num. 10.*

42 Observa 12. quod flumina quamvis publica quoad usum, privata tamen censentur quoad proprietatem earum Communitatum, per quarum territoria defluunt, *Bald. cons. 72. n.1. & 2. lib. 1. quem refert, & sequitur Vermigl. cons. crim. 435. nu. 6. & seq.* ubi ex hoc infert, quod potest communitas ibidem facere opus, quod sibi prodest, licèt auferat lucrum vicino, ut *notatur in l. 1. §. iidem agunt, ff. de aqu. plu. arcen.*

43 Addit *Vermigl. loco cit. ante n.9.* quod dispositio *l. 1. ff. Ne quid in flumine publico, ripave ejus fiat, quo aliter aqua fluat*
44 *&c.* procedit, quando, de novo edificium, seu opus fit, non autem quando antiquum opus seu ædificium reficitur:

45 Observa 13. quod si fluvius currit inter duas Civitates, aqua est communis pro indiviso propter continuæ aquæ motum, & ejus permutationem: sed alveos est communis pro diviso tanquam locus confinans inter duas Civitates ad similitudinem lapidis existentis in confinio, & insulæ in flumine natæ; unde quælibet Civitas potest uti aqua pro parte sua ædificando in solo ipsius Civitatis: totam autem aquam usurpare non potest, *ita Bald. cons. 72. vol. 1. Bart. in tract. de Alluvi. §. acquiritur nobis, num. 8. Corn. cons. 287. num. 4. lib. 3. Boer. cons. 24. numer. 15. & alii apud Ciriac. controvers. 462. numer. 41. & sequent. libr. 3. Peregrin. de Jur. fisc. libr. 8. de Aquis numer. 50.*

46 Observa 14. quod si alicujus ager inundatus fuerit, recedente aqua jus prioris Domini restituitur, *leg. adeò, §. quod si ex uno, in fin. ff. de acquir. rer. domin.* nisi per decem annos aquæ incubuissent; nam spatio tanti temporis jus omne privati tolleretur sicuti per præscriptionem cum titulo, & bona fide, *Bart. de Alveo, in §. sed vix est, & tradunt omnes in §. & quidem Instit. de Rer. divis. Peregr. de Jur. fisc. d. lib. 8. tit. de Aquis n.82.*

47 Observa 15. quod si quis allegaret titulum servitutis discontinuæ, & probaret, se fuisse usum servitute ex illa causa spatio decem annorum inter præsentes, vel 20. inter absentes, sciente, & patiente Adversario, tunc ex usu tanti temporis præsumitur titulus allegatus, quamvis aliter non probetur, & isto casu servitus discontinua præscribitur spatio longi temporis, *Alex. cons. 108. in fin. vol. 2.* ubi dicit, quod debet fieri probatio ita qualificata, *& cons. 69. n.7. vol. 5. Dec. in l. si certis annis, propè fin. cod. de Pact. & alii apud Balb. de Præscrip. in 2. par. 4. princ. qu. 1. num. 3. ubi testatur hanc esse communem opinionem Canonistarum, & Legistarum, Cæpoll. de serv. urb. præd. cap. 19. num. 6. & 7.* subdens, quod illud tempus, cujus memoria non extat in contrarium, requiritur, quando adversarius ignoraret, idem dicendum, quando quis probaret, se habere verum titulum a tertio non Domino, qui putabatur Dominus fundi, & constituit servitutem in ipso fundo: quia tunc servitus licèt discontinua præscribitur similiter spatio 10. vel 20. annorum concurrente titulo, & bona fide, nec esset necessaria probatio scientiæ, & patientiæ adversarii, cum in tali casu præscribatur servitus exemplo immobilium contra ignorantem, *Jo: Fab. in §. æquè col. 5. Instit. de action. quem refert, & sequitur Balb. loco cit. num. 4.5. & 15. per textum in l. si ego §. 1. ff. de Publ.* ubi quod publiciana datur pro servitutibus per traditionem constitutis, vel per patientiam, putà si quis per domum suam passus est, aquæductum transduci; unde tunc præscribitur communi tempore quia publiciana, & præscribendi conditio a pari procedunt affirmativè, *leg. eum, qui ff. eod. titul. de Publician. Cæpol ubi supra num. 9. ubi citat Paul. de Castr. in l. servitutes, de servit.*

Observa 16. quod ad præscribendam servitutem in præ- 48
dio Ecclesiæ semper requiritur præscriptio 40. annorum, sicut in præscriptione dominii: etiamsi servitus habeat causam continuam, *secundum Inn. & alios in c. si diligenti, de præscrip. Balb. loco cit. in 2. p. 4. princ. qu. 1. num. 6.* ubi etiam dicit, quod si servitus sit discontinua, requiritur tempus cujus initii memoria non extat in contrarium, prout privato: quia non debet Ecclesia in hoc esse deterioris conditionis, quam privatus.

An verò requiratur titulus in tali casu? negat *Balb. loco cit. qu. 2. num. 2.* ubi dicit, quod de jure Canonico in omni præscriptione sufficit tempus 40. annorum cum bona fide absque titulo, *per text. in cap. de quarta, & cap. si diligenti, de præscrip.*

Observa 17. quod servitus aquæductus seu jus aquæ du- 49
cendæ, si aqua sit privata, & ducatur ex privato, seu per locum privatum jure servitutis, præscribitur cum bona fide spatio longi temporis absque titulo: quia dicitur habere causam continuam, *l. 2. ubi gl. & DD. cod. de Serv. & aq. l. si quis diuturno, ff. si servitus vind.* si verò aqua sit publica, & ducatur ex publico, requiritur tantum tempus, cujus initii memoria non extet in contrarium, *leg. usum aquæ, ubi gl. & Bart. cod. de aquæd. lib. 11. latè Balb. de præscrip. in 2. p. 4. princ. q. 4. n. 1. & seq.*

Quæres, quanto tempore præscribatur actioni confesso- 50
riæ, & negatoriæ, quæ competunt pro servitute, & libertate? Resp. quod negatoria durat, donec servitus sit legitimè præscripta: quia per præscriptionem servitutis necessariò extinguitur negatoria, quæ competit pro tuenda libertate; confessoria vero præscribitur 10. annis inter præsentes: & 20. inter absentes, cum bona fide, *Jas. in §. æquè, Instit. de Action. Butr. in repe. c. pervenit, de Censib. & alii apud Balb. in d. 2. p. 4. princ. q. 7. Ang. in d. §. æquè, n. 14.* ubi addit, quod vera confessoria datur non tantùm adversus Dominum fundi servientis, sed etiam contra quemlibet possessorem rei, quem dico fundo meo servitutem debere.

Quæres 2. quantò tempore servitus jam constituta tolla- 51
tur? Resp. quod aut servitus habet intervalla annorum, mensium, vel hebdomadarum ex forma constitutionis servitutis quoad usum, & tunc amittitur non utendo per spatium 20. annorum tam inter præsentes, quam inter absentes, aut non habet intervalla, vel si habet, ea sunt brevioris spatii, puta dierum, vel noctium, & tunc tollitur non utendo spatio 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, *ita Cæpol. de Servit. urb. præd. c. 24. n. 4. & notat communiter DD. in l. pen. & fin. cod. de Servit. & aq. & in l. si sic, ff. Quemad. serv. amit. Balb. de præscrip. in 3. p. 4. princ. q. 1. n. 1. & 2.* subdens, quod hæc procedunt in servitute rustica simpliciter, quæ amittitur per non usum sola negligentia non utentis tempore legitimo juxta prædicta; sed servitus urbana per non usum sola negligentia non amittitur quovis tempore, nisi interveniat contrarium factum præscribentis libertatem *juxta textum in l. hæc autem jura, ff. de Servit. urban. præd.*

An verò in præscribenda libertate servitutis requiratur scientia, & patientia Adversarii, sicut requiritur in præscriptione ipsius servitutis? Resp. negativè, quemadmodum nec exigitur titulus, licèt requiratur bona fides, *l. si partem, §. 1. ff. Quemad. serv. amit. latè Balb. ubi supra in 3. p. 4. princ. q. 3. & seq.*

Quæres 3. an possit quis præscribere, ut ipse solus habeat 52
molendinum in tali villa ita, ut vicini nequeant ibi constituere molendinum? affirmat *Bald. in l. item lapilli, in 3. q. ff. de Rer. divis. per l. si quisquam, ff. de Diver. & temp. præscrip.* hoc tamen procedit, si vicinos prohibuerit, ne molendinum construerent, & illi acquieverint; tunc enim a tempore prohibitionis incipit currere tempus præscriptionis, ut

notat

notat Balb. de præscr. in 4. p. 5. princ. q. 5. ubi etiam dicit, quod ex causa publicæ utilitatis poterit infringi talis servitus, quod quis solus habeat molendinum, *per l. fin. ff. de usucap. & l. ult. in fin. cod. de Servit.*

53 An verò is, qui ex Principis rescripto solus pluribus annis habuit molendinum, alterum eodem jure uti prohibere possit? Resp. affirmativè, *arg. l. si quisquam, ff. de Divers. & tempor. præscrip. glos. communiter recepta in l. fin. ver. datam exceptionem ff. de usucap. late Balb. de præscrip in 4. p. 5. princ. qu. 6. n. 10. & 11.* ubi dicit, quod potest quis ratione possessionis prohibere navigationem, & piscationem maris, & fluminis, quæ aliàs nobis sunt communia de jure gentium, *Franc. Viv. commu. opin. 511. lib. 2. Ursell. concl. 62. in ver. ædificare nu. 61.* non enim potest alius auferre lucrum ei, qui ex Principis rescripto molendinum primò construxit, ut *inquit Bart. in l. quominus n. 2 & 3. ff. de flumin. per textum in leg. 2. §. meritò, ff. Ne quid in loco publ.* præsertim si molendinum possederit spatio tanti temporis, cujus initii memoria non extat in contrarium, *leg. usum aquæ, ubi glos. cod. de Aquæduct. libr. 11.* quamvis contrarium teneat *Alexand. cons. 194. n. 1. & seq. lib. 2. Rosenthal. de feud. cap. 5. concl. 29. n. 3. & 4.* ubi dicit, quod in fundo proprio, seu privato potest quis molendinum ædificare etiam cum detrimento tertii, subdens, *nu. 5.* quod in flumine publico ita demum invito altero molam extructam ibi habente, novam ædificare permissum est, si utrique aqua sufficiat: sin minus prior, qui licitè ædificavit, posteriorem prohibere potest, secus si illicitè, *Cæpol. de servit. urb. præd. c. 50. de furn. n. 2. & de servit. rust. præd. c. 4. de servit. aquæduct. num. 44.*

54 Quæres 4. quanto tempore præscribatur servitus luminis? Resp. quod præscribitur spatio 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes: hæc enim servitus habet causam continuam, cum semper sit in usu actualiter, & potentialiter, nec ad ejus usum factum hominis requiratur, *d. l. 2. ubi DD. cod. de Servit.* Unde qui habet per tantum temporis fenestram in pariete communi, non potest amplius molestari, præsertim si aliunde habere non potest lumen, *l. fin. §. ult. cod. de servit. Cæpol. de Servit. urb. præd. c. 19 n. 4. Rim. Jun. cons. 421. n. 43. 50. & seq. vol. 4. Bero. cons. 132. n. 7. & seq. lib. 3. Tusc. pract. concl. lit. E. concl. 37. n. 20. quos refert Ciarlin. controv. for. c. 30. n. 20. & seq. lib. 1.* subdens *n. 24.* quod licet possit vicinus in suo, vel communi muro ad libitum ædificare, tamen id non procedit, si pacto, vel præscriptione inducta sit contraria servitus, *per textum in l. cum eo, l. Imperatores, l. inter servitutes, ff. de servit. urb. præd.* quod eo magis procederet, quando fenestra lucem præberet scalæ domus vicini: non enim licet ædificare officiendo lumini scalæ, etiamsi servitus non sit constituta, ut post *Anton. de But. in l. fin. cod. de Servit. trad. Cæpol. d. tr. de servit. urb. præd. c. 39. n. 4. vers. Decimo &c. Ciarl.*
55 *ubi supra n. 33. & seq.* ubi etiam dicit, quod in præscribenda servitute luminum, vel alia servitute affirmativa non requiritur usus prohibitio.

SUMMARIUM.

1 *In criminibus jus accusandi spatio 20. annorum præscribitur, quibus elapsis Judex reum punire non potest, declaratur numer. 2. limitatur numer. 5. 6. 9. 10. 17. 18. 22. & 29.*
3 *Quando hujusmodi præscriptio incipiat currere.*
4 *Quando talis præscriptio interrumpatur.*
7 *Atrociora delicta quænam dicantur.*
8 *An in delictis atrocioribus minuatur pœna propter diuturnitatem temporis.*
9 *Reus jam condemnatus potest puniri etiam post 30. annos.*
10 *Delicta carnis quinquennio præscribuntur, & quando incipiat hujusmodi quinquennium: limitatur n. 17. & 18.*
11 *Adulterium quanto tempore præscribatur, & quando currat hæc præscriptio.*
12 *Uxor propter adulterium amittit dotem, & donationem propter nuptias, & n. 15.*
An hæres mariti ad excludendam uxorem a repetitione doti, uti possit exceptione adulterii, ibid.
13 *Quibus accusatio de adulterio hodiè permissa sit.*
14 *An in crimine adulterii procedi possit ex officio.*
15 *Si mulier adultera habeat filios ex eodem matrimonio, dos, & donatio propter nuptias ejusdem filiis applicatur, & non marito, & quando id procedat.*
16 *An vidua stuprum committens amittat dotem.*
17 *Stuprum cum vi, adulterium cum incestu, raptus, & sodomia perpetuò accusari, & puniri possunt.*
18 *Delicta de jure canonico nullo unquam tempore præscribuntur: declaratur n. 19. & 20. limitatur n. 21.*
Antonell. de Tempore.
19 *Maritus potest agere quandocumque ad separationem thori.*
22 *Actio de dolo biennio tantùm durat: limitatur numer. 24. & 25.*
23 *An hoc tempus currat absenti, & ignoranti.*
25 *Temporalia ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum: declaratur n. 26. & 27.*
28 *Filius tenetur proponere querelam inofficiosi testamenti intra quinquennium, quo elapso excluditur etiam a jure excipiendi.*
29 *Actio injuriarum anno præscribitur. declaratur, & limitatur n. 30.*
30 *Quando competat actio injuriarum prætoria, & quando actio civilis.*
31 *Quando agitur per viam exceptionis, actio injuriarum est perpetua.*
32 *Reliquæ actiones civiles, quæ ex crimine descendunt, usque ad 30. annos durant.*
33 *Ad confiscationem bonorum quamdiu procedi possit, & num. 35.*
34 *Hodiè confiscatio bonorum sublata est præterquam in crimine læsæ majestatis Divinæ, & humanæ.*
36 *Quando Fiscus agit contra tertium sub prætextu, quod bona illi fuerint in fraudem concessa, agere debet intra annum utilem, cujus loco datur hodiè quadriennium.*
37 *An, & quando Accusator possit repetere accusatum, si fiat generalis abolitio ex Principis ordinatione.*

CAPUT LXXXII.

An, & quanto tempore accusationes criminales præscribantur.

Communis est conclusio, quod in criminibus jus accusandi regulariter spatio viginti annorum præscribitur, *l. querela, cod. ad l. Corn. de fals. Clar. in Pract. crim. §. fin. qu. 51. in princ. Balb. de præscrip. in 4. par. 4. princ. qu. 2. Locatel. de Quæst. judic. in sp. 5. num. 180. Thesaur. dec. 208. in fin.* ubi dicit, quod isti 20. anni sunt continui, & currunt ignoranti, & *dec. 76. num. 3.* ubi addit, quod omnis actio fiscalis vicennio extinguitur, etiam contra fiscum Rom. Ecclesiæ, *Peregr. de Jur. fisc. lib. 6. tit. 8. num. 43. Gasp. Anton. Thesaur. ad dict. dec. 208. Thesaur.* ubi, quod post 20. annos delinquens est omnino absolvendus ab omni inquisitione, & pœna delicti: quod quidem procedit, sive procedatur ad querelam, & instantiam partis, sive ex officio, *Peregrin. in dict. libr. 6. tit. 8. num. 33. & seq. Vermigl. cons. crimin. 125. num. 10. Caball. res. crimin. cas. 93. num. 34. & 35. latè Jordan. Elucubr. divers. lib. 14. tit. 24. de præscrip. numer. 357. & seq.* ubi addit, quod Judex
post hujusmodi tempus delinquentes vexans, malè, & ini- 2
què agit, & decapitandus est, si reum puniverit: quod intellige, si reus præscriptionis hujusmodi exceptionem opposuerit: nam ea non opposita potest Judex in causa procedere ad condemnationem etiam transactis 20. annis, *secundùm Balb. de præscrip. in 4. par. 4. princip. qu. 2. num. 9. Viv. relatum in Syntagm. opin. commu. tit. de fals. capitul. 5. vers. idemque videmus:* quamvis in hoc verior videatur contraria sententia *Marsil. cons. 46. numer. 20. & sequ. quem refert, & sequitur Thesaur. dec. 208. num. 4.* ubi, quod in criminalibus ipso jure cessat accusatio, & inquisitio, ità, ut processus, vel confessio facta sit nulla etiam sine oppositione, & exceptione præscriptionis.

Hujusmodi verò præscriptio a die commissi criminis, 3
non autem a die scientiæ currere incipit, *leg. fin. cod. de Dol. mal. leg. adulter. cod. ad leg. Jul. de adult. leg. Mariti, §. sex mensium, ff. eod. titul. de Adulter. Clar. dict. qu. 51. vers. sed hic quæro.*

Interrumpitur tamen talis præscriptio, si intra prædictum 4
tempus Accusator querelam instituit, vel fiscus, & eo instante Judex ex officio Inquisitionem formavit, *l. 2. ubi gloss. & DD. cod. de exhib. resc. Bart. communiter receptus in l. naturaliter, in fin. ff. de usucap.* ubi dicit, quod ad id non requiritur citatio, nec litis contestatio, sed sola libelli porrectio, *Balb. loco cit. d. q. 2. in fin.*

Limita 1. principalem conclusionem, quando delictum 5
est notorium, vel adesset confessio partis: nam tunc reos non esset omninò absolvendus, sed in aliquam mitiorem, & pecuniariam pœnam condemnandus, *secundum Thesaur. dec. 208. num. 4.* ubi dicit, quod tanto mitiùs quis punitur, quanto longius est lapsum tempus a delicto: contrarium tamen sentiunt *Vemigl. Caball. & Jord. locis supra cit.* ubi asserunt quod dispositio *d. l. querela*, locum habet etiam in delictis notoriis.

6 Limita 2. in delictis atrocioribus, sive atrocissimis, in his
enim non habet locum præscriptio, ut post Marsil. in l. qui
falsam, §. accusatio ff. ad l. Cornel. de falsis, tradit Thesaur. dict.
dec. 208. n. 2. Jord. dict. libr. 14. tit. 24. num. 368. atrociora autem
7 delicta dicuntur, pro quibus lex, vel statutum imponit pœ-
nam graviorem, quam simplicis mortis in ipso genere mor-
tis, putà quia jubeat, reos igne comburi, vel in frusta scin-
di: talia sunt crimina parricidii, assassinii, hæresis, & a-
lia, quæ enumerat Clar. in Pract. crim. lib. 5. §. 1. vers. sunt etiam
delictorum &c.

8 Notandum tamen est, quod licèt in atrocioribus delictis
accusatio semper duret, minuitur tamen pœna propter diu-
turnitatem temporis, l. si diutino, ubi DD. ff. de Pœn. & trad.
Thes. dec. 76. Boss. in tit. de Accus. num. 30. Jordan. loco cit. nu. 381.
ubi addit, quod in omnibus delictis post decennium minui-
tur pœna.

9 Limita 3. ubi lata fuit sententia: nam dicta præscriptio
procedit tantum ante accusationem, vel inquisitionem; un-
de reus jam condemnatus potest puniri etiam post 30. annos
a lata sententia, si perveniat in fortiis Curiæ, sive conde-
mnatus fuerit ad pœnam corporalem, sive pecuniariam,
Bart. in l. si diutino, ff. de Pœn. late Caball. resol. crimin. cas. 239.
Thesaur. d. dec. 76. n. 4. & ita practicatur.

10 Limita 4. in stupro, incestu, lenocinio, & adulterio: hæc
enim delicta regulariter quinquenni spatio præscribuntur, ut
post Boer. dec. 26. n. 12. Farinac. in Prax. crim. tom. 1. q. 10. nu. 11.
& alios dixit Rot. dec. 55. n. 5. par. 5. tom. 1. Recent. Vermigl. cons.
crim. 393. num. 9. Jordan. loco cit. num. 363. & seq. ubi etiam di-
cit, quod hujusmodi quinquennium incipit ab ultimo actu,
quando delictum longo tempore fuit continuatum, & hanc
esse magis communem testatur Cabal. in suis resol. crim. cas. 7. ubi
subdit, quod quando imputatio esset de uno præciso actu ve-
nereo, & non constaret de reiteratione ejusdem delicti, tunc
ab illo actu tempus incipit currere; & de adulterio est textus
in l. adulter, cod. ad l. Jul. de Adult. cujus dispositio procedit
11 respectu adulterii accusandi, ut d. Ric. in collect. dec. 236. par.
2. Locatell. ubi supra in sp. 5. n. 179. nam respectu adulteræ tol-
litur hoc crimen spatio sex mensium utilium, quorum duo
marito dantur jure mariti, & quatuor jure extranei, l. mari-
ti, §. sex mensium, & in gl. in ver. sex menses, ff. ad l. Jul. de A-
dul. l. jure mariti, & ibi glos. in ver. jure extranei, cod. eod. &
notat Cancer. var. p. 1. c. 9. n. 136. ubi etiam dicit, quod tale
tempus currit a die notitiæ: contrarium tamen in hoc tenuit
gl. in d. leg. Adulter, ver. accusari, cod. ad l. Jul. de Adult. ubi di-
cit, quod hujusmodi menses computantur a die commissi
criminis.

12 Observa tamen, quod licèt uxor propter adulterium amit-
tat dotem, & donationem propter nuptias, l. consensu, §. hæc
nisi vir, & mulier, cod. de Repud. tamen si maritus non accu-
savit in vita sua uxorem, non possunt hæredes mariti ad il-
lam excludendam a repetitione dotis opponere exceptionem
adulterii, leg. rei judicatæ, §. hæredi, ubi gloss. & DD. ff. solut.
matrim. Spec. in tit. de Except. §. dicto de dilatoriis, n. 27. & ibi
add. lit. R. & alii communiter, quia si tacuit defunctus, & ejus
hæres tacere debet, leg. fin. cod. de revoc. donat. nisi maritus
vivens mores uxoris improbasset, ut quia eam expulit pro-
pter adulterium, licèt non accusaverit: quia tunc ejus hæ-
res potest uti exceptione adulterii, Alex. in l. rei judicatæ, n.
5. vers. limita tamen, ff. sol. matr.

13 Observa 2. quod accusatio de adulterio hodiè est tantum
permissa marito, patri, fratri, patruo, & avunculo, l. quam-
14 vis adulterii, ubi Bart. cod. ad l. Jul. de Adult. & ideo in hoc
crimine non potest procedi ex officio ut latius diximus in tr.
de Regim. Eccles. Epis. p. 2. lib. 6. c. ult. nisi vel adulterium esset
notorium, vel maritus, aut alius ex supradictis uxorem de
adulterio querelaverit, & postea a querela destiterit, quia
tunc poterit Judex ex officio procedere, Grammat. decis. 31.
numer. 5. 6. & 7. ubi citat Andr. de Isern. in constit. Regni. hu-
manitatem.

15 Observa 3. quod si mulier adultera habeat filios ex eodem
matrimonio dos, & donatio propter nuptias ejusdem filii
applicatur, non marito, §. quia vero plurimas, vers. si de a-
dulterio: Auct. ut lic. mat. & Au. gl. communiter recepta in cap 1.
ver. reciperet, ut lit. non contest. quod intelligendum est, post-
quam mater decesserit, nam ea viva filii non habent faculta-
tem vendicandi dotem, Gel. Hug. cons. 35. n. 5. Bald. in leg. hac
edictali, cod. de secund. nupt. quos refert Cancer. var. p. 1. c. 9. nu.
135. quod probatur ex d. §. quia verò, plurimas, ibi, si filios ha-
beat, solo usu mulier fruatur, donationis proprietate secundum
leges filiis servanda.

16 An verò vidua stuprum committens amittat dotem? Re-
spond. quod si stuprum committat intra annum luctus, tunc
dotem amittit: secus si post annum luctus, Alciat. in reg. 2.
præsump. 9. num. 5. & ita decisum refert Cancer. var. p. 1. cap. 9.
num. 139.

Observa 4. quod stuprum cum vi, adulterium cum in- 17
cœstu, raptus, & sodomia de jure perpetuò accusari, ac pu-
niri possunt nulla præscriptione obstante, Megal. in ver. As-
sassinium, n. 10. Locatell. d. in sp. 5. n. 181. ubi citat Farin. q. 10. nu.
15. & 19. Bajard. ad Clar. q. 51. n. 1. & seq. Guaz. ad defens. par. 1.
defens. 2. c. 2. n. 79. verum de consuetudine Judices in hujus-
modi delictis non procedunt, nisi ad instantiam partis vim
passæ, vel nisi delinquentes in flagranti capti fuerint.

Limita 5. ut dicta conclusio non procedat de jure Cano- 18
nico, secundum quod delicta nullo unquam tempore præ-
scribuntur, Bonacos. relat. in Syntag. opin. commun. tit. de Cri-
min. de delict. cap. 12. vers. crimina, ubi testatur de communi,
Balb. de præscrip. in 4. par. 4. princ. q. 2. num. 4. Boss. in tit. de accus.
num. 30.

Hoc tamen intelligendum est quoad pœnas spirituales: 19
nam licèt maritus elapso quinquennio non possit accusare
uxorem de adulterio quoad pœnam legalem, d. l. Adulter. cod.
ad l. Jul. de Adult. potest tamen agere quandocumque ad se-
parationem thori, quæ pœna spiritualis censetur, ut post gl.
in c. admonere, ver. pœnitentia 33. q. 2. dicit Cravet. de Antiqu.
temp. par. 4. §. materia ista singularitatis &c. num. 88. Peregr. de
Jur. fisc. lib. 6. tit. 8. num. 46. Balb. loco cit. Item intelligendum
est in criminibus impedientibus beneficii retentionem, sive 20
ordinis suscepti executionem, etiam post peractam peni-
tentiam, quale est homicidium, & simonia in ordine, vel
beneficio commissa, ut in c. inquisitionis, ubi Butr. Abb. Imol.
& alii, de accusat.

In aliis verò criminibus, quæ ordinis executionem, aut 21
beneficii retentionem non impediunt, currit præscriptio a
jure civili inducta, quia lex civilis non reperitur correcta in
hoc per jus Canonicum, ut post Boer. dec. 26. n. 7. Farin. q. 10.
de Inquisit. num. 32. Noni cons. 106. n. 20. & seq. resolvit Jord. d.
lib. 14. tit. 24. n. 370. & seq.

Limita 6. in actione de dolo: hæc enim biennio tantum du- 22
rat: quod quidem biennium numeratur a die doli commissi,
d. l. fin. C. de dol. mal. & currit etiam absenti & ignoranti, ut 23
tradunt DD. ibid. ubi etiam notant, quod hæc actio debet in-
tra biennium moveri, & terminari, aliàs ipso tollitur.

Quantum verò ad commodum ex dolo perceptum, tam 24
contra dolosum, quam contra ejus hæredem datur actio in
factum, quæ 30. annis durat, l. itaque, §. fin. ubi gl. ff. de dol.
Spec. in tit. de dol. & contumac. §. 1. n. 6.

Exceptio item de dolo perpetua est: nam temporalia ad 25
agendum, perpetua sunt ad excipiendum, l. pure, §. ult. ff. de
dol. excep. Balb. ubi supra in 4. p. 4. princ. q. 2. n. 7. ubi dicit, quod
perpetuò potest excipi de falso, Jord. lib. 13. tit. 13. de dol. &
contumac. n. 16. subdens, quod ista perpetuitas concluditur
spatio 30. annorum.

Hæc tamen regula procedit, quando jus excipiendi non 26
fundatur principaliter super jure agendi, sed super alia æ-
quitate, tunc enim perpetuò durat, ut supra diximus; secus
esset, si jus aliquod esset proponendum infra certum tem-
pus: quia in tali casu non auditur quis eo termino elapso nè
per viam quidem exceptionis: unde si statutum præfigat de-
cem dies ad proponendam nullitatem sententiæ, non poterit
quis post lapsum hujusmodi terminum excipere de nullitate,
aliàs eluderetur dispositio statuti, ut ex leg. quæsitum, §. in do-
lo, ff. de Pecu. leg. si intra, cod. de non numer. pecun. leg. Papinia- 27
nus, a. si filius, ff. de inoff. testam. & leg. nec non; § exemplo, ff.
Ex quib. caus. ma. probat. Papien. in form. execut. senten. diffi-
nit. §. 1. num. 11. ex quo infertur quod cum filius teneatur pro- 28
ponere querelam inofficiosi testamenti intra quinquennium,
juxta leg. si quis filium cod. de inoff. testam. eo tempore elapso
excluditur etiam a jure excipiendi, ut d. Jordan. lib. 14. titul.
23. de Except. num. 130. per textum in d. l. Papinianus, §. si fi-
lius, ff. de Inoff. testam.

Limita 7. in actione injuriarum, quæ anno præscribitur, 29
juxta textum in leg. si non convitii, cod. de Injur. quod quidem
procedit in actione injuriarum prætoria: nam actio civilis 30
spatio 30. annorum tollitur, ut post Farinac. d. q. 10. n. 23. &
24. not. Jord. dict. lib. 14. tit. 24. n. 365. vers. sublimita. Actio au-
tem civilis competit in casibus enumeratis in leg. ex Cornelia,
in princip. ff. de Injur. videlicet si quis se pulsatum, verbera-
tumve, vel domum suam vi introitam esse dicat; prætoria
verò competit in aliis casibus injuriarum, ut observat Jord.
ibid. Balb. de præscrip. in 4. p. 4. princ. q. 2. n. 6. vers. ex quo infert
&c. subdens, quod quando actio injuriarum est civilis,
tunc ejus actio criminalis durat 20. annis.

Notandum tamen est, quod quando agitur per viam exce- 31
ptionis, actio injuriarum est perpetua, Genuens. in Prax. Ar-
chiep. c. 23. n. 7. ubi citat But. in c. ea noscitur de sent. excomm.

No-

32 Notandum 2. quod reliquæ actiones civiles, quæ ex crimine descendunt, usque ad 30. annos durant, *Ign. in leg. in cognitione, post num. 185. ff. ad Syllan. Clar. in §. fin. qu. 51. vers. & hæc quidem in fin. Ric. in Collect. decisio. 138. & alii communiter*.

33 Notandum tertiò, quod ad confiscationem bonorum in delictis, in quibus hæc pœna statuitur, procedi potest intra idem temporis spatium, quo delinquens puniri potest nam cum reus intra quinquennium, vel 20. annos, vel perpetuò corporaliter possit puniri, bona etiam ejus dum vivit intra eumdem terminum videntur posse confiscari, ut *colligitur ex dicta leg. querela, cod. ad leg. Corn. de fals. l. 1. §. fin. ff. eod. l. Apostatarum, cod. de Apostat. l. in omnibus, ff. de Divers. & tempor. præscr. gloss. in l. si quis defunctum, cod. eod. tit. de Apostat.* bona enim sunt accessoria ad personam, *glos. in c. fin. ver. hæretici, de præscrip. in 6.* sed post mortem rei accusatio quoad hunc effectum confiscationis bonorum quinquennio præscribitur, *l. si quis defunctum, ubi gl. cod. de Apostat. d. leg. in cognitione, ff. ad Syllan.* & ita intelligenda sunt quæ diximus in *d. tr. de Regim. Eccles. Episc. lib. 6. c. ult. n. 14.*

34 Hodie verò *per auct. bona damnatorum, cod. de Bon. proscr.* sublata est confiscatio bonorum præterquam in crimine læsæ majestatis Divinæ, & humanæ, *Salic. in l. 1. cod. de Bon. eor. qui mort. sibi consc. Caball. resol. crim. cas. 137. n. 18. Boss. in tit. de fisc. n. 52. Soc. Jun. cons. 71. n. 1. lib. 2. & alii apud Peregr. de Jur. fisc. lib. 6. tit. ult. n. 37. ubi de communi.*

35 Observa tamen, quod licet de jure civili confiscatio post mortem Rei fieri non possit nisi intra quinquennium a die mortis defuncti etiam in crimine læsæ majestatis Divinæ, & humanæ, *ut supra diximus:* de jure tamen Canonico in crimine læsæ majestatis Divinæ possunt bona hæreticorum confiscari intra 40. annos post eorum mortem, ut *probat textus in cap. fin. de præscrip. in 6.* ubi possessor bonorum hæretici non est tutus nisi ea per 40. annos post mortem ejusdem hæretici possederit, *per quem textum ita post Fariu. dict. qu. 10. a num. 28. & alios tenet Jordan. lib. 14. ti. 24. num. 272. & seq. & num. 447.*

36 Observa 2. quod quando Fiscus agit contra tertium sub prætextu, quod bona illis fuerint in fraudem concessa, agere debet intra annum utilem, cujus loco datur hodiè quadriennium, *Farinac. de Delict. & pen. q. 25. quem refert idem Jord. loco proximè cit. num. 379. per textum in leg. 2. ff. Quæ in fraud. Credit. &c.*

37 Notandum 4. quod si fiat generalis abolitio ex Principis ordinatione propter victoriam contra inimicos, vel ob aliam causam Accusator intra 30. dies utiles computandos ab ultima die generalis abolitionis potest repetere accusatum, quibus elapsis amplius non auditur *l. 1. ubi DD. cod. de Gener. abolit. Spec. in tit. de abolit. & purgat. §. 1. n. 1. Jord. d. lib. 14. tit. 24. de præscrip. n. 382.* si verò reus non erat accusatus tempore, quo publica abolitio supervenit, ea finita etiam post 30. dies accusari non prohibetur, *l. cum eo tempore, cod. eod. tit. de Gener. abolit.*

SUMMARIUM.

1 *De legitima subducitur omnem gravamen conditionis, vel temporis &c. declaratur n. 2. limitatur n. 3.*
4 *Pater prohibere potest filio alienationem legitimæ ad certum tempus, hoc est usque ad annos 25. & n. 5. & 7.*
6 *Adultus non cogitur esse sub Curatore etiam dato a Patre.*
7 *Quid si ex statuto pro majore habeatur qui vigesimum annum excessit.*
8 *An filius ita prohibitus possit interim testari seu per ultimam voluntatem disponere, & n. 9. & 10.*
9 *Et an possit alienare in casu necessitatis.*
10 *Verbum, disponere, referri potest etiam ad institutionem hæredis.*
11 *Quid si relinquatur certa res ad certum tempus pro legitima, & post illud eadem res alteri relinquatur.*
12 *Et quid si filius per spatium 30. annorum passus fuerit onus, seu gravamen in legitima.*
13 *Legitima, & ejus supplementum transmittitur ad hæredes etiam extraneos.*
14 *Quid si pater filio alia bona ultra legitimam reliquit cum expressa prohibitione alienationis etiam quoad bona debita pro legitima, & n. 15.*
16 *An, & quando possint hæredes devenire ad divisionem hæreditatis prohibitam a testatore.*
17 *Quando præmittatur alienatio rerum prohibitarum.*

CAPUT LXXXIII.

An Pater prohibere possit filio alienationem legitimæ.

RESp. quod licèt de legitima regulariter subducatur 1
omne gravamen conditionis, vel temporis &c. *l. quo-*
niam in prioribus, ubi Bart. cod. de inoff. testam. hoc tamen in- 2
telligitur, quando id fieret in odium filii, secus si ob ejus
commodum, ut *dicit gl. ibidem in ver. tollantur, quam Docto-*
res communiter sequuntur. Hinc pater prohibere potest alie- 3
nationem legitimæ ad certum tempus, quia præsumitur talis
prohibitio facta in utilitatem filii, *Dilect. de ar. testan. titul. 6.*
cant. 16. Cephal. cons. 261. n. 30. Gabr. commun. concl. lib. 6. titul. de
legit. concl. 1. n. 21. Alciat. in reg. 1. præsup. 2. n. 3. ubi dicit, quod
si testator instituto filio prohibeat, nè alienet, antequam 4
habuerit 30. annos, talis prohibitio tenebit etiam respectu
legitimæ, quia non censetur apposita in gravamen, sed po-
tius in ejus favorem, dum pater consulit ætati lubricæ ado-
lescentis, unde intra illud tempus non valeret alienatio et-
iam quoad legitimam, ut est *communis Doctorum sententia te-*
ste Boss. in tit. de Bonor. publ. n. 41. ubi addit, quod neque le-
gitima in tali casu posset confiscari, si filius delinqueret, *arg.*
l. Imperator, ff. de fideicom. liber.

Verumtamen tempus 30. annorum videtur nimis lon- 5
gum; unde censeo, in tali casu prohibitionem hujusmodi
restringendam esse ad annum 25. tum quia filius post eam æta-
tem non præsumitur infirmi consilii; tum etiam quia tunc a
lege datur filio plenissima utendi rebus suis facultas, *Bart. in*
l. cum ex filio, n. 6. ff. de vulg. pupill. substit. Castrens. cons. 77. n. 1.
& 2. lib. 1. Ruin. consil. 135. col. 5. libr. 2. & cons. 21. n. 15. lib. 5. Dec.
cons. 442. col. antepen. n. 28. in fin. Bero. dec. 87. n. 6. Mandell. cons.
7. n. 21. & consil. 57. num. 10. Rolan. cons. 31. num. 30. lib. 1. & cons.
98. num. 25. libr. 2. Rimin. Jun. consil. 131. & consil. 193. num. 5. lib.
2. Borgn. de usufruct. num. 95. Natt. consil. 528. num 17. & alii,
quos refert Merlin. de legit. libr. 3. titul. 2. qu. 11. numer. 6. & seq.
subdens, *num. 19.* quod non potest filius hujusmodi provi-
sioni de non alienando ullo modo renunciare, *& ita sentiunt*
alii apud Ciriac. controvers. 534. numer. 13. & seq. lib. 3. ubi ad-
dit, quod Adultus non cogitur esse sub Curatore etiam da- 6
to a Patre, si nolit, nisi esset mente captus: & consequenter
non valet interdictio administrationis, quia tunc censere-
tur esse sub cura.

Notandum tamen est, quod ex statuto pro majore ha- 7
beatur is; qui annum 20. excessit, ut *ex statuto Urbis lib. 1.*
cap. 47. talis prohibitio non esset extendenda ultra 20. annos;
quia eo casu talis ætas subrogatur per statutum loco ætatis
perfectæ 25. annorum, *Dec. cons. 442. num. 24. & 25. cons. 403.*
in fin. Bald. cons. 72. lib. 2. & cons. 144. num. 3. lib. 3. Jo. Dilect. de
Art. testan. cant. 8. tit. de var. testat. præcep. num. 5. Aret. consil.
22. colum. pen. num. 6. Corn. cons. 103. num. 6. & 7. lib. 3. Mandos.
de ætat. minor. cap. 5. n. 83. Anchar. cons. 34. colum. penul. vers. po-
stremo, & alii, quos refert, & sequitur Gratian. disc. for. cap.
488. n. 1. & seq.

An verò filius ità prohibitus possit interim testari, seu per 8
ultimam voluntatem disponere? Respond. affirmativè, quia
prohibitus alienare non censetur prohibitus hæredem sibi
instituere: cessat enim in tali casu ratio per quam substine-
tur dicta prohibitio, hoc est, nè filius propter imbecillita-
tem, & ætatis fragilitatem bonis malè utatur; nam filius hæ-
redem sibi instituendo non dicitur actum præjudicialem fa-
cere, vel reprehensibilem, sed potius necessarium, ac lau-
dabilem, *Alex. cons. 155. n. 3. lib. 2. latè Gabr. commun. concl. lib.*
4. tit. de fideicom. concl. 10. num. 1. & seq. ubi *num. 9.* addit, quod 9
potest etiam alienare in casu necessitatis: quod quidem pro-
cedit, sive verba prohibitionis referantur tantummodo ad
alienationem inter vivos, ut quia testator dixerit quod fi-
lius intra dictum tempus non possit vendere, alienare, obli-
gare, & hujusmodi, sive referri possint etiam ad institutio-
nem hæredis, putà si dixerit, quod nec directè, aut indire-
ctè, quovis modo, vel quavis causa disponere valeat: nam
licèt hoc verbum, *disponere*, referri possit etiam ad insti- 10
tutionem, § *disponat, in Auct. de Nupt.* poterit tamen filius
hoc non obstante liberè de legitima disponere in ultima vo-
luntate: quia cum simus in odiosis, illud verbum, *disponere*,
strictè accipiendum est, & referri debet ad actum dispositio-
nis voluntarium, non necessarium, ut libera reddatur te-
standi facultas, *Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 175. Ang.*
cons. 7. Alex. cons. 155. n. 1. lib. 2. Ruin. cons. 89. num. 26. & cons. 188.
col. ult. lib. 2. Jas. cons. 96. col. 5. lib. 4. Castrens. cons. 82. n. 2. lib. 2. Cu-
man. cons. 214. Dec. cons. 386. n. 7. Bec. cons. 76. n. 20. Rol. cons. 72. nu.
58. & alii apud Merlin. qui de magis communi testatur in d. tra.
de legit. lib. 3. tit. 2. q. 12. n. 4.

11 Notandum est etiam, quod si relinquitur certa res ad certum tempus pro legitima, & post illud eadem res alteri relinquitur, hoc onus non reiicitur, sed filio datur actio adversus hæredem pro supplemento legitimæ, ut post *Corn.conf. 106.col.pen.& fin.lib.2.observat Gabr.comm.concl.lib.6.tit.de legit.concl.1.n.52.*

12 Notandum 2. quod si filius passus fuerit onus, seu gravamen in legitima per spatium 30. annorum, non potest amplius agere, ut illud onus removeatur, quia omnis actio dicto temporis cursu præscribitur, *l.sicut eod.de præscr. 30.ann. Vasq.in d.l.quoniam in prioribus, n.460. quem refert Merlin. d. Tract.de legit.lib.3.tit.2.q.20.n.33.*

13 Notandum 3. quod sicut legitima transmittitur ad hæredes etiam extraneos, etiamsi illam filius vivens non petierit, ita etiam supplementum, cum sit pars legitimæ, *Alex. conf. 188.n.1.lib.6.Cravet.conf.142.n.2.Grat.dec.March.4.n.2.& 3. ubi de communi.*

14 Notandum 4. quod si pater filio alia bona ultra legitimam reliquit cum expressa prohibitione alienationis etiam quoad bona debita pro legitima, alienatio quidem pro rata legiti-
15 mæ adhuc valebit: sed filius in tali casu amitteret bona ultra legitimam si inhibita sit alienatio sub pena privationis, hæreditatis, *latè Peregr.de fideicommiss.art.36.num.65.Ciriac. controv.534.n.13.& seq.lib.3.Gratia.discep.for.cap.280. numer. 37. & 38.*

16 Notandum 5. quod licèt possit testator prohibere divisionem ad tempus, non tamen ex hoc præcepto impedietur divisio, si cohæredes omnes vellent sponte dividere, cum liceat communi consensu recedere ab eo, quod ad illorum commodum per testatorem dispositum est, *Oltrad.conf.241. Bald.conf.72.lib.2. Jo: Delict. tit.de var.testat.præcep.caut.8. num.5.vers.sed notandum est, Surd.conf.329.num.26.libr.3. & alii apud Grat.c.280.num.29.& 30.& præcipuè num.40. & 41.*
17 ubi etiam observat, quod permittitur alienatio rerum prohibitarum interveniente consensu eorum, quorum favore prohibitio continet.

S V M M A R I V M.

1 *Filia potest exhæredari si in corpus suum peccat, & n.1. declaratur n.5. limitatur n.6.7.9.& 10.*
2 *Pater potest alimenta negare ex eisdem causis, quibus potest exhæredare.*
3 *Quando mulier censeatur pudicitiam amisisse.*
4 *An Pater filiæ impudicæ possit dotem denegare.*
8 *Exhæredatio cessat per reconciliationem Patris postea subsequutam.*
10 *An Parentes luxuriis operam dantes possint filiam impudicam exhæredare.*
Non potest quis in alio reprobare mores, quos in se approbat, ibidem.

C A P U T LXXXIV.

An, & quando filia, quæ luxuriosè vixit, possit exhæredari, ac legitima privari.

1 POsse filiam exhæredari, si in corpus suum peccavit, constat, *ex tex. in §.aliud quoque, vers. causas, in Auct. ut cum de appell.cognosc.l.si filiam tuam, 19. cod.de inoff. testam.* etiamsi semel tantum peccaverit, quia ex uno complexu filia nobilitatem, & bonam famam amittit, & infamis efficitur, *Bald.in l.cum antiquioribus, q.8.in princ.cod.de Jur. delib.Tiraq.in tract.de Nobilit.q.24.n.2. Fab.in princ.Justit.de inoff.testam.latè Surd.de Alim.tit.7.qu.4.num.34.* ubi etiam di-
2 cit, quod potest pater alimenta negare his de causis, quibus potest filium exhæredare, *Merlin.de legitim.lib.4.tit.1.q.5. n. 23.& seq.Jord.vol.3.lib.14. de Præscr.tit.24.num.234.* ubi di-
3 cit, quod mulier, quæ per 20. horas mansit in lupanari, censetur effecta meretrix, & pudicitiam perdidisse; unde posse Patrem in tali casu filiæ impudicæ dotem denegare, censuit *Spec.in tit. Qui fil.sint legitim.vers.quid si filia, quem refert Viv.*
5 *in ver.opin.308.* quamvis contrarium, videlicet quod ad hunc effectum plures actus libidinosi requirantur, teneat *Sanch. de matrim.disp.24.num.6.lib.4.Lud.Molin.de Just.& jur.disp. 176.in caus.11. & alii apud Merlin. loco cit. num.22. & apud Surd.ubi supra n.32.*

6 Prædicta tamen conclusio procedit, si filia ante 25. annum deliquerit, *ut in d.§. aliud quoque, juncta glos.in ver. usque ad 25.in Auct.ut cum de appel.cogn.* secus si post annos; quia tunc nec legitima, nec dote, nec alimentis privari potest, quia patri imputandum est, qui distulit filiam marito copulare, *d.§. aliud quoque, vers.si verò,& auct.sed si post.cod. de inoff. testam.*

Idem dicendum, si filia sese emendaverit viventibus parentibus, putà si saltem per triennium a libidine abstinuit, & pudicè vixerit, quia tunc amplius exhæredari non potest, *Alciat.in reg.2.præsump.7.n.3. Surd.de Alim.tit.7.q.4. n.24.& seq.Viv.de commu.opin.308. Merlin.de legit.lib.4.tit.1.q.5.n.11. & seq.* ubi etiam dicit, quod exhæredatio cessat per recon- 8
ciliationem patris post subsequutam, *per doctrinam Bart. in l.3.§.fin.n.6.ff.de adim. legat.* immò etiam ante triennium fi- 9
liæ impudicæ nec dos, nec alimenta sunt deneganda, si monasterium ingredi, vel cum honesto viro nubere vellet, ut ita a flagitiosa fœditate, ac turpitudine revocetur, *juxta c. inter opera, de spons.Bald.Novel.de Dot p.6.q.16.quem refert, & sequitur Merlin.d.lib.4.tit.1.q.5.n.18.& seq.Surd.d.tract. de Alim.tit.7.q.4.n.27.circa med.* 7

An verò Parentes luxuriis operam dantes possint filiam impudicam exhæredare? & quod non possit, videtur colligi *ex textu in d.§.aliud quoque capitulum, in auct.ut cum de appell.cognosc.* ubi dicitur, quod filius exhæredari potest, si præter voluntatem parentum inter arenarios, vel mimos se sociaverit, & in hac professione permanserit, nisi forsitan etiam parentes ejusdem professionis fuerint; *idemque dicitur in l.in arenam, in fin.cod.de inoff.testam.* ubi non potest quis in alio reprobare mores, quos in se approbat; verùm hoc non in patre, sed tantùm in matre Doctores admittunt, ut scilicet non possit, si ipsa impudica, vel meretrix sit, filiam impudicam, & corporis sui quæstum facientem ex hoc capite exhæredare, *ita Bart.Bald.& alii communiter in d. l. in arenam:* nisi mater ab impudicitiis sese abstinuerit, & honestam vitam duxerit, quia tunc valeret exhæredatio, *latè Surd.de alim.tit.7.q.4.n.3.& seq.Fulg. Pet. de Belapert. Fab. Cagn.& Odof.in auct.sed si post cod.de inoff.testam.Jas.in d. l. in arenam, Viv.d.opin.308.Merlin.d.lib.4.tit.1.q.5.n.6.& seq.* ubi, quod honestas vitæ in matre ad hunc effectum non requiritur necessariò de tempore testamenti, sed sufficit, si ante obitum honestè vixerit, quia status personæ attenditur qui est tempore mortis, non qui fuit ante, *arg.l.Mela, ff.de alim.& cibar. legat.* 10

S V M M A R I V M.

1 *Qui spatio 30. annorum nobiliter vixit, nobilis censetur.*
2 *Statutum de non admittendis ad collegium civem, qui versatur in officio vili, non procedit in eo, qui relicto tali exercitio per spatium dicti temporis nobiliter vixit.*
3 *Nobiles exercentes artem mechanicam, si desistant a tali exercitio, statim recuperant privilegia nobilibus concessa.*
4 *Quomodo intelligatur statutum prohibens, nè is ad Collegium admittatur, qui natus fuit ex parentibus obscuris, aut sordidi quæstus.*
5 *Non dicitur filius Senatoris is, cujus pater motus est a Senatu antequam ipse nasceretur.*
6 *Non dicitur primogenitus Regis qui natus est ante dignitatem regalem.*

C A P U T LXXXV.

An, & quando nobilitas ex cursu temporis acquiratur.

REspond. quod is, qui spatio 30. annorum nobiliter vixit, nobilis censetur, etiamsi artem mechanicam ante exercuerit, *ut post Cassan.conf.64.n.35.Tiraq. de nobilit. c.27.num.5.& alios scripsit Grat.discep.for.cap.976.num.1. & seq.* ubi dicit, quod tale tempus inducit præscriptionem omnis maculæ. 1

Ex quo infertur, quod statutum de non admittendis ad collegium civem, qui versatur in officio vili, seu exercitio artis mechanicæ, non haberet locum in eo, qui destitit a tali negotiatione, & per spatium dicti temporis nobiliter vixit: tunc enim non est amplius quærendum de præterito impedimento, *c.ferrum, 50.distinct.Card.Alex.in c.legem colum. ult.53.dist.quem refert Grat.in loco cit.n.9.* 2

Observa tamen, quod licèt nobiles exercentes artem mechanicam non gaudeant privilegiis nobilium, dum eas exercent, tamen si ab hujusmodi exercitio desisterent, statum recuperarent privilegia nobilibus concessa, *Guid.Pap. dec. 166.n.1.in fin.& dec.391.circa med.arg.c.fin.de Vit.& hon. Cler. latè Grat.d.c.976.n.5.* 3

Observa 2. quod si statutum prohiberet, ne ad collegium admittatur qui natus fuerit ex parentibus obscuris, aut sordidi quæstus, non censetur prohibitus is, qui natus fuit, dum pater nobilem vitam degebat, etiamsi ante nativitatem filii 4
for-

fordidas artes exercuerit: quia statutum videtur considerasse
se statum nativitatis filii, & tempus, quo ortus est, *Felin.in*
cap.2.de Rescrip.Surd.dec.75.n.10.& 11.& cons.45.n.14. Me-
noch.cons.257.n.17.lib.3. quos refert Gratia.d.c.976.num.2.& 3.
5 non enim dicitur filius mercatoris ille, cujus pater a merca-
tura jam destitit, antequam ille oriretur; quemadmodum
non dicitur filius Senatoris is, cujus pater motus est a Sena-
tu, antequam ipse nasceretur, *l.emancipatum 7. ff.de Sena-*
tor.l.2.§.in filiis, vers.sed si pater, ff. de Decurion. & eorum fil.
6 nec dicitur primogenitus Regis is, qui natus est ante digni-
tatem regalem, *juxta doctrinam Bart.in l.cum satis, nu.11.*
*cod. de Agric.& censit.libr.*11. ita Regno Darii Regis non Ar-
themenes maximus natu, sed Xerses ab Anapherne com-
muni Patruo, & Arbitro præpositus fuit, eo quod Arthe-
menes primus quidem Dario, sed privato provenerit: Xer-
ses vero Regi primus natus fuerit, *ut narrat Justin. lib.2.fol.*
30. *&* 31.

SUMMARIUM.

1 *Ad præscribendam rem pupilli requiritur tempus 30. anno-*
rum: declaratur n.3.5.& 6.
2 *Præscriptio* 10. *vel* 20. *annorum non currit contra pupil-*
lum.
4 *Error juris excusat a dolo & mala fide.*
6 *Durante pupillari ætate non currit præscriptio: limitatur*
n.7.8.10.& 11.
7 *Tempus datum ad opponendam exceptionem non numera-*
tæ dotis currit pupillo.
8 *Præscriptiones judiciariæ currunt contra pupillum, sed da-*
tur restitutio probata læsione.
9 *Probatur læsio eo ipso quod probatur cursus temporis.*
10 *An tempus statutum hæredi ad conficiendum inventarium*
currat contra pupillum.
11 *Præscriptiones conventionales an currant contra pupillum,*
& num.13.
Et an currant contra hæreditatem jacentem, ibid.nu.11.&
infra num.14.
12 *An tempus appositum a testatore in ultima voluntate cur-*
rat contra pupillum.
14 *An, & quando currat præscriptio contra hæreditatem ja-*
centem.
15 *Quænam præscriptio currat contra minorem.*
16 *Præscriptio* 10. *vel* 20. *annorum non currit, quando res esset*
prohibita alienari favore certæ personæ.
17 *Tempora, quæ dantur ad petendam bonorum possessionem,*
currunt contra minorem.
18 *An tempus anni, & diei præfixum Vassallo ad petendam*
investituram currant contra minorem, & pupillum.
19 *An, & quando detur restitutio pupillo, & minori adver-*
sus lapsum triennii, quod datur in prima instantia.

CAPUT LXXXVI.

Quodnam tempus requiratur ad præscriben-
dam rem pupilli.

1 RESp. quod requiritur tempus 30. annorum, *l.fin. cod.in*
quibus caus.in integ.restit.necess.non est, l.sicut, cod.de pre-
2 *scr.30.ann.* nec sufficeret præscriptio 10. vel 20. annorum,
leg.eum, qui, cod.de auct.præst. Guid.Pap. dec.31.nu.3.Balb.de
præscr.in 5.p.5.princ.q.4.n.4.
3 Prædicta vero conclusio intelligenda est, quando emens
rem pupilli fuit in bona fide, *l.1. cod.si quis ign.rem min.&c.*
4 ut quia putabat, se ab ipso emere posse, cum error juris ex-
cuset a dolo, & a mala fide, *l.1.in fin. cum gloss.ff. de Abige.*
Cæpoll.in tract.de Usuc.pro empt.§.eum qui, n.17.fol.517. secus
5 si emptor esset in mala fide, quia videlicet sciebat, pupillum
non posse vendere: tunc enim nullo tempore præscriberet,
d.l.1.in prin.ubi gl.in ver.qui sciens, cod.si quis ign.rem min. & c.
c.fin.ex.de præscr.
6 Notandum tamen est, quod prius deducitur de dicta pre-
scriptione 30. annorum pupillaris ætas, idest tempus, quo
fuit pupillus post venditionem, vel aliam alienationem,
Bart.in l.naturaliter, n.16.ff.de Usucap. Cæpoll. loco cit.nu.17.
durante enim pupillari ætate non currit præscriptio, sive sit
legalis, *d.l.fin.cod.in quibus caus.in integ.rest.necess.non est*, sive
statutaria, *ut tenuit Rota apud Pacif.de Salv.interd.dec.302.n.*
2.& seq. quicquid dicat Surd.dec.4.n.16. quod procedit, etiam-
si tales præscriptiones fuerint inchoatæ cum defuncto majori,
quia nihilominus durante pupillari ætate dormiunt, nec per-
ficiuntur contra pupillum, *l.sicut, in fin.cod.de præsc.30.ann.*
Guid.Pap.d.dec.31.n.4.Ferentil.ad Burat.dec.410.n.17. Balb.
Antonell. de Tempore.
loc.cit.in 1.p.6.princ.q.1.n.33.34.43.& seq. ubi idem dicit in eo,
qui jam est conceptus in utero.
Limita in tempore dato ad opponendam exceptionem 7
non numeratæ dotis: hoc enim currit etiam pupillo, *Balb.*
in 1.par.6.princ.q.1.nu.40. per auct.si minor, cod.de temp.in in-
teg.rest.
Limita 2. in præscriptionibus judiciariis: nam istæ etiam 8
currunt contra pupillum, immò etiam contra Ecclesiam,
ut sunt tempora ad appellandum, & ad appellationem pro-
sequendam a jure præscripta: item tempora assignata per Ju-
dicem, vel statutum ad singulos actus: datur tamen eis re-
stitutio probata læsione, *l.1.cod.si sæp.in integ.restit.& c.l.pro-*
perandum, §.fin.cod.de Jud.c.coram, & c.auditis, de Jurep. Cæ-
poll.in tit.de Usuc.§.eum, qui, n.17.Guid.Pap.dec.31.nu.3. ubi 9
dicit, quod probatur læsio eo ipso quod probatur cursus
temporis, *Balb.ubi supra in 1.p.6.prin.q.1.n.39.& 40.* ubi et- 10
iam dicit, quod tempus statutum hæredi ad conficiendum
inventarium currit pupillo salvo restitutionis beneficio.
Limita 3. in præscriptione conventionali, seu in termino 11
ad redimendum: hoc enim casu præscriptio currit etiam
contra pupillum absque spe restitutionis, sive fuerit inchoa-
ta cum Patre, sive non, *l.Æmilius, ff.de minor.Ferentil.loco*
cit.n.18.Thesau.dec.103.n.1.Balb.in 1.p.6.princ.q.1.n.30.& 31.
ubi *n.50.* addit, quod præscriptio conventionalis currit etiam
contra hæreditatem jacentem.
Notandum tamen est, quod tempus, seu terminus appo- 12
situs in ultima voluntate a testatore currit quidem pupillo,
sed restituitur in integrum: & in hoc differt a præscriptione
conventionali, *l.3.§.& si hæres, ff.de minor.latè Balb.de præ-*
scr.in 1.p.6.& ult.princ.q.1.n.32. subdens, quod pupillo da- 13
tur restitutio in integrum etiam adversus præscriptionem
conventionalem, si quid fuerit gestum cum eo, putà si fuit
interpellatus ex contractu defuncti, & constitutus in mora:
quemadmodum restitui potest ex capite ignorantiæ ex gene-
rali clausula, si qua mihi justa causa &c. ex qua restituitur
etiam major succedens in jus alterius propter probabilem
ignorantiam, *juxta l.1.& tot.tit.ff.Ex quib.caus.major.gloss.*
& DD.in l.cum filius, §.in hac, ff.de verb.oblig.
Notandum 2. quod contra hæreditatem jacentem regu- 14
lariter nulla currit præscriptio, dummodo non fuerit cepta
cum defuncto, *l.si servus hæreditarius, ff.de stipul.serv.l.cæ-*
ptam, ff.de usucap. quod intelligendum est de præscriptione
merè odiosa, qualis est tricenaria, & de mixta, ut 10. vel
20. annorum: hæc enim ideo non currit contra hæreditatem
jacentem, quia requirit moram, seu negligentiam non pe-
tentis, quæ non cadit in hujusmodi hæreditate; secus esset
in usucapione, quia hæc cum sit præscriptio merè favorabi-
lis, ex quo non inducitur propter negligentiam non peten-
tis, sed mero favore possessoris, currit etiam contra hære-
ditatem jacentem, *l.sed etsi conditionis, §.servus alienus, ubi*
DD.ff.de Hæred.instit. Bald. & alii in leg.licet, cod.de Jur. de-
lib. Alex.cons.36.volum.2.Balb.in 1.par.6.princ.d.q.1.num.47.
& seq. subdens, quod ubi quis sine successore decedit, &
non speratur futurus Dominus hæreditatis jacentis, tunc
contra hujusmodi hæreditatem curreret præscriptio tam o-
diosa, quàm mixta.
Notandum 3. quod contra minorem currit quidem præ- 15
scriptio 30. annorum tempore minoris ætatis, sed datur re-
stitutio, *ut tradunt DD.in d.l.sicut, Balb.de prescr.in 5.par.5.*
princ.q.4.num.4.& in 1.p.6.princ.q.1.n.29.Ceval. in Spec. opin.
comm.con.comm.q.531.Greg.dec.489.n.14. item contra mino-
rem currit præscriptio statutaria, *Guid.Pap.d.dec.31.n.2. &*
3. subdens, quod præscriptio 10. vel 20. annorum non cur- 16
rit contra adultum: quemadmodum nec hujusmodi præscri-
ptio 10. vel 20. annorum currit, quando res esset prohibita
alienari favore certæ personæ, ut in fundo dotali, *Balb.in*
5.p.5.princ.q.4.n.4.
Notandum 4. quod tempora, quæ dantur ad petendam 17
bonorum possessionem de jure prætorio currunt minori,
sed restituitur: quemadmodum tempus anni, & diei præfi-
xum vassallo ad petendam investituram currit etiam minori 18
salva restitutione, non tamen pupillo, *§. præterea si quis,*
juncta gloss.in ver.14.annis, de Prob.feud.alien. per Fed. Bald.
loco cit.in 1.p.6.prin.q.1.n.40.vers.quarto fallit.quamvis contra-
rium sentiat Cæpol.in d.tit.usucap.§.eum qui, n.18.
An verò detur restitutio pupillo, & minori adversus la- 19
psum triennii, quod datur in prima instantia, *juxt.d.l.pro-*
perandum, cod.de Jud. Resp. quod in hoc casu non datur re-
stitutio, nisi quando tutor, vel curator, non essent solven-
do, *ut d.Bald.in d.l.properandum, §.fin.n.2.Balb.in 1.par.5.*
prin.q.1.n.39.

SUMMARIUM.

1 *Remedium leg. cod. de Rescind. vend. durat spatio 30. annorum.*
2 *Quid si statutum disponat, quod remedium prædictum non possit intentari post quadriennium, & læsio esset enormissima.*
3 *Quæ dicatur læsio enormissima, enormior, & enormis.*
4 *In quo casu procedat dispositio d. l. 2. & quid probari debeat ad effectum rescissionis, & n. 6.*
5 *In rebus stabilibus, si non potest probari æstimatio determinati temporis, sufficit probare æstimationem factam ante per annum.*
6 *Valor rerum mobilium, & præsertim victualium est probandus præcisè de tempore venditionis ad effectum rescissionis, secus est in valore rerum immobilium.*
7 *Valor beneficii quomodo probetur.*
8 *Pretium justum qualiter intelligatur.*
9 *An locationes probent valorem.*
10 *An, & quomodo pactum de redimendo minuat valorem rei, & n. 12.*
11 *Quid si prædium venditum fuit sine cautione de evictione vel subjectum sit solutionis alicujus Canonis, vel Census.*
12 *Et quid si conventum fuerit quod venditor non possit redimere nisi post elapsum certum tempus.*
13 *Quando quis dicatur deceptus ultra dimidiam.*

CAPUT LXXXVII.

Quamdiu duret remedium l. 2. C. de Rescind. vend.

1 RESp. quod durat spatio 30. annorum, prout in ceteris personalibus, *juxta textum in l. sicut, cod. de præscrip. 30. vel 40. ann. & ita concludunt DD. apud Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gl. 21. num. 28. Marant. de ord. jud. par. 6. tit. de Appell. num. 81. & seq. Gabr. commun. concl. lib. 3. titul. de empt. & vend. concl. 1. num. 108. Balb. de Præscr. in 4. p. 4. princ. q. 26.* ubi dicit, hanc conclusionem procedere quoad emptorem; sed tertius possessor, in quem res esset translata per emptorem, præscriberet longo tempore cum titulo, & bona fide: quia licèt hæc sit actio personalis, est tamen in rem scripta, *gl. & Bart. in d. leg. 2.*

2 Observa tamen, quod licèt prædictum tempus minueretur per statutum loci, putà si jubeat, remedium prædictum non posse intentari post quadriennium, tamen, quando læsio est enormissima, posset agi infra 30. annos, *Gonzal. loco cit. gl. 21. n. 27. & 28. Felic. de Solis de Censib. lib. 2. c. 1. num. 40. Parlador. rer. quotid. lib. 2. c. fin. p. 5. num. 14. Grat. disc. for. c. 148. num. 19. & 20.*

3 Quæ verò dicatur enormissima læsio? Respondet *Gab. tit. de emp. & vendit. concl. 1. n. 7. & seq.* quod sicut enormis læsio dicitur, quæ ascendit ad sextam partem veri pretii, enormior verò, quæ est ultra dimidiam justi pretii, ita enormissima læsio dicitur, quando parum remaneret, vel quando adesset læsio in totum, *Rot. Divers. dec. 428. n. 3. p. 1. latè Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gl. 21. n. 22. & seq.* alii tamen id arbitrio Judicis remittunt, *ità Didac. var. res. lib. 1. c. 3. n. 11. vers. ego sanè, Soc. Jun. cons. 84. n. 45. Jo: And. in c. ult. de Donat. & alii apud Menoch. de arbit. Jud. cas. 74. n.*

4 Notandum est autem, quod dispositio *dict. l. 2.* procedit dummodo sit læsio ultra dimidiam justi pretii habito respectu ad tempus celebrati contractus: & ideò in hoc casu eligi debent æstimatores, qui sint informati de valore illius temporis, *latè Ceval. in Spec. opin. comm. con. commu. q. 536.* ubi etiam dicit, quod in tali casu cum fructibus est facienda restitutio, *Gabr. d. concl. 1. n. 47. & seq. tit. de empt. & vend. lib. 3.* subdens, quod talis probatio non debet referri tantummodò ad illam diem contractus, sed est referenda ad tempus anterius, vel posterius per aliquot dies, vel menses: alioquin æstimatio consisteret in momento temporis quod esse non debet, *Afflict. dec. 316. n. 6.* ubi dicit, quod articulans non debet se astringere ad tempus instantaneum, sed ponere debet, quod communiter valuit tanti tali tempore, ante, & postea; item probari debet, quod in foro publico tanti vendebatur, nec sufficeret probare quod a singulis tanti venderetur *Caput. decis. 264. num. 4. p. 3. Rot. dec. 65. n. 15. p. 2. Divers.* ubi dicitur, quod stare possunt simul ista duo, nempè valorem rei inspici tempore contractus, & probationem valoris fieri non tempore contractus, sed anteriori, & posteriori *ut sensit eadem Rot. in Romana rescissionis contractus 30. Octobris 1602. coram Cardin. Pamphilio, prout refert Grat. disc. for. c. 461. num. 1. & seq.*
5 ubi etiam dicit quod in rebus stabilibus, si non potest probari æstimatio determinati temporis, sufficit probare æstimationem factam ante per annum, quia in eis præsumitur æstimatio durare.

Verum pro clariori intelligentia duo casus in hoc considerandi sunt: primus est, respectu probationis valoris rerum mobilium, & præsertim victualium, & tunc valor est probandus præcisè de tempore venditionis ad effectum rescissionis, quia in his facilè intra paucos dies, ut docet experientia, pretia variantur; non tamen necesse est, quod testes referant se in individuo ad diem contractus. Secundus casus 7 6
est, respectu probationis valoris rerum immobilium, & tunc ad effectum rescindendi venditionem ex causa læsionis non debet inspici tempus contractus præcisè, sed etiam anterius, & posterius per aliquot annos arbitrio Judicis, ut facta compensatione, & comparatione anni fertilis cum sterili dijudicari possit probabilis valor, *ita distinxit Rota in Tiburtina Castri Arsularum 26. Junii 1598. coram Penia, quæ in impressis est decisio num. 4. & seq.* ubi addit, quod in valore beneficii probando non solet inspici valor unius anni tantum, sed ante, & post per quinque annos: quamvis in hoc aliter senserit *eadem Rot. dec. 159. num. 9. par. 5. tom. 1. Recent.* ubi, quod ad hunc effectum sufficit probatio per aliquot annos ante, & post, etiamsi non sit per quinquennium, cum materia sit arbitraria.

Pretium verò justum fundi intelligitur, quantùm deductis sumptibus fructus 20. annorum æstimantur, *secundum gloss. acceptam in auct. perpetua, in ver. justa, cod. de Sacros. Eccles. Mant. de Tac. lib. 8. tit. 22. n. 9.* 8

An verò locationes probent valorem? negativè respondet *Sarnen. in reg. de valor. ex prim. qu. ultim. in fin. & decisum refert Beltram. ad Greg. dec. 101. n. 4.* subdens, quod probarent verum valorem concurrentibus adminiculis, *Fontanell. decis. 62. n. 12. Rota in Veronen. pensionis 23. Maii 1607. coram Card. Sacrato.* 9

Notandum est etiam, quod pactum de redimendo minuit valorem rei in tertia, vel quarta parte, si est perpetuum, & liberum ad libitum venditoris: & circa sextam, si est temporale; quemadmodum etiam rei valor, seu pretium minuitur, si prædium subjectum est solutioni alicujus Canonis, vel census, vel si venditum fuit sine cautione de evictione, *ut post Bart. in l. 1. §. si hæres, n. 3. ubi etiam Jas. n. 9. Rip. n. 27. & seq. ff. ad Trebell. Surd. cons. 472. num. 77. & alios dixit Rot. dec. 344. n. 10. & seq. p. 4. to. 2. Recen. Ferentill. ad Burat. dec. 62. n. 10. & dec. 761. n. 10. & seq.* 10 11

Si verò conventum fuerit, quod venditor non possit redimere, nisi post elapsum certum tempus, tunc pro tempore, quo redimi nequit, pactum nihil minuit de valore, *Rot. in Romana simulationis contractus 14. Februarii 1631. coram Dunozetto, prout refert Ferentill. ad Burat. dec. 761. n. 14.* 12

Ultimò notandum est, quod *textus in d. l. 2. cod. de Rescin. vendit.* habet locum tam in emptore, quàm in venditore, *ut concludunt gloss. & DD. communiter ibidem.* dubitari tamen solet, quando dicatur quis deceptus ultra dimidiam? & quid respectu venditoris; deceptio satis probatur quando res, quæ valet centum, distracta fuit minus quinquaginta; respectu verò emptoris quando res, quæ valet centum, empta fuis plus quàm quinquaginta, & centum, *ut d. gl. in d. leg. 2. ver. Judicis vers. item habet locum lex ista &c. quam esse communiter receptam apud forensia tribunalia, dixit Covar. lib. 2. var. c. 3. n. 8. quem refert Cevall. in spec. opin. commun. con. comm. q. 536. n. 6. & seq.* 13

SUMMARIUM.

1 *Vassallus, vel emphyteuta, qui fuit primò investitus, nunquam præscribit, etiamsi non solverit canonem conventum per longissimum tempus.*
2 *An hæres primi investiti, vel alius ab eodem primo investito jus habens, præscribere possit Canones pro tempore præterito debitos.*
3 *Dominus directus laicus regulariter petere tantum potest census, seu Canones 29. annis decursis, & Ecclesiasticus pro 39. annis, declaratur, & limitatur n. 4.*
5 *Directum dominium nunquam præscribitur, si de illo apertè constat, limitatur n. 11. 12. & 14.*
Emphyteuta non potest præscribere Canones futuros, ibidem num. 5.
6 *Quid si primus emphyteuta sub emphyteuticavit rem emphyteuticam cum impositione census novi ultra illum qui præstatur Domino directo?*
7 *Si secundus emphyteuta Canonem non solvat, potest expelli a primo emphyteuta.*
8 *Laudemium, quandocumque res emphyteutica alienetur,*

non

non primo emphyteutæ, sed Domino est solvendo.

9 *Si emphyteuta Domino ignorante partem rei emphyteuticæ tanquam liberam vendat, & eidem Domino Censum integrum solvat, emptor dominium minimè præscribit: limitatur n.11.12.14. & 17.*

10 *Emens ab Usufructuario non potest præscribere contra Proprietarium: limitatur n.13.*

11 *Quid si emphyteuta Domino intervertat possessionem.*
An emphyteuta solvens partem Canonis tantum spatio 30. annorum, præscribat aliam partem, ibid.

12 *Et quid si Dominus sciens alienationem factam, partem pro illa parte alienata a nemine receperit.*

13 *An præscriptio currat contra proprietarium, qui scientiam habuit venditionis factæ ab usufructuario, & non curavit recuperare possessionem naturalem.*

14 *Quando in instrumento adest pactum de affrancando ad præscribendam libertatem sufficit cessatio solutionis per spatium 30. annorum in privatis, & 40. in Ecclesia.*

15 *Quid si res emphyteutica pervenerit ad extraneum.*

CAPUT LXXXVIII.

Quando emphyteuta, vel vassallus non solvens Canonem, seu Censum præscribat contra Dominum.

1 DIco 1. quod Vassallus, vel emphyteuta, qui fuit primò institutus cum onere solvendi certum Canonem, vel censum, si non solverit, etiam per longissimum tempus, nunquam præscribit, cum sit in mala fide, *cap. fin. ubi DD. de præscript. Balb. in tra. de præscrip. 4. par. 4. princ. q. 8. Corbul. in Tract. Ex quib. caus. emphyteut. Jur. suo privileg. in titul. de Privat. ob non solut. can. limit. 31. n. 2. & 3. quos refert Thes. dec. 179. num. 5.*

2 Observant autem Doctores, quod hæres primi investiti, vel alius ad eodem primo investito jus habens, si bona fide, & cum titulo possederit rem emphyteuticam, præscribit census, seu Canones pro tempore præterito debitos spatio 30. annorum contra privatos, & 40. contra Ecclesiam, per *c. de quarta extr. de præscrip. l. sicut, cod. de præscrip. 30. vel 40. ann. ita Bald. in l. malè agitur, num. 5. cod. eod. tit. & alii apud Balb. de præscrip. in 4. p. 4. princ. qu. 7. n. 5.* quamvis contrarium sentiat *Thes. dec. 114. & ibi Add.* ubi asserit, quod hujusmodi Canones, cum debeantur loco fructuum, spatio trium annorum præscribuntur, *argum. leg. sequitur, §. fructus, ubi glos. ff. de Usucap. §. 1. Instit. eod. tit.* hæc tamen sententia ab aliis rejicitur, quia Canon, seu census non debetur Domino ut fructus, sed in recognitionem dominii directi, *Cancer. libr. 3. variar. cap. 4. num. 193. vers. & sic cavendum*, subdens *num.* 3 177. quod Dominus directus laicus regulariter petere tantum potest census, seu Canones pro 29. annis decursis, & Ecclesiasticus pro 39. annis; verum hoc procedere potest, quan- 4 do non est completa præscriptio 30. vel 40. annorum; nam si completa fuerit, nulla debetur pensio, vel census; *secundum Spec. in tit. de Emphyt. §. nunc aliqua, n. 52. in fin.*

Ego verò quoad hæredem primi investiti contrarium teneo, *per textum in leg. cum hæres, ff. Divers. & temp. præscrip.* ubi mala fides defuncti nocet etiam hæredi, *& ita sensit Balb. in 4. par. 4. princ. qu. 8. num. 2. ubi citat Jo: Andr. & Butr. in cap. olim causam, de Censib. quibus adde Rosenth. de feud. c. 6. concl. 82.*

5 Dico 2. quod directum dominium nunquam præscribitur, si de illo apertè constat: quia directus Dominus rem in emphyteusim concessam possidet saltem civiliter, *l. sciendum, §. item qui solam, ff. Qui satisd. cogan.* possidenti autem non currit præscriptio, *d. l. male agitur, ubi Bart. & alii Doctores communiter, cod. de præscrip. 30. vel 40. ann.* quod procedit, etiamsi per longissimum tempus nulla fuerit soluta pensio, *leg. cum notissimi, §. fin. cod. eod. titul. Spec. loco cit. num. 55. & seq. Add. ad Thes. dec. 179.* ubi dicit, quod etiamsi emphyteuta per mille annos possederit absque solutione Canonis, non tamen præscriberet directum dominium; unde neque præscribere potest Canones futuros, ità, ut ad eorum solutionem non teneatur, *Bald. in dict. l. malè agitur, nu. 5. Thes. dec. 179. n. 4.*

6 Idem dicendum, si primus emphyteuta subemphyteuticavit rem emphyteuticam cum impositione census novi ultra illum, qui præstatur Domino directo: nam secundus emphyteuta non potest præscribere utile dominium primi emphyteutæ: quia primus emphyteuta suum utile dominium quasi civiliter possidet, *Valas. de Jur. emphyt. q. 13. n. 11. & qu. 18. n. 4. quem refert Cancer. var. lib. 3. cap. 4. n. 197. & seq.* ubi e- 7 tiam dicit, quod si secundus emphyteuta censum prædictum, seu Canonem non solvat, potest expelli a primo emphyteuta: quia primus respectu secundi habetur ut dominus; hoc tamen intelligendum est sine præjudicio Domini directi, cui primus emphyteuta per hujusmodi alienationem minimè 8 potest præjudicare. Unde laudemium, quandocumque res emphyteutica alienetur, non primò emphyteutæ, sed Domino est solvendum, *Rot. dec. 168. p. 2. Divers. & dec. 40. p. 7. Recent.*

Ex his infertur, quod si emphyteuta Domino ignorante 9 partem rei emphyteuticæ tanquam liberam vendat, & eidem Domino censum integrum quotannis solvat emptor non præscriberet dominium, etiamsi rem ipsam uti liberam spatio longissimi temporis possederit: quemadmodum nec emens ab usufructuario præscribere potest contra proprietarium: quia Dominus in re illa civilem possessionem retinet, & nul- 10 la ei negligentia imputari potest, *ut post Cassan. in consuetud. Burgu. rub. 11. §. 2. numer. 36. & 41. Gasp. Roder. de ann. redit. lib. 2. cap. 9. nu. 65. & alios tradit Cancer. var. lib. 3. cap. 4. nu. 183. & seq.*

Limita, ubi Emphyteuta Domino interverteret possessio- 11 nem, putà si Dominum venientem non admisit, & inceperit sibi possidere, vel si interpellatur, ut canonem solveret, recusaverit solvere, tunc enim, cum Dominum non recognoscat, a die hujusmodi recusationis inciperet Emphyteuta præscribere libertatem, *Bart. in d. l. malè agitur, num. 3. & ibi Bald. n. 5. Spec. ubi supra num. 56. Surd. dec. 3. nu. 5. Cancer. d. lib. 3. c. 4. n. 177. & seq.* ubi etiam dicit, quod compatibilia sunt, non solvere censum, & non intervertere possessionem, *Cravet. de antiquit. temp. p. 4. §. absolutis differentiis, & c. num 27.* ubi, quod is, qui recognovit rem feudalem, aut ejus successor universalis præscribit jus directi dominii a tempore interversæ possessionis, *Thesaur. dec. 179. nu. 6.* ubi dicit, quod pars pensionis, seu alterius annuæ præstationis spatio longissimi temporis potest præscribi, *per textum in c. olim causam, ubi glos. de Censib.* quia per singulas solutiones fit interversio quoad dictam quantitatem, *ut rectè advertit Cancer. var. lib. 3. c. 4. n. 201.* exceptis tamen tributis, & aliis publicis functionibus, quæ integrè persolvenda sunt non obstante cujuscumque temporis præscriptione, *per textum in l. comperit, cod. de præscr. 30. vel 40. ann.*

Hoc tamen procedit, dummodò præscribenti non obstet sua, vel defuncti testatoris mala fides, *ut supra diximus, & tradunt communiter DD. in c. 1. §. licet Vassallus, in tit. si de feud. defunct. con. & c. Rosenth. de feud. c. 6. concl. 82.* putà si principalis debitor obligatus fuerit ex facto procuratoris, vel ex aliquo testamento, quod ignoravit, *Balb. de præscrip. in 4. p. 4. princ. q. 5. & 7.* ubi etiam dicit, quod singularis successor, ad quem pervenit res, super qua erat assignata pensio annua, non præscribit actioni personali, sed juri reali: quo casu non exigitur præscriptio 30. annorum, sed sufficeret 10. vel 20. quia *auct. malæ fidei, cod. de præscrip. long. temp.* requirens præscriptionem 30. annorum in singulari successore, qui rem habuit a malæ fidei possessore, quando Dominus ignoravit jus suum, & alienationem factam, locum habet tantùm in præscriptione dominii, non autem alterius juris minoris præjudicii, *ut concludunt communiter DD. in leg. Pomponius, §. cum quis, ff. de acq. poss.*

Limita 2. si Dominus sciverit alienationem factam, & cen- 12 sum, seu Canonem pro illa parte alienata a nemine receperit, quemadmodum curreret etiam præscriptio contra proprietarium, qui scientiam habuit venditionis factæ ab usu- 13 fructuario, & non curavit recuperare possessionem naturalem, *Bald. cons. 316. lib. 3. Ant. Oliba. de Action. p. 1. lib. 3. § rei persequendæ, n. 9. & 10. quos refert Cancer. loco cit. n. 183. & seq.* subdens, quod tunc præscriptio non curreret contra proprietarium, nisi post mortem usufructuarii, cum eo vivente proprietarius rem vendicare non potuerit, *ut in simili dicit Crav. cons. 201. n. 29.*

Limita 3. si in instrumento concessionis adsit pactum de 14 affrancando: tunc enim ad præscribendam libertatem sufficit cessatio solutionis per spatium 30. annorum in privatis, & 40. in Ecclesia: quia in tali casu præsumitur Emphyteuta solvisse, & obtinuisse liberationem; & ideò sufficit allegare præscriptionem, vel præsumptionem solutionis, *Bart. in l. fin. n. 17. cod. unde vi. Mysinger. cons. 78. n. 15. & communem dicit Thesaur. dec. 179. n. 5.*

Limita 4. ubi res emphyteutica pervenit ad extraneum: 15 quia tunc illa præscribitur spatio 10. vel 20. annorum cum titulo, & bona fide, habita distinctione, an possessor causam habeat ab auctore bonæ, vel malæ fidei, *juxta cit. auct. malæ fidei, cod. de præscr. long. temp.* sed sine titulo præscribitur spatio 30. annorum cum bona fide: nullo autem tempore cum mala fide præscribitur, *Balb. d. tract. de præscrip. in 4. p. 4. princ. q. 8. n. 4.*

SUM-

S V M M A R I V M.

1 *Pactum, quod semper, & perpetuò agi possit, præscribitur spatio 30. annorum: limitatur n.4.7.& 12.*
2 *Pactum de retrovendendo quandocunque, & perpetuò, spatio 30. annorum tollitur: declaratur n.3. limitatur nu.4.5.6.7.& 12.*
3 *Quid si res vendita non semper manserit in manibus primi emptoris, sed ipse emptor alteri vendiderit.*
8 *Error juris an causet bonam fidem quoad præscriptionem.*
9 *Elapso tempore dato ad retrovendendum emptor non tenetur amplius retrovendere: limitatur n.10.& 11.*

C A P U T LXXXIX.

An pactum, & quod semper, & quandocunque, ac perpetuò agi possit, sit præscriptibile.

1 RESpond. quod adversus tale pactum spatio 30. annorum præscribitur, *Galganet. ad Stat. Urb. c.160. vers. & cum utatur, lib.1. ubi citat Bald. cons.309. lib.1. Tiraqu. de retract. convent. §.1. glossr.2. num.7. & seq. Didac. var. res. lib.1. c.6. num.1. & 2. Alciat. cons.369. num.10. Ruin. cons.111. nu.2. lib.1. Gabr. cons.144. num.26. lib.2. Cephal. cons.40. num.6. Rolan. cons.21. lib.2. quibus adde Fontan. dec.78. num.7. & sequ. Surd. dec.2.*
2 *per tot.* unde pactum de retrovendendo quandocunque, & perpetuò, spatio 30. annorum excludi, dixit *Rota in Reatina Tenutæ 13. Aprilis 1579. coram Lancellotto, & 12. Decembris 1538. coram Pamphilio, ut refert Fenzon. ad Stat. Urb. d. cap. 160.*

3 Hoc tamen intelligendum est, si res vendita semper manserit in manibus primi emptoris, seu ejus hæredis: nam si ipse emptor alteri vendiderit, brevius tempus sufficeret: nam secundus emptor præscriberet spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, ut in simili dicimus de actione hypothecaria, quæ licèt a debitore, aut ejus hærede adversus creditorem non nisi 30. vel 40. annis tollatur, *l. cum notissimi, in princip. & §.1. cod. de præscrip. 30. ann.* tamen ab extraneo emptore, vel donatario possidente cum titulo, & bona fide tollitur decem, vel viginti annis, *l.1. & 2. cod. si advers. cred. præscrip. oppon. Tiraquell. de retractat. lignag. §.1. gl.10. num.11. Grat. discep. for. c.433. nu.65. & c.742. nu.14. & seq.*

4 Prædicta verò conclusio limitatur primò, quando hujusmodi pactum fuit juramento firmatum, quia juramentum habet vim litis contestationis, & perpetuat actionem usque ad 40. annos, *leg. nam posteaquam, §. si is, qui temporaria, ff. de jurejur. Cravet. cons.71. num.2. Gabr. commu. concl. libr.5.*
5 *tit. de præscrip. conclus.6.* ubi etiam dicit, quod quando cum pacto de retrovendendo concurrit hypotheca generalis bonorum, tunc tali pacto non præscribitur minori spatio, quàm 40. annorum, *ut sensit etiam Marescot. variar. lib.2. capit.57. ubi refert, ita resolvisse Rotam in Bononien. de Bucchis 19. Aprilis 1577. coram Fel. recor. Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore.*

6 Contrarium tamen, videlicet quod non obstante juramento, vel hypotheca pactum de retrovendendo quandocunque, seu perpetuò tollatur præscriptione 30. annorum, tenuit *Rota in Florentina bonorum 19. Februarii 1593. coram Card. Pamphilio, & in Reatina Tenutæ 3. Aprilis 1579. coram Lancellotto, prout refert Gratia. discept. for. cap.2. numer. 5. & hanc veriorem dicit Balb. de præscript. in 4. par. 5. princ. quæst.3.*

7 Limitatur 2. quando contractus esset usurarius, vel alio modo illicitus, & reprobatus: tunc enim nulla curreret
8 præscriptio, *Alex. cons.46. nu.7. vol.6.* ubi etiam dicit, quod error juris non causat bonam fidem quoad præscriptionem, *latè Tiraq. de retract. convent. §.1. gl.2. num.33. & seq. Gabr. loco cit. num.12.*

9 Ex quo infertur, quod licèt elapso tempore dato ad retro vendendum emptor non teneatur amplius retrovendere, ut *post Bald. cons.108. num.4. lib.5. Ang. cons.199. numer.2. Gozad. cons.87. sub num.5. & alios dixit Rota coram Gregor. dec.559.*
10 *num.1.* tamen si res fuerit vendita modico pretio, venditor transacto etiam tempore poterit restituto pretio redimere, ut *dict. Balb. de præscrip. in 4. par. 5. princ. qu.3. num.5. Mantic. de Tac. lib.4. tit.31. num.40. Beltram. ad Gregor. dict. dec.559. num. 8.* ubi etiam dicit, quod minori competit restitutio in integrum adversùs lapsum termini; ratio est, quia ex modicitate pretii, & pacto retrovendendi contractus est suspectus, *ut notant etiam Tiraqu. de retract. convent. §.1. gloss.2. num.53. Cassan. cons.11. num.40. & in consuetud. Burgun. rub.5. §.1. nu. 22. quos refert Surd. decis.34. numer.5.* ubi addit, quod Senatus Parisiensis etiam in contractibus non suspectis aliquid temporis ultra conventum venditoribus indulgere consuevit.

Hoc tamen procedere potest, quando verum pretium in 11
magna quantitate excedit pretium conventum; tunc enim, quia injusto pretio intelligitur facta venditio, transacto etiam tempore venditor ad redimendum admittitur: secus si verum pretium in modica quantitate excedat pretium conventum, quia tunc transacto tempore venditor amplius non est admittendus, cum propter hujusmodi pactum res ipsa censeatur minoris pretii, *ut post Soc. jun. cons.104. nu.7. libr.3. advertit Mantic. de Tacit. lib.4. tit.31. n.41.*

Limitatur 3. quando contractus ex conjecturis dici potest 12
pignoratitius: nam res pignori obligata quandocunque soluto pretio redimi potest, ita ut huic facultati nulla possit opponi præscriptio, cum per contractum pignoris res retineatur nomine pignorantis, *ut inquit Alexand. cons.54. num. 7. libr.6. Andr. Barbos. cons.51. colum.10. & 11. libr.2. Balb. de præscrip. in 4. par. princ. qu.3. in fin. Soc. Jun. dict. cons.104. nu. 9. lib.3. Decian. cons.84. num.11. & sequ. lib.2. Mantic. loco citat. numer.42.*

S V M M A R I V M.

1 *Jus offerendi, quod competit ratione actionis jam natæ, vel per modum juris, tollitur spatio 30. vel 40. annorum: declaratur n.2.*
3 *Qui possidet pignus alteri obligatum, semper offerre potest debitum priori creditori.*
4 *Jus offerendi, quod competit per modum facultatis, nunquam præscribitur.*
5 *Debitor potest quandocunque offerre debitum creditori, & pignus reluere: limitatur n.6. & 7.*

C A P U T XC.

An, & quando offerendi jus præscribatur.

RESp. quod aut jus offerendi competit ratione actionis 1
jam natæ, vel per modum juris jam formati, sicut est illud, quod competit secundo creditori, ut possit offerre primo, & tunc tollitur spatio 30. vel 40. annorum, *gl. in leg. cum notissimi, §. eodem jure, cod. de præscrip. 30. vel 40. ann. ubi etiam Bart. n.4. Alex. in l. si finita, §. Julianus, num.64. ff. de Damn. inf. Aret. in §. actionum n.119. inst. de actio. Balb. de præsc. in 4. p. 5. princ. q.2. num.1. & alii apud Gabr. commun. conclus. lib. 5. tit. de præscrip. concl.7. n.2. ubi, quod in hoc concordant omnes Doctores, Merlin. de Pign. lib.5. q.21. n.33.* ubi dicit, quod secundus creditor excluditur a jure offerendi primo creditori spatio 40. annorum vivente debitore; eo verò mortuo spatio 30. annorum.

Hoc tamen intelligendum est, quando jus offerendi pro- 2
ponitur ab agente; secus si ab excipiente, quia in hoc casu semper potest opponi: cum exceptio sit perpetua, *ut post Bart. in l. pignori, in 2. mem. dist. ff. de Pig. & alios notat Dec. in leg. petens n.7. cod. de Pact. & est communis opinio.*

Unde si quis possideat pignus alteri obligatum, semper 3
offerre potest debitum priori creditori, nec illi obstabit aliqua præscriptio; *l. Paulus, §.1. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. sol. & tradunt DD. apud Gab. loco cit. n.3. Cravet. cons.71. nu.4. Tiraq. de retract. convent. §.1. gl.2. n.31. Balb. loc. cit. d. qu.2.* sive habeat causam a debitore, sive ab alio quocunque, *Merlin. de Pign. lib.4. q.80. n.48.*

Limita, quando in pignore esset appositum pactum legis commissoriæ, quod est in pignoribus reprobatum, *l.1. & 3. cod. de Pact. pign.* nam tunc odio creditoris non præscribitur tali juri, etiamsi competat per modum actionis, *Bald. in c.1. in tit. de feud. dat. in vic. legis commiss. Balb. in 4. p. 5. princ. d. q.2. num.3.*

Aut jus offerendi competit per modum facultatis, sicut 4
illud, quod competit debitori, ut possit debitum offerre, &
pignus luere, & liberare, & tunc nunquam præscribitur, 5
ut dict. Bart. & alii Doctores supra relati, quorum sententiam communem dicit Cevall. in Spec. opin. commun. con. commu. q.3. quamvis contrarium teneat *Balb. dict. qu.2. num.1. vers. conclusive dico &c.* ubi asserit, quod etiam respectu debitoris hoc jus præscribitur spatio 30. annorum: cujus sententia procedere potest, quando creditor interpellavit debitorem, ut debitam pecuniam solveret, & pignus redimeret: tunc enim jus offerendi propter moram debitoris præscribitur dicto spatio 30. annorum a die interpellationis, *ita Salyc. in dict.*

dict.l.cum notissimi, §.eodem jure, numer.5. & alii apud Merl.
7 *de Pignor.lib.4.q.80. num.30. & 31.* quemadmodum eodem tempore tollitur, quando jus redimendi pignus fuit debitori quæsitum ex pacto inito cum creditore, putà si fuerit in coovention, seu instrumento expressum, quod debitor soluto pretio possit semper, & quandocumque pignus redimere, *Barbos.in d.l. cum notissimi, num.84. Ang.cons.55. Balb. de præscrip.4.par.5.princ.q.5. Covar.var.res.lib.1.cap.9.num.1. Fontanell.dec.75.num.9. & alii apud Tiraqu. de Retract. convent.§.1.gl.2.n.7.*

S V M M A R I V M.

1 *Remedium c. reintegranda 3.q.1. durat spatio 30. annorum: declaratur n.3. limitatur n.4. & 9.*
2 *Remedium dicti canonis non solum pro rebus Ecclesiæ, & clericorum, sed laicorum etiam datur.*
4 *Qui facto, & negligentia sua amisit possessionem, non gaudet remedio dicti Canonis, & ideò ex lapsu decennii amittit jus agendi ad recuperandam possessionem: limitatur num.6.*
5 *Quando præsumatur oblivio.*
6 *Ecclesiæ competit remedium dicti Can. etiamsi a possessione ceciderit facto sui Rectoris.*
7 *Ecclesiæ competit manutentio, etiamsi Prælatus habuerit se pro spoliato, & quando id procedat.*
8 *An remedium dicti Can. competat hæredi ejus, qui fuit spoliatus.*
9 *Quando remedium reintegrandæ detur etiam ultra 30. annos.*

C A P U T XCI.

Quamdiù duret remedium cap. reintegranda, 3.q.1.

Remediom dicti Canonis, quod probata antiquiori possessione facienda sit restitutio, pioguissimum est, *de quo diffusè tractant DD. in cap. cum ad sedem, de Restitut. Spol. Gennens. in tract. de Eccles. qu.299.* obi dicit, qood remedium hujusmodi competit etiam successori io beneficio, *& qu.407.* ubi addit, quod prædictus textus principaliter loquitur, quando agitur pro rebus Ecclesiæ, vel Ecclesiasticorum.

1 Ad quæsitum verò Resp. quod remedio *dicti Can.* præscribitur 30. annis, concurrente booa fide, etiamsi res esset affecta vitio reali: quia tanto tempore purgatur omne vitium, *Balb. de præscrip. in 4. part. 4. princ. qu.24. num.5.* ubi dicit, quod hæc conelusio vera est in privatis, sed quoad Ecclesiam requiritur spatium 40. annorum *juxta capit. de quarta, extr. de Præscrip. latè Marescot. var. lib.2. cap.67. nu. 49. & sequ.* ubi etiam dicit quod statutum Urbis de non petendo debitum post 16. annos, procedit etiam contra com, qui petit quod sibi debitum est ex causa spolii, vel cui aliàs competit hujusmodi remedium reintegrandæ, *Alex. cons.6. n.16. lib.3. Marant. de ordin. jud. par.4. dist.7. num.50. in fin. Fenzon. ad Statut. Urb. cap.160. Vermigl. cons. crim.488. num.2. & seq. & communem dicit Gravat. ad Vestr. lib.7. cap.3. nu.41.* ubi,
2 quod *d.Can.* remedium non solum pro rebus Ecclesiæ, & clericorum, sed laicorum etiam datur, *& hanc esse veriorem sententiam dicit, Grat. disc. for. c.2. num.7. & seq. & alii apud Cevall. in Spec. opin. comm. q.53. Rota coram Seraph. dec.1360. Gabr. commu. concl. lib.5. tit. de Restit. spol. concl.5. num.64. Hon-*
3 *ded. cons.82. num.49. lib.1.* quod intellige, quando quis amisit possessionem facto alterius, vel ex sententia Judicis nulliter, vel injustè procedentis: quia remedium *d. can.* datur expoliatis, & ejectis, *Bald. cons.357. lib.2. Aym. cons.18. num. 8. Caputaq. dec.186. p.3. Cæs. de Grass. dec.1. num.4. de constit. &*
4 *alii apud Greg. dec.43. num.2. & dec.105. n.5.* unde is, qui facto, & negligentia sua amisit possessionem, non gauderet remedio *dicti can.* & ideò ex lapsu decennii amitteret jus agendi ad recuperandam possessione n, quia ex hoc temporis
5 spatio præsumitur oblivio, ex qua causatur amissio possessionis, ut *d. Benintend. dec.10. num.3. Greg. dec.307. n.13.* quamvis non desint qui iodistinctè asseraot, actionem spolii spatio decem annorum præscribi, quasi lapso decennio non tam facto alterius, quàm ob negligentiam propriam, censeatur quis amisisse possessionem, *ita Soc. in l. rem, quæ nobis num.8. in fin. ff. de Acqu. poss. Neviz. cons.79. numer.24. & alii apud Cancer. var. lib.2. c.7. n.40. & 41.* ubi de communi, *& apud Thes. dec.29. n.2. Balb. loco cit. d.q.24. n.5.* ubi quod tali remedio præscribitur spatio 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes quoad privatas personas, si non habeant causam a malæ fidei auctore, vel res non sit affecta vitio reali.

Observa tamen, qood Ecclesiæ competeret remedium *dicti can.* etiamsi a possessione ceciderit facto sui Rectoris, quia 6
Rector non potest Ecclesiæ præjudicare, *Gennens. in tract. de Eccl. q.584. Caputaq. dec.170. p.3. Greg. dec.116. nu.1. & ibidem Beltram.* ubi addit, quod Ecclesiæ competit manutentio, 7
etiamsi Prælatus habuerit se pro spoliato; quod intellige, dummodò successor non proprio nomine, sed Ecclesiæ agat: quia aliàs hujusmodi reintegratio non competeret, cum ipse non possederit, *ut post Menoch. de recup. possess. rem.1. nu.411. Grat. disc. for. c.173.* ubi addit, quod hujusmodi remedium 8
competit hæredi, quando fuit in esse deductum in vita defuncti: ot quia defunctus fuerit in vita spoliatus; secus si inceperit ab hærede fictè possidente mediante dispositione statuti continuantis possessionem in hæredem: tunc enim ficta possessio hæredis non parit remedium reintegrandæ, *Bald. in l. fin. cod. de appell. & in auct. defuncto, cod. ad Tertull. quem refert Alex. cons.37. n.4. & 5. lib.1.*

Observa 2. quod si ex facti serie colligatur vis, dolus vel 9
mala fides spoliaotis, remedium reintegrandæ daretur etiam ultra 30. annos; quia possessor malæ fidei nullo unquam tempore præscribit, *cap. fin. de præscrip. Alexand. cons.185. num.27. lib.2. Seraph. dict. dec.1360. num.14. & 15. Marescot. variar. dict. lib.2. cap.67. num.57. & seq. Gratian. discep. for. cap. 173. num.2.*

S V M M A R I V M.

1 *Jus adeundi spatio 30. annorum præscribitur, & quando currat hæc præscriptio, & n.12.*
2 *Jus petendi legatum, ac legitimam, & ejus supplementum quanto tempore tollatur.*
3 *Quando detur restitutio in integrum post completam præscriptionem.*
4 *Si hæres institutus in testamento esset proximior testatori, & intra 30. annos non adiverit, poterit intra alios 30. annos adire ab intestato: declaratur, & limitatur n. 5.6.7.*
8 *Quid si certus terminus a Judice fuerit hæredi constitutus ad adeundum, & n.10.*
9 *Terminus hujusmodi constitui debet ad instantiam ejus, cujus interest, nec debet esse minor novem mensium.*
11 *Quando hæres suus, qui repudiavit hæreditatem, possit repudiationem revocare.*

C A P U T XCII.

Juris adeundi, quanto tempore præscribatur.

Resp. quod præscribitor spatio 30. *annorum, l. licet, ubi* 1
gl. communiter recepta, cod. de Jur. delib. Bart. cons.179. lib.1. Rot. coram Card. Cavaler. dec.504. num.11. latè Balb. de præscrip. in 4. p.4. princ. qu.19. ubi dicit, quod currit dictum tempus 30. annorum a die, quo creatum est jus, & otta adeundi facultas; unde hæredi sub conditione instituto non currit, nisi conditione impleta, oisi esset conditio potestativa, *& communem dixit Cevall. in spec. commu. qu.714. Grat. disc. for. cap.475. nu.15. & seq.* ubi quod hæc præscriptio currit a die delatæ hæreditatis, non autem a die scieotiæ: quia tempus in præscriptione est continuum, nisi a lege, vel statuto contrarium disponatur, *juxta gl. communiter recepta in rub. ff. de Divers. præscr. Ang. in l. si servus ff. de bon. auct. Jud. poss. Corn. in leg. licet, colum.2. cod. de Jur. delib. Felin. in cap. de quarta, col.6. de præscrip. & alii, quos refert. Gabr. commun. concl. lib.5. tit. de præscrip. concl.8.* ubi etiam dicit, quod ea- 2
dem præscriptione tollitur jus petendi legatum, ac legitimam, vel ejus supplementum; unde non sufficeret præscriptio decem & 20. annorum, *d. l. licet, juncta gl. in ver. longi, cod. de jur. delib.*

Datur tamen post præscriptionem 30. annorum restitutio 3
in integrum ex capite ignorantiæ intra quadrienniom, quod currit post præscriptionem completam, *ut d. Bart. dict. cons. 129. in fin. & est communis opinio.*

Si verò hæres institutus in testamento esset proximior te- 4
stati, & intra 30. anoos non adiverit, poterit intra alios 30. annos adire ab intestato, & sic non excludetur nisi post 60. annos, *arg. l.2. §. sed videndum ff. de Success. edict. latè Balb. loco cit. in 4. p.4. princ. q.19. n.5. & seq.* ubi addit, quod filius potest venire ad successionem patris ex triplici capite, videlicet ex capite unde liberi, unde legitimi, & unde cognati; & si est exclusus tempore a primo capite, potest veoire ad successionem ex secundo capite infra alios 30. annos: si fuit exclusus a secundo, lapsu aliorum 30. annorum, potest adhuc venire infra alios 30. annos ex tertio capite, & sic admit-

mittitur usque ad 90. annos, *per text.in l.1. §.sed videndum, ff.de success.edict.Ceval. qui alios refert in Spec.opin. commun. con.comm.q.715.* quod procedit, quando fuit solus hæres institutus in testamento; secus si fuerit datus cohæres: nam tunc non habebit nisi priores 30. annos, *ita Gabr.d. lib.5. tit. de præscrip.concl.7. ubi citat Bald.in d.l.licet, cod.de jur.delib. Goza.cons.59.n.5.& 13.& cons.80.n.6.Jas.cons.84.vol.1. Alex. cons.90.vol.2.quibus, adde Rot.coram Penia dec.386. num.10. Jord.Elucub.divers.lib.14.tit.24.de præscrip.num.397.Honded.*
6 *d.cons.83.lib.1.* ubi etiam dicit, quod tunc filius exclusus
præscriptione a capite, unde liberi, potest infra alios 30.
7 annos ex capite, unde legitimi, admitti, si ex capite, unde liberi, aliis hæreditas non fuit delata; sed quando adest alius, qui ex capite, unde liberi, admissus sit, tunc filius ab uno capite ex cursu 30. annorum exclusus, remanet etiam exclusus ab omnibus aliis, *idem dicit Merlin.in tract.de legit. lib.5.tit.3.q.10.n.30.*

8 Observa tamen, quod si certus terminus a Judice fuerit constitutus hæredi ad adeundum, eo elapso etiam filius in hoc casu excluditur etiam ante lapsum 30. annorum, *leg. quamdiu institutus, 68.ff.de Acq.hæred.gl.in leg.cum in antiquioribus, ver.beneficio, cod.de Jur.delib.Guid.Pap.dec.332.*
9 Judex verò statuere debet hujusmodi terminum ad instantiam ejus, cujus interest, *ut d.Bart. in dict.leg.quamdiu institutus*, nec debet esse minor novem mensium, *juxta l.fin. §. Et hæc quidem cod.de Jur.delib.* per quem textum corrigitur *leg.2.ff.eod.tit.* ubi dicitur, quod Judex statuere debet terminum 100. dierum, *Grat.disc.for.cap.732.num.55.* ubi,
10 quod licet filius habeat 30.annos ad adeundum, tamen Judex minuere potest istud tempus ad instantiam creditorum ad hunc effectum, ut si non adeat, detur curator hæreditati jacenti.

11 Observa 2. quod hæres suus intra triennium post repudiationem paternæ hæreditatis, bonis in eodem statu manentibus, repudiationem revocare potest, *l.si quis suus, ff.de jur. delib.& l.fin.cod.eod.tit.Jord.d.lib.14.tit.24.de præscrip.nu.323. vers.item suus.*

12 Observa 3. quod possessor bonæ fidei potest interim præscribere rem hæreditariam longo tempore cum titulo, & bona fide, hoc est spatio 10. annorum inter præsentes & 20. inter absentes: etiam ante lapsum 30.annorum adversus filium: quia licèt filius non esset exclusus a jure adeundi, esset tamen præscriptum actioni, & per consequens tolleretur per indirectum illud jus adeundi quoad bona præscripta, *Bald.in l.fin.cod.fin.regun.quem refert Balb.in tract.de præscrip. in 4.p.4.princ.q.19.n.7.* idemque dicendum, si quis præscripsisset aliqua bona hæreditaria longissimo tempore 30. annorum cum bona fide absque titulo *juxta leg.si quis emptionis, §.1.cod.de præscrip.30.ann.* quia tunc similiter excluderetur filius a jure agendi petitione hæreditatis ad hujusmodi bona per tertium tanto tempore possessa, *l.hæreditatis, cod.de Petit.hæredit.l.hæreditatem, cod.in quibus caus.cess.long.temp.præscrip. Alex.cons.89.num.7.vol.2. Balb.loco cit. num.7. vers.& idem putarem.*

S V M M A R I U M.

1 *Possessor malæ fidei nullo unquam tempore præscribit: limitatur n.2.3.4.14.19.21.23.25.27.& 28.*
2 *In quærendis an requiratur bona fides.*
3 *An juri adeundi præscribatur cum mala fide.*
4 *An, & quando hæres cum mala fide præscribere possit legatum, vel fideicommissum contra legatarium, vel fideicommissarium, & n.8. & 9.*
5 *Legatum non acquiritur perfectè nisi post acceptationem.*
6 *Quando est in facultate partis aliquid velle, & nondum declaravit suam voluntatem, præscriptio stante tali incertitudine etiam cum mala fide operatur: declaratur nu. 8. & 9.*
7 *Quid si legitima a filio per 30. annos non fuerit petita.*
9 *Hæres post petitionem legati non potest unquam præscribere.*
10 *Quando legatum est annuum, tot requiruntur præscriptiones, quot sunt præstationes.*
11 *Intra quantum tempus teneatur usufructuarius agnoscere legatum.*
12 *An in usufructu sufficiat unica præscriptio, vel plures requirantur.*
13 *An restitutus ex causa ignorantiæ, vel absentiæ recuperet fructus etiam bona fide consumptos per possessorem.*
24 *An hæres ejus, qui fuit in mala fide tutus sit præscriptione 30. vel 40. annorum, & n.15.*
16 *Declaratur textus in l.cum hæres ff.de Divers. & temp. præscrip.*
17 *An in actione Publiciana mala fides auctoris noceat hæredi.*
18 *Quando detur actio Publiciana.*
19 *Jus fisci spatio 20. annorum perimitur.*
20 *Pœnæ in foro conscientiæ non debentur excepto damno illato.*
21 *In præscribenda libertate a servitute rustica sufficit sola negligentia non utentis tempore a lege statuto.*
22 *In servitute urbana præter negligentiam non utentis requiritur pactum præscribentis, & bona fides.*
23 *Pedagia, Salinaria, & hujusmodi an præscribantur sine titulo, & bona fide.*
24 *Quid si debitor non teneatur creditorem adire pro solutione.*
25 *An proprietarius teneatur usufructuario, restituere fructus a fure recuperatos.*
26 *An, si fur surripiat fructus ex fundo fructuario, competat usufructuario furti actio, & condictio furtiva ad illos petendos.*

C A P U T XCIII.

An, & quando currat præscriptio cum mala fide.

Licet possessor malæ fidei nullo unquam tempore regu- 1
lariter præscribere possit, *cap.fin.ubi DD. de præscrip.* quod procedit non solum in foro ecclesiastico, sed etiam in foro temporali, *ut d.Menoch.cons.143. num.11. quem refert Barbos.in d.cap.fin.num.5. latè Gabr. comm.concl.lib.5. titul.de præscript.concl.3.num.3. Peregr.de Jur.fisc.lib.6.tit.8.n.11.& 12.* ubi dicit, quod mala fides obstat præscriptioni immemorabili, si de mala fide vera constet ab initio, *Caroc. de Locat. & conduct.tit.de præscrip.n.16.& seq.Ceval.in Spec. opin. commun.con. comm.q.173.*

Hæc tamen conclusio limitatur quando agitur de jure 2
quærendo: tunc enim currit præscriptio etiam cum mala fide propter negligentiam non petentis, *Gratian. dec. March. 4.num.15. & seq.* ubi, quod in quærendis neque de jure canonico requiritur bona fides, sed tantum in quæsitis, & *disc. for.cap.475.num.22.ubi citat Bald.in l.licet, num.5. cod. de jur. delib.Paris.cons.12.num.16.lib.3.Castr.cons.279. numer.2. lib.1. quibus adde Put.dec.124.lib.2.Cephal.cons.40.numer.31. vol.1.* quando enim is, qui debet, non tenetur offerre, nec aliud facere, nisi ab eo petatur, non obstante mala fide etiam de jure canonico præscribitur actio, *gl.communiter recepta in §. 1. Inst.de usucap.*

Ex quo infertur, quod juri adeundi præscribitur etiam 3
cum mala fide, ut *d.Grat.d.cap.475.num.22.& alii DD. supra relati.*

Infertur 2. quod hæres etiam cum mala fide præscribere 4
potest legatum, vel fideicommissum contra legatarium vel fideicommissarium, qui per annos 30. legatum, seu fideicommissum non petierunt: tunc enim elapso dicto tempore vel repudiasse, vel donasse censentur, ut *tradunt DD.apud Barbos.in d.cap.fin.num.13.de præscrip.Grat.cap.2.nu.29.Balb. de præscrip.in 5.par.5.princ.q.3.* ubi dicit, quod regula Juris Canonici non admittentis præscriptionem cum mala fide, procedit respectu creditoris, cui actio competit; secus si
non competit, sed competere potest acceptando, *Surd.dec.* 5
25.num.25. ubi, quod legatum non acquiritur perfectè, nisi post acceptationem, *per textum in l.si tibi, homo, §.cum servus, ff.de leg.1.& ita sentiunt alii apud Peregr.de fideicom. art. 41.num.10.Surd.de alim.tit.9.q.9.num.20.Cancer. var.resolut. lib.1.cap.15.num.64.* ubi dicit, quod ad agnoscendum, seu acceptandum legatum currunt 30. anni: ex quo verò est acceptatum, cum adsit actio hypothecaria, currunt 40. anni, *Jord.Elucubr.divers.lib.10.tit.7.de jurepatron.n.306. Gabr.comm.concl.lib.5.tit.de præscrip.concl.4.num.32.* ubi dicit,
quod quando est in facultate partis aliquid velle, & nondum 6
declaravit suam voluntatem, præscriptio stante tali incertitudine etiam cum mala fide operatur; idemque procedere in legitima, sensit *Grat.dict.dec.4.num.17. Merlin.de legit. lib.5.tit.3.qu.10. num.24.& 25.* ubi dicit, quod legitima peti debet a filio quoad effectum impediendi præscriptionem, 7
licet quoad effectum illam transmittendi sine petitione debeatur.

Hæc tamen sententia procedit: quando legatarius, seu 8
fideicommissarius notitiam habuit legati, vel fideicommissi, & tanto tempore non petiit; secus si legatarius, vel fideicommissarius hujus rei scientiam non habuit, quia tunc contra eos præscriptio non currit, vel saltem conceditur
resti-

restitutio adversus hujusmodi præscriptionem ex capite justæ
ignorantiæ, *Gutier.can.qq.lib.2.c.26.Surd.de Alim.tit.9.q.6.n.
20.& seq.Jordan.ubi sup.lib.14.tit.24.num.428. & sequ. ubi de
magis communi, Gratian.disc.for.cap.118.num.19.& seq.* ubi
addit, quod non datur restiturio legatario, qui scivit lega-
tum sibi factum, & non petiit per 30. annos, *& cap.565. nu.*
9 39. ubi dicit, quod post petitionem legati hæres non potest
unquam præscribere, *latè Peregrin.de fideicomm.art.41.num.
11. & 12.*

10 Notandum est autem, quod quando legatum non esset
unicum, sed annuum, non sufficeret unica præscriptio,
sed quot sunt præstationes, tot requiruntur præscriptiones,
ita ut præscriptio præstationis debitæ pro secundo, vel ter-
tio anno non incipiat ab adita hæreditate, sed a die, quo de-
beri cœperit legatum secundi, vel tertii anni, & sic de re-
liquis, ut *dict.Jordan.loco cit.num.430. Surd. dict.tit.9.qu.6.
num.22.*

11 Notandum 2. quod usufructuarius tenetur a die scientiæ
agnoscere legatum infra decem annos inter præsentes, &
viginti inter absentes: aliàs non posset amplius illud pete-
re, cum ususfructus tollatur non utendo per spatium dicti
temporis, *l.corruptionem, ubi gloss.in ver. excludere, cod de
usufruct.*

12 An verò in usufructu sufficiat unica præscriptio, vel plu-
res requirantur? Resp. quod si ususfructus esset singulis an-
nis legatus, tunc tot erunt necessariæ præscriptiones quot
sunt anni, *l.si ususfructus, 28.ff. Quib.mod.usufr. amitt.* ita
ut uniuscujusque anni ususfructus decem annis inter præsen-
tes, & viginti inter absentes, non utendo amittatur, *gloss.
in d.l.si ususfructus, ver.amitti, Cavald.de usufr.mul.relict.nu.
168.Gigas de pension.q.83.num.2.Boer.dec.336. Ant.Gomez to.
2.var.c.11.de qualit.contract.n.45. & alii, quos refert Castill.de
usufr.c.67.num.33.* subdens, quod in usufructu simpliciter
relicto absque distributione temporis sufficit unica præscri-
ptio, quia censetur unicum legatum, *Gratian.disc.for. cap.
807.n.9.& seq.* ubi etiam dicit, quod stante ignorantia tali
legatario datur restitutio in integrum, quo casu veniunt
omnia amissa, ita ut restitutus ex causa hujusmodi ignoran-
13 tiæ, vel absentiæ, ac similis causæ jus suum integrè recipiat,
etiam fructus bona fide consumptos per possessorem, refusis
tamen eidem possessori expensis factis circa rem ipsam colen-
dam meliorandam, & conservandam, *juxta l. patri, ff. si
pecuniam.vers.item ex diverso.ubi gl.in ver.cum fructibus, ff.de
minor.l.si a Patre, vel a Domino, §.fructus, ff.de petit.hæred.l.
1.ubi gl.cod.de fruct.& lit.expens.*

14 Limitatur secundò principalis conclusio in hærede ejus,
qui fuit in mala fide: hic enim tutus erit præscriptione 30.
vel 40. annorum *juxta l.sicut, & l.omnes, cod. de præscr.30. vel
40.ann.* dummodo a se ipso bona fide incipiat præscribere,
& non utatur accessione, seu adminiculo auctoris, *secun-
dum Dyn.in reg.possessor, nu.42.& sequ.de Reg.Jur.in 6. & alios
apud Ceval.in spec.opin. commun.contr.commun. qu.25.ubi de
magis communi.*

15 Contrarium tamen rectiùs tenent alii Doctores asseren-
tes, quod nec ex propria persona hæres in tali casu potest
rem præscribere, cum conscientiam defuncti exonerare hæ-
res teneatur, *cap.fin.de Sepult.cap.super eo, de Rapt.* quæ qui-
dem sententia probatur ex textu *l.cum hæres, ff. de Divers.&
temp.præscr.* ubi mala fides defuncti nocet hæredi præscribe-
16 re volenti, cujus textus dispositio procedit, quando con-
stat testatorem fuisse in vera mala fide, *latè Balb. de præscr.
in 2.p.3.princ.q.12.n.11.& seq.Rom.cons.201.Calca. cons.26.col.
fin.Curt.jun.cons.187.col.fin. Abb.cons.3.qu.14.lib.2. Natt. consil.
162.n.35.lib.1.Ferre.cons.179.n.12.lib.2.Paris.cons.26. n.26. lib.
1.Purpur.cons.522.num.45.lib.2.Dec.cons.272.n.5. & 6. Decian.
cons.2.n.197.& seq.lib.1.Cravet.cons.146.n.7.Alex.in l.Pompo-
nius, §.cum quis n.22.ff.de acquir.poss.& cons.63.n.11. & 12. lib.
4.* ubi dicit, quod *textus in d.l.cum hæres*, non reperitur cor-
rectus de jure canonico, & ideò dispositioni *d.l.* standum est
tam in foro civili, quàm canonico, *per not. in c.1. de Nov.
oper.nunc.Cephal. consil.102. num.22.& seq.* ubi dicit, quod
cum hæres repræsentet defunctum, in ejus vitium, & malam
fidem censetur succedere, & sic non potest præscribere: &
*hanc esse magis communem, post alios testatur Honded.cons.82.
num.46.& 47.lib.1.* ubi addit, hoc procedere in quocunque
hærede universali, non solum primo, & immediato, sed et-
iam in hærede hæredis, & sic mediato, *latè Gabr.d.lib.5.tit.
de præscrip.concl.5.num.2.Gratian.discep.for.cap.403.n.14. &
seq.Rot.dec.372.n.1.& seq.p.4.1.2.Recent. & coram Penia decis.
575.num.8.*

Observant tamen Doctores, quod in tribus casibus potest
hæres præscribere non obstante mala fide defuncti, quorum
primus est, quando sumus in præsumpta mala fide defuncti
causata ab errore juris; hæc enim non nocet hæredi in præ-
scribendo, 2. quando hæres vellet præscribere ex titulo, quem
habuit a tertio, sive illum habuerit ante mortem testatoris,
sive post, 3. quando hæres fecit inventarium solemne, *juxta
l.fin.cod.de jur.delib.* tunc enim inventarium operatur, ne si-
bi noceat mala fides defuncti, cum non videatur uti titulo
defuncti nec quoad dominium, nec quoad possessionem,
*ita Balb.de præscrip.in 2.p.3.princ.q.12.n.13.14.& 15.ubi citat
Alexand. in l.Pomponius §.cum quis col.6.& 7. circa med. ff.de
acquir.poss.Paul.de Castr.in leg.nunquam ff.de usucap.* quorum
sententia vera videtur in primo casu, & etiam in secundo,
si hæres aliàs fuit in bona fide; sed in tertio casu non videtur
posse subsistere, quia *textus in cit. l.cum hæres, ff.de Divers.
& temp.præscrip.* procedit etiam in hærede cum beneficio
legis, & inventarii, cum simpliciter loquatur, *argum.text.
in l.1.§. quod autem, ff.de Aleat.1.§.generaliter, ff. de Legat.
præst.*

An verò in actione Publiciana mala fides auctoris noceat 17
hæredi? vide *Bald.in leg.eum, qui, §. Prætor ait in princ.ff.de
Publician.* ubi dicit, quod ad hoc ut competat publiciana,
requiritur bona fides successoris, non autoris; nisi sit suc-
cessor universalis: nam tunc persona autoris attenditur: hæc
autem actio datur ex æquitate Prætoris illi, qui rem nactus 18
est a non Domino ex aliquo justo titulo, qui esset aptus ad
dominii translationem: & datur quasi ipse rem usuceperit,
*§.namque, de inst.de actio. latè Aret.in §.sed istæ quidem, inst.
de actio.*ubi *num.27.*addit, quod hujusmodi actio non com-
petit contra Dominum, *Balb.de præsc.in 2.p.3.princ. q.12. n.
8. & seq.*

Limitatur 3. in eo, qui condemnatus fuit ad pœnas in re, 19
vel pecunia indictas: quia jus fisci spatio 20. annorum peri-
mitur etiam cum mala fide, *Balbus de præscrip.in 2.p.3.princ.
q.14.n.6. Peregr.de privil.fisci lib.6.tit.ult.n.35. quem refert, &
sequitur Grat.disc.for.cap.52.n.3.* ubi dicit, quod pœna in fo- 20
ro conscientiæ non debetur, excepto damno illato, quod
ei, qui damnum passus est, resarciri debet, *c.fraternitas,
12.q.2.glos.in l.1.ver. continuum, ubi etiam Bald.cod. de Qua-
drien.præscr. Sylv.in ver.præscrip.1.n.7.vers.fin. Gabr. loco cit.
concl.3.num.7.*

Limitatur 4. in servitute rustica: nam in præscribenda li- 21
bertate a tali servitute sufficit sola negligentia non utentis, si
videlicet usus non fuerit servitute eundi per fundum sibi ser-
vientem tempore a lege statuto ad hujusmodi libertatem
præscribendam, juxta textum *in l.hæc autem, ff.de servit. ur-
ban.præd.Merlin.de Pignor.lib.5.q.29. n.14. ubi citat Bald. in
cons.298.n.9.lib.1.Barb. in l.sicut, cod.de præscr. 30.ann.* quam-
quam in tali casu nulla potest considerari mala fides in præ-
scribente, cum non teneatur monere Adversarium, ut jure
suo utatur, ut post *Medin.q.17.cod.de Rest. Less.de just.& jur.
lib.2.c.6.dub.9.in fin.observat Jordan.lib.14.tit.24.nu.408.* sub-
dens *n.409.* quod in servitute urbana præter negligentiam 22
non utentis requiritur factum præscribentis; unde si tigni
immissi ædes tuæ servitutem debeant, & ego exemero ti-
gnum, præscriptio non currit, nisi a die, quo tu foramen,
unde exemptum est tignum, obturaveris, ut ex *d. text. in l.
hæc autem*; & in tali casu requiritur bona fides, alioquin
non currit præscriptio, *Less.loco cit.d.dub.9. in fin.Jord. ubi
supra num.409.*

Limitatur 5. in liberatione solvendi pedagia, salinaria, 23
& hujusmodi: hæc enim præscribitur etiam sine titulo, &
bona fide spatio 40. annorum, *secundùm Papien. in form. li-
belli in actione confessoria pro servit. gloss.servitus, num. pen.
prout illum refert Jordan.dict.lib.14.tit.24. de præscrip. numer.
426.& sequ.* ubi etiam observat, quod sufficit creditoris 24
cessatio, quando debitor non tenetur creditorem adire pro
solutione.

Limitatur 6. in Proprietario, qui recuperavit fructus a 25
fure perceptos ex fundo fructuario, juxta *l.si fur.14.ff.de usu-
fruct.* quamvis enim Proprietarius restituere teneatur usu-
fructuario fructus a fure recuperatos, sive eorum æstimatio-
nem, hoc tamen verum est, si usufructuarius eos petierit,
dum vixit, aliàs ad ipsum Proprietarium spectant, ut post
*Alber.in d.l.si fur.num.4.& in l.fructus, ff.de rei vendic. Franc.
de Ponte cons.100.n.11.& seq.resolvit Castill.de usufr.c.77.num.
9.& sequ.* ubi etiam dicit, quod si fur surripiat fructus ex 26
fundo fructuario, non competit usufructuario condictio
furtiva ad illos petendos, sed Proprietario: quia fructus
non fiunt fructuarii, nisi ab eo, vel ab alio ejus nomine
percipiantur; datur tamen fructuario furti actio, quoniam
ejus interfuit, fructus non esse ablatos, ut *in d.leg.si fur, ff.
de usufr.*

Limitatur 8. in successore in Prælatura, & dignitate, si- 27
ve beneficio: quia licèt ejus prædecessor fuerit in mala fide,
non

non tamen impeditur præscriptio in persona ipsius successo-
ris, si fuerit in bona fide, *gloss. & DD. in cap. cura, de Ju-*
repatr. Alex. in dict. leg. Pomponius, §. cum quis col. 6. & 7. ff.
de acquir. poss. & cons. 89. colum. 3. volum. 2. & cons. 63. colum. 2.
volum. 4. & alii, quos refert, & sequitur Balb. de præscrip. in
28 *2. par. 3. princ. q. 12. nu. 13.* subdens, quod non posset succes-
sor in tali casu jungere tempora auctorum, qui fuerunt in
mala fide.

29 Addunt alii, quod auctoritate canonis, seu Papæ ex cau-
sa rationabili posset induci in certis casibus præscriptio cum
mala fide, licèt lex civilis, seu statutum laicorum non pos-
sit hoc inducere, *ita Balb. de præscrip. in 2. par. 4. princ. qu. 14.*
ubi citat glos. in cap. inter hæc 43. qu. 2. Pan. in cap. 1. in 1. not. de
præscrip. Bald. in §. si quis 1. in titul. Si de feud. fuer. contr.
Inn. in cap. cura, de Jurepatr. quibus adde Crescent. decis. 1. de
præscrip.

SUMMARIUM.

1 *Jus dicendi de nullitate usque ad 30. annos durat.*
2 *Quando nullitas incidenter, & accessoriè cum appellatione proponitur, tunc assumit naturam appellationis, secus quando principaliter deducitur.*
3 *An exceptio nullitatis ultra 30. annos extendatur, & num. 22.*
4 *Sententia, quæ continet expressum juris errorem, usque ad 30. annos retractari potest.*
Et an hujusmodi sententia transeat in judicatum, ibidem.
5 *Quid si a sententia hujusmodi quis appellaverit, & appellatio deseratur.*
6 *Sublata appellatione non censetur rejecta nullitas, declaratur num. 7.*
8 *Statutum rejiciens nullitatem non censetur rejicere nullitatem notoriam.*
9 *Appellatio non intelligitur sublata, quando clare constat de injustitia.*
10 *Nullitas, & injustitia notoria quæ dicatur.*
11 *Quæ nullitates in statu Ecclesiastico attendantur.*
12 *In causis, in quibus vertitur animæ periculum, perpetuò dici potest de nullitate.*
13 *Quid si ex inspectione actus appareat, quod intrinseca solemnitas defuit, ibid.*
14 *Nullitatis instantia durat solùm triennio.*
15 *Nullitas deducta per viam actionis non impedit sententiæ executionem: limitatur n. 16.*
17 *Agere volens de nullitate quando repellatur.*
18 *Quando nullitas intentari possit coram judice ordinario, & quando intentari debeat coram superiore.*
19 *Judex nullitatis an possit super causa principali pronunciare.*
20 *Quando nullitas censeatur deducta principaliter, & quando incidenter, & n. 21.*
23 *Quando statutum prohibens nullitatem censeatur prohibere exceptionem.*
24 *An statutum Urbis lib. 1. c. 191. prohibens dicere de nullitate post annum, procedat, quando nullitas est annexa cum spolio.*

CAPUT XCIV.

Quanto tempore duret jus dicendi de nullitate.

1 RESp. quod durat usque ad 30. annos, *Bald. cons. 322.*
vol. 1. Ruin. cons. 62. num. 14. vol. 5. Surd. cons. 49. num. 43.
in fin. Bursat. cons. 455. num. 9. Mantua consil. 38. num. 40. volum.
1. Raudens. cons. 17. par. 3. numer. 28. vol. 1. & alii apud Ciriac.
contr. 131. num. 78. lib. 1. Jord. Elucubr. divers. lib. 14. titul. 28. de
nullitate num. 25. latè Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 2. num. 291. &
seq. ubi etiam dicit quod potest dici de nullitate simpliciter
seorsim ab appellatione, & etiam simul cum appellatione,
Greg. dec. 470. num. 13. ubi, quod quando nullitas incidenter,
2 & accessoriè cum appellatione proponitur, tunc assumit na-
turam appellationis, & secundum eam regulatur; licèt se-
cus sit, quando principaliter deducitur, *Gravet. cons. 153. n.*
3 *5.* ubi addit, quod neque exceptio nullitatis ultra 30. annos
4 extenditur: Unde usque ad dictum tempus retractari potest
sententia, quæ continet expressum juris errorem, putá si
specialiter lata sit contra leges, vel constitutiones: tunc e-
nim nullius est roboris, & non transit in judicatum, *leg. si*
expressim, ubi DD. ff. de appell. latè Marant. de ord. jud. par. 6.
tit. de Sentent. num. 128. & seq. ubi alios etiam casus recenset,
5 in quibus sententia non transit in judicatum, subdens *in fin.*
quod si in dictis casibus quis a sententia appellaverit, & ap-
pellatio deseratur, firma remaneret sententia, quicquid in
contrarium sentiat *Bald. de præscr. in 4. p. 4. princ. q. 32.* ubi asse-
rit, quod quando nullitas est evidens, ut si appareret ex a-
ctis, perpetuò de nullitate dici potest.

Notandum est autem, quod sublata appellatione non 6
censetur rejecta nullitas; & ideò statutum rejiciens appella-
tionem non prohibet nullitatem, ut *post Abb. in cap. inter cæ-*
teras, de re judic. Franc. in cap. dilecto, q. 49. de appellat. Ang.
cons. 107. docet Menoch de adipisc. possess. remed. 4. n. 880. quod
intelligendum est, quando nullitas principaliter deducitur; 7
secus si incidenter, tunc enim remota per statutum appella-
tione, censetur remota nullitas incidenter & accessoriè cum
appellatione proposita, *Anch. in clem. 1. de Re jud. Vant. de nul-*
lit. tit. Quis poss. dic. de nullit. n. 36. & alii apud Honded. cons. 27.
num. 43. lib. 1. item si statutum rejiciat nullitatem, non cen- 8
setur rejicere nullitatem notoriam: quemadmodum appel-
latio non intelligitur sublata, quando clarè constat de inju-
stitia, etiamsi statutum diceret, sive justa, sive injusta sit
sententia, *Vincen. de Franch. dec. 148. n. 7. Natt. cons. 51. numer.* 9
21. & cons. 172. num. 4. Ruin. cons. 101. num. 7. volum. 5. Menoch.
cons. 345. num. 47. cum seq. volum. 4. Farinac. cons. 85. numer. 148.
& alii apud Cancer. var. lib. 3. cap. 18. num. 26. & seqn. ubi sub-
dit, quod nullitas notoria dicitur quando constat ex ipso 10
processu, sicuti notoria injustitia dicitur, quæ ex ipsius a-
ctis deprehenditur: *Greg. dec. 508. num. 10.* quod intellige,
quando gravamen est adeò notorium, ut aliqua dubitatione
offuscari non possit, ut *post Dec. in cap. ex p. 2. num. 13. de off.*
de l. Contard. de moment. poss. limit. 9. declarat Honded. cons. 27.
num. 42. lib. 1.

Notandum 2. quod in statu Ecclesiæ tam in foro Ecclesia- 11
stico, quam sæculari non attenduntur in judiciis aliæ nulli-
tates, nisi ex defectu citationis, jurisdictionis, & mandati,
ut ex *constitutione Pii IV. & Clement. VIII. ac stylo Romanæ*
curiæ probat Jord. ubi sup. lib. 13. tit. 1. num. 70. & seq. non tamen
tollitur nullitas actus proveniens ex forma non servata, ve-
luti si contractus fieret contra formam, vel sine solemnitati-
bus, *Rot. in Roman. alimentorum 4. Junii 1593. coram Orano,*
quam refert Gratian. disc. for. c. 208. num. 15. & seq. ubi addit,
quod nullitas sententiæ ob non præstitum juramentum calu-
mniæ debet attendi, licet non sit de illis tribus, tum quia po-
tius concernit justitiam, quam processum: tum etiam quia
per dictas constitutiones intelligitur sublata solemnitas in-
surgens ex dispositione juris civilis, & canonici, non autem
ea, quæ insurgit ex dispositione juris Divini, prout est ju-
ramentum, quod præstatur, nè veritas occultetur: *c. 1. de*
juram. cal. in 6. Rota Urbinaten. juris visitandi 18. Decembris
1588. coram Orano, & in Esin. restitutionis dotis 13. Martii
1600. coram Litta.

Notandum 3. quod in causis, in quibus vertitur animæ 12
periculum, perpetuò dici potest de nullitate, *Card. in clem.*
1. in 14. qu. de Re jud. Salic. in leg. si præses, cod. quo. & quan.
jud. &c. & alii, quos refert Marant. de ord. jud. par. 6. titul. de
sent. num. 154. idem dicendum, quando ex inspectione actus
apparet, quod intrinseca solemnitas defuit: quia tunc et-
iam post 30. annos agi potest de nullitate, *Balb. de præscrip.* 13
in 4. par. 4. princ. qu. 32. Scac. de appell. qu. 19. remed. 1. conclusio.
7. numer. 3. Jordan. lib. 14. tit. 28. de Nullit. num. 31. ubi *numer.*
34. addit, quod causæ nullitatis instantia durat solum 14
triennio.

Notandum 4. quod nullitas deducta per viam actionis 15
non impedit sententiæ executionem, *juxta communem Do-*
ctorum sententiam: præsertim si nullitas opponatur adversus
tres sententias conformes, *clem. 1. de Sent. & re jud.* nisi for-
te nullitas sit notoria, sive evidens: & in promptu, ita ut
ex eisdem actis probari possit: tunc enim impeditur execu-
tio, cum nulla tunc calumnia pro sententiæ executione im-
pedienda considerari possit, ut *tradunt omnes in d. Clem. 1. te-*
ste Vestr. in Prax. lib. 8. cap. 1. num. 7. & ibidem Gravat. numer.
28. qui etiam de communi testatur, Rot. apud Fenzon. decisio. 16
171. quod multo magis procederet, quando hujusmodi
nullitas per viam exceptionis deduceretur, *latè Scaccia de*
appell. qu. 19. remed. 1. conclus. 1. a numer. 25. & conclus. 5. a nu-
mer. 1. Secus si nullitas non posset statim, & in continen- 17
ti probari ex eisdem actis quia tunc non audiretur agere vo-
lens de nullitate, nisi sententiæ fuerint priùs plenariè exe-
cutioni demandatæ *juxta dict. clement. & tradunt citati Do-*
ctores.

Notandum 5. quod quando nullitas deducitur principa- 18
liter, seu simpliciter sine appellatione, potest ea intentari
vel coram Judice ordinario, qui sententiam tulit, vel co-
ram Superiore, *Bart. in l. si expressim, num. 14. ff. de appell.*
Abb. in cap. in litteris, num. 6. & ibi Felin. num. 4. de offic. deleg.

Vant.

Vaut.in tract.de nullit.tit.coram quo possit &c.n.7. & 8. & alii apud Scac.qui communem dicit, in dict.qu.19.remed.1.conclus. 6.num.73.& seq. sed si sententia lata sit a Judice delegato, superior tantum de nullitate cognoscet, Bart.in d.l. si expres-
19 sim, n.14. ubi etiam dicit, quod Judex nullitatis non solum poterit super nullitate pronunciare, sed etiam super causa principali.

20 Sed quæres, quando nullitas censeatur deducta principaliter, & quando incidenter? Resp. quod censetur deducta principaliter, quando deducitur per se separatim ab appellatione, vel quando deducitur æquè principaliter cum appellatione, veluti, dico sententiam nullam, & si qua est, appello, vel quando appellans reservaret sibi jus dicendi de nullitate latè Scac.d.qu.19.remed.1.concl.3.num.2. & seq. Jord. d.tit.28. de nullit.num.5. & seq. incidenter verò deducitur, quando appellatur simpliciter a diffinitiva, non aliter expressa nullitate sententiæ, vel quando altera pars petit, iterum provinciari, seu sententiam ex eisdem actis reformari, dicens sententiam primò latam esse nullam: vel quando agitur de nullitate notoria, quia notoria nullitas habet naturam, ut indistinctè intelligatur deducta incidenter, ut dicunt citati Doctores.

21 Addit Bart.in dict.l.si expressim, num.12. quod incidenter etiam censetur deducta nullitas, quando is, contra quem petitur executio sententiæ, excipit de nullitate, sequitur Vaut.de Nullit.rubr. Quot.& quib.mod.nullitas &c. numer.20. Card. Alex.in cap.dilecto, nu.16.& 93.de appell. & alii apud Scac.d.q.19.rem.1.concl.3.n.19. Jord.d.lib.14.tit.28.numer.15.
22 ubi subdit, quod nullitas per viam exceptionis perpetuò deduci potest.

23 Notandum 6. quod statutum prohibens, ne possit dici de nullitate post certum tempus, putà post annum, excludit nullitatem ex eisdem actis, & ex defectu citationis, ita ut neque per viam exceptionis de nullitate quis agere possit, quia verbum, dicere, est commune, & comprehendit etiam exceptionem, Achil.dec.8.& 15.de Constit. Alex.consil. 105.lib.2.& cons.225.lib.6.Soc.cons.121.lib.3.Jas.cons.220.libr. 2.& alii apud Gratian.dec.March.151.num.2.& sequ. licèt secus esset, quando statutum se restringeret ad actionem, putà si dicat, quod post annum de nullitate agi non possit, quia tunc non excludit exceptionem, Rot.dec.941.par.3.lib. 3.Divers.

24 An verò statutum prohibens dicere de nullitate post certum tempus, locum habeat, quando nullitas est annexa cum spolio? negativè respondit Rot.dec.215.n.4.p.1.Divers.& dec. 130.num.10.par.7.Recent. ubi de statuto Urbis lib.1.cap.191. Cæs.de Grass.dec.1.de constit. quem refert Gratian.d.decis.151. num.5. ubi etiam dicit, quod Judex spoliat, quando nulliter procedit.

S U M M A R I U M.

1 *Jus dicendi testamentum nullum durat spatio 30. annorum.*
2 *Quid si filius, qui contra testamentum venit, querelam intentaverit, vel bonorum possessionem contra tabulas, & num.5.& 6.*
3 *Quando competat actio dicendi testamentum nullum, & num.5.& 6.*
4 *Censetur præteritus qui in testamento non est institutus, neque nominatim exhæredatus.*
7 *Præteritio facta a Matre, vel ab Avo materno habet vim exhæredationis, & n.9.*
8 *Quando mater habeat jus dicendi testamentum nullum, & quando necesse habeat intentare querelam.*
9 *An præteritio Patris pro exhæredatione habeatur.*
10 *Quando Pater jus habeat dicendi testamentum nullum, vel intentandi querelam, vel bonorum possessionem contra tabulas.*
11 *An fratres consanguinei, vel utrinque conjuncti ad querelam inofficiosi admittantur.*
12 *An filius sine causa præteritus possit etiam venire per contra tabulas.*
13 *Quid si testamentum alia ratione, quàm præteritionis esset nullum.*
14 *Bonorum possessio contra tabulas datur ad rescindendum testamentum.*
15 *Si unus ex filiis sit præteritus & alii inæqualiter instituti, an possit ille, cui minus relictum est, filio præterito tacente, impugnare testamentum Patris, & n.18.*
16 *Quid si filius præteritus postea approbaverit testamentum Patris.*
17 *Filio præterito tacente alius extraneus non potest nullitatem testamenti allegare.*
18 *Quid si filius, cui minus relictum est, agnoverit judicium defuncti.*
19 *Quinquennium intra quod intentari debet querela inofficiosi, non currit minori durante minori ætate.*
20 *Quando tempus querelæ, & tempus appellandi non currat.*
21 *An valeat testamentum si instituatur hæres pro parte filius spurius, & pro parte alius filius capax.*

C A P U T XCV.

Quamdiu duret jus dicendi testamentum nullum.

RESp. quod durat spatio 30. annorum, l.licet, ubi glos. 1
cod.de jur.delib. Bart.in leg.filio præterito, ff.de injust. rupt.& irrit.testam. Balb.in tract.de præscrip.in 4.par.4.princip.qu.21. Cancer.variar.lib.1.cap.4.de Testam. num.36. ve-
rum non semper filiis, qui contra testamentum veniunt com- 2
petit jus dicendi nullum: nam aliquando querela intentanda est, quæ minori spatio, hoc est quinque annorum tollitur, leg.si quis filium, cod.de inoff.testam. aliquando bonorum possessionem contra tabulas experiri debent, quæ per annum dumtaxat durat, leg.1.§.largius, ff.de Successor.edict. & quidem quinquennium, de quo in d.leg.si quis filium, non currit nisi a die aditæ hæreditatis leg.scimus, §.illud, cod.de inoff.testam. secus est in possessione contra tabulas, quæ competit etiamsi non sit adita hæreditas, leg.illud, ff.de bonor.poss.contr.tabul.& notat gl.in d.leg.scimus, §.illud, cod.de inoff.testam.

Sed pro majori intelligentia notandum est, quod actio 3
dicendi testamentum nullum, competit, quando filius fuit præteritus, vel exhæredatus non inserta causa legitima, juxta §.aliud quoque in Auct.ut cum de appell.cognosc. ubi causæ, ex quibus filius exhæredari potest, numerantur, l.maximum vitium cod.de liber.præter. & in hoc nulla est differentia inter filium in potestate constitutum, & emancipatum, ut notat
Clar.in §.testamentum, qu.42. ubi etiam dicit, quod cense- 4
tur præteritus qui in testamento non est institutus, neque nominatim exhæredatus, etiamsi de eo in testamento alio modo mentio fiat.

Si verò filius adjecta causa fuit præteritus, suus quidem 5
dicit nullum, emancipatus verò habet necesse venire per bonorum possessionem contra tabulas, gl.in §.exhæredator, in auct.de Hæred.& falc. Bart.in dict.leg.filio præterito, num. 18.& seq.ff.de injust.rupt.& irrit.testam. & ita intelligendus est Ang.in §.1.num.9.& 13.instit.de Exhæred.liber. Cancer. var.lib.1.cap.4.num.33. & hæc est communis opinio teste Clar. ubi supra.

Sed si inserta causa legitima filius exhæredetur, oportet 6
eum venire per querelam, si filius sit in potestate; & si quidem causa probabitur, omninò repelletur, d.§.exhæredator, in auct.de Hæred.& falcid. aliàs testamentum rescinderetur quoad institutionem tantum: cætera namque firma permanent, auct.ex causa, cod.de liber.præter. emancipato vero datur bonorum possessio contra tabulas, & competit etiam querela post intentatam bonorum possessionem, leg. 2.ubi Doctores communiter, cod.de inoff.testam. Jas.in leg.fin. num.7.C.V.dict.liber. Anton. Gomez.de Success.cont.testam. num.34.& alii apud Cancer.d.par.1.cap.4.num.35. ubi dicit, quod hujusmodi bonorum possessio debet intentari intra annum, & postea querela intra quinquennium. Posthumus verò semper dicit testamentum nullum, quia contra eum nulla potest esse legitima causa exhæredationis Bart. loco cit. n.18.& 20.

Observa tamen, quod quando præteritio fit a matre, vel 7
ab avo materno, tunc nulla est differentia inter præteritionem, & exhæredationem, quia talis præteritio exhæredationis vim habet, ff.mater instit.de exhæred.liber.

Observa 2. quod si mater prætereatur, vel exhæredetur a 8
filio sine causa, testamentum erit nullum; si verò cum causa, tunc necesse habet intentare querelam, sive prætereatur, sive exhæredetur, quia talis præteritio similiter habetur pro exhæredatione, l.cum filium, ubi Sal.& alii communiter, cod. de inoff.testam.

Habetur autem pro exhæredatione præteritio matris, & 9
non patris, quia descendentes ex linea paterna dicuntur Domini in vita, & ideò nisi pater eos exhæredet, sive dominio privet, non potest alium facere hæredem; descendentes verè ex linea materna non dicuntur Domini in vita, nec continuari dicitur in eis dominium, meritò præterire est idem quod exhæredare, Bart.in l.pater filium, num.5.ff.de inoff.testam.

Item

10 Item si pater, vel Avus paternos sine causa a filio præteritus, vel exhæredatus fuit, testamentum est nullum; si verò cum causa, & tunc si pater fuit exhæredatus, erit locus querelæ; si verò præteritus fuit, distinguendum est, nam si prætereatur a filio in potestate constituto, testamentum est nullum: si verò prætereatur a filio emancipato, habebit bonorum possessionem contra tabulas, *juxta l.1. ff.si a paren. quis manu.fuer.ita Bart.in d.l.filio præterito, n.21. & seq.ff.de injust.rupt.& irrit.testam.* quod intellige, quando filius in potestate constitutus testatur de bonis castrensibus, vel quasi, de quibus testari potest *juxta l.fin.cod. Qui testam. facer. poss.* secus si testatur de adventitiis, vel profectitiis: de his enim testari non potest, & sic testamentum est ipso jure nullum ex defectu personæ testantis, *l.nemo ex lege, cod.eod.tit.l. qui in potestate, ff. de Testam.*

11 Fratres quoque consanguinei, vel utrinque conjuncti ad querelam inofficiosi admittuntur, sive sint præteriti, sive exhæredati, dummodo turpis persona sit instituta, & causæ ingratitudinis cessent, quæ ponuntur *in §. ingratitudinem, auth.de Nupt.* interim verò excluduntur omnino, *l.Fratres, ubi glos.& DD.cod.de inoff.testam.*

Notandum tamen est, quod frater, cui aliquid fuit relictum, non rumpit in totum testamentum, in quo fuit instituta turpis persona, sed agere tunc posset per viam querelæ tantum ad supplementum legitimæ, quæ in tali casu est quarta illius portionis, quam habuisset ab intestato, *juxta l.cum quæritur, cod.de inoff.testam.* quamvis legitima ascendentium, & descendentium hodie aucta fuerit, cum sit triens vel dimidia secundùm numerum liberorum, ut *in auth. novissima, cod.eod.tit.de inoff.testam.* unde in tali casu testamentum rumpitur quoad institutionem, sive vitiatur institutio quantùm ad legitimam, & legata solvuntur, *ita Ang. in l.1. ff.de inoff.testam. Alex.in l.si patroni, §.actiones n.6. ff.ad Trebell.* præsertim si adesset clausula codicillaris, per quam venientes ab intestato gravati sunt restituere hæreditatem hæredi scripto, & *ita judicavit Sac.Consilium Neapol.teste Afflict. dec.125.& 204.* ubi etiam dicit, quod ista legitima est quarta pars, quando fratres sunt infra quatuor, aliàs esset semis, *latè Ceval.in Spec.opin.comm.con.comm.q.566.num.7.& seq.* secus si fratri nihil relictum fuerit, quia tunc testamentum ruit in totum, etiamsi in illo adesset clausula codicillaris, nec substinentur legata *per auth.ex caus.cod.de liber. præter.* cum succedatur in tali casu ab intestato, *ita Dec.cons.561.Curtius jun.cons.136.lib.2.Paris.cons.64.vol.3.Ruin.cons.5.vol.3.& alii, quos refert Ursil.ad Afflict.d.dec.204.* subdens, quod fratri, si ipse etiam sit turpis persona, non competeret querela inofficiosi.

12 Notandum 2. quod filius tam in potestate, quam emancipatus sine causa præteritus potest etiam venire per contra tab. *l.quod vulgò ff.de bonor.poss.contra tab. Bart.in dict.l.filio præterito, n.18.& 19.ff.de injust.rupt.& irrit.testam.Clar. in §. testamentum, q.43.vers.sed pone Cancer.var.p.1.c.4.de Testam. n.26.& 34.*ubi dicit, quod si testamentum alia ratione, quam
13 præteritionis esset nullum, hoc remedium intentari non posset: quia cum bonorum possessio contra tabulas detur ad re-
14 scindendum testamentum, *juxta l.1.ff.de l.præst.* quod nullum est, regulariter rescindi minimè potest, cum non entis nullæ sint partes, neque qualitates, *l. nam & si sub conditione, ff.de injust.rupt.&c.*

15 Notandum 3. quod si unus ex filiis sit præteritus, & alii inæqualiter instituti, potest ille, cui minus, quàm aliis relictum est, etiam ipso filio præterito tacente, impugnare testamentum Patris, & omnia reducere ad causam intestati, quia tale testamentum est ipso jure nullum, antequam impugnetur ab ipso filio præterito, ut *tradunt omnes in leg.posthumo, cod.de bonor.poss.cont.tab.latè Clar.in §.testamentum, q. 43.* ubi etiam dicit, quod statim defuncto patre acquiritur hujusmodi jus ad contra tabulandum, & sic reducendum omnia ad causam intestati.

16 Ex quo infertur, quod si filius præteritus postea approbaverit testamentum Patris, adhuc ille, cui minus est relictum, potest intentare bonorum possessionem contra tab. ex persona filii præteriti: quia filius præteritus per hujusmodi approbationem non potuit præjudicare juri alteri jam quæsito, & hæc est communis opinio, *Jas.in dict. lege posthumo, num.9.Boer.dec.96.num.8.& alii, quos refert Cancer.p.*
17 *1.cap.4. de Testam.num.28.& sequ.*subdens, quod filio præterito tacente alius extraneus nequit nullitatem testamenti allegare.

18 Si verò filius, cui minus relictum est, agnoverit judicium defuncti eo, quod debitum paternum pro hæreditaria parte persolvit, vel alio legitimo modo satisfecit, non poterit accusare ut inofficiosam voluntatem patris, dummodo major 25. annis sit, *leg.parentibus, cod.de inoffic. testament.*

Notandum 4. quod quinquennium, intra quod inten- 19
tari debet querela inofficiosi, non currit minori durante minori ætate, *leg.2. cod.in quib. caus. in integr.restit. necess. non est.*

Notandum 5. quod pendente quæstione nullitatis testa- 20
menti, non currit tempus querelæ, *l. contra majores, ubi Bald. Paul.de Castr. & alii, cod.de inoffic.testamen.* quemadmodum pendente quæstione nullitatis sententiæ non currit tempus appellandi, *Bar. Alber. & alii in leg. quamdiu, cod. Qui admit.&c. Tiraquell.de Retract.lignag.§.1.glos.10. num.40.*

Quæres an valeat testamentum, si instituatur hæres pro 21
parte filius spurius, & pro parte alius filius capax? Resp. affirmativè *Bero.con.163.n.44.vol.2.Alciat.cons.31.ante n.45.& n.48.lib.9.Rim.jun.cons.15.n.82.& 102.Socin.jun.cons.3.nu.11. & seq.vol.3.Ciriac.contr.529.n.50.& seq.* ubi dicit, quod in tali casu pars incapacis non acquiritur fisco, sed tota hæreditas debetur filio capaci.

S V M M A R I V M.

1 *Jus petendi revocationem attentatorum præscribitur spatio 30. annorum.*
2 *Quid si deducatur per viam exceptionis.*
3 *Agens pro revocatione hujusmodi, si illi certum tempus fuit assignatum, eo elapso non auditur amplius.*
4 *Quid sit, qui opposuit de attentatis, passus deinde fuerit, pronunciari super justitia sententiæ.*
5 *Deserta appellatione attentata amplius non revocantur: declaratur n.7.*
6 *Attentata post rem judicatam non possunt opponi.*
8 *Appellatio interposita in casibus, in quibus non licet appellare, non causat attentata.*
Quid si appellatio est nulla, ibidem.
9 *Revocatio attentatorum non petita in prima instantia, an peti possit in secunda.*
Et an peti possit post conclusionem in causa, ibid.
10 *Lapso termino ad docendum de prosequutione, an Judex a quo citra vitium attentatorum possit exequi suam sententiam.*

C A P U T XCVI.

Quanto tempore jus petendi revocationem attentatorum præscribitur.

Respond. quod præscribitur spatio 30. annorum, ut 1
post *Lancell. de attent.par.3. cap.23. numer.76.& sequ. tradit Jordan.Elucubr.divers. lib.14.titul.24. ut lit. pend. nih. innov.numer.177.& seq.* subdens, quod quando deducitur
per modum exceptionis, perpetuò durat, *l.pure, §.ult.ff.de* 2
Dol. except.

Observa tamen, quod agenti pro revocatione hujusmodi 3
fuisset assignatum certum tempus, eo elapso non audietur amplius, *Bart.in l.1.§.sed & si is, cui n.2.ff. de oper. nov. nunc. Paris.cons.41.n.37.vol.1.Lancell.2.p.cap.12. de Attent. appell. pend.n.3.limit.14.Rot.in Tarvisina feudi 9.Decembris 1624.coram Remboldo, & dec.77.n.5.coram Burat.ubi etiam Ferentil.*
n.10. idemque dicendum, si is qui opposuit de attentatis, 4
passus deinde fuerit, pronunciari super justitia sententiæ, ut *post Fel.in c.inter monasterium n.29.& seq.limit.8. de re jud.* dixit *Rot.coram eodem Burat.dec.72.n.4.* nisi instante eo, qui dedit de attentatis, causa super eis commissa fuerit: quia tunc attentatorum privilegio non censetur renunciatum, etiamsi attentans fuerit admissus ad probandum bonum jus, & illud probaverit, *Lancel.de attent.lit.pend.limit.16. num.14. Greg. dec.91.n.7.*

Observa 2. quod deserta appellatione attentata amplius 5
non revocantur, *Seraphin.dec.777.num.11.Jordan. d. lib.14. tit.24. de præscrip.num.400.Cavaler.dec.17.num.2.* ubi, quod
attentata post rem judicatam non possunt opponi: quod qui- 6
dem procedit: quando attentata commissa sunt post decem dies datos ad appellandum, secus si commissa sit intra decem dies, quia tunc revocantur etiam lite deserta, si non
per viam attentatorum, saltem via nullitatis, *Theodos.Rub.* 7
par.2.in ver.attentata, §.4. Seraphin. dec.229.num.3. etiamsi non fuerit intra decennium appellatum, *Burat.dec.59.nu.4. & 5.& dec.72.num.3.& dec.306.num.3.in fin.Ferentil. ad Bur.*
dec.63.n.14. Penia dec.425.num.9.Greg.dec.513. num.3. quod 8
intellige, dummodò causa sit appellabilis, *Cavaler. decis. 211.Rota Bononien.dec.76.num.1.Roland.cons.77.num.20.lib.2.*

Rot.

Rot. in Tarvisina feudi 15. *Januarii* 1624. *coram Remboldo prout refert Ferentil.ad Bur.dec.*63.*n.*12. *& seq.* ubi etiam dicit, quod appellatio nulla non suspendit sententiam, nec causat attentata.

9 Observa 3. quod revocatio attentatorum non petita in prima instantia peti potest in secunda, *Lancel.p.*2.*c.*4.*in præfat.n.*486.*& seq.Bur.dec.*72.*n.*6. quemadmodum, licèt revocatio attentatorum non possit peti post conclusionem in causa, hoc tamen procedit in illa instantia, secus in alia, *Greg. dec.*251.*n.*12.*Lancell.*3.*p.c.*23.*num.*50.*& seq. Mantic. decis.*33. *num.*19.

10 Observa 4. quod lapso termino ad docendum de prosequutione Judex a quo citra vitium attentatorum potest exequi suam sententiam, *Seraph.dec.*1335.*nu.*1. *post Fed.de sen. cons.*27.*n.*2.*Rot.dec.*13.*&* 25.*de appell. in nov.*

S V M M A R I V M.

1 *Actioni tutelæ non præscribitur nisi spatio* 30. *annorum: declaratur n.*4.*&* 5. *contrarium n.*7.
2 *Tutor & alii administratores eorumque hæredes usque ad* 30. *annos tenentur rationem reddere.*
3 *Quando incipiat hæc præscriptio.*
4 *Quilibet tutor, testamentario excepto, satisdare tenetur.*
5 *Quando Tutor hypothecavit sua bona, tunc actioni tutelæ non præscribitur nisi spatio* 40. *annorum.*
6 *Quid si extraneus possideret pignus.*
8 *Pupillus agere potest hypothecaria usque ad* 40. *annos pro rebus, quas ex bonis ipsius pupilli ad Tutorem pervenisse constat.*
9 *Tutor de dolo tenetur, etiamsi relinquatur liberatio a reddendis rationibus.*
10 *Dolus futurus remitti non potest, & n.*11.
12 *Hypotheca tacita, quæ datur in bonis Tutoris, incipit a die inchoatæ administrationis.*
13 *Judex non obstante liberatione a reddendis rationibus per testatorem relicta potest cogere tutorem ad conficiendum inventarium.*
14 *Legatum factum Tutori de omni eo, in quo ipsum ratione tutelæ condemnari contigerit, an prosit hæredi Tutoris.*
15 *Tutela pubertate pupilli de jure finitur, sed de consuetudine etiam post pubertatem durat.*
Officium Tutoris non finitur, nisi redditis rationibus, ibidem.
16 *Fidejussor Tutoris tenetur etiam pro administratis per tutorem post pubertatem pupilli attenta dicta consuetudine.*
17 *Quid requiratur ad effectum, ut quis privetur tutela, & alter præferatur.*
18 *Tutor tenetur conficere librum rationum etiam si ex dispositione Testatoris non teneatur conficere inventarium.*

C A P U T XCVII.

Actioni tutelæ quandiu præscribatur.

1 RESP. quod non præscribitur minori spatio, quam 30.
annorum; unde Tutor, vel ejus hæredes tenentur ra-
tionem reddere usque ad 30. annos, *l.Tutores, glos. & DD.*
2 *cod.arbitr.tut.* quod etiam locum habet in quibuscunque a-
liis Administratoribus, & eorum hæredibus, *Dec.cons.*464.
*Ruin.cons.*29.*num.*10.*& seq.lib.*5.*Boer.dec.*59.*n.*1.*Bero.q.*15.*nu.*
1.*&* 2.*Ludov.dec.Perus.*4.*n.*3.*Roman.cons.*414.*n.*1.*& alii apud*
*Gratian.discep.for.cap.*760.*num.*2.*& seq.* hæc autem præscri-
3 ptio incipit a die finitæ tutelæ, aut curæ, *Cancer.var. libr.*3.
*cap.*1.*n.*203.

4 Hoc tamen intelligendum est, quando tutor non promisit sub hypotheca bonorum suorum reddere rationem administrationis tutelaris, quia tunc ad reddendam rationem convenitur actione personali, *juxta l.neque, cod.Quib. non obiic.long.temp.præscrip.* cui præscribitur dicto spatio 30. annorum, *l.sicut, cod.de præscrip.* 30.*ann.* & sic hujusmodi præscriptio procedere potest quoad tutorem testamentarium, qui talem promissionem, & cautionem præstare non tenetur, ut notat *glos.singularis, in l.*1.*ver.idoneus, cod.Tutor.vel Curat. qui satis non ded.* subdens, quod quilibet alius tutor, testamento dumtaxat excepto, satisdare tenetur, ita ut neque mater, & Avia ab hujusmodi satisdatione eximantur, ut *d.Cancer.var.p.*1.*c.*7.*n.*38.*per tex.in §. fin. Auct. ut sine prohibit.matr.&c.*

5 Secus esset: ubi Tutor hypothecavit sua bona: quia tunc
actioni tutelæ non præscribitur, nisi 40. annorum curri-
culo, cum hypothecaria adversus debitorem, ejusque hæ-
redem possidentem non tollatur minori spatio, quam 40.
annorum: quicquid sit, quando extraneus possidet pi- 6
gnus, quo casu hæc actio ultra 30. annos non durat, *l.cum*
*notissimi, juncto §.*1.*cod. de præscrip.*30.*vel* 40. *Cancer. par.*
3.*cap.*1.*num.*198.*& seq.& hæc est communior sententia:* quam-
vis alii contrarium sentiant asserentes, quod Tutor hujusmo- 7
di actioni præscribere non possit, quia dicitur in mala fi-
de, cum habeat in manibus inventarium, & libros ratio-
num, ex quibus potest facile colligere, quid provenerit ex
redditibus pupilli, & in quo remaneat debitor, & ideò pro-
pter scientiam rei alienæ de jure canonico nunquam præscri-
bit, ita post *Surd.cons.*296. *tenet Grat.discep.for.cap.*52.*n.*14.
& 15.

Observa tamen, quod licèt Tutor testamentarius, vel qui 8
ad reddendam rationem minimè se obligavit sub hypotheca
bonorum, cogi non possit ad hujusmodi rationem reddendam
lapsis 30. annis: agere tamen posset pupillus hypothecaria
etiam usque ad 40. annos pro quantitatibus, seu rebus, quas
ex bonis ipsius pupilli ad Tutorem pervenisse constaret,
*Surd.dec.*184.*Cancer.var.p.*3.*c.*1.*n.*202. *& seq.per tex. in l.pro*
officio, cod.de admin.tut.

Observa 2. quod si relinquatur liberatio a reddendis ra- 9
tionibus, nihilominus tutor de dolo tenetur: non enim re-
mitti potest dolus futurus, quia aliàs daretur materia delin-
quendi, *leg.quidam decens ff. de admin. & peric. tut. & notat*
*Dilect. de art.testan.titul.*7.*caus.*2.*num.*3.*Cancer.par.*1. *cap.*7.*n.*
86. ubi dicit, quod in tali casu censetur tantum remissa ne-
gligentia, quæ tamen non sit talis, ut dolo comparetur;
unde non censetur remissa lata culpa, quia hæc compara- 10
tur dolo, *Bart.in l. Aurelio, §.Cajus, num.*4.*ff. de liber. leg. ex*
quo infertur, quod licèt testator legaverit Tutori omne id,
in quo tutelæ occasione eum condemnari contigerit, tale
legatum ab his illum non liberat, quæ dolo gessit, ut post
*Dec.cons.*178.*num.*3.*Barbos.cons.*48.*lib.*2. *Aym.cons.*193.*num.*9.
*& alios tenet Cancer. loco cit.num.*87. ubi etiam dicit, quod
per hujusmodi liberationem, non eximitur tutor a reliquo-
rum restitutione.

Et hoc quidem procedit, quando relinquitur liberatio ali- 11
cui pro administratione futura: tunc enim nunquam cense-
tur remissus dolus, etiamsi testator, vel contrahentes ex-
presserint, quod non teneatur quis de dolo, *l.conveniri, ff.*
de pact.dotal. secus esset, si relinquitur liberatio pro admi-
nistratione jam facta, quia in tali casu dolus remittere po-
test, *l.si unus §.illud, ubi glos.Bart. & alii, ff. de Pact.* & ita de-
bet intelligi *tex.in l.si quis rationes, ff.de liber.l. ut dicit Bar. in*
*d.l.Aurelio, §.Cajus, n.*8.

Observa 3. quod hypotheca tacita, quæ datur in bonis 12
Tutoris, incipit a die inchoatæ administrationis licèt non
habeat effectum, nisi demum eveniente tempore finitæ tute-
læ, vel ex quo Tutor incipit malè administrare, *leg.*1. *ff.de*
*Tut.& rat.dist.Soc.cons.*41.*n.*18.*lib.*4.*& cons.*62.*col.*1.*lib.*1.*Ne-*
*gus.de Pignor.*2.*p.membr.*4.*n.*12. *quos refert Grat. disc.for. cap.*
53.*n.*5.*&* 6.

Observa 4. quod Judex non obstante hujusmodi libera- 13
tione potest cogere Tutorem ad conficiendum inventa-
rium, si videat, damnum inde imminere pupillo, ut *tra-*
*dunt DD.in l.nemo potest, ff.de l.*1.*Aret.cons.*22. *Soc. cons.*193.
*lib.*2.*Dec.consil.*319.*col.*2. *& alii apud Crav. consil.*193. *num.*
10. etiamsi Testator confectionem inventarii Tutori in te-
stamento expressè remiserit, *l. in confirmando, & l.utilita-*
*tem, ff.de confirm.tut. Guid.Pap.dec.*352. *Clar.in §.testamen-*
*tum, q.*66.*in fin.*

Observa 5. quod legatum factum Tutori de omni eo, in 14
quo ipsum ratione tutelæ condemnari contingeret, non
proderit hæredi tutoris, qui Tutore defuncto condemna-
tus fuerit ad reddendam rationem, quia conditio impleri
non potest in persona hæredis, ut *notat Dilect. dicta cautel.*
2.*numer.*4. *per textum in l. qui Romæ, §. Augerius, ff.de verb.*
oblig.

Observa 6. quod licèt de jure tutela pubertate pupilli fi- 15
niatur, *§. Instit. Quib.mod.tutel fini.* officium tamen tuto-
ris non finitur, nisi redditis rationibus, *leg. ita autem, §. §.*
*post completum, ff.de Admin.tut. Seraph. dec.*82. ubi, quod
tutela non finitur per mortem pupilli, *Gail. lib.*2. *observ.*96.
*& ita de consuetudine servatur, ut dicit Cancer. var.p.*1.*cap.*7.*n.*
145.*& seq.& par.*3.*cap.*1.*num.*233. tutor enim etiam post pu-
bertatem pupilli non potest deserere administrationem tute-
larem, donec eam transtulerit in Curatorem, vel de Judi-
cis mandato in ipsum minorem, *l.un.cod. ut caus.post puber.*
adsit Tut.

Hinc fit, ut fidejussor tutoris teneatur etiam pro admi- 16

nistratis per Tutorem post pubertatem pupilli, *ut decisum refert idem Cancer. dict. par. 1. cap. 7. num. 146.* quia attenta dicta consuetudine fidejussores pro tota administratione fidejussisse censetur, quamvis de jure fidejussor non teneatur ad ea, quæ Tutor gessit post pubertatem, *ut est textus in leg. Lucius Titius Curator, §. Paulus, ff. de Admin. & peric. tut.*

17 Observa 7. quod ad effectum, ut quis privetur tutela & alter præferatur, sufficit tutelam non fuisse petitam intra quatuor menses, *Dec. conf. 16. in fin. quem refert, & sequitur Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. q. 5. n. 22.*

18 Observa 8. quod licet Tutor non teneatur conficere inventarium, si ità testator disposuit: tenetur tamen conficere librum rationum, aliàs contra eum jurabitur in litem, *Plot. de in lit. jurand. §. 1. num. 33. Gratian. discep. for. cap. 59. num. 13.*

S V M M A R I V M.

C A P U T XCVIII.

Quandiù jus petendi legitimam, ac ejus supplementum præscribatur.

PRæmittendum est, quod legitima descendentium de 1
jure communi est triens, vel semis secundum nume-
rum liberorum: nam si sunt quatuor liberi, vel pauciores,
legitima omnium est tertia pars bonorum defuncti: si sunt
plures, legitima est dimidia pars dictorum bonorum inter
eos æqualiter dividenda, *auct. novissima, cod. de inoffic. te-
stam.* ubi additur, quod sufficit eam relinqui quoquo reli-
cti titulo; verùm *hac auct.* quoad hoc correcta fuit per *auct.
ut cum de appell. cogn. §. aliud quoque capitulum*, ubi dicitur,
legitimam relinquendam esse titulo institutionis, *& ita te-
net Bart. ibidem, glos. in cap. 1. ver. instituit, de Testam. in 6.
Alex. in l. inter cætera, num. 2. & 3. ff. de liber. & posthum. & alii
communiter.*

Legitima verò Ascendentium olim erat quarta, sed ho- 3
die est triens, ut *tradunt omnes in d. auct. novissima, Bart. in l.
pater filium, n. 6. ff. de inoff. testam. Cancer. var. resol. p. 1. c. 3. de
legitima, n. 1. & 2.*

Hæc autem debetur juxta bona, quæ tempore mortis Pa- 4
tris, seu filii reperiuntur, *leg. cum quæritur, cod. de inoff. te-
stam. leg. in quantitate ff. ad leg. Falc.* deducto tamen ære alie-
no, *leg. subsignatum, §. bona, ff. de verb. sign. Viv. commun.
opin. 455. num. 7. in ver. legitima.* Unde augmentum, vel di- 5
minutio hæreditatis eveniens post mortem defuncti non au-
get, nec minuit filiorum legitimam, nisi augmentum, vel
diminutio post mortem Patris originem haberet in vita Te-
statoris, *Jas. in dict. auct. novissima, num. 6. Rom. sing. 128. &
alii apud Cancer. loco cit. numer. 20. Merlin. de legit. lib. 5. titul.
3. qu. 7. num. 33. & 47. Peregrin. de fideicomm. articul. 16. numer.
19. & sequ.* ubi dicit, quod hæreditas per Patrem non adi-
ta, transmissa in suos hæredes, & postea per eos agnita, 6
non auget hæreditatem quoad legitimam filio debitam: quia
hæreditas non adita per hæredem, interim non est in illius
bonis, nec illorum æstimationem auget, *leg. precio rerum,
ff. ad leg. Falc.* quamvis hoc non procedat in legato per Pa- 7
trem non agnito, & ad hæredes suos transmisso: hoc enim
auget hæreditatem etiam quoad augmentum legitimæ, *l. Li-
berto octoginta, ff. de Bon. liber.* quia emolumentum legati 8
acquiritur etiam ignoranti, *leg. cum pater, §. surdo, ubi Bart.
ff. de leg. 2.*

Ad quæsitum verò respondeo, quod jus petendi legiti- 9
mam, sive ejus supplementum spatio 30. annorum præscri-
bitur a die mortis Patris *Guid. Pap. decis. 82. Hondod. cons. 83.
num. 25.*

num.25.& 35.libr.1. Put.decis.132.lib.2.Gregor.decis.498. &
communem dicit Gabr.lib.5.tit.de præscrip.concl.8.n.2.& magis
communem dicit Merlin.de legit.lib.3.tit.3.qu.7.num.5.& lib.5.
*tit.3.qu.10.num.8.Viv.in ver.legitima, opin.*458. ubi etiam di-
10 cit, quod ex qualibet justa causa adversus hujusmodi præ-
scriptionem conceditur restitutio in integrum; quicquid in
11 contrarium teneat *Bart. in leg. si quis filium, ff.de inoff. te-*
stam. ubi dicit, quod jus agendi ad supplementum legitimæ
finitur quinquennio, eo quod jus hujusmodi succedat in lo-
cum querelæ, quæ ultra quinquennium non extenditur *per*
dict. textum nam hæc *Bart.* opinio communiter reiicitur,
quia querela non competit hodiè nisi illi, qui est exhæreda-
tus, vel pro exhæredato habitus; & ideo non competit ei,
qui in minus legitima est institutus, ac propterea in hoc ca-
su non habet locum querela, nec ejus præscriptio, *ut rectè*
*notat Paul. de Castr.cons.*109.*libr.*1. *quem refert Alexand.con-*
sil.8. numer.26.libr.3.Gratian.discep.for.cap.247. num.71. Jor-
dan. Elucubr. divers.lib.14.titul.24. de præscrip. nu.398. Greg.
decis.489.numer.5. ubi dicit, quod querela inofficiosi testa-
menti, & petitio supplementi legitimæ habent invicem op-
12 positam naturam, & contrarium effectum operantur: quia
querela prodita fuit ad annullandum testamentum: supple-
mentum verò legitimæ ad illud substinendum, *l.posthumus,*
§.si quis ex his, & l.Papinianus, §.si ex causa, ff. de inoff. te-
stam.& l.omnimodo, cod.eod.latè Balb.de præscrip. in 4.par.4.
princ.qu.23.

13 Nec obstat *textus in leg.fin. cod. de inoff. donat.cum ibi not.*
ubi quando agitur ratione inofficiosæ donationis, vel quia
nihil habeat filius, vel non habeat integram legitimam,
tollitur illud jus agendi quinquennio: quia hoc est exorbi-
tans a regulis juris communis disponentis, quod actiones
personales inductæ a jure civili sint perpetuæ, & non tol-
lantur regulariter tam brevi tempore, & ideò non debet ex-
tendi ad casum, quando filius institutus in re certa agit ad-
versus hæredem ad supplementum legitimæ, *leg. quod ve-*
rò, ff. de legib.& trad. idem Alex. cons.128. num.5. verses fin.
lib.1.

14 Observa tamen quod præscriptio *d. leg.fin.* non currit nisi
post scientiam inofficiosæ donationis, *Rota apud Pacif. de*
Salv.interd.dec.160.n.12.& 13.

15 Observa 2. quod quinquennium, de quo loquitur textus
in d.l.si quis filium, non incipit currere nisi a die aditæ hære-
ditatis, *l.scimus, §.illud cod.de inoff.testam.Alex.d.cons.128.n.*
5.vers.quia ad hoc respondetur.

16 Observa 3. quod querela inofficiosi datur etiam fratri
contra fratrem instituentem concubinam: quemadmodum
datur, si fuisset instituta meretrix: ad hunc enim effectum
æquiparantur meretrix, & concubina, cum utraque sit tur-
pis persona, & infamis, *Dec.cons.530.n.3.& seq.Ang.cons.177.*
Ruin.cons.5.num.10.in fin.lib.3. & alii apud Grat. discep.for.c.
863.num.9.

17 Sed quæres, an præscriptio statutaria locum habeat in le-
gitima, vel ejus supplemento? Respond. negativè, tum
quia pro ea competit petitio hæreditatis, quæ est mixta; &
statutaria præscriptio non habet locum in actionibus mixtis:
tum etiam quia dispositio generalis regulariter non com-
prehendit legitimam tamquam speciali nota dignam; Un-
de in renuntiatione generali non venit legitima, neque ejus
supplementum, *arg.leg.si quando, §.& generaliter, cod.de*
inoff.testam. Balb.de præscrip.in 4.par.4. princip.qu.23.Cornel.
cons.264.num.2.lib.1.Gabr.cons.8.nu.14.& seq.lib.1. Rot.coram
Card.Cavaler.decis.256.& coram Gregor.dec.489.num.15. &
ibidem Beltramin.num.16. ubi dicit, quod non obstante sta-
tuto Urbis *de præscrip.16. annorum*, filius intra 30. annos
adhuc audiri potest pro legitima: quicquid in contrarium
sentiant *Ang.in leg.Papinianus, §.si conditioni, ff.de inoff.te-*
stam.Boer.dec.250. & alii apud Merlin.de legit.lib.5.tit.3.q.10.
num.19.

18 Quæres secundò, an hoc jus petendi legitimam sive ejus
supplementum transmittatur ad hæredes? Respond. quod
transit ad hæredes etiam extraneos, etiamsi filius in ultra le-
gitimam, vel supplementum non petiisset, *Salic.in l.scimus,*
cod.de inoff.testam.Dec.cons.81.& 303.Alex.cons.55.& 250. lib.
2.quos refert Cravet.cons.312.n.5. & sic est debita eo tempore
cum non transmittantur ea, quæ non sunt debita, prout ju-
ra conditionalia, *Menoch.cons.77.lib.1.Aym.cons.312.num.5.*
Cephal.cons.56.n.21.latè Grat.discep.for.cap.271.n.7.& 14. ubi
etiam dicit, quod publicatur statim ac filius deliquit post
mortem Patris, etiamsi illam ante delictum, vel sententiam
non petierit.

19 Idem videtur dicendum de supplemento dotis, quando
dos succedit loco legitimæ *d not.per Bart. in dict. leg. si quis fi-*
lium, in fin.Gregor.decis.489.num.17.& decis.565. ubi dicit,
quod in statuto exclusivo fœminarum regulariter dos suc- 20
cedit loco legitimæ: quod verum est, quando statutum ex-
cludit filias non simpliciter, sed cum qualitate dotationis;
secus si statutum excluderet filias simpliciter, & postea man-
det, eas dotari, hoc enim casu loco legitimæ non succede-
ret, *juxta distinctionem Castren. in leg. Titio centum §. Titio*
genero, ff.de condit. quam latè comprobat. Soc. Sen. cons.13.nu.
12.lib.3.Gabr.cons.11.num.4.& 5.lib.1.Joseph.de sess.dec.26.nu.
58.& seq. & sequuta fuit Rot.dec.540.p.1.Divers.& in Romana
de Lante 1. Februarii 1577.coram Robust.& in Cesenaten.bono-
rum 26. Junii 1591. coram Seraphin. in impress. dec.959. & in
Perusina dotis 21. Maii 1602. coram Millino, & in Firma-
na legitimæ 30. Octobris 1627. coram Ubaldo, prout refert
Beltram. ad Gregor.dicta decis.565.num.11. ratio diversitatis
est, quia in primo casu cessante dote eis præservata est suc-
cessio ab intestato, & ideo dos loco legitimæ succedit: in
secundo verò casu non est permissa successio ab intestato,
& ideo dos non succedit loco legitimæ, *Rot.dec.399. num.32.*
& seq.par.5.tom.1.recent. ubi *numer.36.* additur quod quan- 21
do dos succedit loco legitimæ, tunc detrahenda est ex ipsa
legitima, non autem ex fideicommisso, *Honded.cons.63. n.*
125.& sequ. lib.1. ubi dicit, quod quando dos succedit loco
legitimæ, non detrahitur tamquam æs alienum, sed ex ter-
tia seu medietate debita masculis pro legitima, *Rot.dec.266.*
num.3.par.1.Divers. ubi, quod dos succedit etiam loco le- 22
gitimæ, quando filia fuit a Testatore agnita ut sua, putà si
testator filiam instituerit in dote, seu in aliqua quantitate et-
iam pro legitima, aut aliter de legitima fecerit mentionem,
ut sensit etiam Bero.cons.155.num.44.lib.2.Paris.cons.53.numer.
78.& seq. lib.3. & alii apud Honded.cons.53.num.12. lib.2. Ce-
phal.cons.165.num.27. & 28. ubi quod sicut supplementum 23
legitimæ debetur cum fructibus, ita etiam supplementum
dotis congruæ.

Quæres 3. an filius, cui pater in vita legitimam assigna- 24
vit, si bona ante obitum patris augeantur possit post mor-
tem Patris agere ad supplementum? negativam partem te-
nent *Bart. & alii in leg.fin.ff.de pact.Bald.in l.fin.cod.de usur.*
rei jud. & alii apud Grammat. dec.57. num.36. asserentes,
in tali casu tempus legitimæ traditæ, non autem mortis, in-
spiciendum esse, *& communem dicit Ceval.in spec.opin.comm.*
con.comm.q.204.n.3.

Verùm hæc opinio communiter reiicitur; & ideò pote- 25
rit filius de bonis auctis petere supplementum; nisi hujus-
modi juri cum juramento renuntiaverit: quia tunc nihil
petere posset ratione juramenti, *ita Alex.cons.180. num.1. &*
3.lib.5. Menoch.de arbitr.jud.cas.149.num.18.Viv. in ver. legi-
tima, opin.456. vers. in contrarium &c. ubi de communi, Pere-
grin.de fideicomm.art.36.num.17.Cancer.var.p.1.cap.3.de legit.
n.25.& 26. ubi addit, quod a tempore renunciationis non
autem a tempore mortis patris, currit præscriptio ad pe-
tendum supplementum, *Marant.disp.10. num.19. in fin.* ra-
tio est, quia hujusmodi assignatio videtur collata in tempus
mortis, quo tempore legitima debetur, *l.cum quæritur, cod.*
de inoff. testam.

Ex quo inferunt DD. communiter, quod in detrahenda 26
legitima filio debita inspicitur tempus mortis testatoris non
solum quoad quantitatem bonorum, sed quoad illorum va-
lorem; Unde si illorum valor successu temporis postea au-
geatur, augmentum spectat ad hæredem, & non ad filium,
ita Simon.de Pret.de interpr.ult.volunt.lib.3. dubit.5. solut.6.n.
11.& 12.Pancirol.cons.124.nu.31. Rimin.Jun.cons.148.& cons.
227.Beret.cons.101.per tot.& alii, quos refert, & sequitur Gio-
vagn.cons.3.n.5.& 14.lib.2.

Inferunt 2. quod diminutis paternis facultatibus pro rata 27
revocarentur assignata in causam legitimæ, ita ut mensura
reducatur ad quantitatem bonorum paternorum tempore
mortis, *Alex.in l.in ratione 2.n.7.ff.ad l.falc. Peregr. de fideic.*
art.36.n.18. ubi dicit, ea, quæ filius habuit conferenda, & 28
omnium æstimationem faciendam esse inspecto rerum valo-
re tempore mortis.

Si verò filius huic juri absque juramento renuntiaverit, 29
adhuc poterit supplementum petere, *l.si quando, §.1.cod. de*
inoff.testam.& tradunt cit.DD. quicquid in contrarium sen-
tiant *alii apud Grat.c.247. n.37.*

Idemque dicendum videtur de filia etiam competenter 30
dotata: hæc enim potest defuncto Patre petere supplemen-
tum, si dos fuerit minor legitima, vel Patris facultates au-
ctæ postmodum fuerint: quia mulier dotata ex dispositio-
ne juris communis non prohibetur petere supplementum
legitimæ post mortem Patris, nisi obstet renunciatio facta
cum juramento, vel statutum excludens mulieres dotatas
ab hæreditate paterna, *Rot. decis.538.num.2.par.3. in recent.*
Fontanell. de Pact.nupt.claus.5.glos.8.par.1.num.10.& 11. ubi

31 etiam dicit, quod si dos congrua non fuerit, poterit filia
vivente Patre petere supplementum dotis: quod alii intelli-
gunt, quando constaret de læsione enormi, vel enormissi-
ma: tunc enim esset locus supplemento, *ita Ruin. conf.98.
num.4.libr.2, Menoch de Arbitr.cas.149.num.15.Dec.conf.102.
num.7. & alii apud Gratian.discep.for.cap.148.numer.13. &
sequ.* ubi etiam notat, quod stante enormissima læsione com-
petit restitutio etiam post quadriennium, *& decis.March.27.
num.10.* dicitur verò enormis læsio, quando dos est adeò
32 parva, ut colligatur, patrem fuisse in dolo, ut *post Corn.
conf.77.numer.3.& sequ.lib.2. Curtium Jun.conf.10. numer.1.
lib.1. Cephal.conf.208.numer.7.libr.2. Curt.sen. conf.27. &
80. Jas.conf.133.colum.antepen.libr.4. Soc.sen. conf.75. libr.3.
Boer.dec.62.number.11. & alios scripsit Honded.conf.10.libr.1.*
ubi etiam dicit, quod filiæ exclusæ a statuto non debetur
33 legitima, nec supplementum legitimæ, ut *sensit etiam Be-
ro.conf.51.numer.21.lib.1. Aym.conf.11.numer.13.& 14. quos
refert Rot. decis.36. apud Merlin. de legitim.* ubi, quod per-
sonæ exclusæ a successione ab intestato non debet compe-
tere aliquod jus petendi legitimam, aut illius supplemen-
tum, sive simus in casu testati, sive intestati: cum legiti-
ma nihil aliud sit, nisi tertia illius, quam quis consequu-
turus erat ab intestato; unde sublato jure succedendi ab
intestato, censeretur sublatum jus petendi legitimam, vel
ejus supplementum, *Marescot. variar.lib.2. cap.8.* ubi di-
cit, quod si ille institutus sit, qui ab intestato filiam exclu-
deret, eo casu filia prohibetur petere supplementum: se-
cus si alius sit hæres institutus, & non is, qui eam ab inte-
stato excluderet: quia tunc filia legitimæ supplementum
petere potest, *juxta opinionem castrens.conf.196.num.3. libr.1.
Alexand.conf.29.numer.6.lib.3. Rot. apud Pacif. dec.160.num.
7.& 8.* ubi subdit, quod si extant fratres masculi tempore,
quo soror renunciat, præsumitur facta renunciatio Patri
34 propter dictos fratres masculos: unde illis decedentibus
deficit renunciatio, *arg.leg. quod Servius, ff. de condict.
caus.dat.*

35 Notandum est autem, quod quando renunciatur paternæ
hæreditati ipso Patre vivente, tunc læsio tempore renuncia-
tionis attenditur: secus esset, ubi eidem hæreditati renun-
tiatur post mortem patris, quia tunc læsio tempore mortis
patris consideranda est, *juxta l. cum quæritur, cod. de inoffic.
Testam.Rot.coram Pen.dec.376.*

36 Quæ verò dicatur dos congrua, arbitrio Judicis remitten-
dum est, qui inspicere debet vires patrimonii, numerum
filiorum, dignitatem familiæ, qualitatem viri, & consue-
tudinem regionis, *Greg.dec.63.n.11.Card. Cavaler. dec.260.
n.2.& 3.& dec.298.n.4.* ubi etiam dicit, quod dos data a pa-
tre præsumitur congrua, quare aliquando dos taxari debet
37 ultra legitimam, aliquando infra legitimam, prout atten-
tis supradictis circumstantiis prudens judex judicabit, *Hond.
d.conf.10.n.31.lib.1.Rot.apud Pacif.de Salu.interd.dec.160.nu.
7.Fontanell.loco cit.n.6.*

Notandum 2. quod ubi filia supplementum petere potest,
legitima est supplenda a solis hæredibus, non autem a lega-
tariis, qui res hæreditarias possident, dummodo hæredes
supplere possint hujusmodi legitimam ex rebus hæreditariis:
quia si hæreditas non esset solvendo, liceret filiæ agere con-
tra legatarios, *Maresc.var.lib.2.c.8.n.5. & seq.ubi citat Imol.
& Alex.in l.in quartam, ff.ad l.falc.Ang.in l.Papinianus, §.si
conditioni,ff.de inoff.testam.Bald.in l.suus quoque ff.de Hæredit.
instit.Afflict.dec.161.n.7.Dec.conf.81.in fin.Corn. conf.190. lib.2.
Ruin.conf.57.lib.2.*

38 Alii tamen Doctores supradictas contrarias opiniones
fœdere distinctionis conciliare conantur, ut prima proce-
dat, quando pater validè, & irretractabiliter legitimam fi-
lio assignavit considerata quantitate bonorum, & numero
liberorum eo tempore existentium: tunc enim neque aug-
mentum, neque diminutio bonorum paternorum postea su-
perveniens attendi debet, nec posset filius aliud consequi su-
per bonis patris, dummodò filius non emancipatus cum ju-
ramento, & emancipatus etiam sine juramento juri agendi
ad supplementum renunciaverit. Secunda verò procedat,
quando assignatio facta fuit non attenta ea bonorum quanti-
tate, neque numero filiorum, vel minus validè: hoc enim
casu legitima assignanda est juxta quantitatem bonorum pa-
ternorum tempore mortis, *ita Jas. in leg. si quando §.1. cod.
de inoffic.testam.Purpur.conf.307.numer.4. Boer. decis.62. nu-
mer.14. Cravet.conf.114.numer.16.Bero.qu.fam.45. Menoch.
conf.71.num.29.& in tract.de Arbitr.Jud.cas.149.num.18.Rim.
jun.conf.227.numer.8.Gabr.conf.137.numer.2.lib.1. Surd. conf.
488.numer.37.libr.4.Ruin.conf.56.numer.7.lib.3. Decia.conf.54.
num.15.lib.1.Castill.de usufruct.cap.64.num.13.Merlin.de legi-
39 tim.lib.5.tit.3.qu.7.num.36.& seq.* ubi etiam asserit, quod hæc
assignatio, si fiat absque juramento filio existenti in pote-
state, revocari potest ad libitum Patris, secus si fiat filio e-
mancipato etiam sine juramento, vel filio in potestate cum
juramento.

An verò cogi possit Pater in vita legitimam filio assigna- 40
re? Respond. quod potest quidem, si velit, *juxta leg.si non
mortis, ff.de inoff.testam. & est communis opinio teste Castil. de
usufr.cap.64.num.12.* sed ad id cogi regulariter non potest,
l.1.§. si impuberi, ff.de coll. bon. infrascriptis casibus exceptis,
quorum.

Primus est, ubi pater dilapidaret, & consummaret res 41
suas, tunc enim pro alimentis congruam portionem filiis as-
signare compellitur, *secundùm Bald.in leg.2. num.3. vers.sed
pone, cod.si in fraud. Patron.* ubi addit, quod bona sic assi-
gnata affecta sunt pro alimentis, & legitima, ita ut a pa-
tre aliis obligari nequeant, *& hanc sententiam sequuntur Jas.
in leg. si constante, numer.147.ff. sol.matrim. Roma. in leg.2. §.
quod si in Patri ff. eod. titul. Boer.decis.61.numer.17.& 18. Mo-
lin de Hispan. Majorat. lib.1.cap.16.numer.9. & alii apud Pe-
regr. de fideicommiss. artic.36.numer.16. Merlin. de legit. libr.5.
titul.3.quæst.6.numer.16.& sequ.* ubi dicit, quod Patre dila- 42
pidante filio assignari debet legitima excorporanda de bo-
nis patris *Surd. de Alim.titul.8.privilegio 26. numer 5.* ubi et-
iam dicit, quod patri dissipanti bona adventitia filii admi-
nistratio aufertur & datur filio; quemadmodum si Pater di- 43
lapidaret bona restitutioni subjecta, cogeretur ante tempus
filio restituere, *dict.leg. Imperator, ubi Bart. ff. ad Trebell.
Gratian. discep. for.cap.44.numer.18. & sequ.* subdens, quod
in tali casu legitima non exigitur a patre ante diem, & obi-
tum illius, sed est potius quædam assecuratio, vel interdi-
ctio administrationis, *Rota coram Burat. dec.3.numer.9.* ubi,
quod Pater tunc non amittit dominium, sed tantum admi-
nistrationem.

Verum hoc procedit, quando pater ita dilapidaret ut ei 44
tamquam prodigo interdicenda esset administratio, ut *d.
Bald. in dicta leg.2.numer.3.vers.sed pone, cod.si in fraud. pa-
tron. Alex. in leg. Imperator, numer.13.in princ.ff.ad Trebell.*
vel si constaret de dolo, & culpa patris *secundum Merlin.di-
cta quæst.6.num.18. & sequ.* ubi etiam dicit, quod filius in
tali casu non revocat bona jam alienata titulo oneroso, ni-
si pater dilapidaverit totam substantiam, vel majorem ejus
partem.

Addit *Bart.in l.2.ff.de Alim.& cibar.legat. quem refert Di- 45
lect.de Arte testan.tit.3.de liber.Instit.caut.17.n.7.* quod pater-
na bona filiis obligata sunt pro alimentis: & ideo agere pos-
sunt contra possessores eorumdem bonorum.

Hanc tamen sententiam alii meritò rejiciunt, quia bona 46
regulariter non sunt obligata pro alimentis, nisi quando ea
ex certo fundo relinquuntur, vel quando super aliquo fun-
do constituuntur, *l. Lucius, ubi DD.ff.de alim.& cibar.legat.*
tunc enim favore alimentorum non denegatur hypotheca
*Rom.conf.388.Corn.conf.296.vol.1.Natt.conf.21.num.18.Guid.
Pap.q.576.Greg.de pension.q.55.n.3.& alii apud Surd. de alim.
tit.8.privil.51.n.3.& seq.*

Secundus casus est, quando pater bannitus fuit in ære, 47
& persona: nam sicut eo casu legitima in confiscatione bo-
norum non comprehenditur, ita etiam filius vivente patre
poterit petere, ut segregetur legitima a publicatione bono-
rum; nec attenditur tempus mortis Patris, sed ipsius con-
demnationis, *leg.1.ff.de bon.damnat.leg.fin.cod.eodem Bald.
in leg.fin.cod.de bon.damn.Rol.conf.97.num.38.lib.2.Cueh. de le-
git fol.68.num.3.& alii apud Merlin.de legit.lib.5.tit.3.q.4.n.2,
& sequ.*

Immò addit *Boss.in tit.de bonor.public.n.10.* quod non tan- 48
tum legitima reservatur filiis, sed etiam totum patrimonium,
quando damnatus relinqueret magnum numerum filiorum,
*per textum in l.cum ratio, §.si plures, ff.de portion. quæ liber.
damnat. conced.*

Dixi *quando pater bannitus est in ære*, quia quando quis 49
efficitur bannitus simpliciter sine bonorum publicatione,
juxta auct.bona damnatorum, cod. de bon. proscr.seu damnat.
non competit filiis jus detrahendi legitimam, quia in tali ca-
su mors civilis non operatur eum effectum, quem mors na-
turalis: & ideò expectanda est mors naturalis patris, *ut rectè
advertit Merlin.ubi sup.d.q.4.in princ.*

Tertius casus est, quando statutum disponeret, quod Pa- 50
ter in ejus vita teneatur filio legitimam assignare, vel quod
pater debeat solvere, seu tradere legitimam pro delicto filii,
*secundum gl.in Rubr.cod.de decr.Decur.lib.10. Alex. in leg.lex
Cornel.n.8.ff.de vulg.& pup.subst. Marsil sing.362.& 481. quos
refert Viv.commun.opin.455.n.12.in ver. legitima, & opin.771.
in ver.statutum,* subdens, quod statutum hujusmodi nul-
latenus traheretur ad matrem.

Quar-

51 Quartus casus est, quando pater ingrederetur monaste-
rium: tunc enim possunt filii petere legitimam, quia pa-
ter habetur pro mortuo *gloss. in capite cum simus, ver. & bo-
na paterna extr. de Regular. Covar. in Epito. in cap. 2. numer. 7.
de Testam. Usq. in tract. de succes. process. tit. Qui testari non poss.
lib. 1. §. 1. num. 87. & alii, quos refert Viv. loco cit. d. opin. 455. n.
21. ubi dicit, hanc esse communem opinionem Canonistarum in
cap. in præsentia, de Probat. & ita etiam tenent Jo: de Ana.
in cap. 2. de Delict. puer. Abb. in cap. in præsentia, num. 18. &
seq. de probat. Duen. reg. 356. num. 6. Cuch. de leg. in rub. An au-
geatur, num. 17. Honded. cons. 60. vol. 2. & alii apud Merlin. de
legit. lib. 5. tit. 3. qu. 3. Rota in Tridentina legitimæ 31. Januarii,
1607. coram Ortembergo, & in Novarien. legitimæ 15. De-
cembris 1628. & 4. Aprilis & 11. Maii 1629. coram Ghisile-
rio, prout refert Ferentill. ad Burat. dec. 461.* ubi etiam di-
52 cit, quod gravatus sub conditione, si decesserit sine filiis,
emittentes professionem in Religione bonorum incapaci,
habetur perinde ac si naturaliter obiisset, ita ut non expe-
ctata illius morte naturali, apertum dicatur fideicommis-
sum substitutis, & vocatis post illius mortem, *latè Rot. dec.
6. p. 5. recent. Peregrin. de fideicom. art. 28. num. 63.* ubi id limi-
53 tat quoad bona per professum ante professionem vendita,
vel aliter alienata, ut interim durante vita naturali ipsius
professi emptor conveniri nequeat, quia mors civilis non
æquiparatur morti naturali in præjudicium tertii, *per doctri-
nam Bart. cons. 280. vol. 1.*

54 Quintus casus est, quando filii, vel filiæ Judæorum, vel
Infidelium ad Christianam fidem convertuntur: tunc enim
parentes tradere debent alimenta, legitimam, dotes, &
donationes propter nuptias, *Jo: de Ana. Felin. & alii in cap.
Judæi 2. de Judæis, Viv ubi supra opin. 455. n. 9. Genuens. in tr. de
Eccles. q. 607.*

55 Quæres 4. an, si filius legitimam sibi a patre assignatam
jam consumpsit, teneatur pater illam iterum post mortem
relinquere? Respond. quod si filius legitimam dolo, vel
culpa consumpserit, pater ei non tenebitur legitimam re-
linquere, secus si absque culpa consumpsit, *Bald. in leg. sci-
mus, num. 11. cod. de inoff. testam.* subdens, quod semper te-
nebitur pater filio alimenta præbere, *& in auct. quod locum,*
56 *cod. de collat.* ubi etiam dicit, quod si filia dotem sua culpa
amisit, ipsimet filiæ imputatur, si verò perdidit casu, tunc
eodem matrimonio constante non est iteratò dotanda, sed
eo dissoluto pater tenetur denuò dotare, cum filiæ nihil im-
putari possit, *& ita sensit Alexand. in leg. si cum dotem, §. 1.
num. 6. ff. solut. matrim. Paul. de Castr. cons. 80. numer. 3. volum. 1.
Cornel. cons. 40. lib. 3. Gregor. Lopez par. 6. titul. 15. l. 3. q. 1. & alii
apud Cancer. par. 1. cap. 3. numer. 30.* ubi dicit, quod si pater
filiam dotaverit, & maritus dotem consumpserit, ita ut so-
luto matrimonio nulla viri bona reperiantur, ex quibus dos
recuperari possit, idque acciderit absque culpa filiæ, pater
57 cogitur eam dotare, si sit in ætate nubilis & hoc intelligen-
dum est de culpa levi, vel majori, non autem levissima:
quia culpæ nomen a lege prolatum intelligitur de culpa levi,
vel majori, *ut dicit Bald. in dicta auct. quod locum, n. 5. cod.
de collat.*

S U M M A R I U M.

1 *Bona fisco delata quanto tempore præscribantur, & n. 3. 4.
5. & 6.*
2 *Quantum temporis detur fisco ad agendum contra tertium
sub prætextu quod bona illi fuerint concessa in fraudem.*
7 *Quanto tempore duret exactio condemnationum, quæ fiunt
jure Romanæ Ecclesiæ.*
8 *Libertas non solvendi collectas quanto tempore, & quan-
do contra fiscum, vel contra privatum præscribatur, &
num. 9. & 10.*
11 *Loca jure gentium publica tempore immemorabili præscri-
buntur.*
12 *Quo tempore præscribatur jus piscandi.*
13 *Quodnam tempus requiratur ad præscribenda Regalia.*
14 *Et ad consuetudines forenses collectandi inducendam.*
15 *Bona, quæ inciderunt in commissum, quanto tempore præ-
scribantur, & n. 19.*
16 *Quid si fraudata sit gabella.*
17 *Pupillus evadit pœnam commissi, si intra 30. dies sol-
vat.*
18 *Minor adversus commissum vectigal restituitur.*
20 *Fiscus activè contra alios quanto tempore præscribat.*
21 *An is, qui emit a fisco, possit a Domino, vel aliis jus in re
prætendentibus molestari, & num. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28.
29. & 30.*
31 *Textus in l. omnes, & leg. benè a Zenone, cod. de Quadrien.
Antonell. de Tempore.
præscript. an procedant in favorem ecclesiarum, & nu-
mero 32.*
33 *Et an procedant contra minores, & in præjudicium do-
tis,*

C A P U T XCIX.

Quanto tempore bona fisci præscribantur.

Dico 1. quod bona fisco delata, vel propter delictum, 1
vel quia aliquis decessit sine hærede, nondum in pa-
trimonium fisci incorporata spatio quatuor annorum præ-
scribuntur, si sunt nunciata fisco *l. intra quatuor, ff. de Di-
vers. & temp. præscrips.* ubi etiam, quod quadriennium hu-
jusmodi non incipit currere ex opinione hominum, idest ex
tunc, quando credunt, esse vacantia, sed ex tunc, quan-
do nemo vult succedere ex testamento, vel ab intestato, ut
quia omnes repudiaverunt, *ut notat etiam gloss. ibidem in ver.
quadriennii, & constat etiam ex l. 1. cod. de Quadrienn. præscr.*
item quando fiscus agit contra tertium sub prætextu quod
bona illi fuerint concessa in fraudem, agere debet infra an- 2
num utilem, cujus loco datur hodie quadriennium conti-
nuum, quo tempore præscribuntur etiam omnes actiones
revocatoriæ, *leg. 1. ff. Quæ in fraud. cred. Farin. de Delict. &
Pœn. q. 25. num. 164. quem refert Jordan. lib. 14. titul. 24. de præ-
scrip. num. 379.* si verò non sunt nunciata fisco, mobilia qui- 3
dem triennio, immobilia decennio inter præsentes, & vi-
cennio inter absentes cum titulo, & bona fide præscribun-
tur, *l. quamvis, ubi Bart. Paul. de Castr. & alii, ff. de usucap.
gl. in d. l. 1. ubi etiam Bald. cod. de Quadrien. præscrip. Peregr.
de jur. fisc. lib. 6. tit. 8. numer. 31.* sed sine titulo præscribuntur
spatio 20. annorum, sive mobilia sint, sive immobilia, *l. in* 4
*omnibus, ff. de Divers. & tempor. præscrip. gloss. in d. l. quamvis,
in princip. & in l. 1. §. fin. ff. de jur. fisc. Peregrin. loco cit. nu. 32. &
alii apud Gratian. discept. for. cap. 52. num. 2. & seq.* ubi dicit, 5
quod elapsis 20. annis fiscus non potest exigere pœnam, et-
iamsi delinquens esset in mala fide, quia pœnæ in foro con-
scientiæ regulariter non debentur, *secundùm communem Do-
ctorum sententiam.*

Dico 2. quod bona fisco incorporata spatio 40. annorum 6
præscribuntur, *l. omnes, & l. comperit, cod. de præscr. 30. vel
40. ann. §. res fisci, inst. de usucap. gloss. in dict. l. in omnibus, ver.
tempora, Jordan. d. lib. 14. tit. 24. de præscrip. num. 378. vers. sed
casus iste, Balb. de præscrip. in 2. p. 5. princ. q. 1.* subdens, quod
exactio condemnationum, quæ fiunt jure Romanæ Eccle- 7
siæ, durat usque ad 100. annos, *per text. in cap. 2. de præscri-
pt. in 6.*

Similiter libertas, seu immunitas non solvendi collectas 8
contra fiscum, seu Remp. non præscribitur minori spatio
40. annorum, dummodo dicto tempore factæ fuerint impo-
sitiones collectarum generaliter, & tamen non fuerint solu-
tæ per allegantes immunitatem, & concurrat titulus colo-
ratus, ut concessio immunitatis, licèt invalida *l. fin. vers. hoc
etiam adiiciendo, cod. de fund. patrim. lib. 11. l. omnes, cod. de pr-
scrip. 30. vel 40. ann. & probat Bart. in l. licitatio, §. earum, ff. de
Publican. Alex. cons. 30. n. 12. & seq. vol. 5. Balb. de præscrip. in
2. p. 5. princ. qu. 5. & 7.* ubi etiam dicit, quod tempus 40. an-
norum incipiet currere a tempore impositionis primæ colle-
ctæ, *latè Mascard. de probat. concl. 884. num. 6. vol. 2.* si verò
non intervenit aliquis titulus coloratus, tunc ad præscri- 9
bendam libertatem ultra lapsum 40. annorum, ut supra, re-
quiritur 1. quod prætendens talem præscriptionem probet,
se fuisse aliquo tempore requisitum, ut collectas solveret:
2. requiritur aliquod factum præscribentis, idest contradi-
ctio, & recusatio solvendi: 3. requiritur bona fides, quæ
saltem debet allegari: 4. requiritur, quod probetur scien-
tia, & patientia Communis: aliàs non præscriberetur li-
bertas in tali casu, *ita Balb. loco cit. d. q. 7. in fin.* ubi etiam di-
cit, quod bona fides præsumitur in dubio ex cursu tanti tem-
poris, *latè Mascard. concl. 884. n. 2. de probat. vol. 2. ubi citat
Rip. in respons. 14. n. 24. de l. & long. consuet. lib. 1. Curt. Jun. cons.
61. n. 37. vol. 1.*

Observa tamen, quod immunitas, seu libertas hujusmo- 10
di non solvendi collectas contra privatum præscribitur spa-
tio decem annorum, si ad eum spectet exactio ex privilegio,
vel consuetudine, *Bart. in d. §. earum, Rosenth. de feud. cap. 5.
concl. 17. Bald. cons. 125. vol. 1. & cons. 465. vol. 4. Corn. cons. 44.
vol. 2. & consil. 22. volum. 3. & alii apud Balb. ubi supra in 2. p.
5. princ. q. 5.*

Dico 3. quod loca jure gentium publica non præscri- 11
buntur nisi tempore, cujus initii memoria non extat, *l. fin.
ff. de usucap. leg. usum aquæ, ubi gloss. cod. de Aquæduct. lib. 11. l.
hoc jure §. ductus aquæ, ff. de aqua quot. & æst. cap. super qui-*

busdam, §. præterea, de verb. sign. Aret. in §. flumina, instit. de
Rer. divis. ubi dicit, quod Veneti, & Januenses per tantum
tempus præscripserunt gulfum eorum maris, *Balb. in tract.*
de præscrip. in 4. par. 5. princ. q. 6. num. 5. & seq. ubi, quod eodem
12 tempore immemorabili præscribitur jus piscandi: idemque
tempus requiritur ad præscribenda Regalia, *Anchar. cons.*
13 310. *col. 3. Peregr. cons. 28. n. 5. vol. 1. Bero. cons. 136. vol. 3. Barz.*
dec. ult. num. 2. Bec. cons. 15. n. 6. 12. & 24. Sixtin. de Regal. libr. 1.
14 *cap. 5. num. 137. & seq. quos refert Ciriac. contr. 178. num. 53.* &
ad consuetudinem forenses collectandi inducendam, *Cravet. de antiquit. temp. p. 4. §. materia ista singularitatis, num. 33.*
Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 83. quamvis in hoc contrarium
sentiat *Alex. cons. 68. n. 12. vol. 2. Balb. de præscr. in 2. p. 5. princ.*
q. 6. ubi, quod jus collectandi forenses præscribitur spatio
10. annorum.

15 Dico 4. quod bona, quæ inciderunt in commissum ob tributum, vel vectigal non solutum, vel ob aliam causam,
quinquennio contra fiscum præscribuntur, *l. 2. cod. de Vectigal. & com.* unde si statutum jubeat, quod assignentur bona
in catastrum, aliàs habeantur pro publicatis, intra quinque
annos fiscus procedere potest, non post, *Bart. in l. commissa,*
ff. de Publican. & Vectigal. Alex. cons. 216. n. 6. lib. 6. Peregr. de jur.
fisc. lib. 6. tit. 8. n. 38. Bertaz. cons. crim. 9. num. 3. Franc. Marc. dec.
422. n. 3. p. 2. Roman. sing. 453. & alii apud Ciriac. contr. 370. num.
60. & seq. lib. 2. Mascard. de Probat. conclus. 836. vol. 2. ubi et-
16 iam dicit, quod si fraudata est gabella, non potest agi post
quinquennium: quod intelligendum est, dummodo incorporatio facta non fuerit, ut *d. Jord. loco cit. n. 377.* ubi addit,
17 quod pupillus evadit pœnam commissi ipso jure, si intra 30.
dies solvat *juxta leg. Imperatorer, §. fin. ff. eod. titul. de Publica.*
18 *& Vectigal.* quemadmodum etiam minor adversus commissum vectigal restitui debet, *leg. si ex causa §. penult. ff. de minor.*

19 An verò lapsus quinquennii prædicti obstet fisco, quando
fiscus ignorabat commissum? Resp. quod aut delictum est
ita occultum, ut de jure, ac de facto sciri nequeat & tunc
nulla currit præscriptio: aut adhibita diligentia sciri potuit,
& tunc obstat præscriptio prædicta, ut *post Farin. q. 10. n. 12.*
distinguit Ciriac. d. contr. 370. n. 63.

20 Notandum tamen est, quod fiscus activè contra alios præscribit communi tempore, quo præscribit privatus: in hoc
enim non reperitur privilegiatus, ut *observat Peregr. de jur.*
fisc. lib. 6. tit. 8. n. 47.

21 Notandum 2. quod si fiscus aliquam rem vendiderit, seu
alienaverit emptor non potest a Domino, nec ab aliis jus in
re prætendentibus inquietari, sed conveniendus est fiscus
intra quadriennium, quo elapso extinguitur actio *leg. omnes*
cod. de Quadrien. præscr. Bald. in leg. benè a Zenone, cod. eod.
tit. Aret. in §. fin. instit. de usucap. ubi dicit, hoc esse speciale, quia aliàs regulariter actio in rem datur contra possessorem, *ut in l. 1. cum ibi not. cod. ubi in rem act.* quod locum ha-
22 bet etiam in rebus donatis, seu alio titulo alienatis ab Imperatore, & ab Augusta, vel eorum procuratoribus *d. l. benè*
a Zenone, & in §. fin. instit. de usucap. Idemque privilegium
extenditur quoque ad alios Principes, qui vel ex privilegio,
vel ex consuetudine non recognoscunt superiorem, & habent jura supremi Principis, sive vendant ipsimet Principes sive eorum officiales, dummodo specialiter ad vendendum sint constituti, *Alex. cons. 52. num. 9. lib. 7. latè Peregr. de*
jur. fisc. lib. 6. titul. 4. de vend. & empt. fisc. num. 17. Balb. de præscr. in 2. par. 5. princ. q. 8. num. 1. & 2. Ceval. in Spec. opin. commun.
con. comm. qu. 823. Gabr. comm. concl. lib. 5. tit. de Acq. poss. concl.
2. num. 10. & seq.

23 Observant tamen Doctores, quod ut dispositioni *dictarum legum* locus sit, requiritur primò, ut fiscus, seu Princeps vendat, seu alio titulo rem alienet: secus si tantùm
cesserit jura, quæ habet super re: secundò, ut fiscus, vel
Princeps sit in bona fide credens rem, quæ aliena est, esse
suam, tertio, ut Princeps, vel fiscus rem alienatam possederit tempore alienationis, & illam transferat etiam ratione possessionis: quarto, ut Princeps alienans id agat de plenitudine potestatis, ita ut appareat, eum ex certa scientia
voluisse alienare rem alienam, & Domino, seu jus in ea habenti præjudicare: quinto, ut Princeps rem alienet cum debitis solemnitatibus, *ita Purpur. cons. 279. num. 9. & seq. libr. 1.*
Duen. reg. 238. Natt. cons. 38. n. 1. lib. 1. Abb. in c. penult. col. 9. de re jud. Bero. cons. 56. num. 16. lib. 3. & cons. 83. nu. 1. eod. lib. Curt.
Jun. cons. 142. col. fin. Rom. sing. 760. Dec. cons. 357. col. fin. Jas. cons.
34. col. 2. & fin. vol. 1. Barba. consil. 27. col. 2. vol. 4. Marian. Jun.
cons. 69. n. 65. vol. 1. Ruin. cons. 46. col. 4. vol. 1. & cons. 31. col. 6. vol.
7. Grammat. dec. 65. n. 33. & 48. Alex. cons. 53. col. 3. vol. 7. Balb.
de præscript. in 2. p. 5. princ. q. 8. Menoch. cons. 2. n. 333. lib. & alii,
quos refert, & seq. Gabr. d. tit. de acquir. poss. concl. 2. numer. 1.
& seq. Honded. cons. 38. num. 53. & seq. lib. 2. ubi etiam observat quod subhastatio exigitur in illis alienationibus, & casibus, quibus convenit, ut in venditione, aut alienatione ex
causa onerosa; subdens *num. 62. & seq.* quod Princeps clarè
exprimere debet, se id facere de plenitudine potestatis, cum
in dubio hoc non præsumatur, *latè Peregr. de jur. fisc. libr. 6.*
tit. 4. num. 18. Castill. contr. jur. p. 2. c. 5. ubi etiam dicit, quod
prædictæ leges uti rigorosæ strictissimè interpretandæ sunt:
& ideò quælibet modica circumstantia, seu occasio erroris
facit cessare dictum privilegium, *Ciriac. contr. 493. nu. 27. lib.*
3. Hond. loco cit. num. 51. & 52. Gabr. d. concl. 2. nu. 35. Balb. ubi supra d. q. 8.

Ex quo infertur, quòd dispositio *dictarum legum* non ha- 24
beret locum, quando Princeps rem venderet jure creditoris tanquam creditor, *latè Gab. d. lib. 5. tit. de aquir. poss. concl.*
2. n. 17. Peregr. de jur. fisc. lib. 6. tit. 4. n. 18. ubi dicit, quod si fiscus, vel Princeps vendit rem aliquam non uti suam, sed
sui debitoris, vel minus solemniter, potest debitor, revocata venditione, rem suam recuperare.

Infertur 2. quod neque dictæ leges procederent, ubi Prin- 25
ceps rem venderet ex causa publicationis bonorum, quia
tunc non venderet ut suam simpliciter, *ut post Soc. cons. 121.*
col. 5. & 6. vol. 4. notat Alban. ad Bart. in d. l. bene a Zenone,
cod. de Quadrien. præscr. contraria tamen sententia verior videtur, nam cum Princeps vendit jure confiscationis, dicitur vendere tanquam rem suam, *Bald. in l. 2. n. 2. cod. de comm.*
rer. alien. quem sequitur Grat. c. 907. n. 19. & 20. ubi etiam dicit, quod si fiscus prius vendidit, & postea confiscavit,
venditio reconvalescit.

Infertur 3. quod *prædicti textus* non haberent locum, 26
quando fiscus, vel Princeps vendens haberet aliquod jus in
re vendita, quia tunc censeretur jus tantùm suum voluisse
transferre, non autem jus tertii, *Gramm. dec. 65. n. 45. Ciriac.*
contr. 463. n. 16. & seq. lib. 3. Aret. in §. fin. inst. de usuc. ubi etiam
dicit, quod fiscus in hoc casu intelligitur ipsa imperialis,
vel imperii Camera.

Infertur 4. quod Tertius, qui acquisivit a Principe alie- 27
nante in mala fide, non esset tutus contra Dominum, vel
creditorem ipsius rei, licèt ipse acquirens esset in bona fide;
Alban. loco cit. Ciriac. ubi supra, num. 15. Balb. in 2. par. 5. princ.
q. 8. n. 2. Grammat. dec. 65. num. 45. idemque dicendum, si 28
Princeps emeret rem aliquam, & deinde non soluto pretio
eam in alium alienaret; tunc enim acquirens ab ipso Principe non est tutus privilegio *dictarum legum*, sed jura venditoris pro pretio, vel residuo ejus intelliguntur reservata:
contra tertium possessorem: quia Princeps alienando rem,
cujus prætium non solvit, dicitur esse in mala fide, *secundum Sali. in l. 1. num. 2. cod. de Hæred. vel action. vend. Bartol.*
Socin. cons. 46. num. 10. vol. 4. & alios apud Ciriac. d. contr. 463.
num. 2. & seq.

Addit *Gabr. commun. concl. dict. lib. 5. tit. de acquir. poss. con-* 29
cl. 2. num. 34. & 36. quod dispositio *dict. leg. bene a Zenone*, non
procedit, quando Princeps in concessione, vel venditione rei apponit clausulam, *sine præjudicio jurium aliorum*,
vel quando actor, & reus haberent causam ab eodem Principe; vel quando actor habet causam ab uno Principe, reus
verò ab alio, *secundum Castill. dict. cap. 5. num. 5.* item non
procedit in præjudicium hypothecæ dotalis, *Peregr. de jur.*
fisc. lib. 6. titul. 4. num. 18. ubi etiam dicit, quod si fiscus alienaret rem adjecta aliqua causa, quæ non sit vera, ut quia uti
hæres Titii vendidisset illius hæreditatem, revocata causa,
seu cognito, fiscum non esse hæredem, venditio, seu alienatio retractatur.

Quæres, an dispositio *dictarum legum* locum habeat de 30
jure canonico? negat *gloss. in cap. 2. de Reb. eccles. non alien. &*
in auct. quas actiones, cod. de sacros. eccles. ubi etiam Jas. Marian. Jun. cons. 69. col. pen. volum. 1. Afflict. in prælud. const. reg.
qu. 14. & alii apud Gabr. dict. tit. de acquir. poss. concl. 2. num. 22.
contrarium tamen tenent *Abb. & Imol. in dict. cap. 2. de reb.*
Eccles. non alien. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum, num. 98. in
4. limit. de constit. Balb. de præscrip. in 2. p. 5. princ. q. 8. ver. Octava lim. Bero. sibi contrarius in cons. 59. num. 17. lib. 3. quos refert
Honded. cons. 67. num. 28. & cons. 38. num. 65. lib. 2. ubi dicit,
quod licèt *textus in d. leg. bene a Zenone*, non habeat locum
secundum canones quo ad bona ecclesiæ, sive in præjudicium ecclesiarum: tamen inter laicos dispositio illius legis
etiam de jure canonico servatur, *& hanc sententiam ultra*
relatos sequitur Peregrin. de jur. fisc. dict. lib. 6. titul. 4. num. 18.
vers. undecimo limita, Genuens. in tractat. de Eccles. quæst. 157.
& veriorem, ac magis communem dicit Gratian. disceptat. for.
cap. 907. num. 6. & seq. deficiente enim lege canonica servandum est jus civile etiam in foro ecclesiastico, *juxta cap. 1.*
de Nov. oper. nunc.

An

31 An verò *prædicta ll.* procedant in favorem ecclesiarum ,
quando res privati Ecclesiæ concederetur a Principe? Affir-
mativè respondent nonnulli DD. quia nulla considerari potest
in tali casu injustitia : tum quia Ecclesia uti potest lege civili
pro se, & eam non recipere contra se: tum etiam quia uti-
tur jure communi cæteris omnibus concesso, & Domino
datur actio ad pretium contra Principem, aut fiscum intra
quadriennium ex dispositione *dictarum legum*, *Abb. in d.c.2.
n.6. de Reb. Eccl. non alien. ubi etiam Barbat. n.3. Bero. nu.22. &
seq. Surd. cons.2. n.37. lib.1. & alii apud Castil. controv. jur. c.5. n.
48. & seq. p.2.*
32 Contraria tamen sententia æquior est, quia secundùm di-
ctas leges emens a Principe, seu a fisco est statim securus,
nec Domino datur actio contra Principem, aut fiscum ad
rem, sed tantum ad pretium, *ut dict. Bald. & alii in leg. fin.
cod. si advers. fisc.* exceptis minoribus *secundùm gl. in dicta l. fi-
nali, cod. si adversus fisc. &c. So. in. in reg.342. in ver. res aliena
in 7. limit. Gram. dec.65. num.80. Menoch. consil.2. numer.333. &
alios apud Ciriac. contr.463. num.41. lib.3.* ubi, quod privile-
gium prædictum non præjudicat bonis, nec juribus mino-
33 rum, *Peregrin. de jur. fisc. lib.6. tit.4. num.17. & seq.* ubi, quod
minor ad restitutionem pretii contra fiscum agere potest et-
iam post quadriennium, *Balb. de præscrip. in 1. par.5. princ. q.
1. num.11. & in 2. p.5. princ. q.8. num.2. limit.6. 10. & 11.* ubi ad-
dit, quod dispositio dictarum legum non procedit in præ-
judicium dotis, seu jurium dotalium: quia lex, vel statu-
tum generaliter loquens non intelligitur loqui in causa do-
tis; unde cum ecclesia sit cultrix justitiæ, & æquitatis, per-
mittere non debet, ut Dominus absque facto suo privetur
dominio rei suæ contra ipsiusmet juris civilis regulas, *leg. id
quod, ff. de reg. jur. & ita sensit glos. in cap. quicumque militum,
ver. consensu, 12. quæst.2. Alex. cons.52. num.8. volumin.7. Ga-
br. dict. lib.5. titul. de acquir. poss. concl.2. num.20. Rom. sign.618.
Peregrin. & Balbus locis cit. Paris. cons.27. numer.88. volum.1.
Genuens. in tract. de Eccl. q.157. & alii, quos refert, & sequi-
tur Ciriac. d. contr.463. n.37. & seq.* nisi fortè Ecclesia rem hu-
jusmodi spatio 30. annorum possederit: quia tunc tuta esset
tali præscriptione, *per textum in c. placuit, 8. juncta gl. in ver.
Imperatoribus, 16. q.3.*

S V M M A R I V M.

1 *Facultas opponendi de subreptione, vel obreptione spatio 40. annorum tollitur: limitatur n.2.*
3 *Subreptio tollitur ex clausula, pro sufficienter expressis.*
4 *Motus proprius tollit subreptionem: declaratur, & limitatur num.5.*
6 *An stante clausula, sublata, & decreti irritantis dari possit de subreptione.*
7 *Quando subreptio probari debeat ante litem contestatam, & quando possit opponi etiam post litem contestatam.*

C A P U T C.

Intra quantum tempus dari possit de subreptione, vel obreptione.

1 RESp. quod facultas opponendi de subreptione, vel
obreptione contra quamcumque gratiam spatio 40.
annorum præscribitur, *Jordan. Elucubr. divers. lib.14. tit.24.
de præscrip. num.433. ubi citat Cassad. dec.3. in fin. de caus. poss.
Marescot. var. res. lib.2. c.99. num.1. & seq.* ubi dicit, quod ad
hunc effectum subreptio consideratur de tempore Datæ, per
textum in c. si eo tempore, de rescrip. in 6. nisi in gratia ades-
2 set clausula, quod de subreptione, vel obreptione dari non
possit, vel alia idem significans: quia tunc nec intra dictum
spatium aliquis audiendus est etiam per viam replicationis,
nisi obtenta commissione, quæ aperiret viam dicendi de
subreptione, *Put. dec.377. lib.3. Rot. dec.157. num.14. & dec.*
3 *282. num.23. par.6. Recent.* ubi, quod subreptio tollitur ex
clausula, pro sufficienter expressis, *Caputaq. dec.135. num.*
4 *2. p.1.* ubi dicit, quod motus proprius tollit subreptionem;
5 hoc tamen intelligendum est de ea subreptione, quæ prove-
nit ex parte impetrantis: hæc enim tollitur ex motu proprio;
secus de ea, quæ oritur ex re ipsa *Felin. in cap. in nostra, de
Rescrip. Ægid. dec.392. & 475. & alii apud Seraphin. dec.398.
num.5.*
6 An verò stante clausula, sublata, & decreti irritantis,
possit dari de subreptione? Negativè respondet *Marescot.
var. lib.2. cap.99. num.7. Rot. dec.157. n.14. p.6. Recent.* quod ta-
men intellige, quando gratia emanavit motu proprio: se-
cus si ad postulationem partis, quia tunc hujusmodi clausu-
Antonell. de Tempore.
læ non operantur, ut non possit opponi defectus subreptio-
nis, *Rota in Calagurritana jurisdictionis 30. Maii 1580. coram
Rubeo, & dec.92. n.3. coram Card. Cavaler.*
Observa tamen, quod quando subreptio deducitur per 7
viam exceptionis; tunc proponi, & probari debet ante li-
tem contestatam, cum sit dilatoria, alias sententia subse-
quuta valida esset, *ut post Abb. in cap. ad audientiam 2. num.
15. de Rescrip. Aym. cons.79. num.9. dixit Rota coram Burat.
decis.226. num.14. & 15.* quod procedit, quando proponi-
tur exceptio subreptionis in vim dilatoriæ ad impediendum
litis ingressum; secus quando opponitur in vim perem-
ptoriæ; nam eo casu potest opponi etiam post litem conte-
statam, *Gemin. cons.65. colum. fin. quem refert Aym. loco cit. nu.
9. in fin.*

S V M M A R I V M.

1 *Heres gravatus ante adventum diei, vel conditionis fideicommissi nullo unquam tempore præscribit adversus fideicommissarium substitutum.*
2 *In jurepatronatus gentilitio nulla cadit præscriptio.*
3 *Si evenit casus fideicommissi hæres gravatus præscribit adversus fideicommissarium spatio 30. vel 40. annorum.*
4 *Quando Tertius possessor præscribat adversus fideicommissarium substitutum, & quando non.*
5 *An titulus requiratur in præscriptione longi, vel longissimi temporis, & n.6.*
7 *Quando bona fides præsumatur.*
8 *Emens feudum inconsulto Domino, an possit adversus Dominum præscribere.*
9 *Quando hæres fideicommissario de negligentia teneatur.*
10 *Quid si hæres non sit solvendo.*
11 *An in fideicommissis, & aliis bonis prohibitis alienari præscriptio centenaria, & immemorabilis præjudicet tam natis, quam nascituris.*

C A P U T CI.

An, & quanto tempore res fideicommissariæ præscribantur.

DIco 1. quod hæres gravatus ante adventum die, vel 1
conditionis fideicommissi nullo unquam tempore
præscribit adversus fideicommissarium substitutum, cum an-
te adventum diei, vel conditionis talis substitutus agere ne-
queat: unde locum habet regula, *quod non valenti agere
nulla currit præscriptio, l.1. cod. de bon. mater. leg. in rebus, §.
omnis, cod. de jur. dot. & est communis Doctorum opinio:* quem-
admodum in jurepatronatus gentilitio nulla cadit præscri- 2
ptio etiam centum annorum, quia non possunt Antecesso-
res præjudicare successoribus nondum natis, *Castr. cons.467.
lib.2. Molin. de Primogen. Hispan. lib.4. c.16. num.3. & lib.1. c.24.
num.31. Alex. cons.13. num.10. & cons.18. nu.3. lib.5. Ferret. cons.
134. num.12. Surd. cons.276. num.11. lib.2. Peregr. de fideicomm.
art.41. n.16. & 17. & alii apud Gratian. disc. for. cap.577. n.41. &
seq.* ubi subdit, quod si juspatronatus est acquisitum pro he-
redibus, potest Antecessor præjudicare successoribus, secus
si pro filiis.
Si verò jam evenerit casus fideicommissi, hæres grava- 3
tus præscribit adversus fideicommissarium spatio 30. vel 40.
annorum, *juxta leg. omnes, & leg. cum notissimi, §.1. cod. de
præscrip.30. vel 40. ann.* etiam ante restitutam hæreditatem,
juxta formam l. restituta, ff. ad Trebel. quia tunc substitutus
agere poterat, *ut dict. Peregr. de fideicomm. art.41. num.9. per
text. in cap. fin. extr. de elect. leg. qui potest facere, ff. de Reg. iur.
& ita sensit Bald. cons.351. vol.3. Gratian. cons.106. num.42. vol.
2. Paris. cons.1. num.123. vol.1. Clar. in §. feudum, q.45. n.3. Mo-
lin. de Primog. Hisp. lib.4. cap.10. n.3. & alii, quos refert Ciriac.
contr.3. n.69.*
Dico 2. quod tertius possessor ante casum fideicommis- 4
si similiter præscribere non potest adversus fideicommissa-
rium substitutum, sive causam habeat ab hærede gravato,
sive ab alio, *ut est communis Doctorum opinio:* sed si jam
fideicommissi casus evenerit, spatio quidem longi tempo-
ris præscriberet, dummodo legitimum titulum habeat ab
alio, quam ab hærede gravato, *Corn. consil.117. numer.10.
& seq. lib.1. & alii apud Peregrin. dicto articul.41. numer.15.
Cephal. cons.294. numer.52.* secus si haberet causam ab hære-
de gravato: tunc enim longo tempore non præscriberet,
quia titulus in tali casu invalidatur, *per leg. fin. §. sed quia,
& §. seq. cod. Commun. de legat.* nec currere potest præscri- 5
ptio longi temporis absque legitimo titulo *leg. nullo, cod. de
rei vindic. leg. diutina possessio, cod. de præscript. long. tempor.*

decis. vel 20. ann. præscriberet tamen longissimo tempore 30.
annorum, quia in hujusmodi præscriptione titulus regula-
7 riter non requiritur, *l. sicut, cod. de præscrip. 30. ann.* sed suf-
ficit bona fides, *cap. 1. de præscrip. in 6.* quæ ex possessione
tanti temporis præsumitur, *leg. 3. §. quod si servus, ff. de ac-
quirend. possess. latè Alexand. cons. 59. numer. 11. & 12. libr. 3.
Balb. de præscrip. in 5. par. 5. princ. qu. 5. Peregrin. dict. articul.*
8 41. *numer.* 14. ubi dicit, quod emens feudum inconsulto
Domino, licèt alienatio in tali casu sit nulla, & invalida,
potest tamen adversus Dominum præscribere spatio 30. an-
norum.

9 Dico 3. quod si præscriptio incœpta fuerit vivente testa-
tore, & hæres gravatus neglexit rem ab alio possessam vin-
dicare, vel passus fuit, actiones hæreditarias tempore finiri,
licèt hujusmodi præscriptio noceat fideicommissario substi-
tuto *l. si hæres institutus, §. fin. ubi Bart. ff. ad Trebell.* tenetur
tamen hæres fideicommissario de negligentia, *l. si fundum,
ff. de fund. dot. l. Lucius Titius §. Titia ex asse, ff. ad Trebel. Pe-*
10 *regr. loco cit. n. 18. & seq.* ubi etiam dicit, quod si hæres non
esset solvendo, in subsidium daretur fideicommissario re-
gressus adversus præscribentem, ne ex negligentia hæredis
fideicommissarius damnum sentiat, *per textum in l. fin. ff. de
Eo, per quem fact. &c.*

11 Addunt alii, quod in fideicommissis, & aliis bonis pro-
hibitis alienari præscriptio centenaria, & immemorabilis
præjudicat indistinctè omnibus tam præsentibus, quàm fu-
turis, & tam natis, quam nascituris; quia talis præscriptio
habet vim tituli, & privilegii, & ideò facit præsumi dispen-
sationem alienandi cum derogatione contrariorum ad præ-
judicium successorum, *ita Socin. jun cons. 76. num. 49. & sub
num. 100. vol. 1. Mol. de primog Hisp. lib. 4. cap. 10. nu. 10. Cevall.
in tract. comm. opin. contr. comm. q. 13. Iu: rigl. de feud. cent. 2. artic.
32. nu. 43. Decian. cons. 24. num. 108. cum seq. vol. 1. & alii apud
Ciriac. contr. 3. num. 63. & 73.* & ita sensit *Balb. de præscrip. in
5. p. 5. princ. q. 4. num. 4. & sequ.* ubi dicit, quod quando esset
prohibita simpliciter alienatio per legem, vel statutum in
omnes indifferenter, præsertim favore publicæ utilitatis, &
sic prohibitio esset perpetua, tunc res sic prohibita alienari,
non posset præscribi aliquo tempore, excepta præscriptione
centenaria, quæ nunquam censetur exclusa, quia in tali ca-
su res non dicitur in commercio, *leg. si in emptione, §. 1. ff. de
contrah. empt.* secus si prohibitio legis non esset generalis,
sed specialis, ut quia statutum prohibere, ne bona existen-
tia in territorio alienentur in forenses, vel in non subditum:
tunc enim licèt non haberet locum præscriptio longi tempo-
ris, quia titulus est reprobatus a statuto, *l. filius fam. §. Divi.
2. ubi DD ff. de leg. 1.* habebit tamen locum præscriptio 30.
vel 40. annorum saltem data ignorantia statuti, in qua suffi-
cit bona fides, licèt de titulo non constet, *leg. si quis emptio-
nis, §. 1. cod. de præscrip. 30. vel 40. ann. Bart. in leg. cum quære-
batur, n. 17. cod. Unde vi. & alii communiter.*

Prædictam tamen sententiam veram puto in casu, quo
contractus cum præcessore celebratus communi opinione
redundaverit in utilitatem non tantum præcessoris contra-
hentis, sed etiam omnium successorum, quibus singulis, si
casus in eorum personis evenisset, expediens fuisset ita con-
trahere, *l. ult. ubi Bart. ff. de Transact. Cephal. cons. 261. nu. 35.
Mantic. de Tacitis lib. 26. tit. 4. n. 20. Peregr. de fideicom. art. 52.
n. 88. Beltram. ad Greg. dec. 418, num. 16, Grat. disc. for. c. 476. n. 1.
& 2. Ciriac. d. contr. 3. n. 74. & 75.* subdens, quod satis esset, si
negotium a principio utile fuerit, licèt postea exitum cogi-
tatum non habuerit, *per l. servus 17. ff. de in rem vers. & l. sive
23. ff. de Neg. gest.* alias novus acquisitor nunquam præscribe-
ret contra successores, quia agere non potuerunt, *ex juri-
bus supra deductis.*

S V M M A R I V M.

1 *Lex canonica quanto tempore per contrariam consuetudinem
abrogetur, & n. 2. & 5.*
3 *Si Princeps est præsens, sufficit unicus actus contraven-
tionis.*
4 *An sufficiat simplex non usus sciente, & non contradicente
Superiore.*
6 *Quid si constaret, vel ex conjecturis sufficienter colligeretur,
Papam voluisse independenter ab acceptatione populi
obligare.*
7 *Quo tempore lex civilis per contrariam consuetudinem
tollatur.*

C A P U T CII.

*Quo temporis spatio lex per contrariam consue-
tudinem abrogetur.*

DIco 1. quod lex canonica, si a principio fuit recepta, 1
per contrariam consuetudinem non tollitur nisi lon-
gissimo tempore annorum 40. si verò nondum fuerit mori-
bus utentium approbata, sed agitur de impediendo, ne illa
robur sumat, tunc sufficiunt decem anni: difficilius enim
tollitur quod jam est in esse productum, quam impediatur
introductio, *ita distinguunt communiter Doctores in cap. 1. de
Treug. & pac. Aret. cons. 11. colum. 3. Surd. cons. 58. numer. 10.
libr. 1. Marsil. consil. 49. numer. 49. & alii apud Gratian. disce-
pt. for. cap. 965. numer. 3. & sequent.* ubi etiam dicit, quod
primi inobedientes peccant, alii verò post dictum decen- 2
nium non peccant, nec dicuntur transgressores, quia ela-
pso dicto tempore jam contra legem præscriptum fuit *A-
lexand. cons. 132. numer. 1. libr. 1. Put. decis. 27. libr. 3.* ubi di-
cit, quod si Princeps est Præsens, sufficit unicus actus con- 3
traventionis sine spatio temporis: sed quando est absens,
requiritur spatium decennii, *Cephal. cons. 129. numer. 10.* u-
bi addit, quod sufficit simplex non usus sciente, & non con- 4
tradicente Superiore etiamsi nondum lapsum fuerit decen-
nium.

Decennium verò prædictum non incipit currere a die 5
conditæ legis, sed a primo actu contraventionis, *secundùm
Put. dicta dec. 27. libr. 3.* ubi tamen subdit, quod cæteri Ro-
manæ Rotæ Auditores resolverunt decennium currere a
die conditæ legis, & non a primo actu contraventionis,
*per doctrinam Jas. in leg. rem non novam circa fin. cod. de
Judic.*

Pr dicta tamen conclusio limitatur, quando consta- 6
ret, vel ex conjecturis sufficienter colligeretur, Papam vo-
luisse independenter ab acceptatione populi obligare: tunc
enim contra legem canonicam non potest induci non usus,
neque contrarius usus nisi data scientia ipsius Papæ, *Rota
coram Cardin. Cavaler. decis. 423. num. 4. Bonacin. de Censur.
in partic. disp. 2. qu. 3. punct. 16. §. 15. numer. 4. in tract. de legib.
disp. 1. qu. 1. punct. 4. num. 28. & 29. Molfes. in sum. tom. 1. tra-
ctat. 9. cap. 8. numer. 51. Castrus Palaus tom. 1. tract. 3. disp. 1.
punct. 12. numer. 1. Tannerus in Apolog. de Immunit. Eccles.
lib. 2. cap. 15. Joann. Præpositus in par. 2. Div. Thom. quæst. 95.
disp. 1. dub. 9. num. 29. & alii apud Dian. resol. moral. par. 7. tr. 1.
resol. 28.*

Dico 2. quod lex civilis per contrariam consuetudinem 7
spatio decem annorum tollitur, sive fuerit usu recepta, si-
ve non, *Azor. p. 1. lib. 5. c. 4. vers. dicendum, Megal. in ver. Ab-
rogatio legis, n. 4. & 5. latius diximus in tract. de Regim. Eccles.
Episc. lib. 1. c. 1. §. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Jus eligendi, & alia jura spiritualia, vel spiritualibus an-
nexa præscribuntur spatio 40. annorum.*
2 *An in hujusmodi præscriptione requiratur titulus.*
3 *Sufficit unicus actus, ut dicatur quæsita quasi possessio juris
eligendi.*
4 *Quando jus eligendi amittatur per non usum.*
5 *Quanto tempore collegium, vel Capitulum præscribat li-
bertatem contra prætendentes habere jus interessendi in ele-
ctione.*
6 *Laicus non potest præscribere jura spiritualia.*
7 *An Laicus possit præscribere juspatronatus.*
8 *Ad præsumendum titulum jurispatronatus requiritur tem-
pus immemorabile.*

C A P U T CIII.

Jus eligendi quanto tempore præscribatur.

REspond. quod præscribitur spatio 40. annorum, sicut 1
alia jura spiritualia, vel spiritualibus annexa, ut est
juspatronatus, *c. de quarta, de præscr. Bald. in l. 2. nu. 6. cod. de
Servit. Aret. in §. æque n. 18. Instit. de action. Cephal. cons. 26. n. 4.
vol. 1. & alii communiter.*

Notandum tamen est, quod aliquando in hujusmodi 2
præscriptione ultra tempus 40. annorum requiritur etiam
titulus, aliquando non; & quod requiritur titulus quando
agitur de præscribendo toto jure eligendi, excluso penitus
collegio, cui competit de jure communi tale jus, secus
esset, ubi ageretur de præscribendo jure eligendi compe-
tente

tente alicui de jure speciali, putà ex privilegio, vel consuetudine, vel ubi non agitur de præscribendo toto jure eligendi, ita ut capitulum, vel collegium, ad quod spectat electio, excludatur in totum, sed ut quis participet in electione, & illi intersit: in his enim casibus sufficit cursus 40. annorum absque titulo, quia hoc non est in totum contra jus *gloss. in cap. 1. ver. titulum, circa fin. de præscrip. in 6. Imol. in cap. fin. ex eod. titul. Paul. de Castr. consil. 287. & alii apud Balb. in tractat. de præscript. in 1. par. 5. princip. quæstio. 8. & 9.* ubi etiam dicit, quod sufficit unicus actus, ut dica-
3 tur quæsita quasi possessio juris eligendi, vel juris patronatus.

4 Notandum 2. quod si quis per simile spatium 40. annorum usus non fuerit jure suo, amitteret jus eligendi, dummodo intra dictum tempus evenerit casus electionis faciendæ, *Host. & Inno. in c. de quarta, extr. de præscr. Anto. de But. in c. pervenit de censib. quor refert Balb. d. q. 8. n. 8.* subdens, *n. 10.* quod
5 capitulum, seu collegium 10. annorum spatio præscriberet libertatem contra prætendentes habere jus interessendi in electione, si Canonici probarent, se solos elegisse spatio dicti temporis exclusis aliis.

6 Notandum 3. quod Laicus non potest præscribere jura spiritualia: quia illa possidere non potest, cum sit incapax, & sine possessione præscriptio non detur, *c. sine possessione de reg. jur. in 6. latè Balb. in 1. p. 5. princ. q. 7. n. 17.*

7 An verò laicus possit præscribere juspatronatus, quod est spiritualitati annexum? Respond. quod si constet Ecclesiam esse patronatam, tunc potest juspatronatus præscribi contra verum patronum, vel compatronum spatio 40. annorum, etiam absque titulo *Bald. in l. 2. num. 6. cod. de servit. & aqu. Rot. dec. 229. num. 1. & dec. 407. nu. t. p. 1. Divers. Duran. dec. 125. num. 6. & est communis opinio;* secus si non constet, Ecclesiam esse patronatam, quia tunc contra Ecclesiam non patronatam, & liberam juspatronatus præscribi non potest, *Abb. in cap. causam, quæ de præscrip. & in cap. querelam, de elect. Jo: Andr. in cap. quod alicui, de Reg. Jur. in 6. & alii apud Alex. cons. 75. col. 2. volum 4.* quod intellige, si allegetur sola præscriptio, & vendicans juspatronatus se fundet super mera præscriptione; sed si allegatur titulus, & ad illum probandum, vel præsumendum adducit plures præsentationes, & temporis cursum, istud sufficeret ad probatio-
8 nem jurispatronatus, *Bald. in l. cum super, cod. de rei vendic. Alex. d. cons. 75. colum. 3. volum. 4. latè Balb. de præscrip. in 1. p. 5. princ. q. 9. per tot.* ubi etiam dicit, quod ad præsumendum titulum jurispatronatus requiritur tempus, cujus initii non extat memoria.

S V M M A R I V M.

1 *Juspatronatus ad personas potentes, vel Universitates pertinens probari debet juxta formam præscriptam a Sacr. Concilio Trid. limitatur n. 3. 4. 7. & 8.*
2 *Potentes personæ quænam dicantur, & n. 6.*
5 *Quando juspatronatus præsumatur ex fundatione, vel dotatione.*
8 *Quid si lis esset tantùm inter præsentatos.*

CAPUT CIV.

Quomodo probandum sit juspatronatus ad personas potentes, vel universitates spectans.

1 CErtam ad hoc juspatronatus probandum sacra Tridentina Synodus formam præscripsit propter præsumptam usurpationem, ut scilicet probari debeat verus titulus fundationis, vel donationis, vel immemorabilis simul cum præsentationibus continuatis spatio 50. annorum, ita ut omnes effectum fuerint sortitæ, & de eis constet per auctenticas scripturas, ut *in sess. 25. de ref. cap. 9. & censuit etiam Sacr. Congreg. prout testatur Rot. dec. 275. num. 2. & 3. par. 4. tom. 2. Recent. & decis. 333. coram Penia.* talis verò forma ad unguem servanda est tam in petitorio, quàm possessorio, ita ut non sufficeret probare præsentationes per testes, vel per aliud æquipollens, sed requiritur probatio per instrumenta, seu per scripturam, *ut censuit Sacr. Congreg. apud Farinac. dec. 42. & dec. 216. par. 4. Divers. Beltram. ad Gregor. dec. 222. num. 11. Barbos. de offic. & pot. Episcop. par. 3. all. 72. num. 55. & seq.*

2 Potentes verò personæ dicuntur, quæ in loco beneficii, habent, seu habuerunt jurisdictionem, *Rota dec. 172. nu. 10. p. 3. & dec. 275. num. 5. p. 4. tom. 2. & dec. 197. n. 30. & seq. p. 5. t. 1. Recent*, ubi additur, quod juspatronatus præsumitur ex usurpatione nedum in Dominis, sed etiam in familia potenti, & universitate etiam sine jurisdictione *Seraph. dec. 952. num. 6.* ubi de Nobilibus Venetis in statu Venetorum, *Mantic. dec. 253. num. 3.* ubi, quod decretum Concilii procedit non solum in magna, sed etiam in parva universitate, prout de universitate Parochianorum dixit *Rot. dec. 89. coram Cardin. Cavaler.*

Observant tamen Doctores, quod non sunt necessariæ 3
probationes juxta formam Concilii, quando privata familia haberet juspatronatus simul cum persona potenti: quia cum pro una parte cesset præsumptio usurpationis cessare etiam videtur pro alia parte spectante ad personas suspectas *Rota in Aurien. Parochialis 5. Decembris 1605. coram Manzanedo, & dicta decis. 89. num. 2. & seq. coram Card. Cavaler.* ubi subdit, quod quando Ecclesia est sub servitute, & agitur de pertinentia, tunc non habet locum dispositio Concilii, sed sufficiunt probationes ordinariæ, quia tunc non usurpatur libertas Ecclesiæ, quæ nihilominus erat sub servitute, *ut dixit Rota in Sorana Jurispatronatus 28. Aprilis 1603. coram Pamphilio, & dec. 191. par. 3. Recent.* ubi quod quando cessat præsumptio usurpationis, cessat etiam dispositio Concilii.

Idem dicendum, quando Juspatronatus successivo tem- 4
pore fuit translatum in personas non potentes: quia ordinarii non permisissent, hujusmodi personas non potentes in
jurepatronatu continuare; unde probata præscriptione im- 5
memorabili tale juspatronatus præsumitur ex fundatione, vel donatione, sicut diximus in jurepatronatus privatorum, *Ric. in collectan. dec. 2162. p. 6. & declaravit Sac. Congreg. teste Piasec. in Prax. Episc. par. 2. c. 5. n. 7. Put. dec. 206. lib. 1. Rot. decis. 254. num. 10. par. 3. Divers.* ubi quod in jurispatronatus materia quando non agitur de personis potentibus tempus 100. annorum habet vim immemorabilis, & inducit titulum legitimum, *& dec. 29. num. 1. & seq. par. 7. Recent.* ubi etiam, quod ea centenaria quasi possessione præsentandi resultat titulus habilis, ad probandum juspatronatus ex dotatione, & fundatione.

Observat 2. quod confraternitas, seu congregatio per- 6
sonarum ad exercitium pietatis instituta sub jurisdictione ordinarii, non potest dici universitas, cum nullam habeat jurisdictionem, aut publicam auctoritatem, seu potentiam in loco, qualem habere solent universitates, & communitates laicorum, seu Barones, ut *post Navar. consil. 3. de for. compet. Alex. cons. 102. n. 2. lib. 7. Innoc. & Card. in cap. dilecta, de Excess. Prælat. Bald. in auct. hoc jus porrectum num. 12. cod. de sacros. Eccles. Put. dec. 55. & 56. lib. 1. & alios dixit Rot. dec. 290. num. 17. & seq. par. 5. tom. 1. Recent.* ubi etiam resolvit, quod dispositio Concilii non procedit, quando non tota universitas, sed certa pars dumtaxat prætenderet juspatronatus, *& declaravit Sac. Congreg. teste Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gl. 18. num. 69.*

Observant 3. quod quando lis est tantum inter præsenta- 8
tos, & ordinarius non est in causa, non requiritur tam exacta probatio respectu personarum potentium, *Franc. Zip. in Analy. lib. 3. de jurepatr. num. 5. & 6. Lotter. de re benef. libr. 2. qu. 13. num. 128. Rota decis. 302. num. 8. & sequ. par. 7. Recent.* ubi addit, quod quando Episcopus non dubitat de patronatu, leviores probationes admittuntur *Cassad. dec. 1. numer. 7. de probat. Mantic. dec. 244. num. 5. Gregor. dec. 452. num. 3. Rota in causa Burgi S. Sepulchri beneficii 25. Maii 1626. coram Merlino.*

S V M M A R I V M.

1 *Quando ad præscriptionem jurisdictionis requiratur spatio 40. & quando decem, vel 20. annorum, & quando tempus, cujus initii memoria non extet, & n. 2. & 4.*
3 *An in hujusmodi præscriptione requiratur scientia ejus, contra quem præscribitur, & n. 5. & 6.*
7 *Alia bona Principis spatio 40. annorum præscribuntur.*
8 *In materia præscriptionis jurisdictionis non fit extensio de casu ad casum.*
9 *An Barones condere possint statuta contra jus commune, & num. 11. & 13.*
Barones recognoscentes superiorem æquiparantur præsidibus, & magistratibus, ac Legato de latere, ibidem num. 9.
10 *Dominus loci non potest prohibere jus piscandi, aut venandi: limitatur n. 12.*
11 *Baroni asserenti, se habere justam causam condendi statuta contra jus, non creditur nisi probetur: secus in*
Prin-

Principe Superiorem non recognoscente.
12 *Princeps, seu Dominus loci potest restringere, seu modificare facultatem venaudi.*
13 *Inferior potest condere statuta secundum, vel præter jus.*
14 *An is, qui jurisdictionem prætendit, possit illam exercere, donec durat probatio temporis, & tituli ad præscriptionem requisiti.*
15 *Causæ matrimoniales non inferiorum judicio, sed Episcopi tantum examini relinquuntur.*
16 *Quid si inferiores allegarent consuetudinem immemorabilem.*
17 *Si sunt duo Domini alicujus loci pro indiviso, & non conveniunt in illius regimine, Superior debet providere, ut alternis annis jurisdictionem exerceant.*
18 *Quid si Ecclesia teneatur aliquid tradere Patrono, & plures essent hæredes dicti Patroni.*
19 *Universalis quasi possessio jurisdictionis acquiritur, etiamsi de unico tantum actu doceretur.*

CAPUT CV.

Quanto tempore jurisdictio præscribatur.

1 R</br>Espondetur, quod si agitur de præjudicio inferioris
a Principe, sufficit spatium 40. annorum, quando
deficit titulus; sed cum titulo sufficit inter præsentes præ-
scriptio decem annorum, & viginti inter absentes, *Balb.*
de præscrip. in 2. par. 5. princ. q. 3. num. 4. & seq. Alexand. cons. 16.
num. 27. vol. 5. & alii apud Jordan. Elucubr. divers. lib. 14. tit.
24. num. 413.
2 Si vero agitur de præjudicio ipsiusmet Principis, requi-
ritur tempus, cujus initii memoria non extet, vel spatium
40. annorum cum titulo, *cap. 1. de præscrip. in 6. Bart. in l. si*
3 *publicanus, §. fin. ff. de Publican.* subdens, quod in hujusmo-
di præscriptione requiritur scientia privati, si præscribitur
contra privatum, vel scientia officialium principis, si præ-
scribitur contra Principem, *Jordan. loco cit. numer. 454.* ubi
exemplificat in facultate legitimandi spurios, ac tabellio-
nes, vel equites creandi, *Gratian. discep. for. cap. 441. num. 2.*
& seq. ubi, quod in tali casu constare debet de titulo vero,
4 & legitimo, nec sufficeret putativus, *Cravet. de antiquit.*
temp. par. 4. Absolutis differentiis, num. 13. & seq. ubi addit,
5 quod talis scientia præsumitur ex temporis antiquitate, un-
de merum, & mixtum imperium præscribi contra Princi-
pem per hujusmodi tempus immemorabile, etiam non data
scientia, & patientia ipsius Principis, tradit *Bald. d. qu. 3.*
per tot. ubi etiam dicit, quod in hoc opinio *Bart.* commu-
niter reiicitur, & solum procedere potest in præscriptione
minoris temporis, *Alex. cons. 16. n. 27. & cons. 24. nu. 15. & 16.*
lib. 5. Cancer. var. lib. 2. cap. 2. n. 113. & seq. Rot. dec. 129. nu. 5. p. 4.
6 *tom. 1. Recen.* ubi, quod hæc scientia non requiritur, quan-
do adest titulus.
7 Observa tamen, quod alia bona principis spatio 40. an-
norum præscribuntur, *juxta l. comperit, ff. de præscrip. 30. vel*
40. annor. sive sint bona fiscalia, quæ scilicet jure principa-
tus ad ipsum spectant, *Cravet. loco cit. n. 35. Cancer. ubi supra*
n. 128. ubi de communi, sive sint bona privata ipsius principis,
quæ scilicet ad ipsum pertinet jure privato, puta si ea possi-
debat ante principatum, vel postea acquisivit ex titulo te-
stamenti, donationis, vel alio titulo, *ut post Henric. Bohic.*
scripsit Guid. Pap. dec. 416 n. 1.
8 Observa 2. quod quasi possessio exercendi jurisdictionem
in una specie, puta simplicis jurisdictionis, licet extenda-
tur de uno actu ad alios comprehensos sub eadem specie sim-
plicis jurisdictionis, non tamen extenderetur ad alios actus
alterius jurisdictionis, puta meri, vel mixti imperii, *Alex.*
cons. 68. num. 18. lib. 2. Rot. dec. 17. n. 3. & 4. par. 2. Divers. Put. dec.
102. lib. 1. ubi, quod in materia præscriptionis jurisdictio-
nis non fit extensio de casu ad casum, *Vermigl. cons. crim. 434.*
n. 22. ubi ex hoc infert, quod si præscripta esset jurisdictio
mixti imperii, hujusmodi præscriptio non extenditur ad
meritum: quemadmodum quasi possessio relegandi non ex-
tenditur ad casum privationis, sed tantum ad alios gradus
ejusdem speciei, *ut dicit Put. loco cit. Jas. & Paul. de Castr. in l.*
imperium, ff. de jurisd. omn. jud.
9 Quæres, an Barones condere possint statuta contra jus
commune? Respond. negativè etiamsi haberent merum,
& mixtum imperium cum omnimoda jurisdictione; quia
statuere contra jus est de reservatis supremo Principi, cum
id spectet ad plenitudinem potestatis, quæ nunquam cense-
tur transfusa, nisi explicite legatur in privilegio, & inve-
stitura, vel nisi hoc jus præscriptum sit spatio longissimi tem-
poris, *ut supra diximus, latè Cravet. cons. 314. Cacheran. dec.*
139. num. 16. ubi dicit, quod Barones recognoscentes supe-
riorem æquiparantur præsidibus, & Magistratibus, *Natt.*
cons. 402. num. 8. & seq. Soc. Jun. cons. 98. num. 20. & seq. libr. 3.
Alba cons. 172. num. 51. Rol. cons. 4. num. 31. & seq. ubi de commu-
ni lib. 3. Malvas. cons. 62. num. 22. & seq. Surd. cons. 210. nu. 37.
& seq. lib. 2. & alii, quos refert Vermigl. cons. 434. num. 1. & seq.
subdens, quod ad summum assimilantur Legato de latere;
constat autem, quod nec præsides, nec Magistratus, nec
Legati de latere possunt statuere contra jus, *Rot. decis. 780.*
num. 11. par. 1. & decis. 103. numer. 28. part. 2. Divers. Unde
Dominus loci, aut Castri non potest prohibere jus piscan- 10
di, aut venandi, quia id cuilibet competit de jure gentium,
l. 1. & 2. ff. de Aquir. rer. domin. l. nemo igitur, ff. de Rer. divis. §.
flumina autem instit. eod. titul. immo nec Princeps posset pi-
scationem, aut venationem prohibere, quia nec ipse po-
test tollere ea, quæ sunt de jure gentium, *glos. & DD. in leg.*
fin. cod. si contr. jus, vel util. public. nisi redditus ex jure piscan-
di, & venandi percipiantur ex præscriptione temporis anti-
quissimi, quia tunc tales redditus annumerantur inter rega-
lia, & principi soli competunt, aut alii Domino habenti
jura regalia, *Dec. cons. 197. Alvar. in c. 1. in tit. quæ sint regal.*
Jas. cons. 119. lib. 4. Cravet. d. cons. 314. n. 3.
Et hoc quidem procedit, quando inferior statueret con- 11
tra jus sine justa causa; secus si rationabilis causa concurre-
ret: quia tunc liceret inferiori statuta contra jus concede-
re, *idem Cravet. loco citat. num. 3. vers. secundo respondeo, per*
text. in leg. si hominem, ff. mandat. latè Rota dec. 50. num. 21. p.
2. Divers. verum Baroni asserenti, se habere causam justam,
in tali casu non creditur, nisi probetur: quamvis Principi
superiorem non recognoscendi etiam respectu justitiæ cau-
sæ credatur, *Bero. cons. 177. num. 23. libr. 2. Surd. dict. cons. 210.*
num. 34. in fin. Natt. cons. 483. n. 37. in fin. Vermigl. d. cons. 434. nu.
6. & seq.
Notandum est autem, quod princeps, seu Dominus lo- 12
ci potest restringere, seu modificare facultatem venandi,
quia id non potest dici contra jus, *Vincent. de Franch. dec. 158.*
per tot. Vermigl. ibidem, n. 23.
Notandum 2. quod inferior potest condere statuta se- 13
cundum, vel præter jus, *Vermigl. d. cons. 434. ante n. 22.* unde
potest Dominus loci statuere circa causam damnorum de-
putando Camparios, & multas imponendo contra damnum
dantes: similiter potest facere statutum super ordine, & mo-
do procedendi in causis suæ curiæ: item potest condere
statutum in auxilium prohibitionis superioris imponendo
pœnam, *Dec. cons. 199. n. 1. quem refert, & sequitur Cravet. d.*
cons. 314. n. 1. & seq.
Notandum 3. quod is, qui jurisdictionem prætendit do- 14
nec durat probatio temporis, & tituli ad præscriptionem re-
quisiti, non potest illam exercere, etiamsi in quasi possessione
reperiatur: immò si in ea se ingerat, potest etiam lite pen-
dente turbari, & violenter expelli ab exercitio jurisdictio-
nis tanquam is, qui possidet vi, clam, & precario, cum ha-
beat contra se jus commune, *c. cum personæ, ubi Anchar. de*
privil. in 6. Roland. cons. 89. n. 35. & 36. lib. 2. Lap. in cap. per ve-
stras, nu. 43. in fin. de Donat. int. vir. & uxor. & alii apud Grat.
discep. for. c. 441. n. 14. & seq.
Notandum 4. quod causæ matrimoniales non Decani, 15
Archidiaconi, & aliorum inferiorum judicio, sed Episco-
pi tantum examini, & jurisdictioni relinquuntur non ob-
stantibus quibuscunque consuetudinibus, ut *constat ex Con-*
cil. Trid. sess. 24. de refor. cap. 20. vers. ad hæc &c. unde licet 16
per Concilium loco citato non sit sublata consuetudo im-
memorabilis, *ut declaravit Sacr. Congregatio ejusdem Con-*
cilii teste Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloss. 33. tamen etiam dum
pendet ista probatio, hujusmodi causæ non ab inferioribus
cognoscendæ sunt, sed ab Episcopo tantùm, cui Conci-
lium, & jus commune assistit, *Caputaq. decis. 306. par. 2. &*
dec. 201. par. 2. Rota in Veronen. jurisdictionis 18. Martii 1596.
coram Card. Pamphilio, Grat. de Benef. p. 3. c. 2. nu. 194. & seqn.
Grat. loco cit. num. 20. & seq. Rota apud Pacif. de salu. Interd.
decis. 39. ubi additur, quod ad hunc effectum non dicitur
probata consuetudo, donec de ea constiterit per tres sen-
tentias conformes.
Notandum 5. quod si sunt duo Domini alicujus Castri, 17
vel Civitatis pro indiviso, & non conveniunt in illius regi-
mine, Superior debet providere, ut alternis annis jurisdi-
ctionem exerceant, *Alex. cons. 25. numer. 3. lib. 5. Soc. Jun. cons.*
68. num. 29. lib. 1. Curt. Jun. de feud. 4. p. q. 30. lim. 9. & alii apud
Grat. discep. for. c. 552. num. 35. & seq. ubi etiam dicit, quod si 18
Ecclesia tenetur tradere Patrono unicam candelæ Præsta-
tio

tio candelæ fieri debet alternis annis, quando plures essent hæredes.

19 Notandum 6. quod universalis quasi possessio jurisdictio-
nis acquiritur, etiamsi de unico tantùm actu doceretur, *Innoc.
in c.1.de Relig.domin.Tiraq.de Retract.lignag.§.36.glos.3.n.12.
Gabr.de præscrip.concl.2.per tot.Rota in Oscen.jurisdictionis 24.
Maii 1604.coram Penia, & in Colonien.jurisdictionis 27. Maii
1580.coram Rubeo, & dec.129.n.1.p.4.tom.1. Recent.ubi aliæ
Rotæ decisiones referuntur.*

S U M M A R I U M.

1 *Quando non extant litteræ Apostolicæ ad præscribendam unionem requiritur quadragenaria possessio cum titulo, vel immemorabilis: declaratur n.2.*
3 *Bona fides semper præsumitur, nisi contrarium probetur.*
4 *Communis reputatio deservit loco tituli.*
5 *Titulus unionis, licèt pateretur aliquam difficultatem, sufficit tamen ad præscribendum.*
6 *Quanto tempore una Ecclesia acquirat subjectionem alterius Ecclesiæ.*
7 *Quando in præscriptione 40. annorum requiratur titulus, & bona fides.*
8 *Præscriptio immemorabilis non requirit aliquam tituli, vel bonæ fidei probationem.*
9 *Præscriptio temporis immemorabilis probatur etiam ex enunciativis antiquissimis plurium instrumentorum & num.10.*
11 *Consensus Capituli quando præsumatur adhibitus in unione, & suppressione beneficii.*
12 *De nullitate unionis, & suppressionis ob defectum consensus Capituli nullus potest opponere, nisi idem Capitulum.*
13 *Alienatio rerum Ecclesiæ ita demum est nulla, si placuerit Ecclesiæ.*
14 *Quando unio probetur præsumptivè.*

C A P U T CVI.

Quodnam tempus requiratur ad præscribendam unionem beneficii.

1 Respond. quod ubi non extant litteræ Apostolicæ, ad
præscribendam unionem requiritur quadragenaria
possessio cum titulo, vel immemorabilis, *Caputaq.dec.344.
& 347.par.3. Rota dec.448.num.14.& seq.par.4.tom.2. Recent.*
2 *Greg. decis.196.num.2. & ibi Beltram.* quod intelligendum
est de unione tituli extinctiva, quia cum per eam Ecclesia u-
nita efficiatur prædium alterius cum qua fit unio, meritò
propter tantùm præjudicium desideratur plenior, & fortior
probatio; secus esset, ubi agitur de unione tituli non extin-
ctiva, sed æquè principaliter: tunc enim, cum per eam sta-
tus Ecclesiæ, & essentia beneficiorum non alteretur, levio-
res admittuntur probationes, & sufficeret possessio quadra-
3 genaria cum bona fide, quæ semper præsumitur, nisi con-
trarium probetur, *Rot. in Tirasonen. juris præsentandi 16.
Martii, & 16. Octobris 1592. coram Cardin. Blanchetto,
& in eadem 2. Octobris 1594. coram Litta, & decisio.642.nu.*
4 *4.& seq.par.4.tomo 3. Recent.* ubi, quod communis reputa-
tio deservit loco tituli, *& dec.448. num.14.eadem par.4.tom.*
5 *2.* ubi quod unionis titulus, licèt patiatur aliquam difficul-
tatem, sufficit ad præscribendum, *Theodos. Rub.sing.102.
in ver.unio.Beltram.ad Greg.d.dec.196.num.3.vers.Advertendum est tamen.*
6 Simili 40. annorum spatio unam Ecclesiam acquirere sub-
jectionem alterius Ecclesiæ, resolvit *Rota in una Cajetana
præcedentiæ 1. Martii 1463. coram Robusterio, & dec.17.nu.*
7 *4.coram Ludovis.Ciriac.controv.300.n.8.& seq.libr.2.* ubi di-
cit, quod in hujusmodi præscriptione requiritur titulus, &
bona fides.
8 An vero in præscriptione immemorabili requiratur pro-
batio bonæ fidei? Respond. negativè, quia bona fides,
sicut & titulus ex cursu tanti temporis præsumuntur seu po-
tius inducuntur, *cap.1. de præscrip.in 6.& ita tradunt comm.
DD.*
9 Hæc autem temporis immemorabilis præscriptio proba-
tur etiam ex enunciativis antiquissimis plurium instrumen-
torum, in quibus Ecclesia enunciatur unita dummodo enun-
ciativæ habeant originem a diversis personis, & non suspe-
ctis, *Caputaque d.dec.347. num.2.& seq. Put. dec.204. libr.2.*
10 *Seraph.dec.1246.num.1.* etiamsi unio esset virtualiter enun-
ciata, putà si in instrumentis asseratur, Ecclesiam esse mem-
brum, *Beltram.ad Greg.dec.196.n.3. vers.secundo probatur
unio &c. Seraph.loc.cit.Put.dec.209.lib.1.Garz.de Benef.p.12.
c.2.n.254.& seq.*

Notandum est autem, quod consensus Capituli præsu- 11
mitur adhibitus in unione, & supressione beneficii stante
spatio 30. annorum cum observantia subsequuta, etiamsi
non fuerit talis solemnitas consensus enunciata, *latè Gon-
zal. ad Reg.8.Cancell.gloss.12.num.75. & seq. Bursat.cons.424.
lib.4.Menoch.præsump.75.num.24.lib.2.& præsump.132.num.
55.lib.3. & alii apud Gratian.disc.for.cap.819.num.12.& seq.*
ubi dicit, quod de nullitate unionis, & suppressionis ob de- 12
fectum consensus Capituli nullus potest opponere, nisi idem
Capitulum, exemplo alienationis rerum Ecclesiæ, quæ ita 13
demum est nulla, si placuerit Ecclesiæ, *latè Dec.in cap.quæ
in Ecclesiarum, n.28.& seq. de constit. Rot.dec.133.n.11.& 12.
p.2. Divers.*

Notandum 2. quod licèt ad unionem Ecclesiarum requi- 14
ratur tempus, cujus initii memoria non extat in contra-
rium, tamen si probatur, quod Ecclesiæ fuerunt diu posses-
sæ, & unitæ, probaretur unio præsumptivè, *Old. consil.
296. Petr.de Ancharan.consil.161.Felin. in cap. causam quæ,
de præscript. quos refert Balb.de præscript. in 1.par.5.princ.
quæst.19.*

S U M M A R I U M.

1 *Per litis contestationem perpetuatur actio usque ad 40. annor: declaratur n.4.5.& 6.*
2 *Per juramentum delatum reo, actio etiam usque ad 40. annos perpetuatur actori.*
3 *An actio annalis perpetuetur per litis contestationem.*
4 *Præscriptio non interrumpitur per citationem invalidam, & quando id procedat.*
5 *An per citationem perpetuetur actio.*
7 *Per simplicem citationem perpetuatur jurisdictio in annos 40.*
8 *Litis contestatio facta super officio Judicis, per quod petitur restitutio in integrum, an perpetuet illud officium.*
9 *Restitutione concessa, actio rescissoria, si in judicium deducitur per contestationem, perpetuatur in annos 40.*
10 *Rescriptum Principis habetur pro libello, & contestatione litis quoad effectum actionis perpetuandæ, & quando id procedat.*
11 *Quanto tempore contra instrumentum, seu creditum juratum præscribatur, & n.12.*
13 *Quid si statutum tollat fidem instrumento.*

C A P U T CVII.

Quando litis contestatio perpetuet actionem.

Certum est quod per litis contestationem perpetuatur 1
actio usque ad 40. annos a tempore cessationis a lite,
inchoandos, *l.fin. ubi Sal.cod.de præscrip.30. ann.* cujus di-
spositio non tantum procedit in actionibus, quæ 30. annis
præscribuntur, sed etiam in aliis, quæ minori temporis spa-
tio durant, videlicet decem vel viginti annorum, *Gutier.
de Juram.confirm.p.3.cap.1.num.5. quem refert Cancer.var.lib.
3.cap.16.num.52.& seq.* ubi etiam dicit, quod per juramen-
tum delatum reo, actio etiam usque ad 40. annos perpetua-
tur actori, *Seraph.de privileg.Juram. privileg.50.* ubi id ex- 2
tendit non tantum ad juramentum judiciale, sed etiam ad
juramentum promissorium, seu extrajudiciale, quale est
juramentum, quod in instrumentis apponitur, & *privil.51.
n.1.& seq.* ubi dicit, quod statutum mandans, debitum ul-
tra certum tempus peti non posse, non habet locum in de-
bito jurato, quod propterea stante juramento peti poterit
usque ad 40. annos, *latè Balb.de præscrip.in 4.p.6.& ult.princ.
q.2.n.3.& 4.Rot.dec.6.p.3.Recen.Tiraqu. de retract.lignag.§.1.
gl.10.n.75.& seq.* ubi dicit, quod etiam actio annalis perpe-
tuatur per litis contestationem, *juxta textum in l.2.C.Quand.* 3
libell.Princip dat.

Hoc tamen procedit in contestatione litis valida; contesta- 4
tio invalida non perpetuat actionem, *ut tradunt Doctores
communiter:* quemadmodum nec interrumpitur præscri-
ptio per citationem invalidam, *Cancer. loco citat. numer.55.
Tiraq. ut supra num.85. Honded. cons.83. num.42.lib.1.* quod
intelligendum est, quando citatio, vel litis contestatio fuit
a principio nulla; secus si ex post facto, & per lapsum in-
stantiæ annulletur, quo casu durant interruptio, & perpe-
tuatio jam factæ, quia tunc effectus earum est jam consum-
matus,

matus, nec illa annullatio retrotrahitur, *glos. & DD. in leg. properandum, §. & siquidem, cod. de Jud. Tiraq. & Cancer. locis proximè citatis*.

5 Observa tamen, quod per solam litis contestationem perpetuatur actio, non autem per citationem, quod est notandum, *Bart. in l. cum notissimi, cod. de præscrip. 30. ann. & alii apud Jord. Elucubr. divers. lib. 14. tit. 24. de præscrip. n. 435.* ubi
6 dicit, quod si præscriptio statutaria interrumpitur per solam citationem sine litis contestatione, requiritur nova statutaria præscriptio; secus esset, quando præscriptio statutaria semel interrumpitur per litis contestationem: quia tunc necessaria est a die interruptionis nova præscriptio, non quidem statutaria juxta primam, quia ea semel interrupta cessat statutum, sed nova secundum dispositionem juris communis, *Alex. in leg. ex hoc edicto, n. 11 ubi Castren. num. 4. Jas. num. 3. Socin. num. 21. ff. de eo, per quem fact. erit &c. Marescot. variar. resol. lib. 2. cap. 67. num. 8. & seq. & alii apud Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. quæst. 1. num. 20. & 21. Rot. dec. 6. num. 1. & seq. p. 3. Recent.* perpetuatur tamen per simplicem citationem ju-
7 risdictio in annos 40. *secundum Bald. in l. sæpè, cod. de præscr. 30. vel 40. ann.*

8 Observa 2. quod litis contestatio facta super officio Judicis, per quod petitur restitutio in integrum, non perpetuat illud officium: & ideò adhuc intra quadriennium restitutio
9 petenda est, *juxta leg. supervacuam, cod. de Tempor. in int. restitut. & notat Bald. in d. l. sæpè, num. 1.* subdens, quod restitutione concessâ, actio rescissoria, si in judicium deducitur per contestationem, perpetuatur in annos 40. *ex regula d. legis*.

10 Observa 3. quod rescriptum Principis habetur pro libello, & contestatione litis quoad effectum actionis perpetuandæ, non autem quoad ordinem processus *leg. 2. cod. Quand. libell. Princip. dat.* cujus textus dispositionem procedere in actionibus temporalibus, annalibus, & prætoriis, non autem in perpetuis, *notat glos. Bart. Bald. & alii ibidem*.

11 Observa 4. quod contra instrumentum, seu creditum juratum non præscribitur minori spatio, quam 40. annorum *ex regula d. l. sæpè, cod. de præscrip. 30. vel 40. ann.* quia juramentum habet vim litis contestationis, *Afflict. dec. 174. nu. 5. Rot. dec. 8. p. 3. Divers. & in specie Crav. cons. 71. n. 2. & alii apud Honded. tom. 1. cons. 82. num. 60. & seq. Seraph. de Privil. Juram. privil. 51. per tot.* ubi *num. 12. & seq.* id intelligit in juramen-
12 to valido, vel non omninò nullo; præsertim si partes in ipso contractu jurarunt, vera esse ea, quæ in contractu asseruerunt, *ut d. Honded. d. cons. 82. n. 63. ubi citat Covar. var. resol. c. 9. num. 7. lib. 2. Bero. qq. fam. q. 5. n. 3. Galganet. ad Stat. Urb. lib. 1. c. 158. vers. An hoc statutum*, quamvis contrarium sentiat *Gutier. de Juram. confirm. 3. p. c. 1. nu. 8. & alii apud Cancer. lib. 1. var. res. c. 15. n. 38.* ubi, quod debitum juratum spatio 30. annorum præscribitur.

13 Notandum tamen est, quod si statutum tollat in aliquo casu fidem instrumento, tunc juramentum non haberet vim litis contestationis: quia tale instrumentum sicut non probat contractum, ita nec juramentum, & per consequens curreret in tali casu præscriptio communis vel statutaria, *Rot. dec. 104. num. 2. par. 2. Divers.* quod procedit quando juramentum præsumitur a statoto metu, & dolo extortum, *ut dict. Galganet. ad stat. Urb. libr. 1. cap. 158. vers. An hoc statutum &c. & cap. 159. vers. non obstat*, &c. ubi id limitat, quando juramentum aliunde probatur, quàm ex instrumento.

SUMMARIUM.

1 *Præscriptioni longissimi temporis non potest renunciari contrarium n. 4. & 6. declaratur n. 11. & 12.*
2 *Juri publico pactis privatorum derogari non potest.*
3 *An statuto debiti præscriptionem inducenti renuntiari possit.*
5 *Præscriptio per pactum potest interrumpi.*
7 *Favori suo quilibet renuntiare potest.*
8 *Qui renunciavit præscriptioni longissimi temporis non censetur renunciasse immemorabili.*
9 *Quid si res transiret in alium, qui esset in bona fide.*
10 *An hæres ejus, qui renunciavit, possit præscribere.*
13 *An per statutum, vel privilegium Principis tolli possit præscriptio.*

CAPUT CVIII.

An renuntiari possit præscriptioni.

Alii negativam partem substinent ex eo quod præscri- 1
ptio principaliter inducta est ob bonum publicum, nè dominia rerum diù maneant in pendenti; juri autem publico pactis privatorum derogari non potest, *l. jus publicum, ff. de Pact. ita Bart. in l. 1. ff. de usucap. & in l. nemo potest, n. 20. &*
seq. ff. de l. 1. ubi etiam dicit, quod neque potest renuntiari 2
statuto debiti præscriptionem inducenti: quia hæc præscriptio inducta est in bonum publicum, & *hanc sententiam se-*
quuti sunt Abb. & Felin. in Rubr. de præscrip. & alii apud Viv. 3
opin. 626. ubi de communi, Guid. Pap. dec. 319. n. 2. Aret. in § jure civili, instit. de Usucap. n. 13. subdens, quod licèt præscriptioni non possit renuntiari, potest tamen renuntiari exceptioni talis præscriptionis quæsitæ.

Alii verò contrarium sentiunt, quorum opinio commu- 4
nior est *teste Tiraq. de Retract. conven. § 1. glos. 2. n. 14. & ita decisum refert Cancer. var. resol. lib. 3. c. 15. n. 81.* quemadmodum
potest etiam per actum præscriptio interrumpi: *l. cum notis-* 5
simi, cod. de præscrip. 30. ann. quia favor publicus hac in re
consideratur secundario; principaliter autem attenditur pri- 6
vata utilitas possessoris, ne vexetur litibus, & expensis: favori verò suo quilibet renuntiare potest, *ut post Bald. in auct.*
quas actiones, cod. de Sacros. Eccles. Castr. in l. 1. de Usucap. dict. 7
Jord. lib. 14. tit. 24. de præscrip. n. 394. Cevall. in spec. opin. comm. con. comm. q. 174. n. 1.

Observant autem, quod qui renunciavit præscriptioni 8
30. vel 40. annorum, non censetur renuntiasse immemorabili, neque centenariæ, *Alex. cons. 60. num. 2. lib. 1. Abb. cons. 26. lib. 2. Jas. cons. 92. lib. 3. Aret. cons. 15. & alii apud Cancer. loco cit. num. 85.*

Observant 2. quod si res transiret in alium, qui esset in 9
bona fide, præscriberet non obstante hujusmodi renonciatione, *Bart. in d. l. nemo potest, n. 20. ff. de leg. 1.*

Observant 3. quod hæres ejus, qui renuntiavit hujus- 10
modi præscriptioni, poterit præscribere incipiendo præscriptionem a die mortis ipsius renunciantis, quia tunc hæres non præscribit tanquam hæres, sed præscribit ex persona propria, quo casu potest venire contra promissionem, & factum defuncti, *secundum Anto. de Petru. in repet. cap. 1. nu. 213. & sequ. de Jurejur. quem refert Seraph. de privileg. juram. privileg. 51. numer. 10. & sequ.* contrariam tamen sententiam rectiùs in hoc tenet *Balb. & alii per eum allegati in tract. de præscrip. in 2. par. 3. princ. qu. 12. num. 11. & sequ.* & *in 4. part. 5. princ. quæst. 6. vide quæ supr. diximus hoc eodem lib. cap. 94. nu. 14. & seq.*

Ego verò quoad propositum dubium distinguendum cen- 11
seo: aut enim agitur de præscriptione 30. vel 40. annorum, & tunc hujusmodi præscriptioni ut introductæ in odium negligentis, seu merè odiosè renunciari non potest etiam cum juramento, propter favorem publicum, nè dominia rerum sint in incerto, & ut aliquando sit finis litibus; quod intelligendum est quoad præscriptionem decurrendam, non autem quoad jam decursam: quia juri jam quæsito potest per pactum renunciari, sed non potest per pactum fieri, nè talis præscriptio currat in futurum, *Rom. cons. 201. Seraph. qui alios refert, de privileg. Juram. privileg. 51. numer. 8. vers. hoc autem Balb. in 5. part. 5. princip. quæst. 6. numer. 5. ubi de communi*.

Aut igitor de usucapione triennali, vel de præscriptione 12
10. vel 20. annorum, & tunc, licèt de jure renuntiari non possit, valida tamen esset renuntiatio, si juramento fuerit roborata: quia usucapio est præscriptio merè favorabilis, & præscriptio 10. vel 20. annorum non est merè odiosa, sed mixta, partim videlicèt favorabilis, & partim odiosa, ita *Seraph. loco cit. d. privil. 51. n. 3. 4. & 7. ubi citato Alex. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. Gerard. sing. 18. col. 6. Ruin. cons. 111. volum. 1. Balb. ubi supra in 5. p. 5. princ. q. 6. Corn. cons. 328. vol. 1. & consil. 280. vol. 3. Guid. Pap. qu. 416. Calca. cons. 19. in fin. & ita intelligendi sunt DD. apud Viv. d. opin. 626.*

An verò per statutum, vel Principis privilegium tolli pos- 13
sit præscriptio? Resp. affirmativè, intelligendo de præscriptione futura, non autem de præterita: hæc enim tolli non potest quia sic tolleretur jus quæsitum contra naturalem æquitatem, *ita Bal. & Sal. in leg. receptitia, cod. de Constit. pec. & tradunt omnes in auct. quas actiones, cod. de Sacros. Eccl. latè Balb. in tract. de præscr. in 5. p. 5. princ. q. 7. 8. & 9.*

SUM-

S V M M A R I V M.

1 *Bona communia ad petitionem alterius fratris, seu consortis quandocunque dividi debent.*
2 *An valeat prohibitio facta per testatorem de nunquam dividendo, & n.4.6.& 7.*
3 *Ditiones in perpetuum, & similes relatæ ad personas non extenduntur ultra tempus vitæ.*
5 *Per contractum hoc agi non potest, ut non liceat unquam dividere.*
8 *Divisio inter fratres quando præsumatur.*
9 *Quando inter fratres præsumatur contracta societas, & n. 10. & seq.*
11 *An frater pro debito fratris teneatur.*
12 *Quid veniat in tacita societate, & quid in expressa.*
13 *An, & quando fratres teneantur dotare sororem, & n.14. Et an mater teneatur dotare filiam ibidem.*
14 *Quando Clericus teneatur dotare sororem.*
15 *Quid si frater dotans bona sororis administret.*
16 *Et quid si dos esset excessiva.*
17 *Quando divisio inter fratres præsumatur legitimè facta.*

C A P U T CIX.

An adversus divisionem præscribatur.

1 RESp. negativè, & ideo bona communia ad petitionem alterius fratris, seu consortis quandocunque dividi debent etiamsi per longissimum tempus bona communiter possedissent, *Balb.de præscrip.in 4.p.4.prin.q.13. Bald. in leg. fin.cod.fin.regun.late Cevall.in Spec.opin. comm,con. commu.qu.* 820.*Cravet.cons.60.n.1.Honded.cons.59.n.53.& seq.lib.1.*
2 Quæres, an valeat prohibitio facta per testatorem de nunquam dividendo? Resp. quod aut prohibitio est personalis; seu relata ad personas, putà si dictum sit, ne fratres ullo unquam tempore dividant, & tunc valebit prohibitio durante vita eorum, quibus fuit injuncta, licèt post eorum mortem evanesceret, *Ruin.cons.135.n.6.& 7.lib.2.Rol.cons.84.n.10.& seq.lib.1.Dec.cons.264.Grat.con.66.n.13.& seq.quos refert Grat. disc.for.c.905.num.5.& 6.* ubi etiam dicit, quod dictiones,
3 in perpetuum, & similes relatæ ad personas non extenduntur ultra tempus vitæ.
4 Aut prohibitio est realis, & in rem, putà si dictum fuerit, quod domus, seu fundus nunquam dividatur, & tunc talis prohibitio non tenet tanquam inducens infinitatem, quæ in similibus prohibitionibus reprobatur ità, ut neque sit servanda viventibus illis, quibus fuit facta, sed viciatur in totum, *Alex.cons.110.n.10. & 11.lib.3.* subdens, quod neque
5 per contractum hoc agi potest, ut non liceat unquam dividere, *per text.in l.in hoc judicium, §.si conveniat ff.commu. di-*
6 *vid.& ita sensit Balb loco cit.d.q.13.* ubi ampliat, etiamsi pactum de nunquam dividendo, fuerit juratum, *Clar.in §.Testamentum q.67.& alii apud Grat.d.c.905.n.1.& seq.*
7 Hoc tamen procedit, quando per viam dispositionis induceretur perpetua communio; secus esset, quando per viam conditionis prohiberetur perpetuo divisio, tunc enim vale-
8 bit præceptum testatoris; unde si prohibitus non paruerit, privabitur commodo relicto, *Rol.cons.84. nu.19. & 20.lib.1. quem refert, & sequitur Grat.d.c.905. n.21.*
9 Quæres 2. quando inter fratres præsumatur contracta societas? Resp. quod præsumitur contracta ex communi habitatione, communicatione lucrorum, & non reddita ratione expensarum circa res, & personas, *Bart.in l.Titium, §. altero, num.5.ff.de Admin.& peric.tut. & in leg.si patruus, n.9. ubi id declarat, cod.commu.utriusque Jud.Jas.in l.1.num.7.cod. eod.tit. Alex.cons.48.num.5.lib.1.Mant.de Tac.lib.6.tit.10.n.2. & seq. Anch.cons.302.n.4.Cephal.cons.483.lib.4.Mascard. concl. 31.n.25.Ruin.cons.141.n.23. Ciarl.contr.for. cap.16. ante nu.26. tom.1.Seraph.dec.1303.n.1. & alii apud Menoch.lib.3.præsum.*
10 56.*n.22.* quod intelligendum est, dummodo fratres sint omnes ætate majores: nam si inter eos adessent pupilli, minores, furiosi, & alii, qui legitimo consensu carent, cessaret prædicta præsumptio, *l.ut in conductionibus, ff.pro Soc. Bart. in d.leg.si patruus, num.9. ubi etiam Bald.n.14.& seq. cod. commun.utrinsq.Jud. Alciat.reg.1.præsump.25.n.2. Menoch. loc.cit. n.6.* ubi idem dicit in Clerico, & in aliis, qui negotia tractare non possunt.
11 Effectus autem hujus tacitæ societatis est, ut æs alienum manente societate contractum, de communi solvendum sit, *juxta textum in l.omne æs alienum, ff.pro Soc.* quod intelligendum est, quando æs alienum ratione communis utilitatis contractum fuit: quia aliàs frater pro debito fratris non tenetur, etiamsi esset socius omnium bonorum, *leg.sed nec æs alienum, ubi glos.ff.pro Soc. leg.si cum fratre ubi Salic.cod. versus.alios ast.&c.Bald.in d.l.si patruus, n.12.Bero. cons.76.n. 18.lib.1.Calcan.cons.22.n.3.Rota dec.439.p.3.recen. Burat.dec.* 810.*n.1.* non enim potest frater da re communi disponere, sed tantum de sua parte, *l.servi electione, §.1.ff.de l.1.* nec socius socium obligat, si pecuniam non ex causa societatis acceperit, *l.jure societatis, ff.pro Soc.Dec.in l.si socius n.2.ff.si cert. pet. Alex.cons.139.n.3.lib.5.*

Notandum est autem, quod in tacita societate bonorum 12
non veniunt ea, quæ ex legato, donatione, aut hæreditate proveniunt, sed tantum quæ acquiruntur ex actibus quæstuariis, hoc est ex emptione, venditione, locatione, vel conductione, *l.coiri, cum quatuor seq.ff.pro Soc.* licèt aliud sit in societate expressa, *l.3.§.cum specialiter, ff.eod.tit. Alex.cons.49. n.2.lib.1.Coccin.dec.421.n.6.*

Notandum 2. quod si frater sciat, & patiatur, alterum 13
fratrem dotare filiam suam de bonis communibus, favore dotis censetur donandi animo consentire, *Dec.cons.58. circa fin.quem refert Ursil. ad Afflict. decisio.13. & communem dicit Hier. de Zannettis cons.6.n.7. Mant.de Tac.lib.13.tit.13.nu.23.* quod eo magis procederet, si frater de bonis communibus dotaret sororem communem, cum fratres teneantur dotare sororem ex eodem patre natam, non habentem bona, vel legitimam sufficientem, *leg.cum plures, §.fin.ubi gl.ff. de Admin.tut. & communem dicit Thes.dec.192.n.7. Abb. cons.12. in 7.dub.lib.1. Albert.Brun.in tract. Quod stantib.mascul.fæm.non succed.ar.9.n.9. quos refert Millin.dec.433.n.10.& seq. Rot.dec. 145.n.3.& dec.329.n.18.p.6.recen.Coc.dec.77.* ubi quod de jure communi etiam mater tenetur dotare filias in concursu cum fratribus, quando non adsunt bona paterna, *Paul.Rub. in annot.ad dec.460.n.74.p.3.tom.2.recen.* ubi dicit, quod frater 14
clericus teneatur in subsidium dotare sororem inopem, etiam de redditibus Ecclesiæ, *Mant.de Tac.lib.12.tit.16.n.25.& seq.* subdens, quod frater non tenetur dotare sororem uterinam, *& lib.13.tit.13.n.20. & seq.* ubi dicit, quod si frater dotavit sororem de re communi, vel communi patrimonio, præsumitur partem suam ei donasse; nisi ejus bona administret e 15
quia hoc casu magis intelligitur ejus negotium gessisse, quàm donandi animum habuisse, *arg. l. Nesennius, ff.de Neg.gest.* quod procederet etiamsi frater, vel mater in tali casu pro dote se se obligaverit, quia censeretur se obligasse uti fidejussor, *ut post Corn.con.124.n.1.& 2. lib.1.dixit Rota coram Millino d.dec.433.n.4.*

Verum si dos esset excessiva, fratres, qui dotis constitu- 16
tioni tacitè consenserunt, quoad excessum restituuntur in integrum, sive sint minores, sive majores, *l.1.cod.si advers. dot.leg.in contractibus, cod. Quib. ex caus.major. & dixit Rota in Romana restitutionis in integrum 10.Maii 1641.coram Card. Panzirolo, prout refert Rub.in annot. ad decisio.640.num.219. cum seq.par.4.tom.2.recen.* quod arbitrio Judicis remittitur, *Rot.coram Millin.d.dec.433.num.6.& 11. vers.fundamentum resolutionis.*

Quæres 3. quando præsumatur recto jure facta divisio, 17
& partitio bonorum inter fratres? Respond. quod divisio præsumitur legitimè facta ex longa possessione bonorum invicem separatorum, solutione onerum similiter separata, & ex perceptione fructuum per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes, *Gabr.cons.4.in princ.lib.1.Bero. q.50.num.8.Dec.cons.15.num.1.& 41.lib.1. Menoch. præsump. 60.num.3.lib.3.& alii apud Grat.discep.for.c.951.nu.30.& sequ.* ubi etiam dicit, quod in hoc casu non est necessaria aliqua scriptura, *Ric.in Prax.for.Eccles.p.3.res.509.n.6.& sequ. Cevall.ubi supra d. q.820.*

S V M M A R I V M.

1 *Jus pascendi præscribitur spatio decem, vel viginti annorum, & quando id procedat: contrarium n.2.*
2 *Quando ex usu particularium alicujus universitatis acquiratur ipsi universitati quasi possessio, & jus pascendi, aut lignandi, vel simile, & n.10.*
3 *Præscriptio juris pascendi, vel lignandi in alieno prædio, cessat, si Dominus prædii indigeat pascuis, vel lignis.*
4 *An Dominus fundi, super quo alius habet jus pascendi, vel lignandi possit illum ad culturam reducere.*
5 *Pro modo possessionum suarum unusquisque uti debet pascuo communi.*
6 *Dominus oppidi de jure communi tot animalia in publica pascua mittere potest, quot potest unus Civis.*
7 *Præses, & Prælatus durante officio frui debent eodem privile-*

vilegio, & prærogativis, quibus gaudent cæteri cives.

8 *Possessio juris pascendi probatur ex perceptione fructuum herbarum: declaratur n.9.*

10 *Quando factum singulorum censeatur factum universitatis.*

11 *Quando ex prohibitione facta particularibus personis alicujus oppidi, currat præscriptio contra totam universitatem, & quando non, & n.13.*

12 *Prohibitio facta in locis publicis, præsumitur pervenisse ad omnium notitiam.*

13 *Quando major pars communitatis possit præjudicare minori.*

CAPUT CX.

Jus pascendi quanto tempore præscribatur.

1 ALii putant, jus pascendi præscribi ad instar aliarum servitutum continuam, seu quasi continuam causam habentium, & sic spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, *juxta leg.2. ubi gl. & DD. cod. de servit. ita Bart. in l. justo, §. non mutat, ff. de Usuc. Paul. de Castr.cons.444. col.3.lib.1.& cons.3.col. fin. lib.2. Aret. cons.153. col. fin. Corn.cons.268.col.10.lib.4. quos refert Cravet. cons.4.nu.* 5. subdens, quod sufficeret prædicta præscriptio 10. vel 20. annorum, quando concurreret titulus, aliàs requireretur tempus 30. annorum.

2 Alii verò rectiùs sentiunt ad præscriptionem juris pascendi requiri tantum temporis spatium, cujus initii memoria hominum non extat in contrarium, *juxta text. in leg. hoc jure, §. aqua ff. de Aqua quot. & æstiv. leg. servitutes prædiorum 14. ff. de Servit.* hæc enim servitus, cum ad ejus usum requiratur factum hominis animalia ad pascua ducentis, & reducentis, dicitur habere causam discontinuam, *ut dict. Guid. Pap. dec.573. num.2. Cæpoll. de Servit. rust. præd. c.9. n.24. Balb. de præscr. in 2. par.4. princ. qu.5. Castil. de Usufr. c.68. n.18. & communem dicit Honded. cons.79. num.66. lib.1. & cons.84. nu. 28. & seq. lib.2.* ubi etiam, quod ex usu particularium alicujus universitatis non acquiritur ipsi universitati quasi possessio, & jus pascendi, aut lignandi, vel simile, nisi ultra tempus immemorabile constiterit, illos particulares homines usos fuisse pascuis, nemoribus, & similibus de mandato universitatis, vel saltem nomine universitatis, scientibus officialibus illius, *Andr. Gail. libr.2. observ.66. Cassan. in consuet. Burgun. rubr.13. §.5. num.26. Covar. lib.1. var. c.17. nu. 11. Bertran. cons.51. num.6. volum.1. & alii apud Cancer. var. res. lib.3. c.4. n.51. ubi etiam testatur, ita fuisse in Senatu Cathaloniæ decisum.*

3 Observa tamen, quod licèt ex hujusmodi præscriptione, vel consuetudine homines unius Castri, vel villæ acquisiverint jus pascendi, vel incidendi ligna in alieno Territorio, vel prædio, tamen si Dominus Territorii, vel prædii indigeat pascuis, vel lignis, vel ea non sufficiant pro usu ipsius Domini, cessabit eo casu præscriptio, eaque non obstante denegabitur jus pascendi, vel lignandi: quia tunc supervenerit ratio contrarii usus *c. suggestum, de Decim. & post Abb. in c. dilecti filii, n.7. de Arb. & alios trad. Surd. dec.236. n.20. & ita per Concilium Neapolitan. decisum fuisse, refert Afflict. dec.290. n.6. & seq. Gabr. commun. conclus. lib.5. tit. de præscr. concl.1. n.12. Cancer. lib.3. c.4. n.52. & seq.*

4 An verò Dominus fundi, super quo alius habet servitutem, seu jus pascendi, vel lignandi, possit illum ad culturam reducere? Resp. quod aut in illo fundo hujusmodi servitus fuit expressè constituta, & tunc non potest, *l. servitutis, §. si servitus, ff. de Servit. urban. præd. & ita intelligendus est Cæpol. de Servit. rust. præd. c.9. n.40.* aut talis servitus acquisita fuit præscriptione, & tunc potest impediri reducendo fundum ad culturam; quia servitus præscripta dicitur tacitè constituta ex patientia partis: patientia autem debet restringi ad suos limites, stante pascuo inculto, *ut rectè probat Cræv. cons.292. n.4. Jo: Bap. Costa de Port. rat. q.159. nu.11. & videtur sensisse Rot. dec.632. n.4. in fin. p.3. recent.* & ita servatur in Civitate Veliterna, ubi natus sum: nam in agris, seu terris, super quibus Communitas nostra habet jus pascendi, vites, & arbores Cives plantare possunt, quo casu cessat jus Communitatis: quamvis contrarium sentiat *Cancer. d. lib.3. c.4. n.80. & seq.*

5 Observa 2. quod hujusmodi juribus lignandi, pascendi, & similibus debet quis uti pro modo ità, ut propter suum immoderatum usum, aliis idem jus habentibus, quominus utantur, non sit impedimento; & ideo pro modo possessionum suarum unusquisque uti debet pascuo communi, *Al-*
ber. in l. Imperatores, n.2. ff. de servit. rust. præd. Bertr. cons.229. 6
& cons.202. n.5. vol.2. & cons.240. num.10. & 11. vol.3. Cassan.
in consuet. Burgun. rub.13. §.3. in fin. Cancer. loco cit. d. cap.4. num.
65. & sequ. ubi addit, quod Dominus Oppidi de jure com-
muni ratione jurisdictionis potest tot propria animalia in pa-
scua publica mittere, quot potest unus Civis: eodemque
privilegio, & prærogativis, quibus gaudent cæteri Cives, 7
frui etiam debet Præses, & Prælatus durante officio, *Capic.*
dec.209. n.31. Loffred. cons.4. n.8. & alii apud Cancer. d. l.3. c.12.
n.228. & seq.

Observa 3. quod possessio juris pascendi regulariter pro- 8
batur ex perceptione fructuum herbarum, *leg. Titia, ff. de*
solut. l. litibus, cod. de Agric. & Censit. lib.11. verum si alius e- 9
xisteret in possessione terrarum, in quibus herbarum fructus
percipitur, non sufficeret in tali casu probare simplicem
usum pascendi, quia id contingere potuit vel precario, vel
familiaritate, vel Domini terrarum incuria; sed ultra con-
stare debet, id factum fuisse jure servitutis; tunc enim subsi-
stente diversa causa possidendi utraque possessio esset com-
patibilis, & dari posset in una, & eadem re, *Rot. decis.632.*
per tot. par.3. recen. quod præcipuè procederet, ubi fundus
esset sub proprietate Ecclesiæ: tunc enim non est de facili in
Ecclesiæ præjudicium admittenda quasi possessio aliorum:
cum impediat, nè Ecclesia possit perfectè uti re sua, *Rot. in*
Alban. Jurispascendi 5. Julii 1604. coram Justo, & coram Greg.
dec.412. n.4.

Observa 4. quod si universitas, vel communitas præten- 10
deret, se præscripsisse jus pascendi, vel lignandi, non suffi-
ceret probare, quod singulares personæ ejusdem universi-
tatis per tempus immemorabile fuerint in usu dictæ servitu-
tis: quia ex actibus particularium non quæritur jus, nec pos-
sessio universitati: sed ultra constare debet, quod singula-
res personæ Communitatis id egerint cum mandato, licen-
tia, seu scientia universitatis, vel ejus Administratorum,
seu Rectorum, *ita Cæpol. in tr. de servit. rust. præd. c.9. nu.25.*
Philip. Dec. cons.221. num.10. Bald. cons.373. vol.3. & alii apud
Cancer. d. lib.3. c.4. n.101. & seq. ubi tamen subdit, quod satis
esset allegare, illos actus particularium fuisse factos nomine
universitatis, & de ejus consensu, seu licentia: quia pro-
bando usum omnium singularium, seu majoris partis eo-
rum, ex tanta diuturnitate temporis, & ex patientia Recto-
rum, seu Administratorum præsumitur consensus Commu-
nitatis, & per consequens in tali casu factum singulorum
censetur factum universitatis, *ad not. per gl. in l. sicut §. si quid*
universitati, ff. quod cujus, uni. nom.

Observa 5. quod si quis prohibuerit particularibus perso- 11
nis alicujus oppidi, nè audeant in aliquo loco, ligna cæde-
re, vel animalia pascere, & prohibitio devenerit ad noti-
tiam totius populi, vel majoris partis, & nullus contradixe-
rit, tunc a die hujusmodi prohibitionis currit præscriptio
contra totam universitatem, *ut post Cræv. de antiq. temp. p.4.*
Lud. de Casanet. cons.39. n.19. not. Cancer. d. lib.3. c.4. n.122. ubi
etiam dicit, quod si prohibitio facta fuerit in locis publicis, 12
præsumitur pervenisse ad omnium notitiam.

Verum si particulares homines ejusdem oppidi prohibi- 13
tione non obstante semper continuaverint possessionem ce-
dendi ligna vel pascendi animalia, contra eos præscriptio
non curreret, *arg. cap. de quarta, de præscrip.* ubi unus Cle-
ricus non solvens præscribit quartam decimarum compe-
tentem Episcopo, licèt omnes alii solvant, præsertim quia
major pars universitatis non potest præjudicare minori nisi
quando est actus necessarius, aut utilis ipsi universitati, *ad*
trad. per Cræv. cons.27. num.10. & ita sensit Cancer. ubi supr. d.
cap.4. num.123.134.135.146. & 157. Bertaz. cons.419. num.8.
Ruin. cons.217. volum.1. Afflict. dec.265. num.10. & 11. Jas. Rip.
& alii in leg. quominus, ff. de flumin. Thes. dec.16. num.6. vers.
sextò ampl.

SUMMARIUM.

1 *Enunciativæ duorum, vel plurium instrumentorum ultra centum annos probant dominium ad quemcumque effectum: declaratur n.7. & 8.*

2 *Plura instrumenta de antiquo habent vim probationis famæ.*

3 *Fama in antiquis plenè probat etiam in præjudicium tertii.*

4 *Enunciativæ antiquæ plurium instrumentorum identitatem bonorum probant.*

5 *Nobilitas probatur etiam ex instrumentis antiquis, & ex Historiis, & Chronicis.*

6 *Ex instrumentis antiquissimis probatur notariatus ejus, qui scripsit: limitatur n.19.*

7 Quid

7 *Quid si enunciativæ hujusmodi emanaverint a personis suspectis, & n.8.*
9 *Quando enunciativæ probent Juspatronatus.*
10 *Ex præsentationibus quando Juspatronatus probetur, & num.13.*
11 *Quando præsumatur Juspatronatus esse ex dotatione, vel fundatione.*
12 *Defectus novem, vel duodecim mensium uti modicus respectu centenariæ non attenditur.*
14 *Fama jurispatronatus juncta cum quasi possessione juris præsentandi in antiquis juspatronatus probat etiam contra tertium.*
15 *Enunciativa unica excedens centum annos an probet.*
16 *Et an probent enunciativæ ultra 60. vel 70. annos.*
17 *Quid si enunciativæ hinc inde dentur.*
Et quid si adessent duæ famæ contrariæ, ibid.
18 *An unio beneficiorum probetur ex enunciativis antiquis.*

CAPUT CXI.

Quando enunciativa probet dominium.

1 ENunciativas duorum, vel plurium instrumentorum
ultra centum annos probare dominium ad quemcum-
que effectum, probat *Dec.cons.146.nu.14. Menoch.cons.409.
n.9. Cassador.dec.3.num.3.de Procur.Rot.dec.91.n.2.p.1. Recen.
& in Papien.bonorum 28. Aprilis 1595. coram Card. Millino,
& in Romana devolutionis 28. Maii 1625. coram Pirovano,
prout refert Ferentil.ad Bura.decis.602.num.*21. etiam in præ-
2 judicium tertii: quia plura instrumenta de antiquo habent
vim probationis famæ, ut post *Bald. Paul. de Castr. in lege
cum aliquis, cod.de Jur.deliber.Aret.cons.42. Soc.cons.89.col.
2. vers.præterea ista conclusio probatur &c. lib.1. Cur.sen.cons.
77.col.2.Dec.cons.11.col.6.post mod.scripsit Grav.de Antiq.tem-
por.1.p.5. Ampliatur n.14.* fama autem in antiquis plene pro-
3 bat etiam in præjudicium Tertii, nisi in contrarium adsit ali-
quid, ex quo ea debilitetur *Alex.cons.57.prope fin.lib.2.Ruin.
cons.113.nu.8.lib.5.Cassador.dec.2.de Prob. quos refert Seraph.
dec.330.num.9.& dec.355.n.5.& dec.449.n.3.& dec.1061.num.*
4 4. ubi, quod enunciativæ antiquæ plurium instrumentorum
identitatem bonorum probant, *Rot. in Comen. habitus 14.*
5 *Maii 1607. coram Justo, quam refert Ursel.concl.120. n.36.&
37.* ubi, quod nobilitas probatur etiam ex instrumentis an-
tiquis, licet in illis enuncietur, quemadmodum probatur
etiam ex historiis, & Chronicis, *Afflict.dec.245.n.3.* ubi ad-
6 dit, quod ex solis instrumentis antiquissimis probatur nota-
riatus ejus qui scripsit, *Mascard.de proba.conclus.106.vol.1.
Millin.dec.110.*
7 Hoc tamen intelligendum est dummodò enunciativæ hu-
jusmodi proveniant a diversis personis non suspectis, *Garz.
de benef.par.12.cap.2.num.248.& seq.Rot.dec.13.num.1.par.1.
Noviss.Jord.libr.14.ti.17.de proba num.309.* unde si proveni-
rent ab eadem persona, etiamsi essent plures, reputarentur
pro unica enunciativa, *Achil.dec.8.num.2.de Jurepa.Rota in
Recan.dec.295.num.7.par.1.Verall.dec.337.num.9.par.3.Beltra-
min.ad Gregor. dec.407.* nec sufficeret, quod instrumenta
sint plura, sed requiritur, quod sint confecta a diversis No-
tariis, *Bertrand.consil.151.numer.6.libr.2. Achil.dict.decisio.8.
numer.2.de Jurep. Ferentill.ad Bura.decis.172.numer.33.ubi re-
fert, ita etiam resolvisse Rotam in Astoricen. beneficii 4. No-
vemb.1595.& in Brixien.feudi 29. Martii 1591. coram Card.
Pamphilio.*
8 Observa tamen, quod plures enunciativæ antiquissimæ e-
manatæ a personis etiam suspectis probant; si alia admini-
9 cula concurrant, *Put.dec.149.n.1.lib.3.* ubi, quod enuncia-
tivæ antiquæ habentes etiam originem a personis suspectis
probant juspatronatus junctis adminiculis, putà si præce-
dentes, & subsequentes præsentationes sortitæ fuerint effe-
ctum, & ita *decisum refert etiam Jord.loco cit.num.311. Andr.
dec.54.num.10.Ferentill.ad Bura.d.dec.172.n.33. vers. quando*
10 *vero &c.* quemadmodum probatur etiam Juspatronatus ex
præsentationibus spatium centum annorum effectum sorti-
tis, *latè Bura.d.dec.172.num.1.& sequ.* ubi etiam dicit, quod
11 in tali casu præsumitur Juspatronatus esse ex donatione,
vel fundatione: sufficit enim, quod cum centenaria quasi
possessionem allegetur titulus fundationis, vel dotationis,
etiamsi non probetur *Rot.dec.1640.par.3.libr.3. Divers.Paris.
de confiden.qu.28.num.236. Bura.dec.142.num.4. & sequ.* ubi
12 subdit, quod defectus novem vel duodecim mensium uti
modicus respectu centenariæ non attenditur; & tunc satis
esset probare, quod primæ, & ultimæ præsentationes effe-
ctum fuerint sortitæ, cum mediæ præsumantur, nisi forte
constaret de statu libertatis intermedio, *Rot.dec.545.num.1.* 13
par.1.Divers.Seraph.dec.1120.n.4.& dec.1141. numer.6. ubi
addit, quod fama Juspatronatus juncta cum quasi possessio- 14
nem juris præsentandi, in antiquis juspatronatus probat,
etiam contra tertium, *Ursell.concl.120.nu.18. ubi alias Rot.
decisiones recenset.*
Observa 2. quod licèt enunciativa unica excedens centum 15
annos plenè non probet, facit tamen semiplenam probatio-
nem etiam contra tertium, *Rot. in Oritan. Archipresbytera-
tus, 2. Decembris 1598. coram Orano & coram Bura. d.dec.172.
n.11 & 12.* junctis adminiculis facit etiam plenam probatio-
nem, ut *sæpius resolvit Rot.teste Ferentil.ad d.dec.172. Bura.
n.33.vers.33.vers.fin.Beltram.ad Greg.dec.407.in fin.Ursel. d.
concl.120. n.88.*
Observa 3. quod plures enunciativæ ultra 60. vel 70. an- 16
nos, quamvis non probent concludenter, magnam tamen
faciunt præsumptionem veritatis, ut post *Dec.in cap.1. n.18.
de appell.Rot.dec.176.num.1.p.1. Noviss.notat Jord. d.lib.14. ti.
17.n.316.*
Observa 4. quod si enunciativæ hinc inde dentur, con- 17
quassantur ad invicem, & sibi fidem tollunt, prout de du-
plici fama contraria sensit *Bar. in l.is potest, num.23.in fin.ff.
Acq.hæred.*
Observa 5. quod unio beneficiorum probatur etiam ex 18
enunciativis instrumentorum antiquorum concurrente lon-
gissima quasi possessione ipsius unionis, ut *ex pluribus Ro-
tæ decisionibus probat.Garz.de benef.p.12.cap.2. num.269.* sub-
dens *n.270.* quod hoc non habet locum contra possessorem,
contra quem actor debet plenissimè probare non obstante
temporis antiquitate: contrarium tamen in hoc tenet *Grav.
de Antiq.Tempor.par.1.5.viso in hac prima &c.nu.4.& 5. fol.
215.Menoch.de arb.Jud.lib.2.cas.115.n.4.* ubi, quod sufficiunt
leviores probationes per indicia, & conjecturas, vel famam
in antiquis etiam contra possessorem, qui nondum præscri-
psit, quorum opinio communis est, *teste Dec.in c.1. n.44.&
seq.de appell.*
Observa 6. quod licèt in antiquissimis supra centum an- 19
nos propter difficultatem probationis admittatur præsum-
ptio notariatus ut *supra diximus* secus tamen esset in antiquis
simpliciter, in quibus sola antiquitas non sufficit ad præsu-
mendum notariatum, nisi producantur alia instrumenta
ejusdem personæ, *latè Afflict.dec.245.& dec.251. Grat.discep.
for.cap.554.numer.37.& sequ.* ubi etiam dicit, quod ad hunc
effectum non sufficit tempus 30. annorum, sed centum an-
norum spatium ad minus exigitur: subdens, quod hæc pro-
ductio erit necessaria ad evitandum periculum falsitatis,
cum de facili possit quis confingere instrumentum, quod
appareat antiquum sub nomine alicujus privati, *Alex.consil.
150.n.10.lib.6.Put.dec.186.n.2.lib.3. Gregor.dec.393.num.2.ubi
Beltram.n.5.*

SUMMARIUM.

1 *Immemorabilis qualiter probetur, & n.4.*
2 *In testibus deponentibus de immemorabili quanam ætas requiratur.*
3 *Quando immemorabilis reddatur improbabilis.*
5 *An immemorabilis probari possit per scripturam.*
6 *Et an per scripturam probetur præscriptio centum annorum.*
7 *An immemorabilis excludatur ex actibus contrariis.*
8 *Quot sint effectus immemorabilis.*
9 *Quæ dicatur sententia antiqua.*
10 *Tempus 20. annorum sufficit, quando tractatur de probanda filiatione legitima antiqua.*
11 *Ex lapsu 30. annorum conficiens instrumentum præsumitur habuisse auctoritatem a Papa, vel ab Imperatore.*
12 *Sententia antiqua præsumitur ritè, & rectè lata, etiamsi non justificetur legitimo processu: limitatur n.16.*
13 *Testes examinati in judicio antiquo probant per modum jurium: limitatur n.15.& 22.*
14 *Præsumptio, quæ pro sententia oritur ex antiquitate temporis facilè eliditur per contradictionem.*
16 *Sententia criminalis antiqua non probat sine processu.*
17 *Quod tempus dicatur antiquum in materia testium, & instrumentorum, & n.18.*
19 *Antiquitas non supplet vitia visibilia, nec defendit a vitiis substantialibus.*
20 *Non præsumitur solemnitas, si ex instrumento constet, eam non intervenisse.*
21 *Probatio per testes de publica voce, & fama in antiquis censetur sufficiens.*

22 *Te-*

22 *Testes inter alios examinati in probatione rei antiquæ faciunt tantum semiplenam probationem.*
23 *Instrumenta, & scripturæ privatæ excedentes centum annos non indigent recognitione.*
Quid si instrumenta, & scripturæ essent ultra 70. vel 80. annos, ibidem.
24 *Quando detrahatur tempus motæ litis, & quando non.*

CAPUT CXII.

Quomodo probetur immemorabilis.

1 RESP. quod testes deponere debent de visu per 40. annos ante motam litem, & de auditu a suis majoribus, qui majores ab aliis audiverint, & quod nec ipsi, nec majores suis unquam viderint, vel audiverint contrarium, & de publica voce, & fama per verbum fuit, & est, *gl. communiter recepta in c.1. de præscr. in 6. Greg. dec. 196. Seraph. dec. 1102. n.4. & dec. 1450. n.2. Mant. dec. 289. n.3. Maresc. var. lib. 2. c. 100. n.8. & seq. Rot. dec. 274. n.2. p.4. to.1. Recen. Penia dec. 434.*

Illud vero requisitum scilicet quod majores non viderint, nec audiverint contrarium, non est necessarium, *Beltram. ad Greg. dec. 196. n.2. Rot. dec. 512. p.5. to.2. Recen. Ursel. conclus. 148. in ver. Articuli, nu. 361. ubi refert, ita etiam resolvisse Rotam in Conchen. decimarum de Guascuena 31. Maii 1617. coram Manzanedo, quæ refertur in p.4. Divers. dec. 502. & in Illerden. decimarum 15. Maii 1630. coram Pirovano:* sed sufficit quoad hoc juramentum credulitatis, cum id concernat factum alienum, *Put. dec. 267. lib. 2.*

Fama verò probanda est super articulo principali, non autem super ultimo articulo generali, quando dicitur, de omnibus prædictis esse publicam vocem, & famam, *Gabr. commun. concl. lib. 5. tit. de præscr. concl. 1. n. 88.*

2 Item in testibus deponentibus de immemorabili requiritur ætas saltem 54. annorum, subducto tempore litis, *Caputaq. dec. 290. p.3. Greg. dec. 434. n.12. Penia dec. 508. n.7. & seqq. Maresc. ubi supra n.9. Gabr. loco cit. n.91. Seraph. dec. 1102. nu. 5.* de qua debet concludenter constare, *Crav. cons. 6. n. 106. post gl. in l. eum actum, ff. de Neg. gest.* nam cum testes debeant suo tempore probare continuam possessionem 40. annorum, necesse est, ut tempore, quo videre cœperunt, essent doli capaces, *Penia dec. 508. n.5. & 6. Ursell. concl. 148. in ver. articuli, n.365. Rot. dec. 512. par. 5. to.2. recen.* ubi, quod ideò talis ætas requiritur in teste, ut in decimoquarto anno scire possit, quid deponat, & in aliis 40. ut concludat observantiam de visu.

3 Unde ubi lis tanto tempore pendet, ut subducto tempore litis non possint reperiri testes ætatis 54. annorum, tunc immemorabilis esset improbabilis, *Seraph. dec. 1450. n.2. Rot. in Macerat. Jurisdictionis 24 Junii 1609. coram Manzanedo, Beltram. ad Greg. dec. 205. n.6. & dec. 298. n.12.* nec probaret immemorabilem testis referens se ad articulum, & dicens,
4 in eo contenta esse vera, nisi etiam causam reddat, *Beltram. ad Greg. dec. 205. n.6. & dec. 298. n.12.* nec probaret immemorabilem testis referens se ad articulum, & dicens, in eo contenta esse vera, nisi etiam causam reddat, *Beltram. ad Greg. dec. 578. n.13. Veral. dec. 91. n.3. p.2. & dec. 291. p.3.*

5 Quæres, an immemorabilis probari possit per scripturas? negativè, *Alex. cons. 16. n.17. lib. 5. Penia dec. 586. n.30.* nisi darentur scripturæ antiquæ ultra centum annos, & in illis immemorabilis enunciaretur, *Rot. in Burgen. quindenniorum 8. Martii 1599. coram Litta, Beltram. ad Gregor. dec. 51. n.10. Maresc. var. d. lib. 2. c. 100. nu. 17.* requiritur tamen, quod enunciativæ immemorabilis in tali casu sint saltem duę diversorum instrumentorum, & diversarum personarum, & quod illæ non habeant originem a personis suspectis, *Crav. de antiq. temp. p.1. §. ampliatur nunc &c. n.14. Caputaqu. dec. 337. & 347. p.3. Mant. de Tac. & ambig. convent. lib. 2. tit. 6. n.21. & seq. Ursell. concl. 120. n.18. Gab. commun. concl. lib. 5. tit. de præscr. concl. 1. nu. 90.* ubi addit, quod licèt per scripturam
6 non probetur, memoriam in contrarium non extare, tamen bene probatur præscriptio centum annorum, ut *sensit etiam Rota apud Caputaq. dec. 347. n.2. p.3.*

7 Quæres 2. an immemorabilis excludatur ex actibus contrariis? Resp. affirmativè, *Penia dec. 434. Put. dec. 426. libr. 2.* nisi actus, qui dantur in contrarium, excederent centum annos, quia tunc non eliderent immemorabilem: stat enim simul, non extare memoriam in contrarium cum actu antiquo ultra centum annos, cum nec vita hominis, nec memoria ultra centum annos præsumatur se extendere, ut post *Alex. cons. 16. n.16. lib. 5. Butr. in cap. quid per novale, nu. 15. de verb. signif. & alios dixit Rota dec. 491. n.9. p.3. recen. Beltram. ad Greg. dec. 51. n.6. & 7. & dec. 298. num. 13.* subdens, quod si actus in contrarium sint infra centum annos, tunc ex hujusmodi actibus immemorabilis excluditur, *Mol. de primog. Hisp. lib. 2. c. 6. n. 60. & seq. Rota in Cavalicen. feudi 26. Aprilis 163. coram Pirovano,* nisi fortè essent gesti post completam probationem immemorabilis, quia neque in tali casu excluderent immemorabilem, *Rot. d. dec. 491. n.9. Ursell. concl. 120. num. 19.*

8 Quot verò sint effectus immemorabilis? vide *Gab. d. lib. 5. tit. de præscr. conclus. 1. per tot.* ubi de his fusè agit: & quidem principalis effectus immemorabilis est, quod habet vim tituli, & privilegii, *c. super quibusdam, §. præterea, ubi glos. in ver. non extat memoria de verb. signif. Crav. de antiq. temp. 4. p. §. Absolutis, n.9. Penia dec. 103. n.3. & seq. Put. dec. 206. lib. 1.* ubi dicit, quod probata immemorabili potest quis allegare titulum, quem voluerit, & sic dicere, Juspatronatus competere sibi ex fundatione: nisi persona esset inhabilis, vel immemorabilis esset a jure reprobata, *Rota in una Cracovien. Juris eligendi 21. Maii 1627. coram Coccino, quam refert Ursel. concl. 120. n.19. Put. dec. 355. n.4. lib. 1. & dec. 457. num. 5. lib. 2.* Unde non posset quis prætextu consuetudinis immemorabilis plures dignitates, vel plures personatus in eadem Ecclesia obtinere quia talis consuetudo expressè reprobatur *in c.1. de consuet. in 6.*

9 Quæres 3. quæ dicatur sententia antiqua? Resp. quod in hoc varii varia excogitarunt: alii enim dixerunt: sententiam dici antiquam post biennium, alii post decem annos, alii post viginti, vel triginta, aut quadraginta, alii intellexerunt de tempore 60. annorum, & alius de longissimo tempore, de quo vix posset haberi probatio, *ut refert Gab. commu. conclus. lib. 2. tit. de Sentent. concl. 4. n.39. & seq. Alex. cons. 219. n.21. lib. 6.* quorum sententiæ, excepta prima, omnes probabiles videntur, quia etiam tempus 10. vel 20. annorum in jure longum censetur, *ut constat ex rubr. cod. de præscr. longi temporis 10. vel 20. ann. & notat Ursel. concl. 120. nu. 55. Barbat. cons. 68. col. 3. lib. 4. Ferret. cons. 49. n.3. Rot. dec. 357. n.8. & 9. par. 1. Grat. disc. for. c. 468. n.36.* ubi dicit, quod tempus 20. annorum suf-
ficit, quando tractatur de probanda filiatione legitima an- 10
tiqua. Unde Judex variè arbitrari poterit secundum qualitates Judicum, qui pronuntiarunt; ita, ut majus tempus exquirat in sententia ejus, quem constabat esse præcipitem, aut imperitum; ubi verò tempus exactum esset annorum 30. illud proculdubio satis esset ad hunc effectum, ut sententia dicatur antiqua, *prout observat Crav. de antiq. temp. 2. p. nu. 38. & pluries resolvit Rota teste Ursel. d. concl. 120. n.53. & præcipuè dec. 1. n.1. p.7. recen.* nam tempus 30. annorum dicitur tempus longissimum, *gl. in l. licet, cod. de Jur. deliber.* ex eo tamen deduci semper debet tempus motæ litis, *resolvit Rot. in Aretina Capellaniæ 18. Maii 1616. coram Burat. & in Novarien. bonorum 7. Junii 1619. coram Cardin. Sacrato, & in aliis causis, prout refert idem Ursel. loc. cit. n.16. Cancer. var. libr. 3. c.
11. n.81. & 82.* ubi addit, quod ex lapsu similis temporis con- 11
ficiens instrumentum præsumitur habuisse auctoritatem a Papa, vel ab Imperatore.

Quare in tali casu præsumuntur omnia, ritè gesta *Grat.* 12
lib. 3. disc. for. c. 520. n.33. Mant. dec. 101. etiamsi sententia non justificetur legitimo processu, *Cancer. var. lib. 3. c. 11. n.81. latè Gabr. lib. 2. tit. de sent. concl. 4. n.35.* nulla habita differentia, an sententia sit lata inter præsentes, vel absentes, *Cassad. dec. 3.
de Procur. Seraph. dec. 580. n.3.* ubi quod præsumitur pro sen- 13
tentia etiam in præjudicium tertii, *Greg. dec. 535. n.7.* ubi etiam dicit, quod testes examinati in judicio antiquo probant per modum jurium absque totius processus exhibitione.

Notandum tamen est, quod ea præsumptio, quæ pro sen- 14
tentia oritur ex antiquitate temporis, facilè eliditur per contradictionem, *ut decisum refert Ursel. concl. 120. n.24.* subdens
n.33. quod testes examinati in judicio antiquo non proba- 15
rent, si quid in contrarium adsit, ex quo eorum fides debilitetur: quemadmodum nec sententia criminalis probat,
sine processu, etiamsi esset antiqua, *Seraph. dec. 355. n.5. &* 16
dec. 723. n.12.

Quæres 4. quodnam tempus dicatur antiquum in materia 17
testium, & instrumentorum? Alii respondent, illud dici antiquum respectu testium, quod excedit metam 60. annorum: respectu verò instrumentorum requiri tempus 99. vel 100. annorum ita, *Caputaq. dec. 28. p.1. & dec. 5. n.3. & dec. 298. p.3. Rot. dec. 155. n.13. & dec. 288. p.2. Divers. Grat. de benef. par. 12. c.2. n.263. & seq.* ubi etiam dicit, quod tam in testibus, quàm in instrumentis, cum ambigitur, an sint antiqua, detrahendum est tempus litis.

Alii putant, quod etiam respectu instrumentorum tempus 59. vel 60. annorum censetur antiquum, *titul. Anton. de But.*

But. in c. quid per novale, sub n. 16. de verb. sign. Jas. cons. 114. nu. 18. vol. 1. Bursat. cons. 151. n. 29. ubi de communi, & alii apud Ciriac. contr. 320. n. 15. & contr. 321. n. 33. & seq. lib. 2.

18 Mihi verò magis placet aliorum sententia, qui id arbitrio
judicis remittunt, *Alex. cons. 4. n. 12. lib. 2. Menoch. de arbitr. Jud. lib. 2. cas. 3. & alii apud Grave. de Antiq. temp. 1. p. n. 3. quam opinionem sequuta fuit Rota in Bonon. fideicommissi de Rubeis 12. Febr. 1618. coram Ubaldo, teste Beltram. ad Gregor. decis. 389. n. 7. in fin. sequitur Ciriac. d. contr. 321. n. 34. & seq. lib. 2.* subdens, quod tempus 62. annorum, & multo magis 99. vel 100. Judex arbitrari debet antiquum, *Ursell. concl. 120. n. 7.* ubi dicit, quod tempus 60. vel 80. annorum maximam materiam præbet Judici, ut ex judiciis, & præsumptionibus probatio inducatur.

19 Observa tamen, quod antiquitas non supplet vitia visibi-
lia nec defendit a vitiis substantialibus, veluti si instrumen-
tum careret nomine, & subscriptione Notarii, *Innoc. in c. ex
insinuatione, de appell. Paul. de Castr. cons. 81. lib. 1. Corn. cons.
142. n. 6. lib. 2. Greg. dec. 393. per tot.* nec præsumitur solemni-
20 tas, si ex instrumento constet, eam non intervenisse, *Seraph.
dec. 338. n. 6. Ursell. concl. 120. in ver. Antiq. temp. n. 2. & 26.*

Observa 2. quod probatio per testes de publica voce, & 21
fama in antiquis censetur sufficiens, & concludens, etiamsi
agatur de gravi præjudicio, *Seraph. dec. 75. Ursell. d. conclus.
120. nu. 27. & seq.* testes verò inter alios examinati in proba- 22
tione rei antiquæ faciunt tantùm semiplenam probationem,
*idem Seraph. dec. 171. Put. dec. 62. lib. 2. ubi rationem differentiæ
assignat,*

Observa 3. quod si instrumenta, & scripturæ privatæ ex- 23
cedant centum annos, non indigent recognitione, *Rot. dec. 470. n. 1. p. 4. tom. 1. recent. Beltram. ad Greg. dec. 3. n. 5. & seqn.* subdens, quod si sint 60. vel 70. aut 80. annos, non est necessaria formalis recognitio, sed sufficiunt adminicula, ut *tenuit Rota in Bonon. fideicommiss. de Cataneis, 12. Junii 1615. coram Pirovano, Caputaq. dec. 5. p. 3. Seraph. dec. 1481. nu. 2. Caval. dec. 518. n. 4.* & ex dicto tempore detrahendum est similiter tempus motæ litis, si instrumentum est tale, super quo consistat principale fundamentum totius causæ; secus si instrumentum incidenter in progressu litis producatur: quia tunc non detrahitur tempus litis, *Rota in Tiburtina Castri S. Angeli coram Card. Lancellotto, quam refert Beltram. ubi supra dicta dec. 3. n. 8.*

Finis Libri Secundi.

JOANNIS CAROLI ANTONELLI SAC. THEOLOGIÆ, AC J. U. D. VELITERNI.

LIBER TERTIUS.

DE MENSIBUS.



ENSIUM usus frequens etiam est in jure nostro: nam *in cap. quis quis 4. q. 5.* Episcopo accusato præfigitur terminus unius mensis a die receptionis litterarum computandus ad comparendum coram Provinciæ Primate: *& in cap. si ægrotans, 5. quæst. 3.* ad id assignatur terminus duorum, vel trium mensium, & eo amplius, prout causa dictaverit.

Sed hodiè causæ criminales graviores contra Episcopos, depositione, aut privatione dignæ sunt, ab ipso tantùm Romano Pontifice cognoscuntur, & terminantur; minores verò criminales causæ Episcoporum in Concilio tantùm Provinciali cognoscuntur, *ex Conc. Tridentino sess. 24. de ref c. 5.*

Item *in eodem Concilio Tridentino sess. 23. de ref. cap. 5.* statuitur, ut is, qui ad singulos majores ordines erit assumendus, per mensem ante ordinationem Episcopum adire debeat, ut inquisitio fieri possit de natalibus, moribus, & vita Ordinandi.

In *Constitutione Gregor. XIII. incip. Humano vix judicio &c. apud Quarant. in Summ. Bullar. ver. Beneficiorum Resignat. publicatio*, omnes resignationes, & jurium cessiones publicari debent intra sex menses, si beneficia sint citra montes: si verò ultra, intra novem, qui a Data concessionis gratiæ, non autem a die præstiti consensus numerantur. Si verò beneficia extra Romanam Curiam resignari, etiam ex causa permutationis contigerit, Episcopus intra mensem negotium admissionis, vel rejectionis resignationis, ac provisionis resignati beneficii omninò absolvere debet, & Provisus intra tres menses a die sibi factæ provisionis, illam publicare, & possessionem capere tenetur.

In *cap. 1. de Elect. in 6.* opponentes contra electionem, si ad Papam appellaverint, intra mensem a die objectionis, iter arripere debent ad sedem Apostolicam; & si ad Urbem jam pervenerint, tenentur per 20. dies partem alteram expectare.

Item *in clem. causam, de Elect.* appellans ab electione tenetur intra mensem, aut eo elapso, quàm primùm commodè poterit, adversario intimare hujusmodi appellationem, aliàs causa ad sedem Apostolicam non devolvitur.

In *Extravag. execrabilis de Præb.* habenti secundum beneficium incompatibile mensis assignatur ad dimittendum coram Ordinario primum similiter incompatibile; hodiè verò in gratia facta de aliquo beneficio habenti aliud incompatibile, seu jus ad illud, apponitur decretum, quod ipse orator infra duos menses a die habitæ possessionis secundi, primum dimittere, seu juri competenti cedere in manibus Romani Pontificis, cum specifica mentione hujusmodi decreti omninò tenetur, alioquin ambo vacant eo ipso, ita, ut de illis per sedem Apostolicam dumtaxat disponi possit, *ut refert Barbos. in tract. de off. & pot. Episc p. 3. alleg. 57. n. 77. Card. Seraph. dec. 997. num. 10.*

In *Concilio Tridentino sess. 24. de reform. capit. 12.* duo menses a die adeptæ possessionis assignantur provisis de beneficiis Parochialibus, ac de Dignitatibus, & Canonicatibus in Ecclesiis Cathedralibus ad faciendam fidei professionem, aliàs non faciunt fructus suos, nec eis possessio suffragatur.

In *c. fin. de Judæis, & Saracen.* Judæo, qui emit aliquem nondum ad fidem conversum, & postmodum factus fuerit Christianus, vel desideret fieri, tres menses præfiguntur ad eundem venalem exponendum: quibus transactis talis Christianus, vel qui cupit fieri, non potest amplius vendi, sed statim perducitur ad præmia libertatis.

In *l. sancimus, C. de fideiuss.* illi, qui promisit aliquem judicio sisti apposito termino cum pœna, sex menses præscribuntur ad purgandam moram sistendo, vel reum principalem defendendo, nisi contrarium actum sit.

In *Concilio Tridentino session. 21. de reformat. capitul. 8.* statuitur, ut Conventus Religiosorum sub regulari observantia viventium non aliter possint ab Episcopo visitari, quàm, si ab eo

regu-

regulares superiores admoniti intra sex menses non visitaverint, & corrigenda non correxerint.

In *l. septimo mense, ff. de Stat. hom.* sancitur, ut is, qui ex justis nuptiis septimo mense natus est, justus filius censeatur, quia eo tempore nasci perfectum partum censet Doctissimus vir Hyppocrates.

In *cap. induciæ, 3. quæst. 3.* induciæ accusatis in criminalibus causis, sex mensium, vel eo amplius, si necesse fuerit, conceduntur; vide etiam *§. spatium, ead. 3. quæst. 3.* ubi petentibus inducias præparatorias dantur tres menses, si instrumenta, vel testes petuntur in ea Provincia, ubi lis est: si ex convicinis Provinciis, sex menses: si ex transmarina, dantur novem menses, dummodo id necessitas exegerit.

In aliis etiam casibus de mensibus in jure tractatur, de quibus in hoc libro, Deo adjutore, mox differemus.

S V M M A R I V M.

1 *In quibus mensibus possint Episcopi beneficia conferre.*
2 *Quando hujusmodi menses incipiant, & quando terminentur.*
3 *Media nox quando dicatur.*
4 *Quid si contingeret vacatio beneficii ultima die mensis circa mediam noctem, & n. 6. & 7.*
5 *Ordinarius fundatam habet suam intentionem conferendi omnia beneficia suæ diœcesis.*
7 *Quando possessori incumbat onus probandi.*
8 *An si Cardinalis Episcopus decederet ante collationem beneficii vacantis in mense Apostolico, possit illud conferre Episcopus non Cardinalis, & n. 10.*
9 *Regula 8. Cancellariæ Cardinales excipit, & n. 12.*
11 *Si Episcopus non Cardinalis decessit intra duos, vel tres menses post vacationem alicujus beneficii in mense reservato, an possit Episcopus Cardinalis, qui ei successit, dictum beneficium conferre.*
12 *Regula 8. dum excipit Cardinales, qualiter intelligatur.*
13 *Cardinales absentes ab Urbe an possint conferre beneficia vacantia in eorum Ecclesiis Titularibus, aut in sex Episcopatibus, qui ab antiquioribus sex Cardinalibus optari consueverunt.*
14 *Episcopi, & alii Collatores possunt conferre in quocumque mense anni beneficia vacantia ex causa resignationis, & quomodo id intelligatur.*
15 *Quibus casibus Episcopi resignationem beneficiorum recipere, & admittere possint.*
16 *Episcopus beneficia coram ipso resignata non potest conferre suis, aut dimittentium consanguineis, aut familiaribus.*
17 *Prædicta regula excipit tantum resignationem expressam, non verò tacitam, & in quibus casibus tacita resignatio fieri intelligatur.*
18 *In quolibet mense anni beneficia permutari possunt, dummodo reservata non sint.*
19 *An beneficia jurispatr. permutari possint coram Ordinario, & quid si Patronus reclamaverit.*
20 *Quænam Beneficia, & in quibus mensibus conferre possint Episcopi, qui gratiam alternativæ acceptarunt.*
21 *Si alternativa acceptetur in mense, qui cessante alternativa solet esse Ordinarii, talis mensis statim efficitur Apostolicus.*
22 *Episcopus absens a sua diœcesi privatur commodo alternativæ, & an conferre possit beneficia vacantia in mensibus ordinariis, & n. 23. 25. & 27.*
24 *Mensis cœptus sub reservatione Papæ semper remanet reservatus.*
26 *Papa concedens Episcopo sex menses, censetur sibi reservasse alios sex.*
28 *Menses, qui dantur ordinariis vigore alternativæ, semper sunt ordinarii: intellige, ut in n. 29.*
29 *Si Episcopus fuerit absens in principio mensis ad ipsum spectantis vigore alternativæ, acquiritur jus Papæ, ita ut totus mensis censeatur reservatus.*
30 *Non habetur pro residente is, qui in alio loco extra Diœcesim ut plurimum habitat.*
31 *An gaudeat alternativa Episcopus, qui protervia impiorum expulsus nequit in propria diœcesi residere.*
32 *In quibus beneficiis alternativa locum habeat.*
33 *Alternativa est limitata ad solos Episcopos, & Archiepiscopos, & alios superiores, ut invitentur ad residendum.*
34 *Beneficia, quæ Episcopus confert simul cum Capitulo, aut ad præsentationem, electionem, seu de consensu Capituli, vel aliorum conferenda sunt in quatuor mensibus ordinariis perinde ac si alternativa acceptata non esset.*
35 *Quid si collatio beneficiorum pertinentium ad Episcopum, & Capitulum, vel alios, ex concordia partium sit alternis vicibus cuilibet reservata in suo turno.*
36 *Quid si vacent Canonicatus, & prebenda Pœnitentiariæ in mense alternato, & collatio prebendæ esset communis Episcopi, & Capituli, vel solius Capituli.*
Electio personæ Pœnitentiarii ad Episcopum pertinet, collatio verò prebendæ ab illis fieri debet, ad quos ante Concilium spectabat, ibid.
37 *Episcopus se intromittens in provisione beneficiorum vacantium in mensibus Papæ, beneficio alternativæ eò ipso privatur: limitatur n. 38. declaratur n. 41.*
39 *Quid si Episcopus se intromitteret in provisione beneficiorum non reservatorum, de quibus tamen Papa providerit jure præventionis.*
Per solam appositionem manus Papæ inducitur reservatio, ibidem.
40 *Episcopus amittens alternativam ratione contraventionis, statim redit ad quatuor menses ordinarios.*
42 *Vacationis tempus, non autem devolutionis attendi debet, ut dicatur beneficium liberum, vel reservatum.*
43 *Quando expirent regulæ Cancellariæ.*
44 *Pontificia sede vacante ordinarii collatores possunt providere de beneficiis vacantibus in quolibet mense: declaratur num. 45.*
45 *Beneficium semel affectum semper remanet affectum.*

Antonell. de Tempore.

C A P U T I.

De Regula 8. Cancellariæ.

SOlent Summi Pontifices in Regulis Cancellariæ sibi om- 1
nia beneficia Ecclesiastica vacantia extra Romanam
Curiam in mensibus Januarii, Februarii, Aprilis, Maii,
Julii, Augusti, Octobris, & Novembris ad collationem E-
piscoporum, & aliorum Collatorum quomodolibet perti-
nentia reservare, exceptis S. R. E. Cardinalibus, quorum
respectu nulli sunt menses reservati, *ut latiùs in dicta regul.*
8. *apud Quarant. in ver. regulæ Cancellariæ Apostolicæ, reg.* 8.
unde Episcopis, alisque Collatoribus dumtaxat remanent
alii quatuor menses, ordinarii communiter nuncupati, vi-
delicet Martius, Junius, September, & December *ut notat*
etiam Gonzal. ad d. reg. 8. gl. 11. n. 1.

Quæritur primò, quando hujusmodi menses incipiant, 2
& quando terminentur? Respond. quod in proposito qui-
libet ex dictis mensibus incipit a media nocte mensis præce-
dentis, ac in media nocte subsequentis terminatur, *Jordan.*
Elucubr. divers. lib. 10. tit. 12. num. 43. latè Garz. de Benef. par.
5. cap. 1. num. 523. & seq. ubi etiam dicit, quod in dubio ac- 3
cipienda est media nox juxta cursum noctis, arbitriumque,
ac judicium hominum expertorum, & etiam a communiter
accidentibus, ac verisimilibus, unde si vacaverit benefi-
cium in ultima nocte mensis Apostolici, hora certa non ap-
parente, constet autem per testes, quod tempore obitus Gal-
li cantabant, præsumitur in tali casu, vacationem conti-
gisse post mediam noctem, quia Galli versùs diem cantare
consueverunt, *Gonzal. d. gl. 11. n. 17. Garz. d. p. 5. c. 1. n. 526. in*
fin. & alii apud Jordan. d. lib. 10. tit. 12. num. 50. ubi refert, ita
resolvisse Rotam in Aversana Parochialis 12. Martii 1562. co-
ram Oradino.

Addit *Gonzal. loco cit. num. 30.* quod si contingeret vacatio 4
beneficii ultima die mensis circa mediam noctem, vel aliàs,
ita ut liquidò discerni non possit, an ad Papam, vel Ordi-
narium collatio spectet, erit tunc melior conditio possiden-

tis, etiamsi non doceat de jure suo: adhuc enim vincere debet ex non jure actoris, qui suam intentionem concludenter probare nequit, *& ita sensit Fel. in c. olim n. 10. de rescrip. Cassad. dec. 3. de restit. spol. & dec. 2. de excep. Put. dec. 206. lib. 3. Jordan. ubi supra, n. 54. & sequ.* ubi etiam dicit, quod si neuter provisus in possessione existat provisus ab ordinario præferendus est in assecutione beneficii, si doceat de anterioritate suæ provisionis: quia cùm ordinarius fundatam habeat suam intentionem conferendi omnia beneficia suæ Diœcesis, *cap. ex frequentibus, de Instit.* onus probandi reservationem ratione mensis spectat ad provisum Apostolicum se fundantem in vacatione in mense Apostolico, *Rot. dec. 46. n. 4. par. 2. Divers.*

6 Alii tamen sentiunt, quod semper præferri debeat in tali casu provisus ab ordinario, sive provisio ordinarii sit posterior provisione Apostolica, sive Provisus Apostolicus possideat: tum quia provisio Apostolica anterior, si fundetur in reservatione, & vacatione in mense Apostolico, & corruit non stante, aut non apparente reservatione: tum etiam quia cùm in prædicto casu præsumatur pro Ordinario, *ex d.*
7 *c. ex frequentibus*, provisus ab eo, habens hanc præsumptionem juris pro se, habet etiam suam intentionem fundatam, & transfert onus probandi in Adversarium etiam existentem in possessione, *ita Mascard. Alciat. & alii quos refert, & sequitur Grat. in tr. de Benef. p. 5. c. 1. n. 530. & seq. ubi contrariis respondet*,

8 Quæritur 2. an si Cardinalis Episcopus decederet ante collationem beneficii vacantis in mense Apostolico, possit illud conferre Episcopus non Cardinalis? Affirmat *Gonzal. ad d. Reg. 8. Cancell. gloss. 24. n. 114. & seq.* quia dictum benefi-
9 cium vacavit eo tempore, quo nulla aderat reservatio: nam dicta regula 8. Cardinales excipit; unde beneficium semel post vacationem liberum, semper remanere debet liberum, cùm attendi debeat tempus vacationis, *Rot. dec. 774. n. 3. lib. 3. par. 3. Divers.*

10 Contrarium tamen videtur verius per Regulam 2. Cancellariæ, ex qua reservantur beneficia quomodocunque vacantia, & vacatura post obitum Episcoporum. Quare eo ipsò quod Episcopus decessit, locum habuit reservatio, ac beneficium dicitur vacare etiam post ejus obitum, cum illud vivens non contulerit, *vide Gratian. dict. par. 5. capit. 1. num. 365.*

11 Similiter si Episcopus non Cardinalis, decessit intra duos, vel tres menses post vacationem alicujus beneficii in mense reservato non poterit Episcopus Cardinalis, qui ei successit, dictum beneficium conferre nisi habeat indultum solitum ad conferenda beneficia reservata: quia cum prædictum beneficium vacaverit tempore, quo Collator non erat Cardinalis, fuit semel reservatum, & ideò semper durat reservatio, *Gom. in reg. de infirm. Resign. q. 33. Rot. dec. 14. de Præben. in antiq. Cassador. dec. 9. n. 5. de concess. Præben. Rot. dec. 774. nu. 9. & 10. lib. 3. p. 3. Divers. Gonzal. d. gl. 24. n. 108.*

12 Observa tamen, quod prædicta regula excipiens Cardinales intelligitur de Cardinalibus ordinariis Collatoribus tantùm, uti sunt Cardinales Episcopi in suis diœcesibus de aliis autem Cardinalibus etiam Legatis de latere in suis Provinciis, *Cresc. dec. 20. de præben. Gonz. ubi supra gloss. 24. num. 38. & seq.*

13 Observa 2. quod Cardinales absentes ab Urbe non possunt conferre beneficia vacantia in eorum Ecclesiis Titularibus, neque in sex Episcopatibus, qui ab antiquioribus sex Cardinalibus Presbyteris in Urbe tempore vacationis præsentibus optari consueverunt, ut sunt Episcopatus Ostien. & Veliternen. Portuen. Prænestin. Tusculan. Sabinen. & Albanen. quia quamdiu eorum absentia duraverit, hujusmodi beneficia sic vacantia Papæ reservantur, in quocunque mense vacent, *per reg. 7. Cancell. ut ad vertit etiam Gonzal. d. gl. 24. nu. 142. Garz. p. 5. d. c. 1. n. 638.*

14 Observa 3. quod Episcopi, & alii Collatores possunt conferre in quocunque mense anni beneficia vacantia ex causa resignationis: quia regula 8. excipit vacationes per resignationem: quod quidem intelligendum est de resignatione pura, & simplici, quia resignatio ad favorem alterius coram ordinario fieri prohibetur *juxta glos. receptam in c. ex parte, 12. ver. dimittere, de off. deleg. Caputaq. dec. 192. p. 2. Ric. in Prax. for. Eccles. p. 1. res. 339. Grat. de benef. p. 5. c. 1. n. 542. quicquid dicat Gonzal. ad d. reg. 8. gl. 14. n. 29.*

15 Notandum tamen est, quod *ex constitut. Pii V. quæ incipit. Quanta Ecclesiæ &c.* Episcopi, & alii facultatem habentes, eorum dumtaxat resignationem recipere, & admittere possunt, qui aut senio confecti, aut valetudinarii, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxii, censurisque Ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesiæ, vel beneficio *inservire*: quia plura beneficia obtinuerint, vel quos contingeret ad aliud promoveri: Religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur: qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficii residere securi, & in aliis casibus contentis *in c. nisi cum pridem, de Renunciat.*

Notandum 2. quod Ordinarii beneficia coram ipsis re- 16
signata conferre non possunt suis, aut dimittentium consanguineis, affinibus, aut familiaribus, *ut cavetur in d. constit. Pii V. quam latè explicavimus in tract. de Regim. Eccles. Episc. lib. 3. c. 10. n. 10. & seq.*

Notandum 3. quod prædicta regula excipit tantùm resi- 17
gnationem expressam, non verò tacitam, quæ eò ipso fieri intelligitur per assequutionem secundi beneficii incompatibilis per contractum matrimonii, ingressum Religionis, & in aliis casibus enumeratis *per Paris. de resignat. benef. lib. 1. q. 1. n. 10. & seq. Grat. p. 5. cap. 1. n. 544. Gonzal. ad d. reg. 8. glos. 14. nu. 62. & seq.* ubi etiam dicit, quod videtur tacitè beneficio renuntiare electus ad beneficium curatum, si infra annum non promoveatur ad Sacerdotium: *juxta cap. licèt canon, & cap. commissa, de Elect. in 6.*

Item in quolibet mense anni beneficia permutari pos- 18
sunt coram Ordinario, dummodo reservata non sint, *cap. unde Rer. permut. Grat. d. par. 5. cap. 1. num. 543. Gonzal. ubi supra gl. 14. num. 33. & seq. & ita servatur, ut d. Jordan. Elucubr. divers. lib. 9. tit. 1. de Dispens. num. 432.* ubi *num. 433.* ampliat, quod permutari etiam possunt coram Ordinario beneficia Jurispatronatus, accedente tamen Patronorum consensu: aliàs si Patroni reclamaverint intra quatuor menses, permutatio irritanda esset; secus si quadrimestre elapsum sit, quia tunc censentur ratificasse permutationem, *Quaran. in ver. beneficiorum permutatio*, ubi etiam dicit, quod 19
si Patronus intra dictum quadrimestre moriatur, poterit ejus hæres reliquo tempore contradicere, vel tacendo tacitè approbare, *Penia dec. 532.* subdens, quod quadrimestre, vel semestre in tali casu currit a die scientiæ admissionis permutationis.

Observa 4. quod Episcopi, qui gratiam alternativæ ac- 20
ceptarunt, quamdiu in Ecclesiis, aut Diœcesibus suis verè, ac personaliter resederint dumtaxat, de omnibus beneficiis ad liberam ipsorum tantùm, non autem aliorum cum eis dispositionem pertinentibus, quæ in mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris extra curiam vacare contigerit dummodò aliàs dispositioni Apostolicæ reservata non sint, liberè conferre possunt, *ex d. Reg. 8. Cancellariæ*: quæ quidem alternativa incipit currere a die acceptationis, *Rot. dec. 349. n. 1. par. 3. Rec. & in una Segobien. beneficii 26. Maii 1604. coram Justo.*

Observant tamen nonnulli DD. quod licèt Episcopus ab- 21
sens a sua Diœcesi privetur commodo alternativæ per ipsum acceptatæ, potest tamen conferre beneficia vacantia in mensibus ordinariis, videlicet Martio, Junio, Septembri, ac Decembri, quia statim ac Episcopus non residet, cessat alternativa, & reddit reservatio octo mensium, *ut post Germon. scripsit Garz. d. p. 5. c. 1. n. 688.* ubi *n. 690. & seq.* addit, quod Episcopus absens a sua Diœcesi etiam ultra tres menses potest adhuc conferre beneficia vacantia in mensibus ordinariis ut *sensit etiam Mandos. cons. 18. n. 8. & 9. quam refert, & sequ. Gonzal. ubi sup. gl. 43. n. 128.*

Hoc tamen non procederet, quando Episcopus usus est, 22
seu uti potuit, si vacatio evenisset, mense alternativæ, putà Februarii, vel Augusti: tunc enim non posset conferre beneficia vacantia mense sequenti Martii, vel Septembris pro- 23
pter absentiam; aliàs sequeretur absurdum; posset enim Episcopus frui verbi gratia mense Augusti propter residentiam, item mense Septembris propter absentiam, & etiam mense Octobris, si eo mense ad residentiam rediret, & sic tribus mensibus continuis posset beneficia conferre: & alternativa concessa residentibus, ut eos magis ad residendum alliciat, contrarium operaretur effectum: hoc enim casu potius ad recedendum induceret, *ut rectè subdit Grat. d. par.* 24
5. cap. 1. num. 689. & seq. & tenuit Rot. apud eumdem in Faventina Canonicatus 16. Decembris 1585. coram Blanchetto, ubi quod mensis cœptus sub reservatione Papæ semper remanet reservatus: absentia enim Episcopi privat ipsum commodo alternativæ sed non præjudicat Papæ, *Rota in Faventina Canonicatus 16. Decembris 1584. coram Blanchetto, & dec. 53. n. 2. coram Millino.*

Mihi verò probabilius videtur, quod Episcopus, qui al- 25
ternativam acceptavit, non possit deinde propter absentiam, seu non residentiam sine speciali assensu Papæ, cum quo quasi contraxit acceptando alternativam, ad dictos

qua-

quatuor ordinarios menses redire, nec beneficia in dictis
mensibus vacantia conferre, tum quia quo pacto inducta fuit
obligatio, eodem modo dissolvenda est, *l. nihil tam natura-
le, ff. de Reg. jur.* tum etiam quia Episcopus acceptando al-
ternativam voluntariè se se obligavit ad residendum in di-
ctis mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris,
& Decembris sub pena amittendi jus conferendi: ob hanc
enim causam per alternativam Papa concedit sex menses E-
piscopo cui aliàs non dantur nisi quatuor, ut cum hoc lu-
cro, & augmento compensetur necessitas, & obligatio re-
sidendi in omnibus sex mensibus, *argumento textus in l. eum,
qui 30. & ibi gloss. in ver. probandi, ff. de Jurejur. & in leg. feudi
partem, 79. ff. de contrah. empt.* & multo minus poterit Epis-
copus conferre beneficia vacantia in mensibus Martii, & Se-
ptembris: nam isti duo menses stante acceptatione alterna-
tivæ desierunt esse ordinarii, & facti fuerunt Sedi Apostoli-
cæ reservati; unde semper remanent reservati, sive Episco-
pus resideat, sive non, *Mohed. dec. 3. sub num. 1. de rescrip. A-
chill. dec. 2. n. 3. super regula de modific. indult. Mandos. cons. 18. n.
8. & sequent. Rota in dict. Faventin. Canonicatus 16. Decembris
1584. coram Blanchetto, & in alia Majoricen. Canonicatus 15.
Novembris 1593. coram Millino, prout refert Gonzal. super d.*
26 *Reg. 8. gloss. 43. n. 106. & seq.* ubi etiam dicit, quod Papa con-
cedens Episcopo sex menses censetur sibi reservasse alios sex,
quamvis non exprimeret.
27 Quare hæc sententia in praxi sequenda est: aliàs sequete-
tur confusio; nec videri debet dura, tum quia sibi imputare
debet Episcopus, qui alternativam acceptavit: tum etiam
quia si tedeat ad residentiam, poterit uti privilegio alterna-
tivæ quoad beneficia vacantia post reditum, *Gonzal. d. gl. 43.
n. 140. & seq. Garz. de Benef. d. p. 5. c. 1. n. 697.*
28 Ex quo tollitur fundamentum contrariæ sententiæ asse-
rentis, Episcopum statim ac desinit residere, alternativam
amittere: nam licèt non fruatur fructu, & commodo illius
de tempore absentiæ, non tamen illam amittit, quia men-
ses, qui dantur ordinariis vigore alternativæ, semper sunt
ordinarii. Unde cessante absentia Episcopus gaudet usu,
& fructu conferendi, ut *dixit Rota in Segobien. beneficii 26.
Martii 1604. coram Justo & in Papien. beneficii 10. Aprilis
1617. coram Martino Andrea, in impressis decis.* 110. ubi ta-
29 men subdit, quod licèt beneficium vacaverit in mense spe-
ctante ad Ordinarium vigore alternativæ, tamen si Episco-
pus in principio dicti mensis fuerit absens cessat commodum
alternativæ ad ejus favorem, & acquiritur jus Papæ, ita ut
totus mensis censeatur reservatus, etiamsi Episcopus casua-
liter, & ad tempus absit a Diæcesi cum animo statim rever-
tendi: quamvis contrarium senserit *Garz. d. par. 5. cap. 1. num.
697.* ubi dicit, quod non est necessariò continuata residen-
tia totius mensis, tum quia si Papa id voluisset, utique ex-
pressisset, *arg. cap. ad audientiam, 12. de Decim.* tum etiam,
quia illa dictio, *quandiu*, apposita in dicta regula, tempora
dividit, & potest verificari in qualibet parte mensis, in qua
Episcopus residet, *juxta textum in l. si quis ita legaverit, 8.
ff. de cond. & demon.*
30 Observant 2. Doctores, quod regula concedens Episco-
po privilegium alternativæ, quamdiu apud suas Ecclesias
verè, ac personaliter resederit, intelligitur de præsentia or-
dinata ad effectum permanendi, & residendi in sua Eccle-
sia: non autem de casuali, non cum animo permanendi,
sed recedendi *arg. text. in l. 1. §. habitare, ff. de His, qui dejecer.
vel effuder. & in l. postliminii, §. captivus, ff. de Capt. & postlim.
revers.* non enim habetur pro residente is, qui ut plurimum
in alio loco extra Diæcesim habitat, *Millin. dec. 171. Gregor.
dec. 70.* ubi quòd collatio non spectat ad Episcopum, qui ex-
tra Diæcesim solet permanere propter officium Inquisitio-
nis, vel aliam ob causam, etiamsi tempore vacationis in
propria Ecclesia moretur quidquid in contrarium sentiat
Garz. d. p. 5. c. 1. n. 701. & seq.
31 An vero gaudeat alternativa Episcopus, qui protervia
impiorum expulsus nequit in propria Diœcesi residere? af-
firmat *Gonzal. dict. gl. 43. num. 200. per textum in clem. 1. de for.
compet.*
32 Observant 3. quod alternativa locum habet tantùm in be-
neficiis liberæ collationis, non autem in beneficiis, quæ E-
piscopus confert simul cum Capitulo, aut ad præsentatio-
nem, electionem, seu de consilio, consensu vel interventu
Capituli, vel aliorum ut *constat ex dicta regula* 8. ex quibus
verbis Capitulum ab alternativa excludi, dixit *Rota in Sala-
mantina alternativæ 22. Octobris 1581. coram Robusterio,
quam refert Garz. ut supra dicta p. 5. c. 1. n. 708.* ubi quòd alter-
33 nativa est limitata ad solos Episcopos, & Archiepiscopos,
& alios Superiores, ut invitentur ad residendum: quod non
potest applicari ad Capitulum. Unde hujusmodi beneficia
Antonell. de Tempore.

conferenda sunt in quatuor mensibus ordinariis Martii, Ju- 34
nii, Septembris, ac Decembris perinde ac si alternativa ac-
ceptata non esset, *Gonzal. d. gl. 43. n. 131. & gl. 45. n. 1. & sequ.*
subdens, quod in tali casu Episcopus conferre potest hujus-
modi beneficia, etiamsi non resideat.
Si verò collatio beneficiorum pertinentium ad Episco- 35
pum, & Capitulum, vel alios, ex concordia partium sit
alternis vicibus cuilibet reservata in suo turno, *juxta clem.
2. & ibi gloss. in ver. alternis vicibus, de Jurepatr.* poterit E-
piscopus uti alternativa in dictis beneficiis vacantibus in an-
no, vel turno suo, & in mense alternato: tum quia benefi-
cia, stante hujusmodi concordia, & turno dicuntur pertine-
re ad liberam collationem Episcopi, & non unà cum Capi-
tulo: totum enim jus conferendi pro illa vice censeretur
translatum ex vi concordiæ in illum solum, qui est in tur-
no, & non dicitur divisus usus tantum, sed totum jus con-
ferendi est penes ipsum solum etiam jure proprio, & non ju-
re communi: tum etiam quia alternativa est favorabilis, &
latè interpretanda in favorem Episcoporum, *Rot. in dict. Sa-
lamantina alternativæ coram Robusterio, Garz. d. p. 5. c. 1. num.
726.* ubi dicit, hoc procedere etiamsi concordia non sit con-
firmata.
Ex dictis infertur quod vacante canonicatu, & præben- 36
da pœnitentiariæ in mense alternato, putà Februarii, A-
prilis &c. Episcopus non poterit eligere personam Pœniten-
tiarii, si collatio præbendæ sit communis Episcopi, & Ca-
pituli, vel solius Capituli; quamvis enim electio personæ
Pœnitentiarii ad Episcopum pertineat *juxta Concilium Tri-
dentinum sess. 24. de ref. cap. 8.* collatio tamen præbendæ ab il-
lis fieri debet, ad quos ante Concilium spectabat, *ut decla-
ravit Sac. Congregatio teste Millin. dec. 53. num. 3.* ratio hujus
rei est, quia alternativa est restricta ad beneficia, quæ spe-
ctant ad liberam Episcopi dumtaxat, non autem aliorum
cum eo dispositionem, *ut in d. reg. 8.* quare tunc electio per-
sonæ Pœnitentiarii, atque etiam collatio præbendæ uti se-
quela officii Pœnitentiarii spectat ad Papam, *glossa in c. ult.
ver. datur, de Rescript. in 6. Peregr. decision. 40. libr. 1. Anton.
Aug. in titul. de union. §. 3. Rot. coram Millin. dicta dec. 53. nu.
4.* idemque dicendum, si præbenda pœnitentiariæ vacet in
mense Martii, vel Septembris, nam isti duo menses per ac-
ceptationem alternativæ efficiuntur Apostolici, ut *supra
diximus*, & per consequens tunc etiam electio, & collatio
ad Papam spectat nullumque ex hoc fit præjudicium Episco-
po, & Capitulo ad quos aliàs spectaret collatio: quia ad-
huc tenerentur conferre ei, quem Papa elegerit, & non a-
liis; ideoque Papa præveniendo eligit simul, & confert,
*Rota in Abulen. Canonicatus Pœnitentiariæ, 7. Maii 1607.
coram Justo, quam refert Garz. de Benef. par. 5. cap. 1. numer.
735.* ubi etiam dicit, quod in duobus tantùm mensibus, Ju-
nio videlicet, ac Decembri potest Episcopus eligere, & si-
mul cum Capitulo conferre quemadmodum in dictis duo-
bus tantùm mensibus potest Capitulum in tali casu confer-
re cum Episcopo: *Rot. coram Seraphin. decision. 1218.* ubi,
quod hoc non est considerabile præjudicium Capituli, om-
nino cogatur conferre ei, quem Episcopus elegisset quicquid
in contrarium sentiat *Garz. d. p. 5. cap. 1. n. 735. vers. sed non ob-
stante ista dec.*
Observant 4. quod Episcopus se se intromittens in provi- 37
sione beneficiorum vacantium in mensibus Papæ, vel alio-
rum quomodolibet reservatorum, aut impedimentum præ-
stans, nè provisiones Papæ effectum consequantur, usu,
& beneficio alternativæ eo ipso privatur, & collationes, &
aliæ dispositiones de beneficiis illius prætextu deinceps fa-
ciendæ nullius sunt roboris, *ut in dicta regul. 8.* nisi fortè a- 38
liqua justa causa excusetur, putà si ex ignorantia, aut erro-
re facti probabili contulit beneficium reservatum, quia vi-
delicet ignoravit, defunctum, cujus obitu vacavit benefi-
cium, fuisse officialem Papæ, aut familiarem Cardinalis;
secus si ignorantia reservationis provenerit ex ignorantia
juris *Garz. dict. par. 5. cap. 1. numer. 738. & seqq.* ubi *num. 761.*
addit, quod Episcopus amitteret etiam alternativam, si 39
scienter se intromitteret in provisione beneficiorum etiam
aliàs non reservatorum, de quibus tamen Papa providerit
jure præventionis: quia per solam appositionem manus
Papæ inducitur reservatio, etiamsi provisio fuerit nulla,
sive nullitas proveniat ex defectu causæ, sive ex inhabilita-
te provisi, aut ex alio capite, *cap. ut nostrum, de Appell. ex-
travag. Ad Romani, de Præb. & dign. Rot. coram Millino de-
cision. 168. num. 6.* unde Episcopus amittens alternativam ra- 40
tione contraventionis statim redit ad quatuor menses ordi-
narios, & Papa ad reliquos octo ac si Episcopus alternativam
non acceptasset, *Garz. de Benef. loco cit. d. p. 5. c. 1. n. 746. Gonzal.
ad Reg. 8. gl. 56. n. 147.* requiritur tamen sententia declaratoria

prævia summaria cognitione super contraventione, *cap. cum secundum leges, de Heret. in 6. latè Gabr. lib. 7. de Malef. concl. 11. numer. 1.* dixit Rota in his terminis in *Vicen. Præceptoriæ 14. Decembris 1592. coram Blanchetto, relat. per Garz. loco cit. num. 741.* ubi additur, quod requiritur etiam, ut Papa acceptet istam amissionem, cùm potuerit illam condonare, prout dicitur de Ecclesia, qua volente inducitur caducitas, *Alex. cons. 173. n. 7. lib. 2. Cacheran. decis. 94. n. 25. Ric. in Collect. decis. 3054. par. 7. & in Prax. par. 1. resol. 7.* quæ quidem declaratio retrotraheretur ad tempus contraventionis *secundum Gonzal. dicta gloss. 56. n. 124.* ubi etiam dicit, quod satis constaret de tali declaratione, ubi Papa ea causa hujusmodi contraventionis concederet gratiam alicujus beneficii vacantis in aliquo ex mensibus Februarii, Aprilis, Augusti, aut Octobris, de quo videndus est etiam *Garz. d. p. 5. c. 1. num. 749.* subdens, quod non sufficeret, si Papa provideret ex narrativa impetrantis, cùm ex illa certò ac determinatè non constet Papæ de contraventione.

42 Observant 5. quod vacationis tempus, non autem devolutionis, debet considerari ut dicatur beneficium liberum, vel reservatum, *Rot. dec. 774. n. 2. & 3. p. 3. lib. 3. Diver. Garz. de Benef. p. 10. c. 3. n. 19.*

43 Observant 6. quod Pontificia sede vacante expirant Re-
gulæ Cancellariæ, & consequenter cessat reservatio men-
sium, *Gomez. in Reg. de Impetr. benef. vacan. per obit. famil.*
Card. q. 20. Caputaq. decis. 86. n. 3. par. 1. & dec. 214. n. 3. & sequ.
par. 2. latè Gonzal. ad d. reg. 8. Cancell. §. 5. probem. n. 45. & seqn.
Barbos. de off. & pot. Episc. par. 3. alleg. 57. n. 72. ubi dicit, quod
44 dicta sede vacante Ordinarii Collatores tanquam ad jus
commune revertentes possunt providere de beneficiis vacan-
tibus in quolibet mense, *juxta textum in c. 2. de concess. Præ-*
45 *ben.* quod intelligendum est, quando reservatio inducitur
in ipso obitu possessoris, & sic in vacatione, quo tempore
jam Regulæ Cancellariæ expirarunt; secus esset, si reserva-
tio vigentibus Regulis fuit jam inducta ut quia possessor tunc
esset familiaris Cardinalis, Collector, vel subcollector, vel
si beneficium esset prima dignitas, vel alio modo affectum
Sedi Apostolicæ: tunc enim collatio spectaret ad futurum
Papam: quia reservationes semel per Regulam inductæ, per
mortem Papæ non expirant immò beneficium semel affe-
ctum semper remanet affectum, *extravag. ad Romani, de*
Præb. Gom. in Reg. de Public. resign. q. 6. vers. Tamen contra prædicta, Garz. de Benef. p. 5. d. c. 1. n. 789. & decisum refert Barbos. loco cit. n. 62. in fin.

SUMMARIUM.

1 *Si res censui supposita, vendenda sit, Dominus census aliis omnibus præfertur, & per mensem expectari debet: limitatur n. 23.*
2 *Quid si res vendatur per subhastationem.*
3 *An prælatio hujusmodi competat contra secundum emptorem.*
4 *An Ius congrui locum habeat in subhastationibus.*
5 *An Dominus directus præferatur in subhastatione rei emphyteuticæ.*
6 *Futura venditio rei censuatæ denuncianda est Domino census pro forma, nec sufficeret scientia aliunde: ampliatur n. 7.*
8 *Lex statuens aliquid de toto, habet etiam vim in parte ejus.*
9 *Intra quantum tempus res censita vendita absque denunciatione prædicta retrahi possit.*
10 *An res incidat in commissum ob omissam hujusmodi denuntiationem.*
11 *Pœnæ extendendæ non sunt extra casum, in quo a jure sunt impositæ.*
12 *Prælatio conceditur Censuario cum eisdem conditionibus, quibus res censuata vendenda est.*
13 *Mensis prædictus a quo die incipiat currere.*
14 *Talis mensis est dierum continuorum, non utilium.*
15 *In tali casu mensis accipitur prout currit.*
16 *Censuarius non potest contrahere rem censuatam alteri venditam, si venditio nulla fuerit.*
17 *Appellatione venditionis venit tantùm valida.*
18 *An Dominus census volens præferri in venditione teneatur deponere pretium.*
19 *An jus istud prælationis Dominus census alteri cedere possit.*
20 *An cessionarius sit præferendus, ubi fundus propriè non venderetur, sed concederetur tantùm in emphyteusim.*
21 *Retractus locum habet, etiam quando fit locatio perpetua, seu ad vitam.*
22 *An liceat Domino directo cedere jus prælationis in re emphyteutica, vel feudali.*
23 *Bulla Pii V. præferens censuarium omnibus aliis emere volentibus rem censui subjectam, declaratur.*
24 *Quisnam præferatur, si plures censum habeant in re.*
25 *Census probatur ex diuturna solutione absque instrumento.*

CAPUT II.

Quodnam tempus concessum sit Domino census ad declarandum, an velit fundum censuatum emere.

STatuit Pius V. quod si res censui supposita vendenda sit, 1
Dominus census aliis omnibus præferatur, eique de-
nuntientur conditiones, quibus vendenda sit, & per men-
sem expectetur, *ut in constitutione super forma creandi census,*
incip. Cùm onus, quam refert Quaran. in ver. contractus censua-
lis; cujus quidem constitutionis dispositio locum habet et- 2
iam in venditione per subhastationem, *Grat. discep. for. c. 544.*
n. 39. & c. 784. n. 11. Duran. dec. 52. n. 3. & seq. subdens, quod 3
prælatio hujusmodi competit etiam contra secundum em-
ptorem, *Greg. dec. 193. n. 1. & seq.* quemadmodum etiam jus 4
congrui habet locum in subhastationibus, *Vinc. de Franch.*
dec. 588. n. 1. Beltram. ad Greg. d. dec. 193. n. 13. ubi etiam dicit 5
quod Dominus directus, qui in alienatione rei emphyteuti-
cæ habet jus prælationis, *ex l. fin. cod. de jur. Emphyt.* præfertur
etiam in subhastatione, *ut fuit dictum in Romana domus 22. Junii 1611. coram Card. Lancellotto.*

Ex qua constitutione observant Doctores, quod denun- 6
tiatio hujusmodi requiritur pro forma, & ideo non sufficit
scientia aliunde, *Millin. dec. 253. n. 3. Greg. dec. 425. n. 7. & ibi*
Beltram. n. 12. quod procedit non solum quando est venden- 7
da tota res oneri census supposita, sed etiam, si vendenda
sit aliqua illius pars: quia lex statuens aliquid in toto, habet 8
etiam locum in parte ejus, *l. quæ de tota, ubi Bart. ff. de rei vendit. Genc. de censib. p. 2. c. 2. q. 1. ar. 2. n. 10. & seq.*

Si vero fiat venditio absque denuntiatione, prædicta con- 9
stitutio non loquitur, nec disponit, intra quantum tempus
res censita vendita retrahi possit; unde cùm hoc remaneat
in dispositione juris communis, *l. commodissimè, ff. de liber. & posthum.* hujusmodi actio durabit spatio 30. annorum, *juxta l. sicut, & l. omnes, cod. de præscr. 30. vel 40. ann. ita Genc. in Addit. ad Tract. de censib. p. 2. c. 2. q. 1. art. 4. n. 25. Duran. d. decis. 52. n. 2. in fin.*

Non tamen res incideret in commissum ob omissam 10
hujusmodi denuntiationem: quia neque in dicta constitu-
tione Pii V. nec alibi hæc pœna imponitur contra debito-
rem census, sicut in jure imposita est contra emphyteutam; 11
pœnæ autem extendendæ non sunt extra casum, in quo a ju-
re sunt impositæ, *Lud. Molin. de contract. disp. 390. nu. 8. vers. quod si debitor &c.*

Observant 2. quod prælatio conceditur Censuario cum 12
eisdem conditionibus, quibus censuata vendenda est, *Rot. apud Genc. dec. 71. n. 1. & in terminis juris congrui dixit eadem Rota dec. 475. n. 8. p. 1. Divers.*

Observant 3. quod mensis hujusmodi incipit currere a die 13
factæ denuntiationis, *Genc. in Addit. ad dictum Tract. de cen-*
sib. p. 2. c. 2. q. 1. art. 4. n. 24. Lud. Mol. de contract. disp. 390. nu. 8.
vers. præterea &c. talis vero mensis est dierum continuorum, 14
non utilium, *Azor. Instit. mor. p. 3. lib. 10. c. 12. vers. Quæres, an*
primus &c. quem refert, & sequitur Genc. loco cit. subdens, 15
quod in tali casu mensis accipitur prout currit ita, ut id,
quod a die assignati termini deficit de mense currenti, debeat
suppleri de mense proximè sequenti, *juxta gl. in c. quam sit, ver. mensem, de elect. in 6.*

Observant 4. quod Censuarius non potest retrahere rem 16
censuatam alteri venditam, si venditio nulla fuerit, puta si
facta fuerit a pupillo, vel minore contra dispositionem juris
communis vel municipalis, quia appellatione venditionis 17
venit tantùm valida, *latè Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 2. n. 5. Franch. dec. 742. nu. 1. & seq. Grat. discep. for. c. 526. n. 15. Carpan. de Stat. Mediol. c. 417. nu. 135. tom. 1. & alii apud Duran. dec. 83. nu. 2.*

Quæres, an Dominus census volens præferri in venditio- 18
ne teneatur deponere pretium? Respond. negativè: quia
Bulla non cogit Dominum census volentem præferri ad fa-
ciendum depositum, *Millin. dec. 253. nu. 2. Rot. apud Genc. de censib. dec. 157.*

Quæres 2. an jus istud prælationis Dominus census al- 19
teri cedere possit? Resp. negativè, nisi cedat simul, aut ven-
dat censum ipsum: tunc enim census transit in emptorem,
seu singularem successorem cum suo privilegio; quemad-
modum

modum neque jus congrui ratione vicinitatis, vel conſan-
guinitatis alteri cedi poteſt qui non ſit vicinus, neque con-
ſanguineus, niſi cedat hujuſmodi jus unà cum re ipſa, *ut poſt*
Alber. in l. qui ſolidum, §. prædium, ff. de leg. 2. Caſtr. in leg. apud
antiquos, cod. de furt. & conſ. 430. in 2. dub. lib. 2. Pariſ. conſ. 82.
lib. 3. & alios ſcripſit Tiraq. de Retract. lignag. §. 26. gloſſ. 1. n. 39.
quicquid dicat Ciriac. contr. for. 254. nu. 1. & ſeq. lib. 2. & tunc
20 ceſſionarius eſſet præferendus etiamſi fundus propriè non
venderetur, ſed concederetur tantum in emphyteuſim,
Rot. dec. 653. p. 4. to. 3. recen. ubi etiam reſolvit, quod retractus
locum habet etiam quando fit locatio perpetua, ſeu ad vi-
21 tam, cùm hujuſmodi locatio pro venditione habeatur, *Rot.*
in Romana Palatii 19. Novembr. 1604. coram Card. Millino,
quam refert Grat. diſc. for. c. 460. n. 39. & ſeq.

22 An verò liceat Domino directo cedere jus prælationis in re emphyteutica, vel feudali? affirmat *Caſtr. conſ. 335. volum. 2. Tiraq. de Retract. lignag. §. 26. gloſſ. 1. numer. 44. & alii apud Ciriac. d. cont. 254. num. 13.* ſed verior videtur contraria ſententia, videlicet, quod hoc jus prælationis ceſſibile non ſit ſine re ipſa, *ita Guid. Pap. dec. 411. n. 1. Franch. dec. 226. num. 2. Giurb. dec. 51. n. 6. & alii, quos refert Ciarl. contr. for. c. 121. nu. 40. & ſeq. lib. 2.*

23 Notandum tamen eſt, quod Bulla Pii V. præferens cenſuarium omnibus aliis emere volentibus rem cenſui ſubjectam, intelligitur de omnibus aliis non habentibus jus potentius; & ideò non præfertur iis, quibus vel ratione vicinitatis, vel conſanguinitatis, vel ſocietatis, vel alterius ſimilis juris competit beneficium retractus ex aliquo privilegio, vel ſtatuto, vel conſuetudine, *Rot. in Romana domus 22. Junii 1611. coram Card. Lancellotto, quam refert Grat. diſc. for. c. 876. n. 1. & ſeq.* ubi dicit, quod Dominus cenſus præferendus eſt cæteris emptoribus, non autem illis, qui habent privilegium prælationis, *& c. 903. nu. 1. & ſeq.* ubi dicit, quod Dominus directus præfertur in retractu rei venditæ excluſo cenſuario, & vicino, & quocunque alio: *& ita intelligenda eſt dec. 653. p. 4. to. 3. recen.* unde conſortem in re communi cenſuata præferri cenſuario, dixit *Rota dec. 306. n. 3. & ſeq. apud Cenc. de cenſib. & coram Duran. dec. 52. n. 10.*

24 Item notandum eſt, quod is, qui cenſum antiquiorem habet in re, in concurſu præferendus eſt in emptione rei aliis habentibus cenſus poſteriores, *Rot. dec. 475. n. 14. p. 1. diverſ. & dec. 17. p. 4. tom. 2. recen.*

25 Denique notandum eſt, quod cenſus probatur ex diuturna ſolutione abſque inſtrumento, *juxta opinionem, quam tenuit Rota in Anconitana cenſus coram Reverendiſſimo Attrebatenſi, & in Forolivienſ. Cenſus 14. Julii 1613. coram Buratto, apud Cenc. de cenſib. dec. 96. n. 26. Theodoſ. Rub. ſing. tom. 2. in ver. cenſus, n. 1.*

SUMMARIUM.

1 *Quid requiratur, ut debitor cenſum redimere poſſit, & num. 4.*
2 *Per ſolam diſdictam, cenſus non dicitur extinctus, ſed durat durante termino duorum menſium poſt illius diſdictam.*
3 *Qui eſt obligatus rem vendere alicui, ſi alteri vendere velit, tenetur per duos menſes expectare.*
4 *Depoſitum pro extinctione cenſus non præcedente denunciatione per duos menſes ante, non eſt relevans, ſi creditor contradicat.*
5 *Quid ſi Dominus cenſus aliquo caſu cogeretur reſtituere prioribus, & anterioribus creditoribus redimentis pretium in extinctionem cenſus ſolutum.*
6 *Diſdicta, & denunciatio hujuſmodi an fieri poſſit procuratori ſimpliciter conſtituto, ad lites.*
7 *Quid ſi Procurator conſtitutus fuerit ad omnia, & ſingula, quæ ipſemet conſtituens potuiſſet cum libera.*
8 *Quomodo facienda ſit diſdicta, ſi cenſus ſit alicujus Collegii, Monaſterii, vel Univerſitatis.*
9 *Quid ſi Dominus cenſus eſſet furioſus, vel minor, vel deceſſerit, & illius hæreditas jaceat, vel abeſſe cœperit nullo relicto procuratore, & n. 13.*
Bona Curatoris ad litem ſunt tacitè hypothecata pro adminiſtratione, ſicut bona Tutoris, ib. n. 9.
10 *Solutio fieri non poteſt pupillo ſine auctoritate Tutoris.*
11 *Solus Tutor non poteſt cenſum retrovendere abſque debitis ſolemnitatibus.*
12 *In hujuſmodi revenditione non eſt opus decreto Judicis.*
13 *Qui litem habet cum adulto, poteſt citare vel ipſum adultum, vel Curatorem.*
14 *Debitores pupillorum, & adultorum non liberantur, niſi ſolvant Tutori, vel Curatori eorum præcedente judicia-*
Antonell. de Tempore.
li ſententia: limitatur numer. 16. & 24.
Quando minor reſtituatur contra ſolventem, ibidem, numer. 14.
15 *An debitor minoris conſequatur liberationem, ſi ſolvat ejus Tutori, vel Curatori annuos redditus ſine juſſu Judicis.*
16 *Adminiſtratores piorum locorum Tutoribus comparantur.*
17 *Depoſitum fieri poteſt quandocunque intrà terminum duorum menſium poſt factam diſdictam.*
18 *Quando fructus cenſus amplius non currant.*
19 *Quid ſi Dominus cenſus facto depoſito intrà bimeſtre ex hac vita decederet.*
20 *Volens redimere cenſum, non tenetur ſolvere ſortem, nec fructus duorum menſium, niſi in fine dictorum menſium.*
21 *Depoſitum factum de tota ſumma dicitur integrum, etiamſi fructus bimeſtris non deponantur.*
22 *Depoſitum factum poſt duos menſes non ſuffragatur debitori.*
23 *Diſdicta cenſus evaneſcit, ſi intra duos menſes cenſus non redimatur.*
24 *Quando pupillus, vel minor petens, ſe reſtitui adverſus ſolutionem, repellatur.*
25 *Verſio probatur etiam per conjecturas.*
26 *Cui incumbat onus probandi verſionem.*
27 *Quando contractus eſt nullus ex defectu ſolemnitatum, nec probatur verſio, an minor teneatur reſtituere pretium.*
28 *An valeat pactum, quo debitor aſtringitur, ut teneatur per quatuor, vel ſex menſes ante denunciare futuram redemptionem.*
29 *An maritus, cui fuit datus cenſus in dotem, poſſit illum revendere, & n. 31. & 32.*
Excepto mutuo, depoſito, & venditione pro debito Eccleſiæ, in aliis contrahens cum Eccleſia non debet eſſe ſollicitus de converſione in utilitatem illius, ibid.
30 *An depoſitarius debeat eſſe ſollicitus de verſione pecuniarum, & n. 32.*
31 *Quando mulier poſſit vendicare cenſum, quem maritus alienavit.*
32 *An hæres gravatus poſſit cenſum extinguere.*
33 *An uſufructuarius habeat facultatem extinguendi cenſum.*
34 *An Pater retrovendere poſſit cenſum filii.*
35 *An emens cenſum pro alio, poſſit eumdem cenſum retrovendere.*

CAPUT III.

An validè cenſus redimatur, ſi non præcedat diſdicta per duos menſes.

SI debitor cenſum redimere voluerit, ex conſtitutione
Pii V. per duos menſes ante debet id denunciare credi-
tori, etiamſi in Inſtrumento cenſus hoc non fuerit expreſ-
ſum, ut *notat Grat. diſcep. for. c. 8. de quo latè Cenc. de cenſib. p.*
3. c. 1. q. 3. art. 9. per tot. ſubdens, *num. 46.* quod per ſolam diſ- 2
dictam, cenſus non dicitur extinctus, ſed durat durante ter-
mino duorum menſium poſt illius diſdictam; & hoc quidem
tempus videtur congruum: nam is etiam, qui obligatus eſt
rem vendere alicui, ſi alteri vendere velit, tenetur illi futu- 3
ram venditionem denunciare, & per duos menſes expecta-
re, *ſecundum Alex. & alios in l. qui Romæ, §. cohæres, ff. de verb.*
Roman. conſ. 27. n. 4. & conſ. 182. n. 4. Cenc. ubi ſupra p. 3. c. 1. qu. 3.
art. 9. n. 4. quamvis de hoc dubitet *Cancer. var. reſol. tom. 3. c. 1.*
n. 110. & ſeq.

Hæc autem denunciatio eſt adeò neceſſaria, ut ea præter- 4
miſſa non ſequeretur legitima cenſus redemptio, ſed cenſus
ſemper remaneret in ſuo robore, *ut pluries, reſolvit Rota,*
& præſertim in Anconitana bonorum, ſeu cenſuum 16. Februa-
rii 1604. coram Juſto, & in eadem 24. Maii 1613. coram U-
baldo, prout refert Cancer. dict. p. 3. c. 1. q. 3. ar. 1. num. 20. unde
depoſitum pro extinctione cenſus, non præcedente hujuſmo-
di denunciatione non eſſet relevans, *Rota in Ariminenſ. fidei-*
commiſſi 20. Junii 1622. coram Buratto, quæ in impreſſis eſt
deciſ. 641. num. 3. quod intelligendum eſt creditore contradi-
cente: nam ſi interceſſerit conſenſus partium, pretii reſti-
tutio, & cenſus retrovenditio, cenſus diceretur extinctus,
etiam non facta diſdicta per duos menſes *Rota apud Cenc. de-*
ciſione 61. num. 1. & deciſione 114. num. 4. in fin. deciſione 182.
num. 1. dec. 272. num. 1. & ſequ. dec. 273. & 274. deciſ. 204. numer.
4. & deciſ. 247. num. 4. hoc enim bimeſtre conceſſum fuit in
favorem creditoris, ut interim poſſit deliberare de re inve-
ſtiendis pecuniis ſibi reſtituendis: & ideò poteſt huic de-
nunciationi etiam tacitè renuntiare *arg. leg. quod favores, ubi*
Doctores C. de leg. quod quidem procedit, dummodò pretium

5 in extinctionem census solutum fiat accipientis irrevocabiliter; nam si Dominus census aliquo casu cogeretur illud restituere prioribus, & anterioribus creditoribus redimentis, poterit agere primæva actione saltem utili ex æquitate, *Genc. in addit. ad 3. par. cap. 1. qu. 3. art. 1. num. 4. & 5. dixit Rota in Romana anterioritatis 4. Februarii 1608. & in Romana census 29. Februarii 1613. coram Pamphilio, & apud Genc. post Addit. decis. 61. num. 3. & 4.* ubi dicit, quod tunc census non reviviscit, sed dumtaxat conceditur revenditori repetitio sortis solutæ; & exactio fructuum ante revenditionem decursorum.

6 Observa tamen, quod disdicta denunciatio hujusmodi non potest fieri procuratori simpliciter constituto ad lites, sed opus est, ut habeat facultatem vendendi, *Rota in Anconitana Censuum 24. Maii 1613. coram Ubaldo, & in Januensi census 25. Decembris 1613. coram Dunozet. Genc. part. 3. c. 1. q. 3. art. 1. num. 23.* vel mandatum speciale ad faciendam talem retrovenditionem, *Rota apud eundem Genc. decis. 106.*
7 *n. 1. & seq.* ubi, quod mandatum censeretur sufficiens ad revenditionem census, si procurator constitutus fuerit ad omnia, & singula, quæ ipsemet constituens potuisset cum libera &c. nam per hæc verba procurator expedire potest omnia, quæ requirunt mandatum speciale, *ut notatur in l. procurator, 58. ff. de Procurat.*

8 Observa 2. quod si census sit alicujus collegii, Monasterii, Societatis, vel alterius Universitatis, hujusmodi disdicta fieri debet illis, qui talem universitatem repræsentant, in congregatione facta io loco solito, *Bart. in l. ult. ff. quod cujusque univers. nom. Rot. coram Seraph. dec. 1028. n. 2. & apud Genc. dec. 66. n. 7. post Addit.*

9 Observa 3. quod si Dominus census esset furiosus, vel decesserit, & illius hæreditas jaceat, vel abesse cœperit nullo relicto procuratore, deputari debet Curator boni furiosi, vel absentis, vel hæreditati jacenti, illique disdicta facienda est, *Roder. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 15. num. 37. quem refert, & sequitur Genc. ubi supra par. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 9. num. 9.* si vero Dominus census sit minor, distinguendum est: aut enim est minor septennio, & tunc si habet legitimum tutorem, ille citandus est: aliàs citandi sunt Agnati, & Cognati, ut veniant ad ipsum infantem defendendum: quibus Agnatis, & Cognatis comparentibus, processus cum ipsis rite fabricatur; si verò non comparerant, debitor petere debet coram Judice, ut pupillo Tutorem ad talem actum deputet. Si autem sit major septennio, ipsemet citandus est petendo sibi dari curatorem ad litem, *Rota in dicta Anconitana coram Ubaldo, Neviz. cons. 17. Boccac. in tractat. de censib. p. 2. n. 104. idem Genc. loco citato num. 11. & sequ. Afflict. decis. 256. & 262. Cavalcan. de Tutor. & Curat. numer. 281. & seq.* ubi etiam dicit, quod invitus potest dari iste Curator ad litem, non tamen tenetur facere inventarium subdens, quod ejus bona sunt tacitè hypothecata pro administratione; sicùt bona Tutoris *Marant. de ord. Jud. par. 4. distinctio. 16. sub num. 36. Gratian. decisiones March. 73. numer. 19. & sequent.* ubi dicit, quod pupillus major infante ex multorum Doctorum sententia validè citari potest absque Tutore, & Curatore, quasi tunc intelligatur citatus ad legitimè comparendum, hoc tamen intelligendum est, quando pupillus major infante Tutorem, vel Curatorem non habet: nam si haberet, & sine illo citetur, processus esset nullus, *Alex. in l. si ex legati, num. 8. ff. de verb. oblig. & in lege neque, n. 3. ff. de in jus voc.*

10 Solutio verò fieri non potest pupillo sine auctoritate tutoris, *Boccac. in tract. de censib. part. 2. numer. 104.* quemadmodum nec solus Tutor potest censum retrovendere absque debitis solemnitatibus, *ut post Mich. Salon. in tractat. de contract. & commer. human. titul. de censib. articul. 3. controvers. 18. numer. 11. vers. dico tertio &c. notat Genc. part. 3. cap. 1. qu.*
11 *3. articul. 7. num. 6.* subdens *numer. 7. & sequ.* quod in hujusmodi revenditione non est opus Judicis decreto, cum talis
12 revenditio sit necessaria, *ad text. in leg. 1. §. 1. leg. magis puto, §. si pupillus, ff. de reb. eor. l. 1. l. prædium cod. quand. decr. opus non est.*

13 In adultis autem electio est actoris, qui poterit citare vel ipsos minores, vel Curatorem: quia in judiciis non attenditur, an adultus habeat Curatorem, vel non, *Bart. in l. 1. §. sufficit, num. 2. vers. quæro qualiter fiat ff. de Admin. Tutor. Bald. in l. penul. in l. fin. cod. si advers. rem jud. Grat. discep. for. c. 479. num. 28.*

14 Pecunia verò solvenda est Curatori legitimè constituto, aliàs debitor solvens ipsi minori non remanet liberatus, *Foller. in sua pract. cens. in ver. quæ quidem exactio num. 69. Simoncell. in tract. de decret. lib. 2. tit. 6. insp. 3. n. 53. vers. nec etiam solutio & c. quos refert Genc. de censib. p. 2. c. 2. q. 2. art. 3. num. 3. & seq. quorum sententia probatur per textum in l. sancimus, cod. de Admin. Tut. §. & ex contrario, Instit. quib. alien. lic. vel non,* ubi generaliter disponitur, quod debitores pupillorum, & adultorum non liberantur, nisi solvant Tutori, vel Curatori eorum præcedente judiciali sententia; aliàs datur minori adversus solventem restitutio in integrum, ut possit eandem summam ex integro petere, & exigere, *ut tradunt communiter Doctores in lege 1. cod. si advers. solut. Surd. decis. 229. nu. 34.* ubi addit, quod solutio facta curatori minoris non liberat solventem, nisi constet, pecuniam fuisse versam in utilitatem ejusdem minoris; nec sufficeret simplex auctoritas Judicis ad excludendum minorem ab hujusmodi restitutione in integrum, sed requiritur ejusdem Judicis præceptum, & justus, non obstante contradictione debitoris, ita, ut solutio non sit spontanea, sed coacta, *Bart. in l. ait Prætor, n. 2. ff. de minor.* ubi dicit, quod solvens minori non liberatur, nisi quando debitor compulsus opposuit exceptionem minoris ætatis, & Judex hoc præcepit lege non obstante, *Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 6. de solut. & libertat. nu. 116. & sequ.* ubi, quod solutio facta tutori, vel curatori absque Judicis præcepto, parat quidem plenam liberationem, *juxta text. in §. at ex contrario, ubi gl. Inst. Quib. alien. lic. vel non,* verum si pecunia a pupillo, tutore, vel curatore, est malè consumpta, potest restitui minor contra solventem, ut iterum solvat, quasi non fuerit liberatus, *l. 1. cod. si advers. sol. Rot. apud Genc. dec. 175. n. 1. & seq.*

An vero debitor minoris consequatur liberationem, si 15
solvat ejus Tutori vel Curatori annuos redditus sine jussu Judicis? Resp. affirmativè, *per text. in d. l. sancimus, cod. de Administr. Tutor. ibi, non autem hanc legem extendimus &c. ut ibidem explicat gloss. in ver. extendimus,* ubi dicit, quod non est necessaria Judicis auctoritas in redditibus, pensionibus, usuris, & in trebellianica restitutione, *& ita sensit Sal. ibid. & alii,* nisi fortè debitor præsciret, Tutorem, vel curatorem consumpturum esse pecunias, quia notas habebat ejus qualitates, & sciebat, eum malè se gerere in re pupilli: tunc enim debitor non consequitur plenissimam liberationem, sed pupillo competit restitutio io iotegrum adversus debitorem ita solventem, *Altograd. cons. 43. n. 5.* ubi *post Guttier. de Tutel. p. 2. cap. 22.* observat, quod in hoc casu ad consequendam plenissimam liberationem opus est adhibere Judicis auctoritatem, qui assumpta judiciali cognitione per suam sententiam pronunciet, solutionem tali tutori, vel curatori fieri posse.

Idemque dicendum de officialibus, seu administratori- 16
bus piorum locorum: isti enim tutoribus comparantur: *ut diximus in tract. de Regim. Eccles. Epis. par. 1. lib. 1. cap. 3. n. 20. & seq.*

Observa 4. quod depositum fieri potest quandocunque 17
intra terminum duorum mensium post factam disdictam census: nec desinunt currere fructus census a die dictorum
duorum mensium, *Rota coram Seraph. dec. 1413. n. 2. Genc. d.* 18
p. 3. c. 1. q. 3. art. 9. n. 54. & seq. ubi etiam dicit, quod si Domi- 19
nus census intra dictum bimestre ex hac vita decederet, debet tale depositum notificari illius hæredibus: alias depositum factum citato Domino census, non noceret dictis hæredibus, *ad tex. in l. si quis inficiatur, ubi Bart. ff. Depos. Rot.*
apud eumdem Genc. dec. 126. num. 1. & 2. post addit. ubi subdit, 20
quod volens redimere censum, non tenetur solvere sortem, nec fructus duorum mensium, nisi in fine dictorum mensium, *Grat. discep. for. c. 8. num. 33.* ubi, quod depositum factum de tota summa dicitur integrum, etiamsi fructus bimestris non deponantur: quia tales fructus debentur in fine,
juxta formam dictæ constitutionis; unde etiamsi debitor in 21
principio duorum mensium ultra sortem fructus decurrendos pro dictis duobus mensibus deposuerit, non poterit Dominus census, si ante finem bimestris pretium recipere voluerit, integros fructus duorum mensium percipere, sed tantum pro rata temporis illuc usque decursi, alias reciperet fructus ex censu jam extincto, quod non licet, *ut advertit Genc. d. p. 3. cap. 1. q. 3. dicto art. 9. num. 46. vers. non inficior, per text. in l. ejus, qui in provincia, ff. si cert. pet. vide etiam Rot. apud Genc. dec. 173. num. 4.* ubi dicit, quod depositum fa-
ctum post duos menses non suffragatur debitori, *& dec. 84. n.* 22
2. ubi, quod disdicta census evanescit, si intra duos menses 23
census non redimatur, ita ut creditor tunc retrovendere non teneatur, nisi præcedente nova disdicta.

Observa 5. quod si pecunia pupillo, vel minori soluta 24
absque Tutoris, vel Curatoris auctoritate extaret, vel debitor probaret, illam fuisse conversam in utilitatem minoris, tunc minor petens se restitui adversus solutionem, repelletur exceptione doli, *§. at ex contrario, inst. Quib. alien. lic. vel non latè Genc. p. 2. c. 2. q. 2. art. 3. n. 9. & seq.*

25 Hujusmodi verò versio non probatur ex eo dumtaxat, quod constet, ad minoris manus pecunias pervenisse, quia potuit illas dissipasse, & malè consumpsisse: sed probandum est, pecunias fuisse per minorem in aliquam sui utilitatem tempore receptionis conversas, vel erogatas, putà si emerit res sibi necessarias, licèt modò non extent, *Rot. apud Cenc. post Addit. dec. 140. n. 12. & dec. 141. n. 31.* vel saltem minorem consuevisse negotia sua utiliter gerere, & bona sua benè administrare, cum versio probetur etiam per conjecturas, *ex notat. per gloss. in fin. in auth. hoc jus porrectum, ubi etiam Bald. n. 8. cod. de Sacros. Eccles.*

26 Notandum est autem, quod versio in utilitatem minoris, si contractus sit nullus, probari debet ab eo: qui cum minore nulliter contraxit, *Bart. Bald. Salic. & Jas. in l. nam posteaquam, §. si minor, ff. de jurejur. Rot. dec. 678. n. 7. par. 1. recent. & apud Cenc. d. dec. 141. num. 28. & seq.* ubi etiam resolvit, quod quando minor validè contraxit cum solemnitatibus statuti, tenetur ipsemet minor probare, pretium, quod recepit, fuisse a se deperditum, & malè consumptum, *Rota in Romana census vitalitii 22. Maii 1626. coram Merlin. quæ apud Cenc. post addit. est dec. 140. n. 13.* ubi addit, quod versio probanda est per eum, qui contraxit cum minore, vel Ecclesia, quando contractus minoris, vel Ecclesiæ processit ex causa necessaria, videlicet pro solvendo ære alieno; secus si processit ex causa voluntaria propter eorum aliquam utilitatem; hoc enim casu non est opus justificare versionem; quam distinctionem, an alienatio sit facta ex causa necessaria, vel voluntaria procedere supposita validitate contractus, dixit *eadem Rota Romana nullitatis contractus 28. Junii 1624. coram Buratto, apud Cenc. post Addit. dec. 132. nu. 3.*
27 ubi etiam dicit, quod quando contractus est nullus ex defectu solemnitatum, nec probatur versio minor non tenetur restituere pretium, *Grat. discep. for. c. 45. n. 1. & seq.* ubi, quod excepto mortuo, deposito, & venditione pro debito Ecclesiæ, in aliis contrahens cum Ecclesia non debet esse sollicitus de versione.

28 Quæres, an valeat pactum, quo debitor astringitur ut teneatur per quatuor, vel sex menses ante denuntiare futuram redemptionem? Affirmativè respondet *Feder. Martin. in tr. de jur. cens. c. 6. n. 382. quem refert Cenc. d. p. 3. c. 1. q. 3. art. 1. nu. 19. ubi dicit, hanc opinionem esse satis æquam, nec repugnare Pianæ constitutioni.*

29 Quæres 2. an Maritus, cui fuit datus census in dotem possit illum revendere? Resp. affirmativè, tum quia Marito licita est alienatio rei dotalis, quando non ex voluntaria causa, sed ex necessaria alienat; tum etiam quia maritus constante matrimonio vere est Dominus rei sibi in dotem datæ, sive data fuerit ea æstimatione, quæ emptionem, & venditionem faciat, sive data fuerit inæstimata, *juxta gloss. communiter receptam in l. in rebus, ver. naturali jure, cod. de jur. dot. Rol. a Vall. cons. 80. lib. 3. Lauren. Kennio, cautel. 14. num. 3. & alios apud Cenc. de censib. p. 2. c. 2. art. 1. num. 24. & seq. & p. 3. c. 1. q. 3. art. 7. n. 42. & seq.* & ideo debitor solvens marito consequitur plenam liberationem, etiamsi maritus teneatur ex pacto inito inter ipsum, & uxorem, sive alios, pecunias sibi restitutas in alium censum, vel bona stabilia investire, *latè Gratian. discept. for. cap. 45. num. 1. & sequ. Surd. decis. 156. numer. 9. Seraphin. decis. 366. & decis. 1187.* quemadmodum Depositarius, qui pecunias simpliciter, ac sine onere accepit, rectè solvit hæredi, etiamsi hæres teneatur illas in bona stabilia, aut census perpetuos investire ad commodum substituti, aut convertere in aliam causam ordinatam a testatore, cum in tali casu Depositarius non teneatur esse sollicitus de implemento voluntatis testatoris, *l. ante restitutam, 104. ubi gloss. Bart. Alberic. Imol. & alii, ff. de solut. Bald. cons. 197. libr. 1. Dec. cons. 330. num. 2. Seraphin. dec. 1187. n. 1. latè Altograd. cons. 43. num. 2.*

30 Limita, quando censum, qui datus fuit inæstimatus pro fundo dotali, maritus voluntariè alienavit: tunc enim poterit uxor hujusmodi censum soluto matrimonio vendicare una cum fructibus a die motæ litis, quia licèt illius dominium constante matrimonio sit penes maritum, soluto tamen matrimonio in dominio uxoris est, *Cenc. d. p. 2. c. 2. q. 2. art. 1. nu. 25. Seraph. dec. 1332.* subdens *n. 3.* quod etiamsi census in dotem datus fuerit æstimatus, datur actio ad pretium, quando vir aliàs non est solvendo, *juxta gl. in l. in rebus, ver. æstimatæ cod. de jur. dot.*

31 Limita 2. nisi adesset particularis conventio, putà si debitor census se obligaverit in casu extinctionis pecunias convertere in emptionem bonorum stabilium, aut alterius census, *ut post Alex. cons. 4. in fin. lib. 3. Abb. cons. 41. sub nu. 1. libr. 1. Surd. cons. 181. n. 11. & 12. lib. 2. & alios consuluit Grat. d. c. 45. n. 2. & seq.* aut si Depositarius pecunias recepisset sub hac conditione expressa eas non solvendi, nisi in emptionem stabilium, aut aliam similem causam erogarentur: tunc enim non liberatur, nisi pecuniæ in destinatam causam fuerint conversæ, *Altograd. cons. 43. n. 1. Surd. dec. 327. n. 6. Grat. d. c. 45. num. 26. & seq.*

32 Quæres 3. an hæres gravatus possit censum extinguere, seu illum retrovendere? Resp. quod aut sumus in actu voluntario, & tunc solvi non potest hæredi gravato, nec solutio in tali casu liberat solventem, aut sumus in actu necessario, putà si præcesserit intimatio, & disdicta per bimestre præceptum Judicis, ac depositum juxta formam bullæ super redemptione census, & tunc solutio facta hæredi gravato liberat solventem, *& ita intelligendus est textus in l. ante restitutam 104. ff. de solut.* multa enim permittuntur ex necessitate, quæ ex voluntate non permitterentur, *l. 1. ff. de fund. dot. l. peto, §. prædium, ff. de l. 2. l. qui erat, ff. famil. ercisc. ita concludunt communiter DD. in d. l. ante restitutam, ff. de solut. Grat. discep. for. c. 636. n. 8. & seq. Cancer. var. res. p. 2. c. 6. de Solut. & liberat. n. 120.*

33 Quæres 4. an usufructuarius habeat facultatem retrovendendi censum? Resp. negativè, sed id spectat ad proprietarium, *Cavalcan. de usufr. mulier. relict. n. 108. Castil. de usufr. cap. 20. num. 10. & sequ.* & ita servat Rota, quod usufructuarius solus non habeat facultatem extinguendi censum; unde solutio illi facta non liberat debitorem census, *ut fuit resolutum in Romana census 11. Decembris 1617. & 6. Junii 1618. coram Coccino, prout refert Gratian. dicto cap. 636. num. 17. & sequ.* pretium verò census revenditi debet remanere penes usufructuarium, cum per talem revenditionem ususfuctus census non extinguatur *argum. leg. uxori meæ, ff. de usufruct. leg.* præstita tamen per eum cautione, *juxta text. in §. constituitur, inst. de usufruct. & ita resolvit Rota in Romana pecuniaria 8. Martii 1604. coram Ortembergio, apud Cenc. de censib. decis. 294.*

34 Quæres 5. an Pater possit retrovendere censum filii? Respond. affirmativè, modò pater sit legitimus administrator bonorum filii: quo casu pater ad aliquam cautionem non tenetur, quia administratio paterna est libera ab hypotheca, & ab onere reddendæ rationis, & ab omni contradictione, *leg. cum oportet, §. cum autem, cod. de bon. quæ liber. Rot. dicta decis. 294. apud Cenc.* ubi dicit, quod Patri jus defert legitimam administrationem, & usumfructum in omnibus bonis, & rebus adventitiis filiorum, *ut in l. 1. & seq. cod. de Bon. matern.*

35 Quæres 6. An is, qui pro alio censum emit possit eundem censum absque illius mandato retrovendere? Resp. negativè: quia is non sibi, sed ei pro quo emit, census dominium acquisivit, *Cenc. de censib. par. 3. cap. 1. q. 3. art. 7. numer. 46. vers. alia potest &c.* subdens, quod potest talis emptor solutiones fructuum dicti census recipere, quia sicut censetur approbata persona ementis ad contrahendum, & emendum censum, ita videtur approbata ad fructus dicti census exigendum, ita ut debitor ei solvens consequatur liberationem, *Tiraquell. de retract. convent. §. 4. gloss. 9. in fin.* ubi dicit, quod debitor rectè solvit ei, cum quo contraxit, *Surd. dec. 229. n. 11. & seq.* ubi, quod rectè solvitur falso tutori quando is fecit contractum, *latè idem Cenc. p. 2. c. 2. q. 2. art. 1. a n. 8. & 50. cum seq.*

S U M M A R I U M.

1 *Leges communes ligant post duos menses: municipales verò post modicum tempus.*
2 *Constitutiones Episcopi sequuta publicatione statim ligant.*
3 *Leges ad præterita, vel pendentia non extenduntur, nisi ita expressè caveatur. limitatur n. 6. & 7.*
4 *Statuta, & reformationes civitatum non possunt extendi ad lites pendentes etiamsi hoc expressè dicatur.*
Item non trahuntur ad contractus præteritos, ibid.
5 *Contractus tempore præterito factus non comprehenditur sub novo statuto, etiamsi perfectionem expectet in futurum respectu exequutionis.*
6 *Quid si partes in contractu renunciaverint legibus seu constitutionibus tam latis, quam ferendis.*
7 *Judex ad quem tenetur judicare secundùm jus quod vigebat in prima instantia.*
8 *In ultimis voluntatibus verbum, quod reperitur in futuro, & in præterito, in dubio intelligendum est de futuro.*
9 *Testator relinquens centum filiabus suis, cum viduæ fuerint, non intelligitur legasse illis, quæ tempore mortis erant viduæ, sed quæ post ejus mortem remanebunt viduæ.*

10 *Quid*

10 *Quid si legatum fiat uxori, dum habuerit liberos.*
11 *An legata facta ante constitutionem imponentem aliquod onus legatariis, comprehendantur sub hujusmodi constitutione.*
12 *An gabella debeatur pro legato annuo facto ante statutum jubens, illam solvi,*

CAPUT IV.

A quo tempore leges ligent.

1 Resp. quod leges communes ligant post duos menses a
die publicationis: leges verò municipales post mo-
dicum tempus arbitrio Judicis, ita ut quis possit dici esse in
supina ignorantia, *Auct. ut fact. nov. constit. &c. c. ut anima-
rum, de constit. in 6. Bart. in l. omnes populi, n. 37. ff. de just. & jur.
Jord. Elucubr. divers. lib. 10. tit. 1. de constit. n. 39.* ubi dicit, quod
2 Constitutiones Episcopi sequuta publicatione statim ligant
habentes illarum notitiam non aliter expectato lapsu duo-
rum mensium, quia subditi Diæcesani intrà modicum tem-
pus certiores reddi possunt.

3 Notandum est autem, quod leges futuris dant formam
negotiis; & ideò ad præterita, vel pendentia non extendun-
tur, nisi de iis expresse caveatur, *l. leges 2. cod. de legib.* quod
4 generalibus legibus tantùm concessum est: nam statuta, &
reformationes Civitatum non possunt extendi ad lites pen-
dentes, etiamsi hoc expressè dicatur, *Bart. in l. sancimus 1.
n. 18. & 19. cod. de Sacros. Eccles. & in d. l. omnes populi, n. 40. per
text. in Auct. In med. lit. &c.* quemadmodum non trahuntur
ad contractus præteritos factos ante eorum publicationem,
ut post Plot. in cons. 119. n. 52. quod alias est 108 *in prim. volumi-
ne consiliorum crimin. diversorum parvæ impressionis, Carpan.
in c. Colleg. novar. constitutionum Mediolani, sub tit. de Pœnis,
n. 47. Bursat. cons. 270. n. 16. tradit Ciriac. contr. 529. nu. 3. & sequ.*
5 ubi etiam dicit, quod contractus tempore præterito factus
non comprehenditur sub novo statuto, etiamsi perfectio-
nem expectet in futurum respectu exequutionis, nam sem-
per dicitur casus præteritus, & ideò in constitutione nova
non comprehenditur, *Grat. disc. for. c. 465. n. 12. & seq.* ubi lo-
quitur in casu, in quo jam locatio erat a principio perfecta,
quamvis ratione pensionum solvendarum penderet a futuro.

6 Notandum 2. quod ubi adest expressa conventio partium,
lex superveniens in tali contractu non haberet locum, etiam-
si loqueretur de præteritis; & ideò si partes renunciarunt le-
gibus, seu constitutionibus tam latis, quàm ferendis, non
poterunt uti beneficio novarum legum, cùm per partes fue-
rit prævisus hujusmodi casus ex facto Principis resultans,
*Bald. in l. si ea lege, n. 3. cod. de usur. Alex. cons. 112. n. 4. lib. 1. Ro-
land. cons. 9. n. 25. & seq. lib. 1. Natt. cons. 66. n. 7. Calcan. cons. 15. n.
12. & 13. & alii apud Grat. disc. for. c. 465. n. 1. & seq.*

7 Notandum 3. quod etiamsi lex nova disponeret expressè
de præteritis, non comprehenderet ea, in quibus judica-
tum est, licet pendeant coram Judice appellationis; unde
opus est, ut lex expresse nominet pendentiam per appella-
tionem, *Felin. in c. quoniam 13. col. 6. ad med. de constit. Grat. c.
499. n. 40.* ubi etiam dicit, quod Judex ad quem succedit lo-
co primi, & ideò tenetur judicare secundum jus, quod vi-
gebat in prima instantia.

8 Notandum 4. quod ea, quæ diximus de legibus, locum
habent etiam in testamentis, & ultimis voluntatibus, qua-
rum natura est super futuris disponere, *ut dict. Bart. & alii
in l. solemus, ff. de cond. & demon.* unde in ultimis voluntatibus
verbum, quod repetitur in futuro, & in præterito, in du-
bio intelligendum est de futuro, *l. si ita legatum ff. eod. tit. de
cond. & demon.*

9 Hinc infertur, quod si testator relinquat centum filiabus
suis, cùm viduæ fuerint, non intelligitur legasse illis quæ
tempore mortis erant viduæ, sed quæ post ejus mortem re-
manebunt viduæ, *Bart. in l. hoc articulo, ff. de Hæred. instit.*
10 *Aret. in §. 1. instit. de legat.* idemque dicendum, si legatum
fiat uxori, dum habuerit liberos, non enim videtur sensisse
testator de filiis, quos jam ipsa habebat tempore testamenti,
sed de aliis, quos in futurum haberet, *d. l. solemus, ff. de con-
dit. & demon.*

11 Addunt alii, quod legata facta ante statutum, seu con-
stitutionem imponentem aliquod onus legatariis non com-
prehenduntur sub hujusmodi statuto, seu constitutione,
quamvis essent conditionalia, & talia, quæ post statutum
inciperent habere effectum, *ita Aret. cons. 85. n. 2. quem refert,
& sequitur Ciriac. contr. 529. n. 15. & sequ.* ubi ex hoc infert,
12 quod gabella non debetur pro legato annuo facto ante statu-
tum jubens, illam solvi, etiamsi pro sequentibus annis tale
legatum uti conditionale purificetur post ipsum statutum.

S V M M A R I V M.

1 *Promittens reum exhibere in judicio, liberatur lapsis duobus mensibus: limitatur n. 2. & 3.*
2 *Quid si fidejusserit in scriptis, vel in publica causa in præsentia Tabellionum, & n. 3.*
4 *Qui promisit aliquem exhibere ad tempus, an finito tempore possit moram purgare.*
Quid si quis se ipsum promisit exhibere.
5 *Et quid si aliquis promisit præsentare reum intrà certum tempus ad libitum Judicis.*
6 *An is, qui promisit præsentare reum ad omnem requisitionem Judicis, possit prævenire in præsentando, ut liberetur.*

CAPUT V.

Quando teneatur is, qui reum in judicio exhibere promisit, non adjecto tempore.

Respondet *Spec. in tit. de Reo in princ. Jordan. Elucub. di- 1
vers. lib. 14. tit. 24. de præscrip. nu. 290.* quod spatio sex
mensium talis obligatio terminatur, *per l. sancimus, cod. de fi-
dejuss.* sed verius mihi videtur, quod promittens in tali casu
liberetur lapsis duobus mensibus, *per l. si fidejussor, cod. de fi-
dejuss.* quia promissor non debet esse diu in suspenso, *l. si ser-
vus, ff. de Divers. & temp. præscript.*

Limita, si fidejusserit in scriptis, vel in publica causa in 2
præsentia Tabellionum, quia tunc perpetuò tenetur, *secun- 3
dum DD. in d. l. si fidejussor.* vel saltem usque ad triennium,
secundum gl. ibidem, ver. liberari, quia triennio durat instan-
tia judicii *juxta l. properandum, cod. de judic.* Ego censeo,
quod in tali casu sistendi tempus in stipulatoris voluntate sit,
moderato tamen spatio, judicis arbitrio, qui rationem ha-
bere debet distantiæ locorum, qualitatis personæ ac tempo-
ris, *juxta l. continuus, §. cum ita ff. de verb. oblig. & est textus
in terminis in leg. de die, ff. Qui satisd. cog.* & ita sensit *Menoch.
de arbitr. jud. cas. 54.* subdens, quod multa in partis volunta-
te sunt posita adhibito postmodum judicantis moderamine,
ut in juramento affectionis, *de quo in l. in actionibus, ubi DD.
ff. de in lit. jur.*

Observa tamen, quod qui promittit alium exhibere ad 4
tempus, finito tempore potest intra sex menses moram pur-
gare, eum exhibendo, *Bart. in leg. sancimus, cod. de fidejuss.*
ubi dicit, hoc esse speciale in eo, qui promisit alium exhi-
bere: secus si promisisset se ipsum *per leg. & si post tres, ff. si
quis caut.*

Dicit tamen *Jo: Andr. ad Spec. in Rub. tit. de Reo,* quod si 5
quis promisit præsentare reum intrà certum tempus ad libi-
tum Judicis, eo elapso amplius non tenetur, quia tempus,
causa finiendæ, non differendæ litis censetur appositum:
subdens, quod is, qui promisit præsentare reum ad omnem 6
requisitionem judicis non potest prævenire in præsentando,
ut liberetur.

S V M M A R I V M.

1 *Conjugibus datur bimestre a die contracti matrimonii ad deliberandum de ingressu in Religionem.*
Et quando in tali casu matrimonium dissolvatur, ibid.
2 *An Summus Pontifex possit dispensare in matrimonio rato.*
3 *An conjuges intrà hujusmodi bimestre teneantur reddere debitum.*
4 *Quid si intrà bimestre sponsus invitam cognoscat sponsam.*

CAPUT VI.

Quodnam tempus detur conjugibus ad deliberandum de ingressu in Religionem.

Resp. quod ad hoc datur bimestre, *cap. ex publico, de 1
convers. conjug.* quod quidem tempus currit a die con-
tracti matrimonii, *Sanch. lib. 2. disp. 24. num. 15. & 21. quem
refert Jordan. Elucubr. divers. lib. 10. tit. 12. num. 67.* & tunc se-
quuta solemni Religionis professione alterius conjugis, ma-
trimonium dissolvitur, dummodò consummatum non fue-
rit, *ut constat ex Trindentino sess. 24. can. 6.* quia sicut matri-
monium carnale, quod fit ex copula conjugali, dirimitur
per mortem corporalem, ita etiam matrimonium spiritua-
le, quod scilicet ex solo consensu nascitur, dirimitur per
mot-

mortem ſpiritualem, qualis eſt profeſſio regularis, per quam homo mundo quodammodo moritur, *ut rectè notat Marchant. in Candelabr. myſt. tract. 8. lect. 14. de inſolubilit. matrim. propoſ. 2. fol. 778.* ubi etiam dicit, quod Sancti Patres damnantes eos, qui prætextu Religionis conjugia ſolvunt, intelligendi ſunt non de matrimonio rato, ſed de conſummato, in quo præcipuè verificatur illud *Matth. 19. quod Deus conjunxit, homo non ſeparet*: quod etiam probatur *ex dicto*
2 *cap. ex publico, de converſ. conjug.* unde poſſe etiam Summum Pontificem ex juſta cauſa diſpenſare in matrimonio rato, tradunt *Sanch. lib. 2. diſp. 14. num. 2. Rebell. lib. 2. qu. 15. numer. 4. Perez, de matrim. §. 19. Gutier. de matrim. cap. 54. nu. 3. Coninch. diſp. 26. dub. 3. num. 33. Reginald. lib. 31. num. 38. Henriqu. lib. 11. cap. 8. numer. 11. Bellarm. lib. 2. de Monach. cap. 38. & alii apud Bonacin. de matrim. qu. 2. punct. 11. nu. 4. ubi etiam refert, ita in facto diſpenſaſſe Paulum III. Martinum V. Adrianum IV. & Pium IV.*

3 Obſervant etiam Doctores, quod intrà hujuſmodi bimeſtre neuter alteri tenetur reddere debitum; eo verò tranſacto tenetur conjux altero exigente conſummare, nec poteſt ingredi in Religionem altero repugnante, *ita Marchant. ubi ſupra, verſ. Advertendum vero &c. Perez, de matrim. §. 18. Coninch. diſp. 26. dub. 4. n. 49. Sanch. d. lib. 2. diſp. 27. Gutier. c. 54. nu. 19. & alii, quos refert, & ſequitur Bonacin. de matrim. q. 3. pun. 4. num. 4.* ubi addit, quod ſi alter conjux etiam elapſo bimeſtri religionem ingrediatur, & profiteatur ante conſummatum matrimonium, validè profitetur, & matrimonium antecedens diſſolvitur.

4 Obſervant 2. quod ſi intrà dictos duos menſes ſponſus invitam cognoſcat ſponſam, poteſt illa adhuc Religionem ingredi, *Sanch. d. lib. 2. diſp. 22. num. 1. & 6. Jordan. d. l. 10. tit. 12. num. 67.*

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta volens jus emphyteuticum transferre, requirere debet Dominum directi, an velit emere, & tunc expectandus eſt Dominus per duos menſes, & n. 2.*
3 *Quandiu Dominus directi revocare poſſit alienationem rei emphyteuticæ eo irrequiſito factam, & n. 4. & 7.*
5 *Dominus directi, præfertur in retractu rei venditæ, excluſo vicino, Cenſuario, & quocunque alio.*
6 *Dominus prædii locati præfertur in venditione fructuum ipſius prædii.*
Quid ſi alii plus offerrent, ibidem.
8 *An minor Dominus directi renuntiare poſſit ſine ſolemnitatibus juri prælationis.*
9 *Emphyteuta poteſt alteri donare, vel legare jus ſuum etiam irrequiſito Domino.*
10 *Donatarius, vel Legatarius rem accipere debet per manus Domini, & illi ſolvere laudemium.*
11 *Quid ſi emphyteuſis legetur Eccleſiæ.*
12 *Emphyteuta donando, aut vendendo rem emphyteuticam non transfert poſſeſſionem, nec dominium in Donatarium, aut emptorem, donec per Dominum fuerit inveſtitus.*
13 *Clauſula conſtituti, vel precarii non operatur translationem poſſeſſionis in re emphyteutica, & n. 62.*
14 *Res emphyteutica donata, vel vendita ex ſimplici conſtitutione precarii, aut alia ficta traditione non cadit in commiſſum.*
15 *Quando pœna caducitatis evitetur, & n. 24. & 29.*
16 *Laudemium debetur habita ratione ad quantitatem pretii æſtimati, etiam ſi res pluris valeret.*
17 *Onus ſolvendi laudemium in caſu retractus non ſpectat ad primum emptorem, ſed ad volentem retrahere.*
Quid ſi primus emptor ſolverit, ibid.
18 *Dominus directi requiſitus a Donatario, ſeu Legatario, tenetur intrà duos menſes conſentire, & eum in poſſeſſionem inducere.*
19 *Licitum eſt emphyteutæ rem emphyteuticam Domino non requiſito permutare; declaratur n. 20.*
21 *An, & quando emphyteuta rem emphyteuticam dare poſſit filiæ ſine conſenſu Domini, & n. 53.*
22 *Emphyteuta, ſi permutaverit, ſive in dotem dederit, aut legaverit, ſeu donaverit rem emphyteuticam tanquam propriam, privatur jure ſuo.*
23 *Emphyteuta cadit ab emphyteuſi, ſi neget, rem eſſe emphyteuticam, limitatur n. 24. & 25.*
26 *Is, qui rem emphyteuticam in permutationem accepit, ſolvere debet laudemium.*
27 *Quando bona ſubemphyteuticantur, laudemium non primo emphyteutæ, ſed Domino directi debetur.*
28 *Laudemium debetur uſufructuario, non autem proprietario.*
30 *In quibus caſibus non debeatur laudemium, & num. 40. 41. 42. 47. 48. 49. 51. 57. 58. 61. 62. 65. 67. 69. 75. 77. 78. 82. 83. 84. & 86.*
31 *Quando competat jus accreſcendi, & n. 37. & 38.*
32 *Quādo poſſint deſcendentes a primo Inveſtito emphyteuſim inter ſe dividere ſine conſenſu Domini, & an teneantur laudemium ſolvere, & n. 34. 35. & 36.*
33 *An extranei, qui inſtituuntur hæredes in re emphyteutica, teneantur ſolvere laudemium, & n. 51. & 76.*
34 *Laudemium debetur, ſi donatio fiat comprehenſis in inveſtitura, ſi iſti proximiores non ſint.*
35 *An laudemium debeatur, quando Pater inter vivos donat rem emphyteuticam filio.*
36 *Quid ſi uni ex fratribus in diviſione aſſignetur tota res emphyteutica, & n. 52.*
37 *Quando emphyteuſis revertatur ad concedentem, & numer. 38.*
39 *An jus accreſcendi excludatur per renovationem emphyteuſis factam inter deſcendentes.*
An fratres, qui acceperunt fundum in emphyteuſim, poſſint illum inter ſe alienare irrequiſito Domino, ibid.
40 *Quando in retrovenditione, quæ fit ex pacto, ſolvatur laudemium, & quando non.*
An ex tali revenditione ſolvenda ſit gabella, ibid.
43 *Si emphyteuſis cum pacto de retrovendendo vendita iterum vendatur, poteſt Dominus novum laudemium exigere.*
44 *Quid ſi res fideicommiſſo ſubjecta alienetur.*
45 *An locum habeat pœna caducitatis, ſi revenditio fiat inſcio Domino, & n. 46.*
49 *Quando laudemium ſoluturum reſtituendum ſit.*
An ex contractu nullo debeatur laudemium, ibid.
50 *Per venditionem nullam irrequiſito Domino factam emphyteuta non incidit in commiſſum.*
51 *An plures emphyteutæ extranei dividentes inter ſe rem emphyteuticam teneantur laudemium ſolvere.*
53 *An debeatur laudemium, ſi pater filiæ fundum emphyteuticum in dotem dederit, & n. 54. 55. & 56.*
55 *An, ſi ſoluto matrimonio prædium æſtimatum reſtitueretur, debeatur iterum laudemium.*
59 *An debeatur laudemium ex ſupplemento pretii ſoluti per emptorem conventum remedio leg. 2. codic. de Reſcind. vend.*
60 *Laudemium debetur, ubi per Judicem ſub haſta dantur creditoris bona in ſolum.*
63 *Si dominium rei emphyteuticæ ſucceſſivè ad plures pervenerit, laudemium ſolvendum eſt illi, qui tempore traditionis reperitur Dominus, non autem illi, qui erat Dominus tempore celebrati contractus.*
64 *Quando dominium, & poſſeſſio rei transferatur in emptorem.*
65 *Prohibitus rem vendere, non prohibetur vendere fructus illius.*
66 *Vaſſallus, ſeu emphyteuta poteſt alienare commoditatem feudi, vel emphyteuſis, quandiu ipſe vixerit.*
68 *Emphyteuta poteſt ſine Domini conſenſu ſuper fundo emphyteutico conſtituere uſumfructum.*
69 *Quando fructus una cum re emphyteutica unico pretio diſtrahuntur, debetur laudemium pro integro pretio, incluſo etiam valore fructuum.*
70 *Fructus pendentes cenſentur eſſe pars fundi.*
71 *Colonus debet potius Domino vendere fructus, quàm alteri.*
72 *Si uſufructuarius vellet alicui locare commoditatem uſusfructus, Proprietarius habet jus prælationis pro eodem pretio.*
73 *Qui rem communem cum alio poſſidet, ſi partem ſuam vendere velit, debet prius conſortem requirere.*
74 *Dominus proprietatis volens eam vendere, tenetur potius vendere emphyteutæ, quàm alteri.*
78 *Nec laudemium, nec gabella debetur iterum ex retractu ejuſdem rei, ſi primò fuerit ſolutum, vel ſoluta.*
79 *Quando quis emit pro perſona nominanda rem emphyteuticam, unicum ex tali contractu laudemium ſolvi debet.*
80 *Facta hujuſmodi nominatione, unica ſolvitur gabella tanquam de unico contractu.*
81 *Quando res retrahitur poſt tempus a ſtatuto præfixum, tunc ultra laudemium a primo emptore ſolutum, aliud eſt ſolvendum a ſecundo emptore.*
85 *Explicatur textus in l. fin. cod. de Jur. Emph.*

87 *Quan-*

CAPUT VII.

An, & quando liceat emphyteutæ rem emphyteuticam in alium transferre sine consensu Domini.

1 JUre cautum est, ut non liceat emphyteutæ sine consensu
Domini meliorationes suas aliis vendere, vel jus emphy-
teuticum transferre, nisi prius Dominus directi requiratur,
an velit emere, aliàs emphyteuta caderet a jure suo; & tunc
expectandus est Dominus per duos menses, quibus elapsis,
& Domino recusante eodem pretio emere, quod ab alio in-
venitur, licitum est emphyteutæ vendere jura sua personæ
non prohibitæ, *l.ult.cod.de jur.emph.Cancer.var.p.1.c.11.nu.*
2 *46.& seq.* ubi etiam dicit, quod prædictis duobus mensibus
transactis, debet eidem Domino alia denunciatio fieri, ut
emptorem in possessionem recipiat, a qua denunciatione
currunt ei alii duo menses ad utendum jure prælationis: quo
tempore elapso potest Emphyteuta emptorem in possessio-
nem inducere Domino invito, *ut lu d.l.fin.vers. si autem no-
vum, Jordan. Elucub. divers.lib.14.tit.24.de præscrip.nu.279.*
3 subdens, quod Dominus directi ad revocandam alienatio-
nem ipsius rei emphyteuticæ eo irrequisito factam, decem
habet annos, quibus elapsis licentiam concessisse præsumi-
tur, *ut observat etiam Ciriac.contr.309.n.12.lib.2. Gab.comm.*
4 *conclus.lib.1.tit.de præsump.concl.1.n.1.& 2.* quod intelligen-
dum est, quando constat, quod Dominus sciverit aliena-
tionem, & passus esset, per decennium emptorem posside-
re rem ut emphyteuticam, tunc enim ex cursu decem anno-
rum præsumeretur consensus Domini, *ut post Alex.cons.113.
n.9.& seq.lib.4.Jas.in l.certis annis, n.8.cod.de pact.Cassan.cons.
11.n.84.Dec.cons.185.n.14. Mascard.conclus.1316.n.2. & alios
observat Honded.cons.80.n.39.lib.2.* quibus adde *Grat.disc.for.*
5 *cap.903.n.1.* ubi dicit, quod Dominus præfertur in retractu
rei venditæ excluso vicino, censuario, & quocunque alio:
6 quemadmodum Dominus prædii locati præfertur in vendi-
tione fructuum ipsius prædii, dummodo statim pecuniam
solvat, & offerat idem pretium, quod alii offerunt, *idem
Grat.dec.March.77.per tot.* ubi etiam dicit, quod si alii plus
offerrent, teneretur Dominus tantundem dare etiam si esset
supra justum pretium, cùm ex hoc non rescindatur contra-
ctus, quando dimidietatem non excedit, *juxta leg.2.cod. de
Rescind.vendit.*
7 An verò minor Dominus directi restituatur adversus lap-
sum hujusmodi temporis? affirmativè respondet *Cancer.lib.
2.c.1.n.306. ubi alios refert.*
8 Potest autem minor sine solemnitatibus renunciare juri
prælationis in venditione facienda ab emphyteuta, quia hoc
est potius non acquirere, quàm alienare, *Ciriac. contr.309.
num.29.lib.2.*
9 Notandum tamen est, quod emphyteuta potest alteri do-
nare, vel legare jus suum etiam irrequisito Domino, *juxta
leg.1.cod.de fund.patrim.lib.11.* tunc enim cessat ratio denun-
ciandi Domino, an velit eodem pretio emere, cùm nul-
lum interveniat pretium, *ut observat Ang. in §. adeo, num.
10.instit.de locat. & conduct.* ubi etiam dicit, quod hoc pro-
cedit tam in emphyteuta privati, quàm in emphyteuta Ec-
clesiæ, *& hæc est communis opinio teste Clar. in §. Emphy-
teusis, quæst.15. Mantic. de Tacit. lib.22. titul.28. numer.56.
& sequ. quamvis Bart.in d.l.ult.cod.de jur.emphyt.contrarium
teneat.*
10 Debet tamen Donatarius, seu legatarius rem accipere per
manus Domini, & illi solvere laudemium, hoc est quinqua-
gesimam partem pretii, *juxta textum, in dict.leg.fin. cod.de
jur.emphyt. & notat Gratian.discep.for.cap.377.num.1.& sequ.
Clar.in dict.§. emphyteusis quæst.15.vers. arbitror tamen, & q.
23. vers.sed quæro, Burg.de Laudem.par.2.insp.12. numer.25.
& insp.32.num.5.vers.aut instituitur, & insp.48.num.5. Greg.
decis.520.numer.3. & ibi Beltramin.numer.13. ubi dicit, hanc
esse magis communem*, quod procedit, etiamsi emphyteusis le-
getur Ecclesiæ, *Gratian. ubi supr.Burg.par.2.insp.48.num.20.*
11 *in addit. quicquid dicat Barbos.in cap.potuit, num.40.& sequ.
de Locat.* sic enim subvenitur Domino directi circa præser-
vationem juris sui, quia Donatarius accipiendo investitu-
ram ab ipso Domino, eique solvendo laudemium obligatur
in futurum eidem Domino ad solutionem canonis, & alio-
rum jurium emphyteuticorum, *ut not.Ang.loco cit. num.10.
vers. advertas tamen*; aliàs Donatarius, seu legatarius ca-
12 dit in commissum, *ut d.Guid.Pap.dec.46.* ubi ex hoc infert,
quod emphyteuta donando, aut vendendo rem emphyteu-
ticam non transfert possessionem, nec dominium in Dona-
tarium, aut emptorem donec per Dominum fuerit investitus,
etiamsi in donatione, aut venditione adesset clausula con- 13
stituti, vel precarii, quæ non operatur translationem pos-
sessionis in re emphyteutica, *per d.l.fin.cod.de jur.emphyt.* sed
tantùm in re franca, & allodiali, ut *in l.quod meo, ff.de ac-
quir.poss.* immò res emphyteutica donata, vel vendita ex
simplici constitutione precarii, aut alia ficta traditione non 14
cadit in commissum nisi servetur realis apprehensio posses-
sionis sine consensu Domini directi, ut *tradunt DD. apud
Guid. Pap.dec.101.ubi dicit, quod ita servatur in Curia Del-
phi.* quæ quidem opinio est æquior ut *dicit, Clar.in §. Em-
phyteusis, quæst.13.vers.sed quid &c.* quamvis contraria opi-
nio inspecto rigore juris, sit verior, non enim potest negari,
quin per constitutum vera possessio transferatur, licèt mo-
dus transferendi sit fictus, *dict. leg. quod meo, ff.de acquir.
poss.leg.certe, ff.de Precar. & notatur in cap.cùm venisset, de
Restit.spol.*
Addunt alii, quod etiamsi sequuta fuerit traditio irrequi- 15
sito Domino, tamen si ante litem de ea re contestatam ven-
ditor ab emptore rem recuperet facto distractu prioris con-
tractus, non habebit locum pœna caducitatis, *ita Barbos.
in cap.potuit, num.63. de locat. ubi citat Gam.dec.274. Menoch.
cons.322.n.51.*
Observa tamen, quod laudemium non debetur, nisi ha- 16
bita ratione ad quantitatem pretii æstimati, non obstante,
quod res pluris valeret, *juxta text.in l. quantitas patrimonii,
ff.ad l.falc.* nec attenditur absolutè valor totius rei, sed so-
lùm æstimatio utilis dominii, scilicet quanti valet utile do-
minium absque directo, & sic quanti valet res cum onere
subjectionis, *Amad.de Laudem.qu.2.& 5. quem refert Grat.
disc.for.c.784.n.1.& 5.*
Observa 2. quod onus solvendi laudemium in casu retra- 17
ctus non spectat ad primum emptorem, sed ad volentem re-
trahere, ad cujus commodum censetur facta venditio, non
secus ac si cum eo principaliter, & a principio fuisset con-
tractum, & ideò si primus emptor solverit, potest repete-
re: quia tunc fingitur, eum nunquam retrò acquisivisse,
*Dec.cons.88.numer.3. & alii apud Tiraqu. de Retract.lignag.
§.29.gloss.2.num.4.& 5. & apud Gratian.disc.for.cap.460.nu.
65. & seq.*
Porrò Dominus directi postquam fuerit a donatario, seu 18
legatario requisitus, tenetur intra duos menses consentire,
& eum in possessionem inducere, si non sit de personis pro-
hibitis, *Clar.in §.emphyteusis, dict.q.15. vers.arbitror tamen
Mantic.de Tacit.lib.22.tit.28.n.67. & alii communiter.* Quæ
verò personæ censeantur prohibitæ, *latè diximus in tract.de
Regim.Eccl.Episc.lib.5.c.16.*
Notandum 2. quod licitum est etiam Emphyteutæ rem 19
Emphyteuticam Domino non requisito permutare: quia Do-
minus in hoc casu non potest interpellari, an velit pro eo-
dem pretio præferri, cùm pretium non intercedat, *Bald. in
l.si domus, §.fin.ff.de leg.1.Rip.in l.qui Romæ, §.duo fratres, nu.
86.ff.de Verb.oblig.Clar.in d.§. Emphyteusis, q.17.ubi de commu-
ni*, quod intellige dummodò verè, & realiter permutatio 20
fiat; nam si species, & pecunia detur pro specie, & pecu-
nia multum excedat æstimationem speciei, talis contractus
censetur venditio, etiamsi contrahentes asserant, se permu-
tare, ut *rectè advertit Mantic.loco cit. n.70.*
Eadem ratione rem emphyteuticam sine consensu Domi- 21
ni Emphyteuta dare potest in dotem filiæ legitimæ, & natu-
rali, si res detur inæstimata, *Alex.cons.173.nu.1.libr.2.Ruin.
cons.148.nu.13. lib.1.Bertran.cons.380. num.2.lib.2.& alii apud
Mantic.de Tacit.d.lib.22.tit.28.n.39.& sequ.* secus si fuerit æ-
stimata, quia æstimatio facit emptionem, *juxta textum in
l.quoties, cod.de jur.dot.* quod tamen intelligendum est, quan-
do æstimatio fuit facta ex causa venditionis, hoc est ad hunc
effectum ut pretium reddatur, non autem si fuit facta ad effe-
ctum, ut cognoscatur, an res ipsa deterior evaserit, *juxta
l.si inter virum, cod.eod.tit.Cancer.var.p.1.c.12.n.81.vers. Est-
que advertendum.*
Observa tamen, quod si emphyteuta permutaverit, sive 22
in dotem dederit rem emphyteuticam tanquam propriam,
privatur jure suo, quia præsumitur voluisse jus Domini in-
tervertere; idemque dicendum, si ita donaverit, vel lega-
verit, *Rim.Sen.cons.429.n.2.& 3. Mantic.de Tacit.d.libr.22.
tit.28.num.62.& 71.Clar.in §.emphyteusis, qu.25.Grat.discep.
for.cap.377.num.31.* quemadmodum cadit ab Emphyteusi, 23
si neget, rem esse emphyteuticam, *l.ult.ff.de rei vendit.auth.
item possessor, cod.qui potior.in pign.hab.cap.1.§. Vassallus si de
feud.defunct.cont.&c. Rip.respons.188.num.2.ubi citat Sal. &
Jas.in leg.fin.cod.de jur.emph.& est communis opinio*, nisi fortè 24
pro-

24 probabilis ignorantia eum excuset, veluti si in jus alterius
successerit, *juxta l.ult.ff. Pro suo*: quo casu excusatur, et-
iamsi rem emphyteuticam alienaverit Domino non requisito.
per textum in d.c.1.§. si Vassallus, si de feud.defun. cont.&c. &
ideò Dominus, qui vult revocare alienationem, debet scien-
tiam probare, *leg.qui in alterius, de Reg.jur. Rim.sen.cons.93.
n.38.Rol.cons.66.n.19.lib.3.Mantic.de Tacit.d.lib.22.tit.28.nu.*
12. subdens, quod si fama sit publica, rem esse emphyteu-
ticam, ignorantia non excusat.

25 Secus esset, si emphyteuta generaliter neget, narrata,
prout narrantur, esse vera, quia in generali sermone non in-
telligitur id dixisse, ex quo possit incidere in pœnam, *arg.d.
c.1.§.licèt Vassallus, in fin.si de feud.defun.con.&c. Mantic.loco
cit.tit.31.n.4.*

26 Observa 2. quod etiam is, qui rem emphyteuticam in per-
mutationem accepit, solvere debet laudemium, sicut dixi-
mus de donatario, ac legatario, *Bertran.cons.123.n.1.lib.1.
in 2.impress.Bursat.cons.254.n.4.lib.3.& cons.456.n.13.lib.4.&
alii apud Burg.de Laudem.p.2.inspect.4.n.4.* quia hujusmodi
laudemium solvitur propter novam investituram, quæ a Do-
mino conceditur: quæ ratio militat tam in emptore, quàm
in Donatario, & alio acquisitore, cui opus sit nova investi-
tura, *Clar.in dict.§. Emphyteusis, q.23.vers.sed quid si in ipsa
concessione.*

27 Observa 3. quod quando bona subemphyteuticantur,
laudemium non primo emphyteutæ, sed Domino directi
debetur: tum quia subemphyteuticatio semper est intelli-
genda sine præjudicio jurium directi Domini, nec potest
primus Emphyteuta Domino præjudicare: tum etiam quia
ad Dominum directum spectat subemphyteutam investire,
Rot.decis.168. par.2.divers. & in Romana laudemii 4. *Maii*
1635. *coram Ghisilerio, quæ est decis.40. Recent. par.7. ubi de-
claratur alia ejusdem Rotæ decis.75. coram Coccino, quæ vi-
detur contraria: quicquid dicat Rub.singular.tom.1.§.ex decis.
coram Coccino, vers. Coccin.in Romana Emphyteusis &c. fol.*
431.

28 Observa 4. quod laudemium debetur usufructuario, non
autem proprietario, quia cùm fructus sit utilitas ex re, vel
propter rem proveniens, meritò hoc emolumentum, quod
propter rem ipsam provenit, ad usufructuarium spectat,
*Surd.dec.31.n.12.Seraphin.dec.222.n.2.Menoch.lib.4.præsum-
pt.142.n.22.*

29 Notandum 3. quod Emphyteuta non cadit ab emphyteu-
si ob alienationem rei factam a creditoribus per viam subha-
stationis, & deliberationis inscio Domino, *Rot.dec.509.nu.
5.& seq.p.4.to.3.recen.*

30 Notandum 4. quod in multis casibus non debetur laude-
mium: & primò non debetur, quando est locus juri accre-
scendi, *ut post Gabr.cons.83.n.6.lib.1.not.Grat. discep.for.cap.*
31 36.*num.*5. jus autem accrescendi locum habet in emphyteu-
si paterna, videlicet si concessa fuerit Patri recipienti pro se,
& filiis, vel descendentibus: tunc enim si unus ex filiis si-
ve hærede decedat, ejus portio aliis accrescit, *ut d. Bart.in
l.si mihi, & Titio, n.5.ff.de verb.oblig. & in cons.58. num.1. &
seq.lib.1. quem sequuntur communiter DD. teste Clar.in §. Em-
phyteusis, q.39.vers.pone ergo, Mantic.de Tacit.d.lib.22.tit.34.
num.19. & seq.* ubi etiam notat, quod hoc jus accrescendi
potest dici conventionale, cùm oriatur ex tenore investitu-
ræ. Immò possunt descendentes a primo investito inter se
hujusmodi emphyteusim dividere, etiam sine consensu Do-
mini, cum sint comprehensi in prima investitura, *ut post
Bart. in dict.cons.58.num.3. dixit Rota dec.489. num.10.par.4.
tom.2. Recen.Gratian.discep.for.cap.36. num.3. & sequ. & cap.*
32 272.*num.*10. *& sequ.* ubi, quod non tenentur solvere laude-
mium, cùm a principio quilibet in solidum fuerit admissus,
& approbatus; & hoc quidem procedit quoad comprehen-
sos in investitura, qui ab intestato succederent, non tamen
quoad extraneos, qui si instituantur hæredes in re emphyteu-
33 tica, laudemium solvere debent, *ut dicit Cancer.var.par.1.
cap.11.num.85.Burg.de Laudem.par.2.insp.32.num.5.* etiamsi
emphyteusis concessa sit pro se, & quibuscunque hæredibus,
& successoribus, *laté idem Gratian.discep.for.cap.377.numer.*
10. *&* 35.

34 Adde, quod etiam laudemium debetur, si donatio fiat
comprehensis in investitura, si isti proximiores non sint: quia
non sunt vocati in eum casum, quemadmodum laudemium
35 similiter solvendum est, quando Pater inter vivos donat rem
emphyteuticam filio: tunc enim non capit tanquam com-
prehensus in investitura, sed ex nova causa, & nova acqui-
sitione, *Zuccard.in l.fin.n.38.cod.de Edict. Div. Adrian.toll.
Surd.consil 538.n.5.lib.4.quos refert Grat.ubi sup.c.180.n.22.&*
36 *seq.* ubi idem dicit in divisione facta inter fratres, per quam
uni assignatur tota res emphyteutica: tunc debetur laude-
mium pro partibus aliorum noviter acquisitis, laté *Burg.de
Laudem.insp.40.n.13.*

Secus esset, si emphyteusis a principio concessa sit pluri- 37
bus, veluti duobus, aut tribus fratribus: tunc enim, uno de-
functo, ejus portio non accrescit fratri superstiti, sed re-
vertitur ad concedentem, *Bart.in d.l.si mihi, & Titio, nu.4.
Clar.d.q.39.& alii communiter*: quia unusquisque pro parte
sua intelligitur in tali casu recepisse, *ut d.Mantic. loco cit.nu.*
23. quod procedit, sive emphyteusis concessa sit pluribus
simpliciter sive cum pacto, quod post mortem eorum, vel
filiorum, ad Dominum revertatur, *secundùm Cancer. lib.3.
c.22.num.60.vers.& ubi, Clar.d.q.39.in fin.post Bart. in d.leg.si
mihi, & Titio, & Alex.consil.167.num.4.lib.7.* nisi fortè di-
ctum fuerit, quod post mortem omnium emphyteusis ad
concedentem revertatur: tunc enim jus accrescendi locum
haberet, *Mantic.d.lib.22.tit.34.n.24. vers. Porrò*; quamvis
satis esset ad hunc effectum, si fuerit dictum, quod post mor-
tem ipsorum emphyteusis ad concedentem revertatur, etiam-
si non adesset illud verbum, *omnium, secundùm veriorem, &
magis receptam sententiam, quam sequuntur Specul. de locat.
§.nunc aliqua, n.89.Gabr.cons.66.n.14.& seq.lib.2. Curt.Jun.de
feud.par.2.ad fin.num.75.Honded.cons.54.nu.26.lib.1.& alii a-
pud Gratian.discep.for.cap.451. numer.4. & seq.* ubi etiam di-
cit, quod jus accrescendi locum habet etiam in contractu
ultro citroque obligatorio, & in emphyteusi acquisita ex
causa vel merè onerosa, vel quasi lucrativa, si concedatur
pluribus.

Idem dicendum, quando emphyteusis conceditur duo- 38
bus, & cuilibet eorum: hoc enim casu semper intelligitur
actum, ut altero deficiente, portio deficiens ad alterum su-
perstitem pertineat; quia per hujusmodi nomen distributi-
vum res ipsa in solidum unicuique distribuitur, *Rot. dec.415.
n.12.& 13.p.4.to.2.recen. Mantica loco cit.n.28.post Bald.in c.1.
§.filia in fin.de Success.feud. Aret.in l.si mihi, & Titio, colum.2.
vers.Tertiò adde, & Alex.ibid.n.18.ff.de verb. oblig.* nisi em-
phyteusis duobus fuerit concessa sub his verbis, *usque in eo-
rum, & cujusque eorum tertiam generationem*, quia hæc ver-
ba sic debent intelligi, ut cuique eorum dimidia pars acqui-
sita apud quemlibet permaneat, donec ejus tertia generatio
supersit, non tamen, ut portio unius alteri accrescat: quam-
vis inter descendentes cujuslibet investiti jus accrescendi lo-
cum habeat, *Gabr.cons.87.in fin.& cons.89.n.13. vers.secunda
quæstio, lib.1.Cephal.cons.345.n.14.& seq.Rot.in Ariminen. bo-
norum 27.Octobris 1586.coram Bub. prout refert Mantic. d.lib.
22.tit.34.n.30.& 31.*

Notandum est autem, quod jus accrescendi non exclu- 39
ditur per renovationem emphyteusis factam inter descen-
dentes, si ex antiqua investitura possit competere: quia om-
nia in nova concessione censentur repetita, quæ continen-
tur in præcedenti, *Bart.in d.l.si mihi, & Titio, num.7.ff de
verb.oblig. & ita tenuit Rota in dict. Ariminen.bonorum*: quod
intellige, nisi in renovatione aliqua qualitas nova sit adje-
cta: quia tunc nova censetur concessio, *arg.leg.1.§.si quis,
versic.cùm adiicitur, ff. de verb.oblig. & not. Mantic.ubi supr.
num.37.*

Item notandum est, quod si plures fratres acceperint fun-
dum in emphyteusim pro se, & filiis, & descendentibus,
& in instrumento promiserint non alienare irrequisito Do-
mino sub certa pœna, adhuc poterunt inter se alienare, ita
ut dictam pœnam non incurrant, *Ceval.in spec. opin. comm.
con.comm.q.335.*

Secundo non est solvendum denuò laudemium in retro- 40
venditione, quæ fit ex pacto inserto venditioni: quemad-
modum nec solvenda est gabella ex tali revenditione: tunc
enim non dicitur novus contractus, sed exequutio ejus, quod
antea gestum est: unde sufficit, illud fuisse solutum in pri-
ma venditione: quamvis aliud sit in pacto retrovenditionis
apposito, & intervallo, *Fontanel.dec.277.n.4.& seq. Tiraq.
de Retract.convent.gl.2.§.6.n.20. Burg.p.2.insp.50.n.4.& seq. in
addit.n.21.& alii apud Grat.disc.for.c.180.n.6.& seq.Surd.dec.
305.n.23.& 24.*

Idem dicendum, quando creditor recuperat rem vendi- 41
tam ex pacto præcedente ex eo quòd emptor defecit solve-
re, vel promissa non adimplevit, *Pinell.in l.2.in 2.par.c.3.n.
42.cod.de rescind.vendit. quem refert Cancer.var.p.1.c.11.num.*
81. Item si donatarius committat ingratitudinem, ob quam
donator possit revocare donationem, non debebitur laude- 42
mium revocata donatione: quia talis recuperatio provenit
ex causa rescissoria, quæ tacitè inerat a principio donatio-
nis, *Burg.de Laudem.p.2.insp.30.num.21. Marc.dec.602.num.
1.par.1.*

Observa tamen, quod si emphyteusis cum pacto de retro- 43
vendendo vendita iterum vendatur, potest Dominus novum
lau-

44 laudemium exigere: quemadmodum si res fideicommisso
subjecta alienetur, interim debetur laudemium, licèt con-
tractus eveniente casu fideicommissi resolvatur, Amad. qu.
37. vers. quando pactum, quem refert Burg. loco citato insp. 50.
num. 2.

45 Observa 2. quod si retrovenditio fiat inscio Domino, non
haberet locum pœna caducitatis dummodo a principio Do-
minus consenserit tali venditioni cum pacto de retrovenden-
do: quia tunc censetur assensisse futuræ retrovenditioni, ut
46 post Corbul. de caus. privat. ob aliena. ampliat. 27. n. 6. & sequ. re-
solvit Burg. d. insp. 50. n. 6.

47 Tertiò non debetur laudemium ex retrodatione facta vi-
gore reservationis dominii appositæ in venditione, quasi ve-
48 niat ex necessitate primi contractus, Surd. dec. 305. quem re-
fert Grat. disc. for. c. 180. n. 14.

49 Quartò non debetur laudemium de contractibus nullis,
seu inutilibus, qui effectum non fuerunt sortiti: quia simi-
les dispositiones, & constitutiones de contractibus validis
sunt intelligendæ, Jo: Fab. in l. ult. col. 2. in ver. in irritum, cod.
commun. de legat. & in leg. 1. cod. Quan. lic. ab emp. disced. & alii
apud Grat. discep. for. cap. 746. n. 5. & seq. Surd. dec. 132. num. 10.
Thesaur. dec. 75. in fin. quod procedit, sive contractus a prin-
cipio sit nullus, sive posteà declaretur nullus ex causa exi-
stente ab ipso initio contractus, quo casu si laudemium so-
lutum fuit, restituitur; secus si contractus resolvitur ex cau-
sa superveniente, ut post Amad. & alios not. Barbos. in cap. po-
tuit, n. 31. de locat. subdens, quod dum non est declarata nul-
litas contractus, Dominus habet intentionem fundatam in
jure laudemii, Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. gl. 2. n. 6. ubi ad-
50 dit, quod per venditionem nullam irrequisito domino fa-
ctam emphyteuta non incidit in commissum, ut sensit etiam
Surd. dec. 51. n. 18. & seq.

51 Quintò non debetur pro actu necessario, putà si quis in-
vitus cogitur vendere favore Religionis, libertatis, ædifi-
ciorum, quæ ad decus Urbis fiunt, aut alterius publicæ uti-
litatis causa, Fontanell. dec. 277. n. 22. Cancer. var. p. 1. c. 11. nu.
81. Burg. de laudem. p. 2. insp. 1. n. 13. Surd. dec. 305. n. 30. & seq.
ubi ex hoc infert, quod plures emphyteutæ extranei divi-
dentes inter se rem emphyteuticam non tenentur laudemium
52 solvere, quia hæc est alienatio necessaria: quemadmodum
nec solvitur laudemium, quando unus ex fratribus, seu co-
emphyteusis provocat ad divisionem ejus fratres, judicis of-
ficium implorando, & Judex uni ipsorum integram emphy-
teusim adjudicat: quia tunc talis divisio, seu translatio pro-
cedens ex coactione judiciali dicitur necessaria, Alex. cons.
7. n. 5. volum. 5. & alii apud Burg. p. 2. insp. 40. num. 17. idemque
53 dicendum si Pater filiæ fundum emphyteuticum in dotem
dederit, quia hæc est alienatio necessaria, saltem quando
Pater alia bona non habet, ex quibus ita commodè Judicis
arbitrio possit solvere dotem, Cancer. var. p. 1. c. 11. n. 81. vers.
estque advertendum, quod eò magis procederet, quando fi-
lia, cui datus est fundus emphyteuticus in dotem, esset de
comprehensis in investitura, ut post Jas. in l. fin. col. 12. vers. 11.
juxta proximam quæstionem quæro, cod. de jur. Emphyt. Rip. in
leg. qui Romæ, §. duo fratres col. 20. in fin. ff. de verb. oblig. Brun.
cons. 43. col. 3. in 3. dub. & cons. 44. circa fin. concludit Cravet. cons.
215. n. 6. & seq.

54 Hoc tamen intelligendum est, quando res emphyteutica
datur in dotem inæstimata, ut supr. diximus, & notat Man-
tic. de Tacit. lib. 22. tit. 28. num. 39. & seq. Burg. de Laudem. par.
2. insp. 3. num. 17. & alii: secus si detur æstimata ea æstimatio-
ne, quæ emptionem facit, quia tunc laudemium debetur,
Covar. pract. cap. 28. quem refert Cancer. var. p. 1. cap. 11. nu. 82.
Barbos. in cap. potuit, num. 25. de locat. latè Burg. par. 2. insp. 12.
55 num. 5. & seq. ubi etiam dicit, quod si soluto matrimonio
prædium æstimatum restitueretur, debetur iterum laude-
mium, Fontanell. de Pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 13. numer.
56 20. subdens, numer. 42. quod debetur etiam laudemium,
quando pro pecunia in dotem a principio promissa, datur
posteà fundus.

57 Item neque debetur laudemium, quando Pater rem em-
phyteuticam tradit filio, pro legitima, Cancer. d. c. 11. num.
81. in fin.

58 Addunt DD. quod si emphyteusis redeat ad alienantem
ob enormissimam læsionem vigore l. 2. cod. de rescind. vendit.
tunc solvendum non est laudemium, quia hujusmodi resti-
tutio non est voluntaria, sed necessaria, Tiraq. de Retract.
lignag. §. 32. gl. un. n. 66. & seq. Burg. de Laudem. insp. 23. nu. 4. &
seq. par. 2.

59 An verò debeatur laudemium ex supplemento pretii soluti
per emptorem conventum remedio d. l. 2.? affirmativè res-
pondet Burg. dict. inspic. 23. numer. 7. Barbos. in cap. potuit,
numer. 39. de locat. subdens, quod laudemium debetur in
tali casu illi, qui est Dominus tempore supplementi.

Notandum est autem, quod ubi per Judicem subhastan- 60
tur creditori bona in solutum, tunc laudemium debetur;
quia ista alienatio procedit ex facto debitoris, & habetur ac
si ipsemet debitor dedisset in solutum hujusmodi bona, Bald.
cons. 306. lib. 1. Franc. dec. 277. & 482. & alii apud Grat. disc. for.
c. 544. n. 19. Thes. dec. 139. n. 1.

Sextò non solvitur laudemium pro contractu conditiona- 61
li, Surd. dec. 305. n. 18. Barbos. in d. c. potuit, n. 32.

Septimò non debetur, quando non fuit sequuta realis tra- 62
ditio rei emphyteuticæ, quia res non dicitur alienata, si ad
realem traditionem deventum non est, Rim. jun. cons. 285. n.
13. & 14. quem refert, & sequitur Burg. p. 2. insp. 2. num. 9. &
seq. Barbos. in dict. cap. potuit, numer. 36. Cancer. par. 1. cap. 12.
numer. 22. & sequ. ubi etiam dicit, quod ad id non sufficeret
traditio ficta, quæ fit per clausulam constituti, seu preca-
rii, quia hujusmodi clausula non operatur in rebus em-
phyteuticis, in quibus alium Dominum recognosci-
mus, ut supra diximus, & hæc est communis Doctorum sen-
tentia.

Observa tamen, quod si dominium rei emphyteuticæ suc- 63
cessivè ad plures pervenerit, laudemium solvendum est il-
li, qui tempore traditionis reperitur Dominus, non autem
illi, qui erat Dominus tempore celebrati contractus; quia 64
tempus traditionis spectandum est, cùm per illud alienatio
recipiat suam perfectionem, juxt. text. in leg. si debitori, §. si
filius ff. de fidejuss. ubi non inspicitur tempus celebrati con-
tractus mutui, sed tempus numeratæ pecuniæ, ut ibid. not.
Bart. Cancer. dicto cap. 12. n. 85. Menoch. de recup. poss. remed. 15.
num. 127.

Observa 2. quod si instrumentum venditionis fiat in con- 65
spectu rei venditæ, & in instrumento hujusmodi apponatur
clausula, dedit, vendidit, & tradidit, tunc in emptorem
transfertur dominium, & possessio ipsius rei Burg. de Lau-
dem. d. p. 2. insp. 2. num. 12. Carocc. de Locat. & cond. titul. de Jure
Emphyt. q. 3.

Octavò non debetur laudemium ex venditione fructuum 66
fundi emphyteutici: quia prohibitus rem vendere, non pro-
hibetur vendere fructus illius, l. codicillis, §. instituto ff. de leg.
2. unde secundum communem opinionem potest Vassallus
sive emphyteuta alienare commoditatem feudi, vel emphy-
teusis, quamdiu ipse vixerit, ut d. Clar. in §. feudum q. 31. ver.
successivè quæro Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 7. numer. 47.
Barbos. in d. cap. potuit, num. 32. & 35. ubi etiam dicit, quod
neque in venditione ususfructus debetur laudemium, Grat. 67
disc. for. c. 43. n. 3. ubi addit, quod emphyteuta potest sine Do-
mini consensu super fundo emphyteutico constituere usum- 68
fructum.

Hoc tamen intelligendum est, quando fructus separatim 69
venduntur; secus si unà cum re emphyteutica unico pretio
distrahantur; tunc enim debetur laudemium pro integro
pretio, etiam incluso valore fructuum: quia tunc fructus
pendentes censentur esse pars fundi, leg. fructus pendentes, ff.
de rei vindic. & ideò tanquam res immobiles reputantur cum 70
idem juris sit in parte quod in toto, leg. quæ de tota, ubi Bart.
ff. eod. tit. Guid. Pap. sing. 497. vers. si venditor, Boer. dec. 229. p. 2.
& alii apud Burg. d. p. 2. insp. 25. n. 1.

Notandum est autem, quod colonus debet potius Domi- 71
no vendere fructus, quàm alii justo tamen pretio, Bart. in
l. 1. in fin. cod. de metall. lib. 11. Rip. in tract. de Peste tit. de Remed.
præserv. contr. pest. n. 260. Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 18.
n. 2. Cancer. var. p. 1. c. 11. n. 52. & seq. ubi etiam dicit, quod si 72
usufructuarius vellet alicui locare commoditatem ususfru-
ctus, Proprietarius habet jus prælationis pro eodem pretio.
Idemque dicendum est, si quis rem communem cum alio 73
possideat: tunc enim si velit partem suam vendere, debet
prius consortem requirere, Bald. in l. 2. cod. de commun. rer.
alien. & alii communiter.

Addit Cancer. loco cit. n. 51. quod similiter Dominus pro- 74
prietatis volens vendere proprietatem, tenetur potius em-
phyteutæ, quàm alteri vendere.

Nonò neque debetur laudemium, quando emphyteusis 75
venditur ad modicum tempus secundùm Burg. par. 2. insp. 2. n.
38. ubi etiam dicit, quod si facta fuit venditio ad vitam ven-
ditoris, expectanda est mors ipsius venditoris, nam si ipse
vixerit ultra modicum tempus debet laudemium, aliàs se-
cus: idem videtur sentire Cancer. par. 1. cap. 11. num. 83. & seq.
subdens, hoc non procedere in hærede extraneo ad vitam 76
instituto; nam etiamsi talis hæres post institutionem modi-
co tempore vixerit, nihilominus laudemium debetur statim
adepta possessione hæreditatis, quia hæreditati non po-
test adjici temporalitas, leg. hæreditas ex die, ff. de Hæ-
red. instit.

De-

77 Decimò non debetur laudemium, quando secundus Emphyteuta emit a primo de consensu Domini, *secundum Jas. in l.fin.n.40. cod.de jur.emphyt. & alios apud Cancer. dict.par. 1.cap.11.num.90.Gratian.discep.forens.cap.377.n.1. vers.unde si secundus &c.* quorum opinio procedere potest quando Dominus consensit alienationi emphyteusis tanquam liberæ, vel si post contractum venditionis recepit emptorem in suum emphyteutam; secus si simpliciter consensisset, quia tunc non censetur sibi præjudicasse in exactione laudemii, sed præsumitur consensisse salvis juribus suis, *ut declarat Roder. de Ann.redit.lib.2.qu.4.num.16.Corbul.de caus.privat.ob alien. ampliat.2.num.5.7.& 9.Caroc.de locat.& conduct.titul.de jur. emphyt.q.1.num.2.& alii apud Burg.de Laudem.p.2.insp.2.nu. 4.40. & 79.*

78 Undecimò, licèt retrahens rem emphyteuticam intra tempus a jure, sive statuto præfixum teneatur Domino solvere laudemium, tamen ad id non tenetur, si fuit primò solutum ab emptore; quia unicum tantum in hoc casu laudemium solvendum est: quemadmodum gabella non debetur iterum ex retractu ejusdem rei, si primo fuerit soluta, *latè Tiraq.de Retract.lign.§.29.gl.2.n.1.& seq.Burg.p.2.insp.5.n.1. & seq.* ubi etiam asserunt, quod si laudemium a primo emptore fuit Domino solutum, reficiendum est ipsi emptori per retrahentem.

79 Item quando quis emit pro persona nominanda rem emphyteuticam, unicum etiam ex tali contractu laudemium solvi debet, *Surd.d.cap.182.num.17.& seq.* ubi dicit, quod facta nominatione dominium transit in nominatum, nec aliquo tempore dicitur fuisse penes nominantem: & dicitur unicus contractus perinde ac si per ipsum nominatum fuisset immediatè celebratus, *& dec.226.num.1.& sequ.* ubi etiam
80 dicit, quod facta nominatione, unica solvitur gabella tanquam de unico contractu quasi nominatio fiat pro exequutione primi contractus, *sequitur Gratian.discep.for.cap.686. num.1.*

81 Secus esset, ubi res retrahitur post tempus a statuto præfixum: tunc enim ultra laudemium a primo emptore solutum, aliud est solvendum a secundo emptore, quia hæc est nova venditio, & ea quidem spontanea, & minimè necessaria *Tiraquel.ubi supr.§.1.glos.10.num.30. Burg.loco cit. numer.1.*

82 Duodecimò neque debetur laudemium, quando reus condemnatus, per Principem restituitur ad emphyteusim amissam, & titulo confiscationis devolutam fisco: quia restitutio est in pristinum statum repositio, & sic censetur id dominium ex titulo præcedente, nec dici potest esse mutatum, *Prob.in addit.ad Menoch.in c.1.n.7.de in integr.rest. in 6. Boer. dec.279.quos refert Burg.p.2.insp.19.n.3.*

83 Decimotertio nec laudemium solvitur, quando ob lineam finitam descendentes, seu Agnati proximiores obtinent confirmationem emphyteusis: hoc enim casu non videntur acquirere de novo, sed continuare dominium antiquum, ita *Bald.in c.quæ in Ecclesiarum, n.30.de constit. Decian.cons.330. n.2.Grat.disc.for.c.377.n.6.& seq.*

84 Decimoquarto non est solvendum laudemium, quando monasterium succedit emphyteutæ in Religionem ingresso: quia emphyteusis in tali casu quæritur monasterio non ex facto ipsius Emphyteutæ, sed ex ministerio legis, *auct.ingressi, cod.de Sacros.Eccles.*

85 Nec obstat *text.in l.fin.cod.de jur.emphyt.* ubi Domino conceditur quinquagesima pars pretii ex causa venditionis Emphyteusis: quia prædictus textus intelligendus est de alienatione hominis, non autem de alienatione legali, *l. alienationes, ff.famil.ercisc.* & ideò procedit quidem in alienatione emphyteusis voluntaria, non autem in necessaria, ut in hoc casu, *ut post Corbul.de caus.privat. ob mort.civil.num.11.Simoncell.in tract.de Decret.lib.3.tit.8.insp.14.n.98. Roman. cons. 394.num.6. Natt.cons.173.num.1.& alios tradit Burg.p.2 insp. 55.per tot.*

86 Decimoquintò si res locata fuerit ad longum tempus, non debetur laudemium ob ejusdem rei alienationem, *Rot.dec. 14.p.6. recen.*

87 Quæres, quanto tempore laudemium præscribatur? Resp. quod præscribitur spatio 30. annorum, *l.sicut, cod. de præscr. 30.ann.* quæ quidem præscriptio incipit currere contra Dominum a tempore, quo laudemium sibi deberi scivit, *Cancer.var.p.1.c.12.n.10.& 11.*

88 Quæres 2. an possit propria auctoritate expelli emphyteuta, si patet biennium, vel triennium Domino directi canonem non persolverit, vel si rem ipsam in alium transferat sine consensu Domini? affirmant nonnulli DD. quando jus directi Domini in dubium non revocatur, nec subest timor scandali, *ita Milan.dec.17.n.64.lib.2.Lud.dec. Perus.17. quos refert Bellon.de Potest.vor.quæ incontinenti fiunt &c.lib.1.c.126. n.4.* subdens, quod si Dominus tacuit per annum, præsumitur Emphyteuta investitus, nec potest propria auctoritate expelli. Verùm hæc sententia mihi nunquam placuit: quia emphyteuta regulariter potest purgare moram, *juxta text.in c.potuit locat.* quod facere non posset si Dominus propria auctoritate capere posset possessionem; unde contrariam sententiam, ut scilicet requiratur in tali casu auctoritas Judicis ad expellendum emphyteutam, communem esse, & in praxi servandam dicit, *Cevall.in spec.opin.commu.con.comm. q.14.vers.sed contrariam, Guid.Pap.dec.107.n.1.Clar.in §.emphyteusis, q.11.*

Quæres 3. an possit emphyteuta renuntiare emphyteusi 89
invito Domino? Resp. negativè: quia cùm emphyteusis sit contractus nominatus, & ultro citroque obligatorius, *ut dicit Ang.in l.1.cod.de jur.emphyt.Jas.in Prælud.feud.n.24. in fin. quos refert, & sequitur Clar. in §.emphyteusis q.2.* non debet esse in facultate unius, altero invito, ab eo recedere: quemadmodum eadem ratione non potest Vasallus feudo renuntiare Domino invito, *glos.communiter recepta in c.quæ in Ecclesiarum, in ver.alienandi feudum, extr.de constit.Bartol.in l. is cum quo, ff.de Aqua pluv.arc.Clar.in d.§. emphyteusis qu.34. vers. contrariam, & magis communiter tenetur, ut d.Alex. in leg.si quis vi, §.fin.num.14. & alii apud Cevall.in spec.opin. comm.con.comm.q.438.*

SUMMARIUM.

1 *Quid requiratur ut per assequutionem secundi beneficii incompatibilis vacet primum, & n.2.& 3.*
Possessione ecclesiæ capta, censetur etiam capta possessio omnium bonorum ad illam spectantium, ibid.n.1.
2 *Quando Beneficiatus retinere possit primum beneficium incompatibile cum secundo.*

CAPUT VIII.

Quando primum beneficium incompatibile vacare censeatur per secundum incompatibile.

TRia requiruntur ad hoc, ut per assequutionem secun- 1
di beneficii incompatibilis vacet primum, videlicet acceptio possessionis secundi pacificè, vel quod per provisum stet quominus eam adipiscatur: secundò ut provisus possit percipere fructus, seu ut habeat administrationem bonorum Ecclesiæ, vel majoris partis ipsorum, *cap.licèt Episcopus de Præb.in 6.extravag. execrabilis §.qui verò, eod.tit. Abb. in cap. de multa num.16.extr.eod.tit. Diaz.in pract.crim.canon.cap.49. num.9. Barbos.de offic.& pot.episc.par.3.alleg.57.nu.201.Garc. de Benef.par.11.cap.5.num.100.& 123.Burat. dec.233.* ubi etiam dicit, quod possessione Ecclesiæ capta, censetur etiam capta possessio omnium bonorum ad illam spectantium; tertiò requiritur, quod a die possessionis pacificæ secundi beneficii lapsi fuerint duo menses, qui dantur ad dimittendum primum incompatibile, *latè Seraph.dec.997.Paris.de Resign. benefic.lib.3.q.1.num.64.* ubi dicit, quod hodiè in provisione secundi beneficii incompatibilis apponi solet clausula, ut primum infra duos menses liberè dimittatur, *Burat.dict.dec. 233.& 248.* ubi quod impetrans beneficium tanquam retentum per duos menses post adeptionem secundi incompatibilis, hujusmodi narrativam plenè, & concludenter probare debet; quamvis *in extrav. execrabilis, de Præben.* ad primum beneficium dimittendum assignetur mensis, *ut advertit etiam Jordan.Elucubr.divers.lib.14.tit.24. de Præscrip. num.274.*

Observa tamen, quod si intra dictos duos menses super 2
secundo beneficio mota fuerit lis, seu molestia sive judicialis, sive extrajudicialis, sive de jure, sive de facto, Beneficiatus retinere adhuc potest primum, quousque possessionem secundi pacificam habeat, *Seraphin.dicta dec.997.nu.5. Sarnen.de Trien.qu.53.Ric.in Prax.for.Eccles.p.3.res.302. Paris.de Resignat.benef.lib.3.d.q.1.n.129.& seq.* non enim amittitur primum beneficium incompatibile, nisi impetrans consequutus fuerit secundum, ne Clericus dimittens primum beneficium, mendicare deinde cogatur, *ut d.glos.in c. si tibi concesso, ver. vacare, de præb.in 6.* unde non vacaret primum, si ex secundo non posset provisus percipere fructus, putà si possessio esset plena, vel si fructus per aliquod tempus ex privilegio, vel consuetudine alteri essent reservati: tunc enim non teneretur provisus per illud tempus dimittere primum incompatibile, *d.c. si tibi concesso, ubi DD. de præben.in 6.Staphil.de qual.& stat.benef.n.53.Garc.de benef.p.11.cap.5. n.123. Barbos.de offic.& pot.Episc.p.3.all.57.nu.201. Ric.in Prax.for.*

Eccles.p.3.ref.302. Si verò intra dictos duos menses lis mota non fuerit illis elapsis primum beneficium vacat, *Garc.d.p. 11.c.5.n.114.*

S U M M A R I U M.

1 *Nuncianti novum opus tres menses dantur ad docendum de juribus suis, & num.5. declaratur num.2. limitatur n. 3. & 6.*

4 *Quando Ecclesia consecrari non possit.*

C A P U T IX.

Quodnam tempus præfigendum sit nuncianti novum opus ad deducendum jura sua.

1 RESp. quod nuncianti novum opus trium mensium spatium datur ad docendum de juribus suis *leg.1. cod. de Nov.oper.nunciat.cap.penult.& fin.ex eod.tit.* ubi quod in opinione nunciantis, est an infra tres menses de præjudicio debeat ostendere, & interim cessetur ab opere, an verò recepta cautione de opere demoliendo statim ædificare, permittat, *Papien.de form.libell.in actor.nov.oper.§.ante aliquam, n. 3.Plot.de in lit.jur.§.3.n.30.Lancellot.de attent.p.2.c.20.lim.2.n. 12.Lanfr.Bald.dec.496.Caroc.dec.19.n.24.Aut. Hering.in tra. de fidejuss.c.15.n.102.& seq.Maur.in eod.tr.de fidejuss. p.1.c.15. aliàs 24.n.6.& 7.de cautione de opere demoliendo, & alii apud Ciarl.lib.1.controv.for.c.30.n.16.*

2 Hoc tamen procedit, quando ædificans adhuc expensas non fecit in cæmentis, & instrumentis ad ædificandum; hoc enim casu non est grave ædificare volenti supersedere per tres menses, dummodò nuncians de calumnia juret, *juxta gl.in l.1.ver.satisdatum,ff.de Remiss.* Si vero res non est inte-
3 gra ædificanti, sed periculum est in mora, si differat, tunc statim admittitur cautio de opere destruendo quatenus &c. qua prævia nunciatus opus cœptum potest perficere, *juxta l.stipulatio,§.1.l.de pupillo,§.si is,cui,l.Prætor,§.interdictum, l.non solum,§.si cum possem,& §.sciendum, ff.de oper.nov.nunc.* eo enim casu nimis grave esset ædificanti, si negotium differretur per tres menses, *late Thesaur.dec.204.* subdens, quod in primis & ante omnia fieri debet visitatio loci, quemadmodum elapsis tribus mensibus nunciatus potest opus suum perficere, si offerat satisdationem de opere demoliendo, *Sal. & alii in l.1.cod.de Novi oper.nunciat.*

Item supradicta conclusio procedit, quando jus ædificantis est dubium, & incertum; secus esset, quando notoriè constat, nunciantem jus nullum habere, vel si ex aspectu Judex videat, calumniosam esse nunciationem: quia tunc ædificium nec demoliri, nec impediri potest, *Bart. & alii communiter in l.1.ff.de Nov.oper.nunc.Spec.in eod.tit. vers.sed nunquid,Papien.in form.libell.in act.nov.oper.in ver.quemdam, Bero.qq.fam.q.3.Rom.cons.42.Alex.cons.106.n.29.lib.3. & alii apud Ciarl.in.controv.for.lib.1.c.30.n.7.& seq.* ubi subdit, quod non debet nunciatus spernere nunciationem sub prætextu, quod notoriè constet de non jure nunciantis, nisi prius Prætor de notorio constare declaraverit, *per doctrinam Dec.cons. 383.in fin.Rolan.cons.33.n.25.lib.2.& cons.99.n.16.lib.1.*

4 Si verò agereretur de ædificanda Ecclesia, quæ in præjudicium alterius ædificari non potest, ultra cautionem de demoliendo dari debet licentia ædificandi cum decreto, quod durante lite Ecclesia non consecretur, *Crescent.dec.1. alias 20.de Nov.oper.nunciat.*

5 Observa tamen, quod nunciatio novi operis ex tribus causis conceditur, videlicet ratione proprii juris conservandi damni depellendi, & juris publici defendendi, *leg.1.§.nunciatio fit, & §.juris nostri, & ibi gl.& DD.ff.de nov. oper.nunc.* Et ideo nuncians causam allegatam nunciationis, ex qua prætendit, se jus prohibendi habere, plenissimè justificare debet, aliàs succumbit *Bart.in d.l.1.n.17.vers.quandoque fit prosequutio & ibi etiam Soc.jun.n.178.& 197. & alii, quos refert Altograd.cons.100.n.5.* quamvis contrarium senserit *gl. in d. §.juris nostri, in ver.pertinet*, ubi dicit, quod potest nunciare etiam is, qui nullum habet jus, si tamen contendat, se habere, *per text.in d.l.1.in princ.*

6 Observa 2. quod ædificatione facta in re communi non licet nunciare novum opus, quod est remedium merè extraordinarium: sed prædictum est remedium ordinarium actionis communi dividundo, & officii Prætoris eidem actioni deservientis, quod specificè conceditur pro ædificationibus factis in re communi, *ut sunt text.in l.in provinciali, ff.si in loca,ff.de Nov.oper.nunc.& in l.Sabinus §.sed si in re,ff.de commun.divid.& in leg.in re communi, ff.de servit. urb.præd. ubi glos.& DD.*

S U M M A R I U M.

1 *Usufructuarius intra tres menses tenetur præstare cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, & quando id procedat & n.2.& 10.*

2 *An cautio sit de substantia usufructus.*

3 *Usufructuarius cautionem præstare renuens, non facit fructus suos.*

4 *Et an privetur usufructu ob cautionem non præstitam.*

5 *Usufructuarius similiter non facit fructus suos si non de manu hæredis possessionem accepit: limitatur n.8.*

6 *Quando mater hujusmodi cautionem præstare teneatur, & num.15.*

7 *Et an Pater teneatur præstare talem cautionem.*

8 *Quando usufructus capi possit propria auctoritate.*

9 *Error juris, licèt non prosit ad præscribendum, excusat tamen a restitutione fructuum.*

11 *An, & quando Pauper ab hujusmodi cautione excusetur, & num.13.*

12 *Cautio in usufructu non debet esse nuda, sed cum fidejussoribus.*

13 *Quid si pauper esset suspectus.*

14 *An testator remittere possit talem cautionem, & numero 16.*

17 *Restitutio bonorum, quæ usu consumuntur, fieri debet secundùm æstimationem, quæ currit tempore traditionis, non autem tempore restitutionis.*

18 *Vasa aurea, & argentea, & alia, quæ longissimi temporis usu minuuntur, restituenda sunt in eo statu, in quo reperientur finito usufructu.*

19 *An hæres remittere possit talem cautionem.*

20 *Quando usufructus uxori relictus restringatur ad alimenta, & quando integer debeatur.*

C A P U T X.

An, & intra quantum tempus teneatur Usufructuarius præstare cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni viri.

RESp. quod tenetur intra tres menses, *Roland.a Vall.de inventar.qu.206.num.1.& seq. quem refert Cancer. var. par.1.cap.9.num.57.* quod intellige si hæres, vel Proprietarius cautionem hujusmodi petierit: quia usufructuarius non tenetur satisdationem offerre, *Thesaur.dec.80.num.3. Surd. de Aliment.tit.7.quæst.19.num.16. Marescot.var.lib.1.cap.29. num.27. Cancer.ubi supra, Cevall. in spec. opin. commun. con. commun.quæst.408.num.9. Gabr.commun.conclus.libr.5.titul. de usufruct.conclus.1.numer.1.& seq.* ubi dicit, quod usufructuarius debet facere inventarium, sive descriptionem bonorum in eodem instrumento cautionis: subdens *num.27.* quod non excusatur a cautione præstanda usufructuarius dives, & aliàs maximè idoneus, *Ludov. decis. Lucen. 31. num.9.* 1

Et hoc locum habet tam in usufructu proprio, hoc est re- 2
rum immobilium, seu mobilium, quæ non consumuntur usu, quàm in improprio, earum videlicet rerum, quæ usu, ac tempore consumuntur, *Borgnin.de usufr.mal. relict.n.89. vers.tamen alia ratione &c. Mencha.de success.creat.lib.1.§.7.n. 25.& 27. Pinell.2.p.l.1.cod.de bon.matern.n.78.& alii, quos refert, & sequitur Castill.de Usufr.q.16.nu.26.& seq.* ubi etiam dicit, quod cautio non est de substantia usufructus etiam in rebus, quæ usu consumuntur *juxta text.in l.hoc Senatuscons. §.si pecuniæ,ff.de usufruct.ear.rer. &c.* in his enim id, quod succedit loco proprietatis, est ipsa obligatio fructuarii de restituendo tantumdem, vel æstimationem solvendo, non autem cautio ipsa, cùm hæc potius sit firmitas præexistentis obligationis, *§.constituitur, instit.de usufr.l. contrahitur, ff. de Pignor.*

Si verò usufructuarius petitam cautionem præstare re- 3
nuat, non faceret fructus suos, etiamsi rem possideat, quia licet possessio legitima ad lucrandos fructus sufficiat etiam ante cautionem, *Surd.d.tit.7.qu.19.num.16. Thesaur.dec.80. num.3.* eò tamen ipso quod satisdationem petitam non præstat, constituitur in mala fide, & consequenter fructus post moram perceptos restituere tenetur, non autem eos, quos ante petitam cautionem percepit, *Cravet. cons.300. num.2.*
Gabr.lib.5.tit.de usufruct.concl.1.num.13.& 51. subdens, quod 4
usufructuarius ob cautionem non præstitam non privatur usufructu, & agendo pro usufructu ante præstitam cautionem, reus debet condemnari ad solvendum sub conditione, si usufructuarius cautionem præstiterit, *latè Castill. de usufr.*

usufr. d. cap. 16. nu. 12. & seq. ubi addit, quod nec faceret fructus suos, si vitiosè, hoc est non de manu hæredis possessionem accepit.

Notandum tamen est, quod si hæres recuset usumfructum consignare, fructus currunt etiam a die oblationis fidejussionis, quia cautio realis non est præstanda ante actum traditionis, *Bald. cons. 408. n. 10. lib. 1. Ruin. cons. 91. nu. 8. libr. 2. Rol. cons. 92. n. 12. lib. 2. & alii apud Marescot. var. lib. 1. c. 29. n. 27. & seq. ubi etiam refert ita resolvisse Rot. in Bononien. Usufructus 9. Junii 1604. coram Justo.*

6 Ampliatur supradicta conclusio, ut etiam mater hujusmodi cautionem præstare teneatur: quando ad eam spectat ususfructus earum rerum, quas ex dispositione juris reservare debet filiis, *ut in l. hac edictali, §. his illud, cod. de secund. nup.*
7 quicquid aliud sit in Patre, qui licèt sit usufructuarius bonorum adventitiorum filii, tamen talem cautionem non præstat, *Bart. in l. 4. n. 3. cod. de usufr. & habit. Gabr. d. tit. de usufr. concl. 1. n. 48. & alii communiter.*

8 Observa tamen, quod quando usufructuarius potest propria auctoritate ingredi possessionem, tunc facit fructus suos etiam non præstita cautione, & non data scientia, & patientia Proprietarii, *secundum Dec. quem refert, & sequitur Gabr. dict. tit. de usufruct. conclus.* 1. ubi etiam dicit, quod ususfructus capi potest propria auctoritate, quando relinquitur libero, & pleno jure, aut cum illis verbis *sine contradictione*, vel si legatarius esset exequutor testamenti, vel haberet possessionem civilem, aut naturalem, *Surd. decisio. 281. num. 5. & seq.* subdens, quod error juris, licèt non pro-
9 sit ad præscribendum, excusat tamen a restitutione fructuum.

10 Addit *Corn. cons. 267. col. 3. vol. 4. & alii apud Gabr. ubi sup. num. 46.* quod si certum esset, ad usufructuarium post tempus etiam perventuram proprietatem, hujusmodi cautio præstanda non est, *per textum in l. si ususfructus §. planè, ff. usufr. quemad. cav.*

11 Observa 2. quod pauper, qui propter sui paupertatem fidejussorem invenire non potest, excusatur ab hujusmodi o-
12 nere, Ita ut teneatur tantùm juratoriam cautionem præstare, dummodo suspectus non sit, sed fide dignus *Bart. in l. 4. n. 6. C. de usufr. & habit. Guid. Pap. dec. 250. Gabr. d. tit. de usufr. concl. 1. n. 41. Ceval. in spec. opin. comm. con. comm. q. 66. nu. 6. & 7.* quod est speciale in paupere, quia regulariter cautio in usufructu non debet esse nuda, sed cum fidejussoribus, *juxta l. 4. cod. de usufr.*

13 Notandum verò est, quod etiamsi pauper suspectus esset, consequi adhuc debet usumfructum sibi relictum, cum voluntas testatoris omnino servanda sit: unde in tali casu, ut consulatur indemnitati proprietarii, res ad ipsum proprietarium remanere debet cum obligatione præstandi fructus usufructuario, vel sequestranda est penes virum aliquem idoneum, qui eidem usufructuario de fructibus respondeat, *Bart. loc. cit. Surd. dec. 141. n. 13. Castill. de usufr. c. 18. n. 21. Guid. Pap. d. dec. 250.*

14 Quæres, an testator remittere possit talem cautionem? Negativè respondent *Doctores communiter, per textum in d. leg. 1. cod. de usufr.* hoc tamen intelligendum est in usufructu rerum stabilium, ne detur usufructuario occasio dilapidandi, & malè utendi re, cujus usumfructum habet, *& ita intelligendus est Ciriac. controv. 534. numer. 18. & sequ. libr. 3.* ubi
15 dicit, quod mater relicta usufructuaria tenetur satisdare de utendo, ac fruendo arbitrio boni viri, & restituendo proprietatem finito usufructu, etiamsi ab hujusmodi satisdatione eam testator exemerit. Secus esset in usufructu rerum,
16 quæ usu consumuntur: in hoc enim cessat ratio prædicta, cum hujusmodi rerum dominium transeat in usufructuarium, & reddi debeant res ejusdem qualitatis, si non fuerint æstimatæ, vel earum pretium, si æstimatio præcessit, *Paulus de Castro in leg. 1. cod. de usufr. Alex. cons. 120. num. 6. & seq. volum. 6. Barba. cons. 64. volum. 2. & alii, quos refert Gabr. loco cit. dicta conclus. 1. numer. 33. Castill. de usufr. cap. 17. numer. 7.*
17 subdens, *n. 23.* quod restitutio hujusmodi bonorum, quæ usu consumuntur, fieri debet secundùm æstimationem, quæ currit tempore traditionis, non autem tempore restitutionis: quod locum habet etiam in iis rebus, quæ brevi usu minuuntur, quales sunt vestes, & similia: hoc enim casu restituenda etiam erit æstimatio secundum tempus inchoati ususfructus, *latè Surd. dec. 67. num. 5. Thesaur. dec. 80. n. 2. Ca-*
18 *still. loco cit. nu. 31.* non verò in iis, quæ longissimi temporis usu minuuntur, qualia sunt vasa aurea, & argentea: hæc enim restituenda sunt in eo statu, in quo reperientur finito usufructu, *ut resolvit Senatus Mantuæ teste Surd. loco cit. d. n. 5. in fin.* quamvis contrarium teneat *Mencha. de success. creat. l. 1. §. 7. n. 32. quem refert, & sequitur Castill. ubi supra num. 34.*

ubi dicit, quod in his rebus, quæ longissimo tempore consumuntur, præstanda est cautio de reddenda æstimatione finito usufructu, non verò prætoria cautio de eisdem rebus restituendis.

An verò hæres possit remittere talem cautionem? Affir- 19
mat, *gl. in l. 1. cod. de usufr. quam alii communiter sequuntur, ut d. Gabr. tit. de usufr. concl. 1. n. 43.*

Quæres, quando ususfructus uxori relictus restringatur 20
ad alimenta, & quando integer debeatur? Resp. quod restringitur ad alimenta, quando filii sunt instituti hæredes, *juxta consuetudinem Bulgari*, quæ fundata est, non quidem in interpretatione verborum, sed in conjecturata mente testatoris: cum non sit verisimile, quod pater voluerit integros fructus uxori relinquere, & privare filios, *glos. & DD. in auct. hoc locum, cod. si secund. nupt. mul. latè Gabr. de usufr. concl. 2. Crescen. dec. 5. de Testam. Surd. de alim. tit. 2. q. 15. nu. 1.* ubi *n. 260.* id ampliat, etiamsi per contractum uxori ususfructus relinquatur. Secus esset, si extranei sint instituti: tunc enim uxori debetur integer ususfructus, quia consuetudo Bulgari favore filiorum fuit introducta, *Surd. d. q. 15. nu. 85.* ubi etiam dicit, quod filiis, & descendentibus exceptis in hac materia alii omnes extranei vocantur, *Alex. cons. 57. n. 2. vers. sed circa hoc est videndum, lib. 3. latè Gabr. loco cit. concl. 3.* legatum enim variatur propter diversitatem personarum, in quibus non cadit uniformis favor, vel conditio, *Marescot. var. lib. 1. c. 29. per tot.* ubi etiam dicit, quod si filii instituti decesserint, vel si bona ob delictum filiorum ad fiscum perveniant, tunc mater habebit etiam integrum usumfructum. Si verò maritus uxorem instituerit hæredem usufructuariam omnium bonotum, nullo eidato cohærede in proprietate, tunc proculdubio illi debetur integer ususfructus, cum in tali casu intelligatur hæres in totum, *ut d. Bald. in l. id quod pauperibus, q. 14. n. 27. cod. de Episc. & Cler. Cephal. cons. 59. nu. 15. cum seq. lib. 1. Menoch. præsump. 141. n. 3. & 26. lib. 4. Rota in Rom. hæreditatis 24. Maii 1604. coram Card. Pamphilio, quam refert Marescot. loco cit. d. c. 29. n. 45.*

SUMMARIUM.

1 *Accusatus, vel denunciatus pendente accusatione non potest ad ordines promoveri, declaratur n. 3.*
2 *Quid si in modum exceptionis ei crimen obiicitur.*
4 *Intra quantum tempus judicium hujusmodi terminari debeat.*
5 *An Episcopus accusatione pendente possit cum accusato dispensare, ut promoveatur.*
6 *Quando Episcopus possit ordinatum inhibere, ne accusatione, vel exceptione pendente in ordinibus susceptis ministret.*

CAPUT XI.

An accusatus, vel denunciatus pendente accusatione possit ad ordines promoveri.

Resp. negativè, *cap. tantis Daniel. dist. 81.* idemque di- 1
cendum, si ei in modum exceptionis crimen obiici-
tur, donec super exceptione fuerit plenè discussum *Majol.* 2
lib. 3. cap. 17. n. 9. quem refert Ric. in prax. tom. 3. resol. 263. num.
3. ubi hoc intelligit de gravi crimine, quod irregularitatem 3
induxit.

Sed ne hoc prætextu aperiatur via fraudibus, intra tres 4
menses quoad Episcopatum, & intra annum quoad inferiores ordines, nisi Judex brevius tempus in utroque casu duxerit præfigendum, judicium super hujusmodr crimine terminari debet, *juxta glos. communiter receptam in d. cap. tantis Daniel. ver. obrepsit*: alioquin eo elapso, & condemnatione non sequuta, accusatus non obstante inquisitione, seu denunciatione promoveri potest, *Jord. Elucubr. divers. lib. 14. tit. 24. n. 285. Majol. loco cit. Ricc. ubi supra n. 4.*

Non potest autem Episcopus accusatione pendente super 5
tali crimine dispensare cum accufaro, ut promoveatur, nisi agatur de adulterio, vel aliis criminibus, quæ sunt minora, in quibus Episcopus præveniendo post peractam pœnitentiam potest dispensare, *juxta c. at si clerici, §. de adulteris,*
extr. de jud. & not. Ric. in d. res. 263. n. 6. & 7. ubi etiam dicit, 6
quod potest Episcopus Clericum etiam ordinatum inbibere, ne accusatione, vel exceptione pendente in ordinibus susceptis ministret, si fuerit accusatus de crimine enormi, & cum scandalo, *arg. c. ex tuarum, de purgat. canon.*

S U M M A R I U M.

1 *Electus confirmationem intra tres menses petere debet, & quam pœnam incurrat, si non petierit.*
2 *Intra quantum tempus electioni de se factæ electus debeat consentire, & sub qua pœna.*
3 *Et intra quantum tempus teneatur munus consecrationis suscipere.*
4 *Quid si legitimo impedimento fuerit detentus.*
5 *Consecratio prædicta quando fieri debeat.*
6 *Quodnam tempus detur Episcopo ad petendum pallium.*
7 *Consecratio virginum an fieri possit die dominico.*
Quid si moniales gravi infirmitate laborarent, ibid.
8 *Quid requiratur ad consecrationem monialium.*
9 *Intra quod tempus fieri debeat electio.*

C A P U T XII.

Intra quod tempus electus confirmationem petere debeat.

1 RESpon. quod petere debet confirmationem intra tres
menses post consensum electioni præstitum, alias ip-
so jure amittit omne beneficium sibi ex electione proveniens,
c. quam sit, §. cæterum de elect. in 6. electioni verò de se factæ
2 debet consentire intra mensem a tempore electionis sibi præ-
sentatæ, vel a tempore sibi præfixo, alioquin similiter per-
dit omne jus sibi ad beneficium per hujusmodi electionem
competens, *d. c. quam sit, §. Electus verò, extrav. si Religiosus,*
de Elect. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 15. n. 50. Jord. Elucubr. di-
verſ. lib. 10. tit. 7. n. 180.
3 A die verò confirmatæ electionis, sive consistorialis pro-
positionis tenetur intra tres menses consecrationis munus su-
scipere sub pena amissionis fructuum perceptorum, & si in-
tra alios tres menses postea id facere neglexerit, Ecclesia ip-
so jure privatus est, *cap. quoniam quidam, dist. 75. c. 1. dist. 100.*
4 *Concil. Trid. sess. 23. de ref. c. 2.* nisi forte aliquo legitimo impe-
dimento fuerit detentus, puta infirmitate, longiori itinere,
lite mota super ipsa Ecclesia, & hujusmodi, quia tunc non
privatur fructibus, neque ecclesia, *Syl. in ver. consecrat. 1. q.*
3. Barbos. de offic. & pot. Episc. all. 1. n. 39. & seq. Jord. l. 1. tit. 2. nu.
1. & seq. ubi etiam dicit, quod consecratio hujusmodi fieri
5 debet die dominico.
6 Simile trium mensium spatium a tempore consecrationis
datur Archiepiscopo ad petendum pallium, quo tempore
elapso dignitate sibi commissa privari potest, *cap. quoniam,*
dist. 100.
7 Addit *Jord. lib. 5. tit. 5. n. 17. & seq.* quod consecratio virgi-
num potest fieri etiam die dominico, *juxta c. 1. de Temp. ord.*
per quem textum corrigitur in hac parte *c. devotio, 20. q. 1.* ubi
dicitur, quod talis consecratio fieri debet die Epiphaniæ,
in Apostolorum natalitiis, & in Albis paschalibus, hoc est
hebdomada paschali, *ut ibid. explicat gl.* nisi moniales gravi
infirmitate laborarent: tunc enim quolibet die fieri potest,
ut in d. c. devotis.
8 Notandum tamen est, quod moniales consecrari non de-
bent, nisi in eis concurrant infrascriptæ conditiones, vide-
licet quod emiserint solemniter tria vota in Religione appro-
bata: secundò quod non sint ex ordinibus mendicantium;
tertiò quod sint annorum 25. completorum: quartò quod
sint virgines, non enim admittuntur corruptæ etiam violen-
ter, licèt in tali casu virginitatem, vel aureolam non amit-
tant, *cap. placuit 20. qu. 1. latè Sylv. in ver. consecratio virgi-*
num, & declaravit Sacr. Congr. teste Jord. d. lib. 5. tit. 5. n. 20.
& seqq.
9 Quæres, intra quod tempus fieri debeat electio? Resp. quod
fieri debet intra tres menses a die mortis Prælati, aliàs ele-
ctores eligendi potestate privantur ea vice, *c. postquam, ubi*
gl. dist. 50. c. ne pro defectu, de elect. Laym. in q. canon. de Prælat.
Ecclesiast. elect. c. 4. q. 31. ubi etiam dicit, quod decens est, ut
corpus Prælati defuncti prius sepulturæ tradatur, quàm de
successoris electione tractetur.

S U M M A R I U M.

1 *Quatuor menses hodie assignantur iis, qui condemnati sunt ad solvendum, & quando prædictum tempus currat, & n. 3. limitatur n. 7. 14. 16. 17. 18. & 19.*
2 *Hujusmodi dilatio admittitur præstita cautione de solvendo.*
4 *Post pignus captum in causa judicati debitor expectari debet per duos menses decurrendos post dictos quatuor menses: limitatur n. 19.*
5 *Quanto tempore pignus stare debeat sub hasta, & n. 6.*
6 *Auct. hoc jus porrectum, C. de Sacr. Eccl. declaratur.*
7 *Reo, qui debitum confessus fuit, non quatuor menses, sed decem tantùm dies ad solvendum assignantur: declaratur n. 8. limitatur n. 9.*
10 *Quarentigia quomodo fuerit introducta.*
11 *Auditor cameræ debitoribus terminum unius mensis concedit ad solvendum.*
12 *Alii Judices concedere non possunt terminum ultra decem dies.*
13 *Confesso quando currat tempus solvendi in causis civilibus, & criminalibus.*
14 *Quæ dilatio concedatur debitoribus fiscalibus.*
15 *Æstimatio præcedere debet, quando bona venduntur sub hasta, & dantur creditori.*
16 *In actione reali contra condemnatum statim fit exequutio, si reus dixerit, se velle parere sententiæ, aliàs post decem dies, si non fuerit appellatum, sententia mandatur executioni.*
17 *In contractibus ubi dies non additur, solutio præsenti die fieri debet, vel arbitrio judicis determinandum est tempus.*
18 *In sententia criminali, ac debito contracto occasione delicti non habet locum quadrimestris dilatio.*
19 *Item non habet locum in actione depositi, in causis miserabilium personarum, alimentorum, & in aliis causis piis, nec in aliis, quæ ventilantur coram supremo Judice.*
20 *Hujusmodi quadrimestre potest minui, & prorogari per judicem.*
21 *Delegatus Papæ usque ad integrum annum sententiam suam exequi potest.*
22 *Sententia lata propter solam contumaciam, non potest executioni demandari infra annum.*
23 *Sententia lata propter solam contumaciam, non dicitur diffinitiva, sed interlocutoria.*
24 *In dubio sententia præsumitur lata ob contumaciam, & non ob delictum.*
25 *Quando sententia non transeat in judicatum.*
26 *Qui privatus fuit beneficiis ob contumaciam, recuperat beneficia alteri collata, quandocunque comparuerit.*
27 *Contumacia non probat delictum, etiamsi adsit statutum, quod contumax habeatur pro confesso.*
28 *Quando sententia censeatur lata propter contumaciam.*
29 *Si reus intra annum sponte compareat, sententia contra eum lata in contumaciam non mandatur exequutioni.*
30 *Reus admissus ex gratia Principis ad novas defensiones tenetur probare suam innocentiam.*
31 *An, & quando Banniti tam infra annum, quàm post annum capti admitti debeant ad defensiones.*
32 *Sententia continens pœnam excessivam, ne in ea quidem pœna executioni demandari debet, quæ de jure imponi potuisset.*
33 *An, & quando in bobus, & equis aratoriis, & aliis instrumentis rusticalibus fieri possit exequutio.*
34 *Quando incipiat currere tempus reluendi bona capta in executionem judicati, & n. 35.*

C A P U T XIII.

Quænam dilatio assignanda sit iis, qui condemnati sunt ad solvendum.

RESpond. quod olim dabatur terminus duorum men- 1
sium, *l. debitoribus: ff. de re jud.* hodie verò quatuor
menses assignantur, qui currunt a die sententiæ, si non fue-
rit ab ea appellatum: appellanti verò currunt a die confir-
mationis sententiæ, *l. 2. ubi DD. cod. de usur. rei jud.* quod pro-
cedit etiam in sententia lata ab Arbitro, *glos. in l. si cum dies,*
§. intra, ver. modicum ff. de Recept. Arbitr. Alex. in d. l. debitori-
bus n. 12. ff. de re jud. Post. in tract. de subhast. inspect. 12. n. 13. ubi,
quod hujusmodi dilatio admittitur præstita cautione de sol- 2
vendo, *Bellon. de potestat. eor. quæ in continenti fiunt &c. libr. 1.*
c. 106. n. 4. Jord. lib. 14. tit. 24. de præscrip. n. 286. subdens, quod
hujusmodi quadrimestris dilatio locum habet in personali-
bus actionibus.
Notandum tamen est, quod si appellatio fuerit manifestè 3
frustratoria, seu calumniosa, hujusmodi quadrimestre cur-
rit a die primæ sententiæ, *Bart. in dict. leg. 2. & ibi. Bald.*
num. 4.
Notandum 2. quod post pignus captum in causa judica- 4
ti debet de jure communi debitor expectari per duos men-
ses decurrendos post dictos quatuor menses, qui dantur ju-
dicatis ad solvendum, & interim supersederi debet in pigno-
ris venditione, *l. debitoribus, ff. de re jud. Jas. in l. a Divo Pio,*

§. in

§.in venditione, n.15.ff.eod.tit. Neguf.de Pign. p.6.mem.1.nu.7.
Mastrill.dec.58.n.4.p.1.Rot.dec.146.sub n.2.p.2.Diverf.Post.de
5 Subhast.insp.15.n.1.& seq. tempus verò, quo pignus stare
debet subhasta, de jure communi est in arbitrio Judicis, si
res, seu pignus sit privati: si verò sit Ecclesiæ, vel Reip. fi-
sci, vel minorum, non potest plus offerenti dare ante lap-
sum 20.dierum, auth.hoc jus porrectum, cod.de Sacrof.Eccles.
Peregr.de jur.fisc.lib.6.tit.4.n.5.Rol.cons.33.n.14.lib.1.Gratian.
disc.for.c.375.n.16.& alii apud Post.insp.30.nu.22.& sequ. ubi
etiam dicit, quod potest Judex ex causa prorogare subhasta-
tiones usque ad annum.

6 Observa tamen, quod dispositio d. auth. de jure canonico
non servatur, nec habet locum, quando creditor minoris,
vel Ecclesiæ consequi debet bona sed tantùm quando conse-
qui debet pecuniam, & sic quando bona minoris vel Eccle-
siæ distrahuntur pro debito pecuniario, Rot. in Ariminen. le-
gatorum 29. Februarii 1636. coram Buccabella, apud post. dec.
103.n.18.& seq. immò quod dicta auth. in praxi non servetur,
testantur omnes in d.auth.hoc jus porrectum Cassan.cons.55.nu.
41.Imol.cons.99.n.7.Luc.de penn.in l.1.col.2.cod.de fide instrum.
& jur.hast.fiscal.lib.10.Coru.cons.29.nu.3.lib.4.Jo: Franc.Pont.
cons.1.num.134.& seq.Fivi.dec.22.num.14. in fin.Bertrand.cons.
360.n.4.lib.2.p.1.& alii, quos refert Post.d.insp.30.n.34.& seq.
Grat.discep.for.cap.479.num.9.& seq & c.564.n.24.& cap.861.
num.19.

7 Notandum 3. quod reo, qui debitum confessus fuit, non
quatuor menses, sed decem tantùm dies ad solvendum de
consuetudine assignantur, gl. communiter recepta in l. si debi-
tori, ver.indultum est, ff.de jud. Alex.in d.l.debitoribus, nu.8.ff.
8 de re jud. quod procedit, quando reus nullo oblato libello,
nec lite contestata confessus est debitum, & sic quando non
proceditur in figura judicii: tunc enim contra eum fertur
sententia interlocutoria, hoc est præceptum fit de solven-
do intra decem dies; secus esset si debitor oblato libello,
9 ac lite contestata fassus est debitum, & condemnandus est
per sententiam diffinitivam: hoc enim casu datur quadrime-
stre ad solvendum, ut ex communi Doctorum distinctione,
tradit Rot.d.dec.146.n.2.p.2.Diverf. Post. de Subhast.insp.12.
num.12.

10 Hinc Doctores quærentes cautelam, ex qua instrumenta
habere possent executionem paratam, Quarentigiam inve-
nerunt, in qua reus fatetur debitum, & per Notarium ei-
dem reo præfiguntur decem dies ad solvendum: qui decem
dies in locum quadrimestris prædicti ex communi Italiæ sty-
lo subrogati fuerunt, ut observat Benedictus de Barzis in tr.
de Quarentig.p.1.q. Luc.Pæt.in judiciar.formul.Capitolin.for.
11 lib.3.cap.1.num.2. Scaccia de Judic.lib.1.c.62.n.18. subdens,
quod Judex actore instante pro executione instrumenti qua-
rentigiati, potest de stylo alios decem dies reo concedere:
quemadmodum Auditor cameræ debitori, qui suscepit in
se mandatum executivum in ipsamet obligatione, termi-
12 num unius mensis, vel 20. dierum ad solvendum concede-
re consuevit, licèt alii judices concedere non possint termi-
num ultra decem dies, sicut expressè cavetur in statuto urbis
cap.89.lib.1.

13 Observa tamen, quod confessio tempus solvendi in causis
civilibus currit a die confessionis: in criminalibus verò a
die condemnationis, Bald. ad Spec.in tit. de execut. sent. §.
Postremò circa med.vers.& no.&c.Jordan.lib.14.tit.25. de sent.
num.291.

14 Notandum 4. quod debitoribus fiscalibus dilationem pe-
tentibus ad inveniendam pecuniam tres menses regulariter
dantur in majoribus summis, in minoribus verò duo leg. in
fraudem, §.fiscalibus, ff.de jur.fisc.

15 Notandum 5. quod æstimatio præcedere debet, quando
bona venduntur sub hasta, & dantur creditori, aliàs subha-
statio, & deliberatio esset notoriè nulla: quod fit ad tollen-
das fraudes, quæ possent committi in præjudicium debitoris
circa justum pretium, & valorem rei subhastatæ, Castr.con-
sil.156.lib.2.Rolan.cons.32.num.33.lib.1.Coler.de Process.execut.
cap.9.par.3.num.97. & alii apud Gratian.disc.for.cap.686.nu.
3. & seq.

16 Notandum 6. quod tex.in d.l.2.cod.de Usur.rei jud.in mul-
tis casibus non habet locum: & primò non procedit in actio-
ne reali: tunc enim contra condemnatum statim fit exequu-
tio, §.& si in rem, ubi Aret. & alii, inst.de offic.Jud.Bellon.loco
cit.d.cap.106.n.6. quod intellige, si reus dixerit, se velle pa-
rere sententiæ: aliàs post decem dies, si non fuerit appella-
tum, sententia mandatur executioni, ut not.gl.in c.querenti,
ver.quadrimestre, de offic.Jud.deleg.Jord.lib.14.ti.24.de præscr.
num.286.

17 Secundò fallit in condemnato ab Arbitratore, quia ejus
sententia dicitur contractus transactionis, ut notatur in auth.
Antonell. de Tempore.
ut diff. jud.§.1. in contractibus verò ubi dies non additur,
non datur quadrimestre, sed solutio præsenti die fieri debet,
leg.eum qui calendis, §.quoties, ff.de verb.oblig. de quo vide
Menoch.de arbitr.jud.cas.27. ubi dicit, quod eo casu Judex
potest statuere tempus pro modo qualitatis personarum, &
quantitatis pecuniarum, arg.d.l.in fraudem, §.fiscalibus, ff.
de jur. fisc.

Tertiò fallit in sententia criminali, ac debito contracto 18
occasione delicti: tunc enim neque habet locum quadrime-
stris dilatio, sed datur tempus arbitrio Judicis, ut colligitur
ex l.cum reis, cod.de pæn.& not. Alex.in d.l. debitoribus, nu.10.
& seq.ff.de re jud.Post.de Subhast.insp.12.n.7.

Quartò fallit in actione depositi, in causis miserabilium 19
personarum, alimentorum, & in aliis causis brevibus, &
in aliis, quæ ventilantur coram Principe, seu supremo Ju-
dice, Glusian.de Dat.insolut.c.14.n.194.& seq.Barz. de Qua-
rentig.q.4.& alii apud Post.de Subhast.d.insp.12.n.5.& sequ.&
insp.15.n.6.& seq. ubi, quod in dictis casibus neque habet lo-
cum dilatio dictorum duorum mensium, qui dantur post
captum pignus.

Notandum 7. quod hujusmodi quadrimestre cum causæ 20
cognitione, & justa de causa potest minui, & prorogari per
Judicem, juxta tex.in l.2.ff.de re jud.gl.in d.cap.quærenti,ver.
quadrimestre, ubi dicit, quod sine justa causa debet arctari,
aliàs datur appellatio, Jordan.d.lib.14.titul.25. de sentent.nu-
mer.286.

Notandum 8. quod delegatus Papæ non solùm usque ad 21
quadrimestre tempus, quod ad solvendum debitum datur,
ut supra diximus, sed usque ad integrum annum sententiam
suam exequi potest, d.c.quærenti, de offic. deleg.

Notandum 9. quod sententia lata propter solam contuma- 22
ciam, seu ob non paritionem monitorii, non autem prop-
ter delictum, non potest executioni demandari infra annum,
l.fin.ff. de Requir.reis.Rot.dec.68.par.1.Diverf.ubi, quod quan-
do sententia est lata propter solam contumaciam, non dici- 23
tur diffinitiva, sed interlocutoria: & ideò potest quando-
cunque purgata contumacia revocari, Vermigliol. cons.crim.
351.n.8.& seq. ubi addit, quod in dubio sententia præsumi- 24
tur lata ob contumaciam, & non ob delictum, Seraphin.
dec.254.n.4.& seq. subdens, quod de jure communi non po-
test quis ob contumaciam privari bonis suis; unde si vel de 25
stylo, vel de consuetudine, aut vigore statutorum contra-
rium servetur, talis probatio ex contumacia resultans dici-
tur privilegiata, & consequenter sententia ejus vigore lata
nunquam transit in rem judicatam, Jord.d.lib.14.titul.25. de
senten.n.289.

Quare si quis privatus fuerit beneficiis ob contumaciam, 26
seu ob non paritionem monitorii, quandocunque compa-
ruerit etiam post collationem alteri factam, recuperat bene-
ficia alteri collata, Achil.dec.1.de Absolut.Rot.dec.68.p.1.Di-
verf. ubi etiam, quod motus proprius Pii IV. prohibens 27
absolutionem a crimine, & audientiam, & appellationem,
intelligi debet quoad sententias, vel alias dispositiones super
crimine, non autem super contumacia: nam contumacia
non probat delictum, etiamsi adsit statutum, ut contumax 28
habeatur pro confesso, cum talis confessio sit ficta, ut post
Bero.cons.202.n.41.lib.3.& alios dixit Rota coram Seraph.dec.
354.n.8.& seq. ubi etiam dicit, quod ubi contra reum ad- 29
sunt tantummodò indicia delictum arguentia, non autem
clara, & concludens delicti probatio, condemnatio subse-
quuta censetur facta propter contumaciam, non autem pro-
pter delictum; Unde si reus intra annum a die sententiæ spon-
tè compareat, sententiæ non mandatur exequutioni, etiamsi
de sua innocentia non doceat, sed fisco incumbit onus pro-
bandi delictum, ut ex constitutione Pii V. probat Vermigl. cons.
crimin.254. ubi tamen subdit, quod reus admissus ex gratia 30
Principis ad novas defensiones, tenetur probare suam inno-
centiam.

Item Bannititam infra annum, quàm post annum capti 31
admitti debent ad defensiones, si sententia contra eos non
præcedentibus legitimis indiciis ad inquirendum, & inqui-
sitionem transmittendam lata fuerit: quia licèt Banniti, & 32
in contumaciam condemnati in pœnam capitis, & ultimi
supplicii, si capti ad manus curiæ devenerint, audiri in suis
defensionibus non possint sed sententiæ hujusmodi exequu-
tioni demandari debeant, ex constitutione ejusdem Pii V. ta-
men hoc intelligendum est, dummodò sententiæ prædictæ
legitimis præcedentibus indiciis ad inquirendum promul-
gatæ fuerint, ut idem Summus Pontifex declaravit, prout
refert Vermigliol. cons. crimin.223. & 228. ubi etiam dicit,
quod sententia continens pœnam excessivam, ne in ea qui-
dem pœna executioni demandari debet, quæ de jure impo-
ni potuisset.

33 Notandum 10. quod in bobus, & equis aratoriis, & aliis instrumentis rusticalibus de jure fieri non potest exequutio propter publicam utilitatem, quæ ex agricultura provenit *leg.executores, ubi DD.cod. quæ res pignor.oblig.poss.* hoc tamen non procedit, quando contraria in loco adesset consuetudo 2. quando boves, vel instrumenta aratoria cum fundo ipso caperentur in pignus 3. ubi boves essent superflui ad colendos agros; 4. si debitor actu agriculturam non exerceret, 5. si tempore exequutionis jam perfectum fuerit seminandi opus, 6. si debitum esset fiscale, sive publicum, *Ferret.de Gabell.num.525.& sequ.Cost.de remed.subsid.remed. 43.num.6.Luc.de Penn.in leg.1.in princ.cod.de Agric. & consit. lib.11. Menoch.de arbitr.jud.cas.378.num.18. Anto.Monach.de execut.in vesti.cap.6.num.18.& seq.& alii apud Ciarlin. contr. for.libr.1.cap.112.per tot.* ubi etiam dicit, quod boves indomiti, qui non arant, ut juvenci, capi possunt in pignus.

Nec obstat constitutio Pii V. *incip.Cupientes &c.edita die 11.Octobris* 1566. ubi boves hujusmodi, aliaque instrumenta ad agriculturam necessaria non possunt ullo unquam tempore pro quavis civili obligatione auferri; quia dicta constitutio est localis, & Romæ tantum servanda, *ut d. Benign. in annot.ad statut.agricult.urbis c.61.*

34 Notandum 11. quod licèt tempus reluendi bona capta in executionem judicati regulariter currat a die factæ executionis, *ut d.Crav.cons.66.num.1.* id tamen non procederet, si
35 a dicta executione fuerit appellatum: tunc enim suspenditur effectum executionis, donec ea confirmata fuerit: & ideo terminus eo casu non currit, nisi a tempore sententiæ latæ in causa appellationis, *ad not.in leg.tale pactum, §.qui provocavit, ff.de pact.* quod intelligendum est, quando legitimè appellatum fuit; secus si appellatio esset frustratoria, aut evidenter calumniosa: quia tunc non suspendit effectum primæ sententiæ, sed habetur perinde ac si nonquam fuisset appellatum, *l.Tutor, ff.de Usur.Bart. communiter receptus in l.2.vers.fateor tamen, cod.de Usur.rei jud.Alex.cons.36. in princ.lib.4.*

S U M M A R I U M.

1 *An omittens recitare horas canonicas intra primos sex menses teneatur ad fructuum restitutionem, & n.6.& 11.*
2 *Quid sub nomine fabricæ beneficii intelligatur, & n.3.*
4 *Quinam veniant nomine pauperum.*
5 *Quando currant hujusmodi sex menses.*
7 *Quæ rata fructuum restitui debeat a beneficiario, qui omisit recitare horas canonicas & n.8.& 10.*
9 *Quomodo taxari debeat pars fructuum, quando restitutio fieri debet ob non residentiam.*

C A P U T XIV.

Quando omittens recitare horas canonicas teneatur ad restitutionem fructuum beneficii.

1 Communis est sententia, quod omittens recitare horas canonicas intra primos sex menses a die consequutionis beneficii non tenetur ad fructuum restitutionem, licèt mortaliter peccet, *ut constat ex Concilio Lateranen. sub Leone X. sess.6.ibi, statuimus, ut nemo beneficium curatum, aut simplex habens, qui elapsis sex mensibus ab ejus consequutione sine legitimo impedimento officium Divinum recitare omiserit pro tempore, quo non recitavit, fructus suos faciat immò eos impendere tanquam rem injustè captam in fabricam beneficii, aut eleemosinas pauperum teneatur;* quod quidem decretum innovavit, ac declaravit *Pius V. in extrav. incip. Ex proximo, quam refert Navar.in man.cap.25.n.122. Quart. in ver. Horæ canonicæ.*

2 Sub nomine verò fabricæ continetur tam fabrica Ecclesiæ ipsius beneficii, quàm fabrica domus beneficii, in qua Beneficiarius habitat, vel alterius domus ejusdem beneficii,
3 vel utilitas in emendis, vel meliorandis agris, ut fructus in perpetuum augeantur: quemadmodum nomine pauperum intelliguntur etiam pauperes alterius loci; & etiam ipse Beneficiarius, si sit pauper, & ejus mater, fratres, & sorores, si necessariis ad decentiam personæ, & status careant, *Surd. de Relig.to.2.lib.4.c.30.n.19.Faust.de Hor.canon.libr.2.qu.283. Villalob.in sum.to.1.tract.24.dub.17.num.9. Fernand. in exam. Theol.p.3.c.12.§.8.n.3.Filliuc.to.2.tra.23.c.10.n.325.quos refert*
4 *Dian.res.mor.p.1.tr.12.de Horis canon.res.27.* subdens, quod hæc restitutio potest etiam fieri missis, & aliis suffragiis in utilitatem defunctorum.

5 Hujusmodi autem sex menses ad hunc effectum non currunt a die collationis beneficii, sed a die captæ possessionis: quia beneficiarius ad Divinum officium recitandum obligatur solum post captam beneficii pacificam possessionem, tunc enim propriè dicitur beneficium acquisivisse, *Paris.de Resign.benef.lib.1.q.9.n.15.Azor.lib.10.c.4.q.7.Nald.in ver.Divinum officium num.5.& alii apud Bonacin.de Hor.canon.disp. 1.q.2.punct.5.num.1.& seq.* dummodo per ipsum Beneficia- 6 tum non stet, quominus possessionem capiat, quia in omni dispositione fraus excepta intelligitur, *cap.imperialem §.1.de prohib.alienat.per Feder.Affict.dec.111.num.3. Gratian. discep.for.cap.278.num.19.* ex quo infert *Suar.tom.2. de Relig. lib.4.cap.29.num.13.quem refert Bonacin.loco cit.num.8.* quod Beneficiarius prætermittens officium Divinum post sex menses a collatione computandos, non tenetur ad restitutionem fructuum nisi etiam lapsi fuerint sex menses post possessionem.

Sed quæres, quæ rata fructuum sit restituenda a Benefi- 7 ciario, qui omisit recitare canonicas horas? Resp. quod si horas omnes canonicas uno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficii, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie dividerentur, si verò matutinum tantùm, dimidiam, si cæteras omnes horas, aliam dimidiam, si harum singulas, sextam partem fructuum ejusdem diei amittit, *juxta extravag. Pii V. supra relatam.*

Hanc tamen extravag. ita interpretati sunt Doctores, ut 8 omittens Divinum officium, obligetur ad restitutionem omnium fructuum respondentium recitationi Divini officii ad ratam officii prætermissi, non verò respondentium aliis oneribus: par enim non est, ut gravius damnum patiatur Beneficiarius, qui præter officii obligationem alia onera sustinet, quàm qui solam habet recitandi officii obligationem: unde Episcopus, aut Parochus omittens officium tenetur restituere tertiam, vel quartam partem fructuum pro rata officii prætermissi: cæteras verò partes fructuum potest sibi retinere ratione aliorum onerum; Canonici verò, & alii habentes obligationem residendi restituere tenentur dimidiam: alii habentes onera Capellaniæ similiter dimidiam, vel tertiam partem: simplices verò beneficiarii, qui solummodo tenentur ad horas canonicas, restituere debent omnes fructus, *ita Henriquez lib.13.c.13.num.2.Lopez 2.par.cap. 95.Less.lib.2.cap.34.dub.32.Aragon.2.2.quæst.83.art.13.Tolet. lib.2.c.12.n.5.Laym.lib.4.Theol.mor.tract.2.cap.5.num.1. & 2. Molfes.in Sum.tract.5.c.5.n.8.& alii apud Bonac. loco cit.disp. 1.q.5.punct.3.n.2.& in Tract. de oner.& oblig.Beneficiar. ad resid.disp.5.punct.4.n.5.* ubi addit, ita etiam taxandam esse 9 fructuum partem, quando restitutio fieri debet ob non residentiam.

Immò alii senserunt, quod Episcopus, & Parochus quin- 10 tam partem pro rata restituere debeant, Canonicus quartam alii beneficiarii tertiam, & reliquum ratione tituli, & onerum retinere possint *ita Dian.p.1.tr.12.res.8. ubi cit.Sylv. in 2.2.q.83.art.13.conclus.4. Homobon.in exam.Eccles.p.1.tr.4.c. 5.q.42. Fernand.in suo exam.Theol.p.3.c.13.§.8.num.2.Sot.lib. 10.q.5.art.6. Medin.lib.1.c.14.§.11.Petr.de Ledesm.in sum.to.2. tr.9.c.4.concl.11.Raph. Torres in 2.2.tom.1.q.83. de Horis can. contr.9.num.40.*

Addit *Jo: Salas de legib.disp.15.sect.2.n.27. quem refert, &* 11 *sequitur Dian.loco cit.d.res.8.vers.Tandem addam &c.* quod Beneficiatus non tenetur restituere fructus, quos ante omissam Divini officii recitationem lucratus est; quia pœna non est, ut fructus jam suos restituat, sed ut non faciat fructus suos.

S U M M A R I U M.

1 *Patronis laicis ad præsentandum quatuor menses, Ecclesiasticis verò sex conceduntur: limitatur n.15.& 16.*
2 *Quando currat prædictum tempus.*
3 *Præsumitur, quod Patronus debito tempore præsentaverit, & vacationem ignoraverit, nisi scientia in contrarium probetur.*
4 *Quod tempus Patronis præscriptum sit ad contradicendum permutationibus, vel resignationibus factis de beneficiis patronatis, absque consensu eorumdem Patronorum, & quando currat prædictum tempus.*
5 *Quando Patroni admittantur ad præsentandum post elapsum tempus.*
6 *Episcopus elapso tempore Patronis concesso ad præsentandum potest pro illa vice beneficium jurispatronatus conferre tanquam liberum: declaratur, & limitatur n.10.*
7 *Quod tempus detur Episcopo ad conferendum beneficia sibi devoluta, & n.9.*

Epis-

Episcopus tenetur servare naturam beneficii quoad qualitates personæ providendæ, ibid.n.7.

8 *Quid probare debeat is, qui habet gratiam fundatam in devolutione ob negligentiam Patronorum in præsentando intra tempus a jure præfixum.*

10 *Quando ius præsentandi in defectum Patronorum devolvatur ad Episcopum, & quod tempus eo casu Episcopo ad præsentandum concedatur.*

11 *An possit Episcopus terminum Patronis a jure statutum prorogare.*

12 *Quando Episcopus censeatur terminum prorogasse.*

13 *An possit ordinarius quadrimestre, vel semestre hujusmodi minuere invitis Patronis.*

14 *Quid si Patronus præsentaverit indignum, vel non idoneum, & n.11.*

15 *Quod tempus detur respectu Ecclesiarum Parochialium de Jurepatronat. & an hoc tempus possit ab Ordinario prorogari.*

16 *Regibus, & aliis supremis Principibus non currit tempus statutum ad præsentandum.*

17. *An, & quando valeat collatio facta ab Episcopo jure ordinario de beneficio jurispatr. spreto Patrono.*

18 *An similiter valeat provisio facta ab ordinario de beneficio electivo, si Electores non elegerint, vel contradixerint.*

19 *An in concursu valeat examen factum ante lapsum termini in edicto expressi.*

20 *An Patroni possint sibi dividere tempus ad præsentandum absque ordinarii licentia.*

21 *An Patroni plurium beneficiorum possint convenire, quod unus præsentet ad unum, & alter ad aliud beneficium.*

22 *An Patronus, qui præsentavit solus per 40. annos, præscripserit sibi jus præsentandi privativè quoad alios compatronos.*

23 *An in reservatione pensionis super beneficio Jurispatronatus requiratur consensus Patroni.*

24 *An vertente lite inter patronos, vel præsentatos, eaque non terminata intra tempus requisitum, collatio beneficii ad Episcopum devolvatur.*

CAPUT XV.

Quantum temporis Patronis præscriptum sit ad præsentandum.

1 RESP. quod Patronis laicis spatium quatuor mensium concessum est, *cap.cum propter, de Jurep.* si verò jus-patronatus sit ecclesiasticum, vel mixtum, sex menses Patronis hujusmodi præscribuntur, *c.un.§.verum, eod.tit. in 6. & in hoc conveniunt omnes DD.*

2 Hoc autem tempus non a die vacationis beneficii, sed a die scientiæ vacationis currit, *cap.quia diversitatem, ubi gl. fin. quam DD.communiter sequuntur, de Concess. præb. Garc. de benefic.par.*10. *cap.2.nu.34.* ubi dicit, quod etiamsi testator mandasset præsentationem fieri intra quatuor menses a die mortis vel vacationis, adhuc debet intelligi, & suppleri, *&*
3 *a die notitiæ;* unde præsumitur, quod Patronus debito tempore præsentaverit, & vacationem ignoraverit, nisi scientia in contrarium probetur, *Menoch.præsump.77.n.14. lib.6. Barbos. de offic.& potest. Episcop.alleg.72.num.136. Garc. loco cit.num.36.*

4 Simile tempus Patronis a jure præscriptum est ad contradicendum permutationibus, vel resignationibus factis de beneficiis patronatis absque consensu eorumdem Patronorum, ut *post Felin.in tract.Quand.litter.Apostol.noc.Patron.Eccles.n. 11.vers.lim.10.Covar.pract.q.c.36.n.9. dixit Rota coram Penia dec.532.* ubi etiam, quod quadrimestre, vel semestre in tali casu non currit nisi a die scientiæ admissionis permutationis, vel resignationis.

5 Constare verò debet de scientia omnium Patronorum, si plures sint, quia ignorantia unius ex compatronis suffragatur etiam aliis habentibus notitiam, ita ut intuitu istius ignorantis admittantur cæteri ad præsentandum post elapsum tempus, *secundùm Jordan.lib.10.tit.7. de Jurep. n.340. ubi refert, ita sensisse Rotam in Firmana Altaris 12. Maii 1595. & in Spoletana beneficii* 28. *Maii* 1588. *coram Bub.* contrarium tamen tenuit *Rota in Spoletana beneficii* 28. *Maii* 1590. *coram Card. Blanchetto, prout refert Grac. de benef.p.10.c.2.n.41. Barbos. de offic. Episc.p.3.alleg.72.n.137. Ferentill.ad Burat.dec.18.nu.20.* ubi, quod jus præsentandi conservatur in uno ex Patronis, qui scientiam vacationis non habuit, aliis propter scientiam exclusis.

6 Elapso tempore prædicto Episcopus pro illa vice potest beneficium jurispatronatus conferre tanquam liberum, *cap. Antonell. de Tempore.*

si verò 22.de Jurep. etiamsi lapsus fuerit unus tantùm dies, *Nav.cons.3.de jurep.in antiq. Sayr.dec.3.eod.tit. quos refert & sequitur Ric.in prax.for. Eccles.p.1.res.326.n.4.* & tunc Epis- 7
copus ad illud conferendum habet semestre, quod similiter currit a die scientiæ devolutionis, *d.cap.quia diversitatem, de concess.præb. Azor.par.2.lib.6.c.27.q.11. & alii apud Jordan. loco cit.nu.334.& seq. Ric.d.res.326.n.1. & decisum refert Grac. de benef.p.7.c.1.n.113.& p.10.c.3.n.12.* tenetur tamen Episcopus servare naturam beneficii quoad qualitates personæ providendæ, ut *post Campan.rubr.11.c.13.n.485. tradit Jord. loco cit.num.334.*

Quare habens gratiam fundatam in devolutione ob ne- 8
gligentiam patronorum in præsentando intra tempus a jure præfixum, debet probare sufficienter scientiam ipsorum: deinde, quod Episcopus neglexerit post lapsum dicti temporis conferre, *Rot.in Firmana altaris 5. Decembris* 1594. *coram Blanchetto, quam refert Grac.de benef.par.10.c.2.n.37. & dixit etiam Rot.coram Burat.dec.18.n.2.& seq.* ubi, quod ad hunc effectum probari debet scientia Episcopi, ad quem ob negligentiam patronorum spectat collatio, cum lapsu semestris; unde non sufficeret probare in tali casu lapsum quatuor, vel sex mensium, qui Patronis a jure ad præsentandum conceduntur, nisi probetur etiam lapsus semestris, quod post spatium quatuor, vel sex prædictorum mensium ordinario competit, *cap.2.de concess.præb. Mantic.dec.260.n. 3. Ric.in collect.dec.2453.par.6.* ubi dicit, quod potest Epis- 9
copus, Patrono laico intra quadrimestre non præsentante, beneficium conferre infra sex menses ab ultima die dicti quadrimestris computandos, *& ità resolvit Rota in Valentina jurisp.20. Martii* 1589. *coram Orano, relat. per Grac.p.7. c.1.num.113.*

Hæc tamen conclusio procedit, quando Episcopus est 10
ordinarius collator, seu institutor: tunc enim potest conferre beneficium tanquam liberum; secus si institutio pertinetet ad inferiorem: nam in tali casu non potest libere conferre, sed in defectum patronorum jus præsentandi devolvitur ad ipsum Episcopum, qui præsentare debet quem maluerit ipsi institutori, ut ab eo instituatur; quo casu Episcopus ad præsentandum habet tot menses, quot patronis a jure concessi sunt, videlicet quatuor in Jurepatr. sæculari, & sex in Ecclesiastico, vel mixto, *secundùm Innoc. in cap. cum in cunctis, §.fin.de Elect. Abb.in c.2.de Concess.præb. Jo: Nic.Delph.de Jurep.nu.176.prout illos refert Jord.d.lib.10.tit.7. num.357.*

An verò possit Episcopus tacitè, vel expressè terminum 11
patronis a jure statutum prorogare? Resp. quod potest prorogare in sui præjudicium, dummodo hujusmodi prorogatio non excedat semestre sibi concessum *per d.c. quia diversitatem:* nisi fortè patronus scienter indignum præsentaverit: quia cùm patronus eo casu privetur jure præsentandi pro illa vice; ut *latè probat Cevall.in spec.opin.commu.con.commu.qu.* 659. non licet Episcopo tempus prorogare ad novam præ- 12
sentationem, *Lambert.lib.2.par.2.art.27.num.3.quæst.1. Perez de Lara de Capellan.lib.2.c.9.n.33. Barbos.d.alleg.72.num.* 170 *Jordan.d.tit.7.num.324.& 325.* subdens *num.348.* quod ordinarius censetur terminum prorogasse, si discordantibus patronis posuisset Oeconomum in beneficio, *cap. cum vos, de offic.ordin. Crescen. decis.12. titul.de Dilation.* non potest autem ordinarius minuere terminum quadrimestris, 13
vel semestris a jure præscriptum, invitis Patronis, *Vrvian. de jurepatr.par.2.lib.7.cap.7. & decisum refert Barbos.d.alleg. 72.num.143 Jordan ubi supra, num.346.* quia indultum a jure beneficium non potest per Judicem tolli, *cap.indultum, de reg.jur.in 6.*

Notandum est etiam, quod si Patronus laicus ignoranter 14
præsentaverit indignum, vel non idoneum, non poterit statim Episcopus ordinario jure beneficium conferre, nisi lapso tempore ad præsentandum concesso, *gl.in c.cum vos, ver.idoneæ, de off.jud.ordin. quam DD.communiter sequuntur:* idem dicendum, si præsentaverit aliquem nondum clericali tonsura, seu minoribus ordinibus insignitum; quia talis præsentatio non reprobatur, dummodo nominatus, antequam personaliter præsentetur Ordinario, ordines susceperit, *Marescot.var.lib.1.cap.83.num.9.& sequ. Pænia decis.4. per tot.*

Limitatur supradicta conclusio in Ecclesiis Parochiali- 15
bus de Jurepatron. quarum respectu non quadrimestre, aut semestre, sed decem dierum terminus datur per *Concil. Trident.sess.24. de ref.cap.18.* qui ab ordinario prorogari non potest ultra alios decem dies *juxta constitution. Pii V. incip. in conferendis vers.probibentes, & not.Jordan. dict.lib.10.tit.7. num.355.*

Limitatur 2. in Regibus, & aliis supremis Principibus 16

jura imperii in suis dominiis habentibus, quibus etiam scientibus de æquitate non currit tempus ad præsentandum præfinitum: tum quia ex variis, & continuis occupationibus censentur juste impediti; tum etiam quia non expedit cum illis apices juris servare, *ut post Caben. de Patronatib. Regiæ cam. cap. 28. nu. 7. & 8. docet Barbos. loco cit. num. 137. Jordan. num. 341.*

17 Quæres, an collatio facta ab Episcopo jure ordinario de beneficio jurispatr. spreto Patrono, valeat, ubi Patronus non præsentavit, nec contradixit infra tempus datum ad præsentandum? Resp. affirmativè tum quia tunc ordinarius confert ex jure, & potestate originali, tum etiam quia collatio facta, spreto Patrono, solum est nulla in favorem Patroni, atque adeò eo volente, & reclamante, non aliàs, *Caputaq. dec. 133. p. 1. Rot. dec. 77. n. 4. p. 1. Divers. & communem dicit Paris. de Resign. benef. lib. 8. q. 10. n. 10. Grac. de Benef. p. 5. c. 9. n. 232.*
18 ubi idem dicit in beneficio electivo, ut non eligentibus, vel
contradicentibus electoribus infra sex menses, provisio or-
19 dinarii valeat, *& p. 10. c. 3. n. 32.* quemadmodum in cursu valet examen factum ante lapsum termini in edicto expressi, si nullus postea compareat, *ut diximus in tract. de Regim. Eccles. Episc. p. 1. lib. 3. c. 5. n. 12.*

20 Quæres 2. an Patroni possint sibi dividere tempus ad præsentandum absque ordinarii licentia? Resp. affirmativè: & ita ad unum Patronum spectare potest jus præsentandi ad tres annos, ad alium ad alios tres annos, seu plures juxta conventionem, *clem. 2. de jurep. Achil. de Grass. dec. 2. de jurepatr. Jordan. d. lib. 10. tit. 7. n. 281.*

21 Addit *Ang. in ver. juspatr. §. 7. quem refert, & sequitur Jord. ibid. vers. similiter*, quod si Patroni plures haberent ecclesias, possent convenire, quod alter præsentet ad unam, & alter ad aliam, quia sicut permittitur divisio in tempore, ita etiam respectu Ecclesiarum, *arg. l. miles ita, vers. & quia diximus, ff. de milit. testam.*

22 Quæres 3. an Patronus, qui præsentavit solus per 40. annos, præscripserit sibi jus præsentandi privativè quoad alios compatronos? Resp. affirmativè, *cap. de quarta, extr. de præscrip. Rot. dec. 229. num. 1. & dec. 407. num. 1. par. 1. Divers.* immò addunt nonnulli DD. quod talis præscriptio currit etiam sine bona fide, si alii compatroni nunquam acquisiverint quasi possessionem præsentandi, *ita Anchar. in cap. sine possessione, num. 7. in fin. de Reg. jur. in 6. Balb. de præscrip. 2. p. 3. quæst. 13. num. 9. & alii apud Jordan. lib. 10. tit. 7. numer. 305. & sequ.*

23 Quæres 4. an in reservatione pensionis super beneficio jurispatronatus requiratur consensus patroni? Negativè respondet *Gig. de pension. q. 23. n. 9. Cassad. dec. 3. de jurepatr. Gambar. de offic. & pot. Legat. lib. 6. tit. de pension. n. 94. & seq. Seraphin. dec. 1264. n. 1.* quod intellige dummodò Papa notitiam habeat Jurispatronatus, *ut declaravit Rot. in Lucana pensionis 17. Febr. 1592. coram Orano, & in alia Lucana pensionis 4. Novembris 1579. coram Rubeo, prout refert Theodos. Rub. in suis singular. p. 1. circa Decis. Seraph. d. dec. 1264. fol. 115. vers. Nota cum in principio &c. & circa Decis. Orani 121. libr. 2. in Manuscris. fol. 404. col. 1. versus fin. ead. p. 1. Burat. dec. 794. nu. 7. & seq.* ubi etiam dicit, quod prætendens pensionem super beneficio Jurispatronatus impositam, esse nullam ex defectu consensus patronorum, probare debet, consensum hujusmodi non intervenisse.

24 Quæres 5. an vertente lite inter patronos, vel præsentatos, eaque non finita intra tempus datum ad præsentandum, collatio beneficii ad Episcopum devolvatur? Resp. quod Doctores in hoc distinguunt plures casus; quorum primus est, quando non constat de Jurepatronatus, nec præsentantes esse patronos: & tunc Episcopus potest liberè conferre nec tenetur expectare quadrimestre, vel semestre. Secundus casus est, quando dubitatur, an beneficium sit de Jurepatronatus; & tunc si patroni inter se litigant de jure, vel possessione Jurispatronatus, Episcopus non potest statim conferre, sed tenetur expectare patronos laicos per quatuor menses, & ecclesiasticos per sex, intra quos causa terminari debet, eaque non terminata Episcopus liberè conferre potest sine præjudicio evincentis. Tertius casus est, quando patroni litigant de præsentatione ex vi juris præsentandi, & tunc idem dicendum est quod in præcedenti casu. Quartus casus est, quando patroni in tempore jura sua deduxerunt, & requisiverunt Episcopum, ut causam expediret, & Episcopus distulit causam expedire, ut fieret locus devolutioni: nam tunc elapso etiam tempore, & causa non terminata non poterit Episcopus conferre jure devolutionis. Quintus casus est, quando patroni litigant super præsentatione ratione prærogativæ, vel formæ præsentationis, aut meritorum præsentatorum, & tunc ob lapsum temporis non poterit Ordinarius conferre. Sextus casus est, quando constat de Jurepatronatus, vel illud præsupponitur, & tunc lite pendente super præsentatione facta non potest Episcopus post lapsum quadrimestre, vel semestre beneficium alteri conferre. Septimus casus est, quando lis est super libertate Ecclesiæ, seu beneficii inter Episcopum, & patronos, & tunc ob lapsum temporis non est locus devolutioni. Octavus casus est, quando lis est inter ipsos præsentatos in tempore, prætendentes solum præsentationem de se factam esse attendendam, & hoc casu neque erit locus devolutioni, etiamsi lis non finiatur intra quadrimestre, vel semestre, *ita colligitur ex c. quoniam, c. si verò, & c. cum propter, ubi DD. de Jurepatr. latè Marescot. var. lib. 1. cap. 84. ubi citat Abb. in cap. cum vos, de offic. ordin. Lap. all. 78. num. 15. & 46. Lambertin. de Jurepatr. lib. 2. p. 2. q. 1. art. 12. num. 7. Rot. in Derthonen. Jurispatron. 8. Februarii 1599. coram Penia, quæ in impressis est dec. 589. & in eadem 10. Januarii 1600. & die 19. Februarii 1601. coram eodem, & in Legionen. parochialis 7. Octobris 1577. coram Card. Blanchetto, quæ est decis. 421. p. 1. Divers. & in Bracharen. beneficii 3. Martii 1603 coram Greg. XV. quæ in impressis est dec. 94.*

SUMMARIUM.

1 *Beneficia conferri debent intra sex menses.*
2 *Quando currant isti sex menses, & n. 3.*
4 *Elapsis prædictis sex mensibus collatio devolvitur ad Superiorem.*
5 *Quid si Episcopus nondum accepisset possessionem Episcopatus.*
6 *Et quid si Episcopus esset Cardinalis.*
7 *An tempus dictorum sex mensium currat Nuntio, vel Legato Papæ.*
8 *Et an currat contra impeditum.*
9 *Ad effectum devolutionis non sufficit scientia præsumpta, sed certa scientia in inferiori collatore probanda est.*
10 *Quando beneficium per inferiorem collatorem confertur indigno, vel incapaci, collatio devolvitur ad Metropolitanum, & de Metropolitano ad Papam.*
11 *An ignorantia hujusmodi incapacitatis, vel inhabilitatis excuset collatorem.*
12 *Beneficia parochialia liberæ collationis infra sex mensium spatium conferenda sunt, aliàs elapso dicto tempore Sedi Apostolicæ reservantur.*
13 *Quid si parochiales Ecclesiæ Jurispatronatus Ecclesiastici, vel laicorum, seu Clericorum, & laicorum simul fuerint.*
14 *Et quid si Parochiales Ecclesiæ vacent in mensibus Sedi Apostolicæ reservatis, & n. 15.*
16 *Superioribus, ad quos fit devolutio, dantur similiter sex menses ad conferendum, & n. 17.*
17 *Devolutio fit gradatim de inferiore ad proximum Superiorem, donec perveniat ad Papam.*
18 *Quid probare debeat impetrans beneficium uti devolutum.*
19 *Collatio facta a secundo collatore, antequam sit factus locus devolutioni, non valet.*
20 *Quomodo possit quis a Papa impetrare beneficia devoluta, & quid teneatur tunc probare.*
21 *Si provisio ex concordia inter Episcopum, & Capitulum fuit divisa per turnos, talis divisio non tollit, nec mutat jus devolutionis, quod datur ad proximum Superiorem.*
22 *Si Canonicus, cui ex decreto Capituli provisio competit in turno ipsius Capituli, provideret indigno, jus conferendi infra semestre revertitur ad Capitulum: limitatur n. 23.*
24 *Qui collationem beneficii infra biennium, vel triennium non acceptavit, præsumitur renunciasse collationi.*
25 *Electio fieri debet intra sex menses, limitatur n. 26. & 27.*
28 *Declaratur textus in c. nè pro defectu, de Elect.*
29 *An Episcopus vigore indulti possit conferre beneficium reservatum duplici reservatione.*
30 *Indultum non tollit facultatem Papæ, quin præveniendo possit tanquam de reservato conferre.*

CAPUT XVI.

Intra quod tempus beneficia conferri debeant.

RESp. quod conferri debent intra sex menses, *c. nulla, de Concess. preb.* quod procedit, etiamsi Episcopus conferat vigore indulti: quia collatio vigore indulti censetur facta auctoritate ordinaria, *Rota in Reatina præpositura 23. Januarii 1605. coram Coccino, Beltra. ad Greg. dec. 99. n. 5. & seq. & dec.* 1

& dec.291.Rot.dec.444.p.5.to.2.Recen. ubi, quod indulta tol-
lunt omnium reservationum obstacula, & reducunt provi-
sionem ad viam juris, *Ferentill.ad Burat.dec.622.n* 11. *Gonz.*
ad reg.8.glos.24.num.24.& seq.& præcipuè num.68. isti verò
2 sex menses a die scientiæ, seu notitiæ vacationis computan-
tur, *cap.licet, de Supplen.negl.Prælat.cap.quia diversitatem,*
*eodem tit.de Concess.præb.Garz.de benef.p.*10.*cap.2.per tot.* ubi
etiam dicit, quod dicti sex menses a tempore scientiæ cur-
runt de momento ad momentum secundum quod menses
currunt ita, ut si quis vacationem beneficii sciverit die 1.
Martii hora 11. semestre hujusmodi finiatur die prima Sep-
tembris hora 10. completa, *juxta gl.in c.quam sit, ver. men-*
sem, de Elect.in 6.
3 Hæc autem notitia vacationis determinari debet per Judi-
cem considerata, qualitate beneficii, fama, ac modo vaca-
tionis, distantia locorum, & aliis circumstantiis, ut post
*Jo: Andr. Abb.& alios d.idem Garz.loco cit.n.*31.*&* 33.
4 Elapsis vero sex mensibus prædictis collatio devolvitur ad
Superiorem, videlicet ad Archiepiscopum, & de Archie-
piscopo, ad Papam *cap.2. de Concess.præb. dict.cap. licet de*
5 *Suppl. negl. Prælat.* etiamsi Episcopus nondum accepisset
possessionem Episcopatus, dummodo per ipsum steterit,
ut censuit Rota in Placentina Parochialis coram Seraphin. 28.
Junii 1585. *& coram Pamphil.*20. *Decembr. ejusdem anni*,
& coram Rub.24. Martii 1586. *prout refert Jordan.lib.*10.*tit.*
6 12.*n.*13.*& seq.* quod etiam procedit in Episcopis Cardinali-
bus non conferentibus beneficia intra sex menses: nam licèt
possint beneficia vacantia in mensibus Apostolicis conferre
per reg.8. Cancellariæ, tamen elapsis sex mensibus ad Archie-
piscopum fit devolutio dummodò aliàs dispositioni Apposto-
licæ beneficia tunc vacantia, reservata, vel affecta non fue-
rint *Rot.decis.774.lib.3.par.3. Divers. Garz. de benef.par.5.c.*1.
*num.*631.
7 An verò tempus dictorum sex mensium currat Nuntio,
vel Legato Papæ? negant *Doctores apud Garz.de benef.p.5.c.*
3.*n.*253.*& apud Jordan.d.lib.*10.*tit.*12.*n.*17. ubi *n.26. & sequ.*
8 addit, quod neque currit contra impeditum etiam ex pro-
pria culpa, dummodo impedimentum per se removere ne-
queat, *cap.quia diversitatem de concess. præb. & ita resolvit*
Rota in Placentina Parochialis de Malpartida 24. *Martii*
1586. *coram Bub.quam refert idem Garz.p.*10.*c.*2.*n.*17.*&* 24.
subdens, quod non sufficit allegare impedimentum, nisi et-
iam probetur, fuisse adhibitam omnem diligentiam in illo
removendo.
9 Ad hunc autem effectum devolutionis non sufficit scien-
tia præsumpta, sed certa in inferiori collatore scientia pro-
banda est, *Rota coram Seraph.dec.*380.*& in Sabinen. Benefi-*
ciorum 11.*Maii* 1584.*coram Gipsio, & in Salamantina portio-*
nis 23.*Junii* 1586.*coram Bub.ut refert Barbos. de offic. & pot.*
*Episc.p.2.all.*58.*n.*18.*&* 19.
10 Similiter, quando beneficium per inferiorem collato-
rem confertur indigno, seu inhabili, & incapaci, collatio
devolvitur ad Metropolitanum, & de Metropolitano ad
Papam, *c.cum in cunctis, §.fin. de Elect.* quo in casu statim
11 fit devolutio, nec ignorantia incapacitatis collatorem ex-
cusat, quia debuit scire conditionem ejus, cui confert be-
neficium, *Mantic.dec.*158.*n.*1.*&* 2. *Rot. in Valentina Jurisp.*
20.*Martii* 1589. *coram Orano quam refert Garz.de benef.p.7.c.*
1.*num.*113.
12 Beneficia item parochialia liberæ collationis infra sex
mensium spatium a die vacationis peracto examine juxta for-
mam Concilii Tridentini conferenda sunt, aliàs elapso dicto
tempore Sedi Apostolicæ reservantur, *ex Constit.Pii V.incip.*
in conferendis &c.
13 Si verò Parochiales Ecclesiæ Jurispatronatus Ecclesiasti-
ci, vel laicorum, seu clericorum, & laicorum simul fue-
rint, institutio intra duos menses a die præsentationis fa-
cienda est, quibus elapsis eadem institutio devolvitur ad
Metropolitanum, vel viciniorem ordinarium aut ad Sedem
Apostolicam arbitrio Patronorum, *ex citata Constitutione*
Pii V.
14 Vacantibus verò Parochialibus Ecclesiis in mensibus Sedi
Apostolicæ reservatis, tenentur Ordinarii intra quatuor
menses, a die illarum vacationis attestationem examinis
cum significatione personæ magis idoneæ electæ ad Papæ
Datarium transmittere; quibus quatuor mensibus transactis
electus cadit a sua electione & collatio libera spectat ad Pa-
pam, *ut ex d. constitutione Pii V. observat Jord. lib.*10.*tit.*8. *de*
*collat.paroch.n.*94.
15 Hoc autem quadrimestre currere similiter a die habitæ no-
titiæ vacationis, licèt bulla dicat, a die vacationis resolvit
*Garz.de benef.p.*10.*c.*2.*n.*32.
16 Superioribus vero ad quos fit devolutio, dantur similiter
Antonell. de Tempore.

sex menses ad conferendum *argum. c. nè pro defectu de Elect.*
*Garz.d.p.*10.*cap.*3.*num.*9.*Barbos.allegat.*58.*n.*11.*& seq. Man-*
*tic.dec.*260.*num.*2.*&* 3. ubi etiam dicit, quod devolutio fit
gradatim de inferiore ad proximum Superiorem, donec ve- 17
niat ad Papam, & quilibet eorum habet sex menses ad con-
ferendum, qui currunt non a die vacationis, sed a die scien-
tiæ, cum ante scientiam vacationis non possit cuique negli-
gentia imputari *d.c.quia diversitatem, in fin.de Concess.præb.*
& ideo impetrans beneficium uti devolutum debet probare 18
gradatim lapsum temporis præfixi inferioribus collatoribus,
ac eorum scientiam, *Rot.in Firmana altaris* 27.*Januar.*1595.
coram Blanchetto, & in Casertana beneficii 5. *Maii* 1595. *co-*
*ram eodem, quas refert Garz.de benef.d.p.*10.*c.*3.*nu.*13. sub- 19
dens, *n.*31. quod collatio facta a secundo collatore, verbi
gratia ab Archiepiscopo, antequam sit factus locus devolu-
tioni, non valet.
Observa, tamen, quod duobus modis potest quis a Papa 20
impetrare beneficia devoluta, vel tanquam ad Sedem Apo-
stolicam devoluta juxta Lateranen. statuta Concilii, & tunc
debet probari devolutio gradatim, *ut supra diximus*; vel
tanquam devoluta ad inferiores ob negligentiam primi Colla-
toris vel ob non factam a Patrono præsentationem in tempo-
re: potest enim Papa concurrere cum Episcopo, Archiepi-
scopo, & Legato, ad quos facta est devolutio: & in tali ca-
su sufficit probare negligentiam primi Collatoris *Garz.de be-*
*nef.d.p.*10.*c.*3.*n.*30.*Gonz.ad Reg.8.Cancell.§.3. proœm.nu.*3.*&*
*seq.& §.4.n.*88. *& sequ.* ubi etiam dicit, quod in dubio non
præsumitur, Papam velle prævenire, seu concurrere cum
inferioribus, constabit vero in intentione præveniendi, si
in supplicatione narretur, a quo tempore beneficium vacavit,
& ex narrativa appareat, quod lapsa non fuerint omnia se-
mestria inferiorum: tunc enim gratia a Papa concessa jure
præventivo substinebitur, *idem Gonz.d.§.4.n.*89.*& seq. post*
Mandos.in Reg.de Ann.q.fin.n 6.
Observa 2. quod si jus conferendi spectat simul ad Episco- 21
pum, & Capitulum, & provisio ex concordia fuerit divisa
per turnos, capitulo non conferente in suo turno infra tem-
pus a jure statutum, aut conferente alicui incapaci, vel in-
digno, non fit devolutio ad Episcopum, qui est par colla-
tor cum capitulo, sed ad superiorem: quia divisio non tol-
lit, nec mutat jus devolutionis, quod datur ad proximum Su-
periorem, *Rota in Romana beneficiatus S. Petri*, 28. *Aprilis*
1595.*coram Gipsio, &* 20.*Novembr.*1596.*coram Corduba, pro-*
*ut refert Garz.loco cit.c.*3.*n.*35.*& seq.* subdens, quod si cano- 22
nicus, cui ex decreto Capituli provisio competit in turno
ipsius Capituli, provideret indigno, jus conferendi infra se- 23
mestre revertitur ad capitulum, nisi scienter talem provisio-
nem ratam habuerit, *c.si compromissarius, de Elect.in 6.*
Observa 3. quod si quis collationem beneficii intra bien- 24
nium, vel triennium non acceptaverit, præsumitur re-
nunciasse collationi, *latè Ric.in Prax. Eccles. for. tom.pr.*
*par.2.resol.*474. *Paris.de Resign. benef. libr.*10. *quæstion.*8. *nu-*
*mer.*18.
Observa 4. quod etiam electio intra sex menses fieri debet, 25
ut notatur in c.quia diversitatem, de Concess.Præb.Inn.Hostien.
Abb.Jo: Andr.& alii in c.ne pro defectu, de Elect. & alii apud
*Jord.lib.*10.*tit.*12.*n.*4. exceptis Ecclesiis cathedralibus, & re- 26
gularibus, in quibus electio, & provisio intra tres menses
facienda est, *d.c.ne pro defectu, de Elect.* ubi etiam statuitur,
quod is, ad quem fuit devoluta potestas in tali casu, intra 27
tres alios menses eligere, ac providere debet, *Garz. de be-*
*nef.p.*10.*c.*2.*n.*2.*& seq.* subdens, dictum textum *in cap.nè pro*
defectu, intelligendum esse respectu principalis Prælati, 28
nempe Episcopi quoad Ecclesias Cathedrales, & quoad Ec-
clesias Regulares respectu prælatorum perpetuorum princi-
palium, quocunque nomine nuncupentur, sive Abbates,
sive Priores, sive Præpositi.
Observa 5. quod licet Episcopus vigore indulti, possit 29
conferre beneficia Sedi Apostolicæ reservata, *ut dixit Rota*
in Burgen.fructuum 28. *Novembris* 1608.*coram Pegna, prout*
*refert Theodos.Rubeus in suis singular.*102.*in ver.Indultum*, ta-
men non posset conferre beneficia, quæ duplici reservatio-
ne sunt affecta, *ut decisum refert Sarnen.in Regul. de Impetr.*
*benef.per obit.q.*15.*in princip.Caput aq.dec.*85.*par.*2.*Duran.dec.*
68.*num.*7. quod procedit, quando reservationes sunt perso-
nales, putà si quis sit familiaris Papæ, & Prothonotarius;
secus si una esset realis, & altera personalis, quia hoc casu
potest Episcopus conferre, *Sarnen. loco citato dict. quæst.*15.
*Beltramin. ad Greg.decis.*291. *numer.*11. *ubi dicit, ita fuisse re-*
solutum coram Verospo, & Ubaldo in voto dato in causa Cese-
naten. de anno 1615. nisi concurreret familiaritas Papæ, quia
tunc ea tanquam nobilior, & illustrior præfertur ita, ut col-
latio spectet ad ipsum Papam, *Seraph.dec.*1251.*n.*14.*& seq.*

Theodos.Rub.in singul.tom.2.in ver.reservatio, ubi alias Rotæ decisiones refert.

Item procedit supradicta conclusio in Indultario, qui non est collator ordinarius; nam si esset collator ordinarius, indultum comprehenderet etiam reservata duplici affectione, *German.de Indulto, in §.commendare, n.24.quem refert, & sequitur Beltramin.loco citato*, indultum enim hujusmodi respectu Episcoporum Cardinalium, quibus conceditur, est favorabile, & ideò lata interpretatione adjuvandum est contra ipsum concedentem, *l.beneficium, ff. de Constit. Princip. Sarnen.in d.reg.de Impetr.ben.vac.per obit.&c. qu.15. vers.sed istis non obstantibus, Crescent.dec.3.de Privil.Cassad.dec.3. n.3. eod.tit.* ut propterea non veniat sub generali derogatione indultorum, *Gonz.ad reg.8.gl.24.n.42.Rot.dec.537.par.3.libr.3. Diver.Achil.de Graff.dec.2.de Privil.alias dec.348.* subdens, quod indultorum Cardinalium derogatio intelligitur de indultis concessis Cardinalibus extraordinariis, non ordinariis collatoribus.

Similiter prædicta conclusio procedit, quando indultum loquitur de una tantùm reservatione, quia tunc ex illa specificatione facta in indulto, manifestè apparet, quod Papa noluit dare provisionem de beneficiis reservatis alio modo, *ut rectè concludit Caputaq.d.dec.85.p.2.arg.l.cum Prætor, ff.de Judic.* secus esset, quando in indulto facta est mentio utriusque reservationis explicitè: vel implicitè: quia eo casu potest Cardinalis habens indultum conferre beneficia, etiamsi duplici reservatione essent reservata, cùm Cardinalis sublato obstaculo reservationum, propter indultum, conferat jure proprio, perinde ac si non essent inductæ reservationes, *ut in specie dictum fuit in Tudertina unionis 30.Januarii 1623. Card.Cavaler.inter ejus impressas dec.628.num.7. & ita sensit etiam Ægid.dec.425.Simonet.de Reserv.q.83. Sarnen.in d.reg. de impetr.benef.vac.per obit.&c.q.15.vers sed istis non obstantibus &c.quos refert Gonz.gl.13.num.101.Ferentil.ad Burat.dec. 622. num.11.*

30 Notandum tamen est, quod non obstante indulto non est ligata manus Papæ, quin præveniendo possit tanquam de reservato conferre, *Garz.de benef.p.5.c.1.n.628.Gonz.ad reg. 8.gl.53.n.20.& seq. & fuit dictum in Papien. Beneficii 10. Aprilis 1617.coram Andrea, & in Salisburgen.Præpositure 7.Junii 1621.coram Verospo;* quod procedit, etiamsi indultum tolleret gratias præventivas, quia non intelligitur de præventione per concursum, sed de gratiis prævenientibus vacationem, *fuit dictum in Hispal.portionis 24.Februarii 1597.coram Orano, prout refert Beltram.ad Greg.d.dec.291.n.12.*

S V M M A R I V M.

1 *Episcopo non est præfinitum aliquod tempus, intra quod facienda sit institutio.*

Textus in cap.nulla, de Concess.præb. declaratur, ibid.

2 *Quid si Episcopus absque causa differat devenire ad institutionem.*

3 *Ad instituendum præsentatum ad Ecclesias Parochiales hodiè præfixum est tempus duorum mensium post præsentationem.*

4 *An ad conferendum beneficia resignata ex causa permutationis tempus Episcopo præfixum sit.*

5 *Et intra quantum tempus provisus teneatur provisionem publicare, & possessionem beneficii capere.*

6 *Quid si resignatio fiat in Curia.*

7 *Et quid si beneficium sponte dimittatur.*

8 *Ex triennali possessione præsumitur facta publicatio: limitatur num.9.*

10 *Quando Resignatarius teneatur publicationem exhibere.*

11 *An ad possessionem beneficii per mortem vacantis a jure præfixum sit tempus.*

12 *Quid si Resignatarius non ceperit possessionem, aut resignationem intra debitum tempus non publicaverit.*

13 *Si plures reperiantur Datæ, tempus publicandi currit a tempore primæ Datæ.*

14 *An teneatur publicare is, in quem transfertur pensio.*

15 *Vicarius Episcopi sine speciali mandato non potest admittere beneficiorum resignationes, limitatur in Vicario Capituli num.16.*

17 *An excusetur Resignatarius, qui ob legitimum impedimentum publicationem facere non potuit.*

18 *Cui incumbat onus probandi, quod non fuerit facta hujusmodi publicatio.*

C A P U T XVII.

An Episcopo præfixum sit tempus ad instituendum præsentatum a Patronis.

Respondet *Jord,to.2.de re beneficiar.lib.10.tit.7.de Jurepatron. n.406.* quod Episcopo ad hunc effectum præfixum est tempus sex mensium, quemadmodum simile tempus ei constitutum est ad conferendum beneficia liberæ collationis, *juxta textum in cap.nulla, de concess.præb.* 1

Contraria tamen sententia verior videtur: textus enim in *d.c.nulla*, habet tantùm locum in habente liberam potestatem conferendi, non autem in collatione necessaria; unde Episcopo non esse præfinitum aliquod tempus, intra quod facienda sit institutio, resolvit *Sylv.in ver Juspatronatus, q. 6.vers.Quartum semestre &c.Ric.in prax.for.Eccl.p.2.res.260. Barbos.de off.& pot.Epis.p.3.alleg.72 n.191. & alleg.126.n.52. Rot.coram Penia dec.589.n.2.& seq.Boer.dec.312. n.2.p.1.*

Observa tamen, quod si Episcopus absque causa differat devenire ad institutionem, possunt Patroni, vel præsentati adire superiorem, ut Episcopo terminum præfigat ad instituendum, quo elapso, & institutione non sequuta, ad ipsum superiorem devolvitur jus instituendi, *Sylv.loco cit.Zerol.in Prax.Episc.p.1.ver.Juspatronatus, §.8.dub 3.Guttier.de juram.confir.p.3.c.13.n.8. Rota in Feltrina Canonicatus 5. Decembris 1603.coram Ortembergo*, ubi dictum fuit, quod ut possit appellari a retardata, seu denegata institutione, seu negligentia requiritur trina interpellatio, *prout refert Barbos.d.all.72.n.192.& seq.* 2

Observa 2. quod ad instituendum præsentatum ad Ecclesias parochiales hodiè præfixum est tempus duorum mensium post præsentationem, *per constitutionem Pii V. incip. In conferendis*, quo elapso devolvitur jus instituendi ad Metropolitanum, seu viciniorem ordinarium, aut ad sedem Apostolicam arbitrio Patronorum, ut *d.Constit.Pii V.& notat etiam Jordan.loco cit.n.407.* & quidem cùm in his majus versetur periculum, brevius erat tempus præfigendum, *juxta gl.in c.2.de Concess.præb.* 3

Addit *Garz. de benef.p.10.c.4.n.2.* quod neque præfixum est tempus ad conferendum beneficia resignata ex causa permutationis; quod quidem procedit secundùm jus antiquum; nam ex constitutione Greg.XIII. *incip.Humano vix judicio*, 4 resignationes beneficiorum ex causa permutationis in manibus ordinarii, & aliorum inferiorum a Papa factæ, & infra 5 mensem admittendæ, vel reiiciendæ sunt, & provisio, si per eos facienda erit, fieri debet, provisus etiam infra tres menses a die factæ provisionis, illam publicare tenetur, & possessionem beneficii capere, aliàs nulla est provisio, & beneficium vacare censetur eò ipso, ejusque dispositio ad sedem Apostolicam devolvitur, ut *refert Quarant.in ver.benef.resignat.public.Garz.de benef.p.11.c.3.n.274.in fin. Paris.de Resign.benef.lib.11.q.2.n.3.& seq.* ubi etiam observat, quod si re- 6 signatio fiat in Curia, publicatio facienda est intra sex menses, si beneficium citra montes fuerit: ultra verò, intra novem a data concessionis gratiæ, & intra prædictum tempus possessio capi debet, *ut cavetur in d.constit §.is quoque & notat etiam Paris.de Resignat.benef.lib.10.q.6.n.62.* quicquid in contrarium sentiat *Ric.d.p.2.res.265.* ubi dicit, quod vivente Resignante potest semper Resignatarius capere possessionem, alio non existente possessore, subdens, quod si alius adsit possessor, non potest Resignatarius possessionem capere, nisi infra triennium.

Observa tamen, quod prædicta constitutio Gregor. XIII. 7 non habet locum in spontanea beneficii dimissione, *Rot.dec. 666.ex collect.per Fariu.prout refert Ric.in collect. dec.627.p.3.* quicquid dicant *alii apud Barbos.de off.& potest.Episc.p.3.alleg.69.num.48.*

Observa 2. quod ex triennali possessione præsumitur facta 8 publicatio juxta formam hujus constitutionis Greg.XIII. *ut decisum refert idem Ric.in Prax.for.Eccl.p.1.res.626.*

Limitatur tamen hæc conclusio, ubi tractatur de spolio, 9 vel quando ipse Resignatarius peteret, suam gratiam canonizari ad aliquem effectum; quia tunc triennalis hunc effectum non produceret, ut præsumatur publicatio, *Rota in una Bergomen.28.Februar.1586.coram Cantuccio, Innoc.in c. ex insinuatione, sub n.3.de Procur.Rebuff.in Prax.tit.de reserv. ad benef vacant.n.17.& alii apud Paris.de Resign.benef.lib.11. q.14.n.31.& seq.* ubi etiam dicit, quod tenetur Resignatarius publicationem exhibere, dum superior ex officio inqui- 10 rit, *ut notat etiam Prosp.de August.ad Quarant.in ver.benef. resign.publicat.vers.quam conclusionem &c.*

Observa 3. quod ad possessionem beneficii per mortem 11 vacan-

vacantis, non est a jure præfixum tempus, *Abb. in c. capitulum de Rescrip. quem refert Roer. dec. 24. nu. 10. p. 1. Ric. in Prax. for. Eccl. p. 2. res. 265.* subdens, quod talis provisus potest per superiorem privari beneficio, si differat possessionem accipere.

12 Observa 4. quod si Resignatarius non capiat possessionem, aut resignationem non publicet intra tempus in *d. const. Greg. XIII.* statutum, beneficium censetur vacare per mortem, non autem per resignationem, *Paris. de Resignat. benef. lib. 10. q. 6. n. 62. Ric. d. res. 265. n. 2.*

13 Observa 5. quod si plures reperiantur datæ, putà si supplicatio postea fuerit reformata, tempus publicandi currit a tempore primæ datæ, non autem secundæ, ut *ex dict. const. Greg. XIII. probat Paris. lib. 11. q. 2. n. 19.*

14 Observa 6. quod ille, in quem transfertur pensio, non tenetur publicare, quia constitutio Gregorii loquitur de beneficiis: pensio vero non est beneficium Ecclesiasticum, latè *Paris. ubi sup. lib. 11. q. 4. n. 28. & seq.*

15 Observa 7. quod licèt Vicarius Episcopi sine speciali mandato non possit admittere beneficiorum resignationes, ut *d.*
16 *idem Paris. lib. 7. q. 24. & alii communiter*, secus tamen esset in Vicario Capituli sede vacante, qui cum succedat in iis, quę sunt jurisdictionis, & fungatur in talibus vice Episcopi, potest etiam resignationes admittere, *Rot. dec. 6. de Rer. permut. in no v. Sbroz. de Vic. Episc. lib. 2. q. 71. n. 12. & alii apud Jord. loco cit. d. lib. 10. tit. 35. n. 24.*

17 Observa 8. quod non incurreret pœnas contentas in dicta constitutione Gregorii XIII. is, qui ob legitimum impedimentum publicationem facere non potuit, cum impedito non currat tempus, *c. quia diversitatem, de Concess. preb.* unde excusatur resignatarius, si Datarius litterarum expeditionem ad alicujus instantiam retardaverit, vel ipse Resignatarius, carceratus fuerit, & litteras expedire nec per se, nec per alium potuerit, dummodò omnem diligentiam pro hujusmodi impedimentis removendis adhibuerit, *Prosp. de August. ad Quaran. in ver. benef. resig. publicatio, limitat. 3. Gom. in reg. de Publican. Resign. q. 13.* idem dicendum, si ob sedis Pontificiæ vacationem bullas expedire nequiverit, quia tunc jus non redditur: vel si ipsæ litteræ expeditæ detinerentur a Judice, modò protestetur coram Judice, Notario, & testibus, per eum non stare, quominus publicatio fiat, *ut dicunt Doctores citati.*

18 Cui verò incumbat onus probandi, quod non fuerit facta hujusmodi publicatio? Resp. quod hoc onus incumbit impetranti beneficium tanquam vacans, ob publicationem non factam, cùm hoc sit fundamentum suæ intentionis, *latè Gabr. comm. concl. lib. 1. concl. 6. & in terminis hujus bullæ, Prosp. de August. loco cit. vers. Advenientem tamen &c. ubi dicit, hunc esse communem sensum Doctorum.*

S V M M A R I U M.

1 *Ex stylo Curiæ reservari solet regressus ad beneficium resignatum.*
2 *Quid requiratur, ut sit locus hujusmodi regressui, & nu. 3. 5. 6. & 7.*
3 *Nemo est privandus sua possessione, nisi fuerit citatus, etiamsi injustè videatur possidere.*
4 *An Emphyteuta possit absque citatione expelli, si fuit conventum, quod Dominus in certis casibus possit propria auctoritate possesrionem capere.*
6 *Procurator sine speciali mandato non potest caducitatem regressus declarare.*
8 *An in tali casu posrit purgari mora.*
9 *Quid si Titularis opposuerit de nullitate pensionis, & postea recesserit a lite.*
10 *An Pensionarius, qui non egit ad regressum contra defunctum, posrit agere ad eundem regressum contra successorem in beneficio.*
11 *Pensionarius recipiendo pensionem decursam videtur renunciasse regressui.*
12 *Successor in pœnam regressus incidit, si contravenerit decreto.*
13 *Regressui censetur renunciatum per assecurationem alterius beneficii incompatibilis.*

C A P U T XVIII.

Quando sit locus regressui ad beneficium resignatum.

1 UT faciliùs pensiones solvantur, ex stylo Curiæ reservari solet regressus ad beneficium resignatum in litteris enim reservationis pensionis aliquando adduntur ea verba, *nec non dicto N. vel aliquo ex successoribus in d. beneficio in solutione pensionis deficiente, seu illam ad minorem summam reduci, vel invalidari petente &c. liceat eidem N. liberum habere regressum, accessum, & ingressum, illiusque corporalem possesrionem per se, vel alium seu alios propria auctoritate liberè apprehendere*, quæ quidem practica videtur desumpta *ex textu in c. si beneficia, de præben. in 6.*

Ut autem sit locus regressui hujusmodi requiritur forma- 2
lis, & culpabilis protervia, & contumacia Titularis recusantis pensionem solvere, *Rot. dec. 368. n. 11. & dec. 431. nu. 12. coram Penia, & dec. 340. n. 7. p. 4. to. 2. Recen. & dec. 311. p. 5. to. 1. Recen. Sarnen. in reg. de Subrog. collitig. q. 7. vers. Secundus casus, Paris. de resign. benef. lib. 6. q. 3. n. 15.* ubi dicit, quod de stylo Curiæ datur regressus, si Titularis pensionem non solverit intra 30. dies, & lapsis mensibus sex post dies 30. si steterit in censuris pertinaciter.

Secundò requiritur citatio partis, & sententia Judicis de- 3
clarantis, quod tempus sit lapsum, & quod sit locus regressui, cùm non sufficiat solus cursus temporis, *Gom. decis. 15. lib. 2. impress. post dec. Coc. Paris. de Resign. benef. lib. 6. qu. 3. nu. 12. 36. & seq.* ubi dicit, quod Judex non debet regressum canonizare, nisi ipsimet principali fuerit facta intimatio litterarum, *Ciarlin. contr. for. c. 36. n. 8. & seq. Ferentill. ad Burat. dec. 528. n. 5.* ubi, quod ad hoc requiritur sententia etsi in litteris adsit facultas capiendi possessionem propria auctoritate: quia nemo est privandus sua possessione, nisi fuerit citatus, etiamsi injustè videatur possidere, *c. in litteris, extr. de Restit. Spol. c. licet Episcopus, de præb. in 6.* quemadmodum nec potest Emphyteuta absque citatione expelli, etiamsi in concessione 4
emphyteusis convenerit, quod Dominus in certis casibus possit absque citatione, & decreto Judicis & propria auctoritate possessionem capere; prius enim discutiendum est coram Judice, an sit locus pacto, seu conventioni, cùm aliter posset Dominus Emphyteutam possessione injustè privare, quod esset iniquum, & absurdum, *ut rectè observat Mantica dec. 194. per tot.* quicquid in contrarium afferat *Grat. disc.* 5
for. c. 921. n. 10. & seq. ubi dicit, quod concesso libero regressu cum facultate, apprehendi possessionem propria auctoritate, potest pensionarius possessionem capere absque citatione, & Judicis decreto.

Tertiò requiritur declaratio pensionarii, videlicet quod in- 6
tendat uti regressu in sui favorem apposito, *Put. dec. 81. lib. 2.* ubi dicit, quod facta hujusmodi declaratione, non solvens pensionem dicitur jure privatus: etiamsi a sententia declaratoria appellet, *Paris. de resignat. benef. lib. 6. q. 3. nu. 22. & sequ.* ubi, quod si pensionarius non declaravit intentionem suam, non esset locus regressui, *Caputaq. dec. 155. p. 1. & decis. 8. p. 3.* subdens, quod procurator sine speciali mandato non potest caducitatem regressus declarare, *Gonz. ad reg. 8. Cancell. gl. 56. n. 54. vers. Adeo ut &c.*

Addunt DD. quod ad hunc effectum requiritur, ut Pen- 7
sionarius lapsis 30. diebus declaret se velle, quod Titularis non solvens pensionem sit excommunicatus secundò, quod ei intimet hanc excommunicationem cum declaratione Judicis affigendo etiam cedulones, & expectando postea per sex menses, antequam petat regressum, *ita Paris. d. lib. 6. qu. 3. n. 25. Cassad. dec. 4. n. 2. de pension. Achil. dec. 5. nu. 4. & 11. eod. tit. Caputaq. dec. 155. p. 1. & alii apud Gonz. gl. 56. n. 54. & apud Ciarl. contr. for. c. 36. n. 10. lib. 1. & seq.* ubi etiam dicit, quod ex benigna interpretatione introductum est, nè talis excommunicatio incurratur, nisi prædicta præcesserint.

Observa tamen, quod in tali casu potest purgari mora et- 8
iam post tertiam sententiam, *Sarnen. in reg. de subrog. collitig. q. 7. vers. secundus casus, Rot. in Calaguritana prioratus 15. Januarii 1580. coram Card. Blanchetto, & coram Penia dec. 431. n. 3. & 4. & dec. 340. n. 8. p. 4. to. 2. recen.* ubi, quod potest purgari mora, etiamsi Titularis substinuerit censuras per multos annos.

Ex quo infertur, quod licèt Titularis stante prædicto de- 9
creto non possit opponere de nullitate pensionis, cùm detur etiam regressus in hoc casu, tamen si pœnitendo recederet a lite, posset similiter evitare hanc pœnam, *Sot. coram Penia dec. 368. n. 8. latè Paris. de resign. benef. d. lib. 6. q. 3. nu. 7. & seq.* subdens, quod per dictam clausulam non excluditur nullitas de jure: nisi fortè verba decreti sint amplissima, putà si dictum fuerit, quod ex quavis causa dari non possit de nullitate, vel de obreptione, & subreptione cum clausula, *sublata &c.* quia tunc præsumitur, Papam prohibuisse omnem molestiam tam de facto, quàm de jure, *Put. dec. 377. libr. 3. Rot. id. dec. 368. n. 6. & 7. coram Penia, Gom. dec. 15. lib. 2.* ubi addit, quod cùm privatio sit res odiosa, ideò per quamlibet causam etiam insufficientem evitatur.

Observa 2. quod si Titularis pensionem non solverit infra 10
men-

mensem, vel sex, aut per annum, & postea decesserit, non poterit Pensionarius agere ad regressum contra successorem in beneficio; quia cum non egerit adversus defunctum, videtur remisisse, *latè Paris.d.lib.6.q.3.n.25.& seq.* ubi etiam
11 dicit, quod recipiendo pensionem decursam videtur renunciasse regressui, non obstante protestatione contraria, *Put.dec.333.lib.1.Caputaq.dec.155.p.1.& dec.8.p.3.* subdens,
12 quod successor incideret in pœnam regressus, si ipse contravenerit decreto.

13 Observa 3. quod regressui censetur renunciatum per assecurationem alterius beneficii incompatibilis, *Put.dec.299.lib.2.Pen.dec.52.n.12.per textum in Clem.gratiæ,de rescrip.*

S U M M A R I U M.

1 *Clerici non residentes ante privationem citandi sunt, & qualiter citari debeant, & n.6.& 7.*
2 *Quid servare debeat Episcopus, antequam deveniat ad privationem, & n.3.& 4.*
5 *Quæ forma servanda sit contra Parochos in tali casu.*
7 *Quid si Clericus non residens fuerit citatus, & non potuerit comparere.*
8 *Quando provisio subsequens revocari debeat.*
9 *Cui applicandi sint fructus Canonici non residentis, vel ejus qui fidei professionem non emisit, & n.10.*

C A P U T XIX.

Quando Beneficiarius privari possit ob non residentiam.

1 Clerici non residentes ante privationem ter successivè per edictum citandi sunt in loco beneficii, si personaliter citari nequeant, ita, ut non sufficeret una citatio pro tribus: ac similiter expectandi sunt per sex menses ab ultimo edicto, quibus elapsis privari possunt beneficiis, ita enim statuitur, *in c.ex tuæ,extr.de Cleric.non resid.& dixit Rot.dec.131.p.4.to.2.recen.* Si verò personaliter citati fuerint, privari possunt beneficiis etiam non expectatis sex mensibus, & in tali casu non requiritur trina citatio, sed una sufficit, *Rot.dec.67.coram Mant.& dec.1346.coram Seraph.& dec.163.n.7.p.4.tom.2.recent.*

2 Addunt alii, quod ante privationem, Clerici non residentes pœna censurarum, ac subtractione fructuum mulctari debent, *per d.textum in c.ex tuæ*, §.1.*de Cler. non resid.* sed hoc esse in electione Episcopi ita, ut ex hujusmodi omissione non vitietur privationis sententia, declarat *Mant.dec.67.nu.6.& 7.* ubi etiam ex decreto Sac. Congregationis asserit, pos-
3 se Episcopum procedere ad privationem ob non residentiam, etiamsi servata non fuerint temporum intervalla præscripta *in Conc.Trid.sess.24.de ref.c.12.vers.præterea*: contrarium tamen, videlicet quod necessariò servandi sint dicti gradus Pœnarum præscripti a Concilio, antequam deveniatur ad privationem, pluries tenuit *Rot.coram Seraph.dec.27.& 1346.& dec.176.n.4.p.1.recent.& in una Oriolen. Canonicatus 14.Martii 1622.coram Navarra, prout refert Barbos. de off.& pot.Episc.p.3.all.53.n.148.& seq.Piaces. in prax.p.2.c.3.n.9.vers.necessariò &c.*

4 Quare obtinentes in Ecclesiis Cathedralibus, vel collegiatis dignitates, Canonicatus, & præbendas in tali casu primo anno privandi sunt dimidia parte fructuum: & si iterum eadem usi fuerint negligentia, privandi sunt omnibus fructibus, quos eodem anno lucrati fuerint: crescente verò contumacia, contra eos juxta sacrorum canonum constitutiones procedendum est, *juxta Concilium d.sess.24.c.12.* Unde post lapsum primum, & secundum annum adhuc servanda est forma tradita *in d.c.ex tuæ, de Cleric.non resid.* ut scilicet in loco beneficii præcedat trina citatio per edictum, si personaliter exequi non possit, & expectetur Clericus per sex menses, *ut ex sensu Sac. Congregationis dixit Rot.d.decis.131.n.4.p.4.tom.2.recent.*

5 Contra Parochos verò præcisè servanda est forma tradita in eodem Concilio, *sess.23.de ref.c.1.* ut scilicet compellatur Parochus ad residendum incipiendo a censuris deinde per sequestrationem fructuum, & per eorumdem subtractionem, *ut declaravit Sac.Congregatio 21. Octobris, & 6.Decembris 1576.postulante S. Carolo Borromeo*, demum ante privationem servanda etiam est forma *d.c.ex tuæ*, videlicet quod ultra trinam citationem per publicum edictum in loco beneficii, expectetur adhuc beneficiarius per sex menses: ita enim illa verba Concilii, *aliaque juris remedia, &c.* intellexit *Rot.dec.131.& 163.p.4.to.2.recen.* ubi etiam refert Decretum Sac. Congregationis.

6 Nec obstat *dec.Mant.67.* quia ibi non est sermo de obtinentibus dignitates, & Canonicatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis, neque de Parochis, de quibus expressè disposuit Sacra Synodus Tridentina locis citat. sed loquitur tantùm de Capellano obligato ad residentiam ex dispositione fundatoris: quo casu satis est, si servetur forma tradita *in d.c.ex tuæ, de Cler.resid.* cum in tali casu nihil disponat dictum Sac. Concilium.

Notandum est autem quod licèt clericus non residens ci- 7
tatus fuerit personaliter, si tamen post hujusmodi citationem ita impeditus fuerit, ut non, potuerit comparere, putà si fuerit carceratus, non potest illicò ad privationem procedi: sed debet in tali casu ter citari in loco beneficii, & expectari per sex menses, ut supra, *Rot.dec.133.p.4.to.2.recent.*

Notandum 2. quod si Beneficiatus ex justa causa abfuerit, 8
putà pro defensione jurium suæ Ecclesiæ, provisio subsequens tanquam injusta esset revocanda, *ut post Innoc.in c.extirpandæ, §.qui verò sub nu.2.de præb. & dignit.& alios dixit Rota dec.163.n.9.p.4.to.2.recent.*

Notandum 3. quod fructus Canonici non residentis aut fi- 9
dei professionem non emittentis intra duos menses, *juxta Tridentinam Synodum sess.24. de ref.c.12.* applicari debent Capitulo, quando fructus distincti non sunt a mensa Capitulari, *Rota in Carthag.fructuum coram Card.Platto, quam refert Garz.de benef.p.3.c.3.n.40.Barbos.de off.& pot. Episc.p.3.alleg.61.n.31.* secus esset, si Dignitates, & Canonici habeant fructus distinctos, & separatos a mensa capitulari: tunc enim fructus amissi ob non residentiam vel ob non emissam fidei professionem, in fabricam Ecclesiæ, vel in usus pauperum applicandi sunt, *ex d.Concilio Trident.sess.22.de ref.c.3.& sess.23.de refor.c.1. vers.si quis autem, & tradunt Paris.de resign.Benef.lib.8.q.9.n.124.Fusc.de visit.lib.2.c.13.nu.4.Zech.de benef.& pension.c.13.n.4.& alii apud Barbos.d.alleg.61.num.31.*

S U M M A R I U M.

1 *Actio redhibitoria sex mensium utilium spatio durat, & n.7.*
2 *Redhibere quid importet.*
3 *Quando detur hujusmodi actio.*
4 *Emptor, cui permittitur in casu displicentiæ a contractu recedere, quamdiu uti possit hujusmodi pacto.*
5 *Spatium sex mensium quando currat.*
6 *Pro quibus rebus redhibitoria locum habeat.*
7 *Venditor tenetur certiorem facere emptorem, si animal venditum sit vitiosum, aliàs licebit emptori rescindere venditionem intra sex menses: declaratur n.9.*
8 *Si emptor velit stare contractui, intra annum potest agere ad diminutionem pretii.*
9 *Quid si vitium esset patens.*
10 *Quando contractus in totum rescindatur.*
11 *Quid si venditor per verba generalia exprimat, nolle teneri pro aliquo vitio.*
12 *Venditor præsumitur scire vitium, & qualitates rei venditæ.*
13 *Equus, vel aliud animal quando præsumatur mortuum ex morbo, quem tempore venditionis habebat, & n.16.*
14 *Morbus, qui aliàs fuit, & nunc inest præsumitur medio quoque tempore continuasse.*
15 *Quando præsumatur vitium ante venditionem.*
16 *Morbus, qui momento potest contrahi, non præsumitur extitisse tempore venditionis.*

C A P U T XX.

Quamdiu duret actio redhibitoria.

Resp. quod sex mensium utilium spatio durat, *l.scien-* 1
dum, §.fin.& l.cum sex, ff.de Ædilit.edict. sed pro intelligentia

Notandum est primò, quod redhibere est facere, ut rur- 2
sus habeat venditor quod habuerat, *ut scribit Ulpian. in leg. redhibere, ff.de Ædilit.Edict.*

Notandum secundò, quod actio ex hujusmodi edicto duobus modis datur: primò ratione morbi, & vitii: secundò ob accidens aliquod præter morbum, vel ob ornamenta, quæ præstanda erant, vel ob aliam causam, primo casu quoad rem ipsam præscribuntur sex menses ad redhibendum, ut
in dictis juribus; secundo casu quoad ornamenta actio hu- 3
jusmodi finitur spatio sexaginta dierum similiter utilium, *l. quod si nolit, §.si quid ita, ff.eodem tit. quem textum sic intelligit Menoch.de Arb.Jud.q.22.n.12.& seq.Ciarl.contr.for.lib.1.c.112.*
n.5.& seq. ubi etiam notat, quod si in casu displicentiæ per- 4
mittatur emptori a contractu recedere, emptor hujusmodi

pacto

pacto uti potest tantùm intra 60. dies *Jordan. lib. 14. tit. 24. de*
5 *præscrip. n. 288.* ubi etiam dicit, quod causa cognita longius
etiam spatium conceditur. Tempus verò hujusmodi ex die
venditionis currit, *d. l. sciendum §. fin.*

6 Notandum est tertiò, quod redhibitoria locum habet non
solùm pro rebus mobilibus, & se moventibus sed etiam pro
rebus soli, *l. 1. l. sciendum 63. ff. de Ædil. Edict. Ciriac. controv.
55. n. 60.* subdens *n. seq.* quod non datur tantùm pro vitio in-
trinseco ipsius rei, sed etiam si quid dictum, aut promissum
sit, quod non observetur, *per l. 1. §. quod si mancipium, ff.
eod. tit. de Ædil. Edict.*

7 Notandum quartò, quod venditor tenetur certiorem fa-
cere emptorem, si animal venditum sit vitiosum aut morbo-
sum tempore contractus; aliàs licebit emptori intra sex
menses prædictos rescindere venditionem, sive venditor sci-
verit vitium sive ignoraverit, cum nihil intersit, an emptor
decipiatur ignorantia, vel caliditate venditoris *d. l. 1. ubi gl.
& DD. ff. de Ædil. Edict. Gom. resol. lib. 2. c. 2. n. 48. Bonac. de con-
tract. disp. 3. q. 2. punct. 6. n. 6. 7. & 8. Layman. lib. 3. tract. 4. c. 17. §.
2. n. 14. Ciarlin. controv. foren. lib. 1. c. 112. n. 5. & seq.* subdens,
8 quod si emptor velit stare contractui intra annum potest age-
re ad diminutionem pretii: quod quidem intelligendum est
de vitio occulto: nam si esset patens, non posset emptor a
contractu recedere, *l. ea, quæ, ff. de contr. empt. d. l. 1. §. si in-
telligatur, ff. de Ædil. Edict. Layman. loco cit. vers. cæterum,
Mascard. de probat. concl. 615. n. 9. & seq. vol. 2.* ubi etiam dicit
quod leve vitium redhibitioni locum non dedit; hoc tamen
9 procedit, dummodo emptor & venditor simul ignoraverint
rei vitium; secus si venditor scivit, emptor verò ignoravit
vitium patens: quia tali casu esset locus rescissioni contra-
ctus, etiamsi emptor supinè ignoraverit: præponderat enim
venditoris dolus, *l. item si obstetrix, §. final. ff. ad l. Aquil. &
l. si putator, eod. tit. gloss. in l. quæritur, §. fin. ver. fuisset, ff. de Æ-
dil. edict. Ciarlin. d. cap. 112. n. 12. & seq.* ubi addit, quod con-
10 tractus in totum rescinditur, si res venditæ sint aliqua ratio-
ne conjunctæ, ut earum separatio esset damnosa, ut in bo-
bus aratoriis sub eodem jugo laborantibus, & aliis animali-
bus ejusdem officii, *ut trad. Bald. & alii communiter in leg. si
pretium, cod. de Ædil. action. latè Surd. dec. 146.* ubi etiam
dicit, quod venditor sciens rei vitium non liberatur, quam- 11
vis per verba generalia exprimat, se nolle teneri pro aliquo
vitio, *l. 1. §. 1. ubi DD. ff. de Ædil. edict.* nisi vitium certum
expresserit, quia tunc non tenetur, *Bald. in leg. 1. §. ajunt
Ædiles ff. de Ædilit. edict.* ubi etiam dicit, quod præsumitur 12
venditor scire vitium, & qualitates rei venditæ, *Surd. d. dec.
146. num. 9.*

Notandum quintò, quod Equus, sive aliud animal, 13
quod moritur intra triduum præsumitur mortuum ex mor-
bo, quem tempore venditionis habebat, quando moritur
ex causa occulta, quæ est in visceribus, & intestinis, nec
appareat aliquo modo livor exterior manifestæ suspicionis;
& ideò debet condemnari venditor ad restitutionem pretii,
*ut post Imol. & Alex. in leg. si quis cum aliter, ff. de ver. oblig.
Ludov. dec. Perus. 118. par. 2. & alios resolvit Cancer. var. re-
sol. lib. 2. cap. 1. num. 184. Add. ad Spec. in tit. de emption. & ven-
dit. §. 1. num. 44. lit. B. & communem dicit Rip. in tract. de Peste,
tit. de remed. ad curan. pest. cap. 7. num. 141. Surd. dec. 146.* ubi 14
etiam dicit, quod morbus, qui aliàs fuit, & nunc inest,
præsumitur medio quoque tempore continuasse, *Gab. com-
mun. conclus. lib. 1. tit. de Præsump. conclus. 13. nu. 9.* ubi, quod 15
præsumitur vitium ante venditionem, quando incontinenti
post venditionem vitium detegitur, *latè Mascard. de prob.
volum. 1. conclus. 92.* ubi, quod in hoc standum est peritis in
arte, *& concl. 615. num. 4. & seq. vol. 2. ubi nu. 7.* addit, quod
si in loco unus tantùm adsit peritus, unius tantùm judicium
admittitur.

Hoc tamen procedit, quando appareret aliqua causa, ex 16
qua verisimiliter præsumi posset, animal fuisse infectum a
tempore venditionis, *ut d. Alciat. reg. 2. præsump. 26. num. 11.
Cancer. loco cit. n. 143. Ciarl. contr. for. lib. 1. c. 89. nu. 8. & 9.* sub-
dens, quod morbus, qui momento potest contrahi, non
præsumitur extitisse tempore venditionis.

Finis Libri Tertii.

JOAN-

JOANNIS CAROLI ANTONELLI SAC. THEOLOGIÆ, AC J. U. D. VELITERNI.

LIBER QUARTUS.

DE DIEBUS, HORIS, AC MOMENTIS.



IERUM spatium in Jure pluribus etiam in casibus præfigitur: & quidem in *l.Paulus*, 1.*ff.de Re iud.* permittitur, ut Judex, qui omisit condemnare partem in expensis, tota die prolatæ sententiæ, & non ultra, supplere possit expensarum taxationem.

In *cap.*1.*de Except.in 6.* statuitur, ut is, qui opponit Adversario exceptionem excommunicationis in judicio, teneatur octo dierum spatio illam probare.

In *Auct.sed neque*, *cod. de Sepul. viol.* prohibetur, ne hæres conveniatur ante 9. dies a morte testatoris numerandos.

In *cap.*1.*de Sepult. in 6.* Clerici, vel Religiosi intra 10. dies corpus malè sepultum, cum omnibus sepulturæ emolumentis tenentur restituere Ecclesiæ, cui de jure.

In *l.promissor*, *§. si fine*, *ff.de Constit.pecun.* disponitur, quod is, qui se constituit soluturum non adjecta die, intra decem dies solvere debeat.

In *l.si quando*, *C.de Testib.* dicitur, quod testes absentes possunt cogi, ut veniant ad testificandum etiam in causa pecuniaria, & postquam venerint, possunt detineri per 15. dies cum juramento de non recedendo.

In *cap. frequens*, *de Restitut. spol. in 6.* quindecim dies assignantur spoliato ad probandum spolium.

In *cap.*4.*§.operantur*, 3.*q.*3. postulanti deliberatorias inducias, 20. dierum spatium datur, in quibus deliberare possit, cedat ne, an contendat.

In *l.un. §.fin. C. Ut omn. tam Civil.quàm mil.* sancitur, ut quæstio mota Judici post depositum officium; intra 20. dies terminari debeat, quamvis ipse per 50. dies teneatur expectare in loco.

In *c.dura*, *p.*1.*de Crim.fals.* viginti dierum spatium præfigitur habentibus falsas litteras Apostolicas ad illas destruendum, si pœnam excommunicationis voluerint evadere.

In *cap.cum apud*, 11.*q.*3. sancitur, ut sententia Principis super animadversione prolata, in diem vigesimum ab executoribus differatur.

In *l.in contractibus*, *§.super cæteris*, *C.de Non.num.pecun.* statuitur, ut creditor, qui scripsit, sibi solutum fuisse, & velit de contrario docere, intra 30. dies tantùm audiatur.

In *l.Imperatores*, *ff.de Publican. & Vectigal.* pupillo pœna commissi remittitur, si intra 30. dies solverit fisco.

In *l.*1.*juncto §.*1.*ff.de liber.agnosc.* mulieri per divortium a viro separatæ 30. dies assignantur ad denunciandum marito, patrivè ipsius, se esse prægnantem: alioquin eo termino elapso, non cogitur pater agnoscere partum pro suo.

In *l.juncta gloss. ibidem Cod. de Gener. abol.* accusatori post generalem Principis abolitionem 30. dies assignantur ad novam accusationem instituendam ab eo die, quo generalis abolitio terminatur.

In *l.fallaciter*, *C.de Abolit.* accusato ad petendam specialem, & privatam abolitionem suæ accusationis 30. dies præscribuntur, ab instituta querela numerandi, quibus elapsis abolitio ultra non conceditur, nisi de accusatoris consensu.

De horis etiam, ac momentis passim tractant jura, *ut in cap.consuluit*, *de off.deleg.c.qui prior*, *de Reg.iur. in 6.l.si fundum Cod. qui pot. in pign. hab. & in aliis similibus*, *prout latiùs infra Deo adjuvante explicabimus.*

S V M M A R I V M.

1 *Quando dies incepta habeatur pro completa, & num. 2. & 7.*
3 *Quando menses incepti similiter pro completis habeantur.*
4 *Matrimonium contractum ultima die anni 14. in mare, & 12. in fœmina, an sit validum.*
5 *In præscriptionibus novissimus dies debet esse completus: limitatur in usucapionibus n. 6.*
7 *An annus cœptus habeatur pro completo, & nu. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.*
8 *Ad honores, & munera sufficit annus 25. inchoatus.*
9 *Quid si hæreditas esset restituenda filio, & cum ad certum ætatis annum pervenerit.*
10 *Ætas 14. annorum requisita ad obtinenda beneficia simplicia, & Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ, an requiratur completa, vel incepta.*
11 *Et an ad beneficium curatum annus 25. requiratur completus.*
12 *Et quid si lege, aut statuto aliquid fieri possit in 18. vel 20. annos.*
13 *Dictiones juxta, in, ad intra, vel ante, non requirunt annum completum.*
14 *Ablativus casus semper imperfectum tempus importat.*
15 *Annus debet esse completus, si de eo fiat mentio per genitivum, vel accusativum casum cum dictione, per, vel post.*
16 *Requiritur perfectio, quando de tempore fit mentio in plurali numero, vel quando dictum est, a tali anno, & num. 17.*
18 *Dictio, usque, quando includat, & quando excludat.*

C A P U T I.

An dies incepta habeatur pro completa.

1 RESpondet *Aret. in §. præterea, n. 2. instit. Quib. non est per-*
miss &c. quod aliquando tempus per legem apponitur
ad exclusionem beneficii, & tunc computatur de momento
ad momentum: aliquando apponitur ad inchoationem be-
neficii, & tunc sufficit tetigisse ultimam diem, *ut in l. quæ*
ætate, ff. de Testam.
2 Sed magis placet aliorum distinctio, videlicet quod in fa-
vorabilibus, dies cœpta habetur pro completa, non autem
in odiosis: in mixtis verò attenditur favor, *ita gloss. in §. ea-*
dem, instit. Quib. ex caus. manumit. non lic. & in §. præterea, qui-
bus non est permiss. fac. testam. Bellon. de Potestat. cor. quæ incon-
tinenti fiunt &c. lib. 1. cap. 94. n. 20. & ita communiter concludunt
DD. in l. 3. §. minorem, ff. de minor. & decisum refert Grat. disc.
3 *for. c. 161. num. 27.* idque in mensibus etiam procedere asse-
runt *Balb. de præscrip. 3. par. 6. princ. quæst. 1. n. 11. Jas. in l. si is,*
qui pro emptore, num. 53. & 54. ff. de usucap. Felin. in cap. illud 8.
num. 14. de præscrip. Fenut. de momen. temp. cap. 30. nu. 10. Man-
dos. reg. 34. q. 20. num. 3. & seq. & alii apud Gratian. cap. 607. nu.
6. & 15.
4 Hinc matrimonium contractum ultima die anni 14. in ma-
re, & 12. in fœmina validum est, *argum. l. qua ætate, ff. de*
Testam. Sylv. in ver. matrimonium 5. nu. 5. & alii communiter,
sufficit enim in tali casu, quod ætas sit completa moraliter,
non autem metaphysicè, *Paris. de Resign. benef. lib. 12. q. 8. nu.*
5 *26.* E contra verò in præscriptionibus triginta annorum no-
vissimus dies debet esse completus, *Balb. de præscrip. in 2. p.*
3. prin. q. 6. num. 6. Galganet. ad Statut. Urb. c. 158. vers. limit.
12. lib. 1. per textum in l. in omnibus, ff. de action. & oblig. quam-
vis in usucapionibus, & præscriptionibus longi temporis
sufficiat ultimam diem triennii, vel decenni tetigisse, *l. in*
usucapionibus, cum l. seq. ubi DD. ff. de Usucap. Jordan. lib. 10.
6 *ti. 20. n. 96. & seq. Balb. loco cit. d. q. 6. n. 6.* ea ducti ratione, quia
præscriptio 30. annorum est odiosa, usucapio verò, & præ-
scriptio longi temporis est favorabilis: quamvis id solùm pro-
cedere in usucapione triennii, quæ est merè favorabilis, asse-
rat *Paul. de Castr. in d. l. in usucapionibus.*
7 An verò annus cœptus habeatur pro completo? Respond.
quod non habetur regulariter pro completo, *gloss. in leg. ad*
Remp. ver. favoris causa, ff. de mun. & honor. Dec. in cap. cum
in cunctis, num. 48. de Elect. Nav. cons. 9. de Temp. ord. Grat.
discep. for. cap. 946. num. 31. ubi dicit, quod in omni disposi-
tione annus intelligitur integer, & completus: quia annus
non est in rerum natura, si non est perfectus, *Surd. decis.*
178. num. 13. & 13. Ursell. conclus. 116. num. 9. & 10. unde in ter-
mino plurium annorum ultimum annum inceptum non
haberi pro completo, dicit *Paris. de resign. benef. lib. 12. quæst.*
8. num. 27.
In multis tamen casibus annus inceptus etiam pro com- 8
pleto habetur, ut ad honores, & munera, in quibus sufficit
annus 25. inchoatus, *juxta cit. l. ad Remp.* quod est favore
Reip. ut sint ibi legitimi plures, qui possint eligi, *ut inquit*
gl. in l. 3. § minorem, ff. de minor. Marchesan. de Commiss. p. 1. c.
2. num. 389.
Secundò favore filii annus inceptus habetur etiam pro 9
completo, putà si hæreditas esset restituenda filio cum ad vi-
gesimum ætatis annum pervenerit, *ut in casu l. qui filium, §.*
Sabinus, ubi Bart. & alii, ff. ad Treb. quamvis verbum, per-
venerit, regulariter perfectionem significet, *ut notat Ursel.*
concl. 116. n. 15. Surd. dec. 178. n. 6.
Tertiò ad obtinenda beneficia simplicia, & Canonica- 10
tus Ecclesiæ collegiatæ sufficit ætas 14. annorum incepta,
ut censuit Sacr. Congregatio teste Gratian. cap. 397. numer. 17.
Piasec in Prax. for. Episcop. par. 2. cap. 5. num. 21. vers. quoad
dignitates, quicquid dicat *Bellon. loco citato numero 13.*
& 14.
Quartò ad beneficium curatum similiter satis est, si pro- 11
visus annum 25. attigerit, *juxt. textum in c. cum in cunctis, §.*
inferiore, de Elect.
Quintò si lege, aut statuto caveatur, quod aliquid fieri 12
possit in 18. vel 20. anno, sufficit, si illum per unum diem at-
tigerit, quia tunc dicitur quis esse in 18. vel 20. anno, *gl. in*
Clem. fin. ver. in Decimo octavo, de Ætat. & qual. & ibi Card. in
4. q. Dec. in d. c. cum in cunctis, n. 48. de Elect. idem dicendum 13
de dictionibus, *juxta, in, ad, intra, vel ante*: istæ enim non
requirunt annum completum, *Surd dec. 178. n. 3. & 8. Ursel.*
d. concl. 116. n. 15. item ablativus casus semper imperfectum 14
tempus importat, *ut post Bart. & Alex. in l. si cui, ff. de l. 1. &*
alios observat Surd. ubi supra, n. 4. secus esset, si de anno fiat 15
mentio per casum genitivum, vel accusativum cum dictio-
ne, per, vel post, quia tunc annus debet esse perfectus,
Bart. loco cit. in prin. Ursell. d. concl. 116. n. 10. & seq. Grat. disc.
for. c. 161. n. 28. Surd. dec. 178. n. 6. & 7. ubi etiam dicit, quod 16
requiritur perfectio, quando de tempore fit mentio in plu-
rali numero, vel quando dictum est, a tali anno; item di-
ctio, usque, in materia favorabili includit, in odiosa verò, 17
& exorbitanti stat exclusivè, ut tenuit *Rota in Auximana*
24. Novembris 1595. coram Gypsio, prout refert Ursell. dict.
concl. 116. num. 14. quamvis aliter senserit eadem *Rota decis.*
170. par. 2. Divers. ubi, quod hæc dictio regulariter stat in- 18
clusivè tam in materia favorabili, quàm odiosa; Unde id
arbitrio judicantis remittendum censeo: nam hæc dictio ali-
quando includit, & aliquando excludit, prout juris ratio
patitur, & intentio disponentis, *ut d. Bald. in l. a caligato, n.*
3. cod. de Nup.
Adduntalii, quod etiam in ceteris casibus, ubi de favo- 19
re tractatur, annus cœptus habetur pro completo, *Fenut.*
de Momen. temp. c. ult. in fin. Surd. dec. 178. & alii apud Bellon.
d. lib. 1. c. 94. n. 12.

S V M M A R I V M.

1 *Dies termini non computatur in termino, quando adjungitur numero dierum, vel mensium: limitatur n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.*
2 *Dictiones, a, ab, ex, & similes denotantes terminum a quo sunt superativæ, & exclusivæ termini: limitatur n. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*
3 *Quid si dictum fuerit, infra 15. dies proximos.*
8 *Dies, in qua fit resignatio, vel præstatur consensus infirmi, debet computari in termino 20. dierum.*
10 *Tempus appellationis interponendæ currit de momento ad momentum.*
11 *Et an 30. dies dati ad petendum Apostolos, currant similiter de momento ad momentum.*
12 *In termino dato a statuto ad expediendam causam, an computari debeat dies, in qua fuit interposita appellatio.*
14 *Quando fuit apposita hora, computatio semper fit de momento ad momentum.*
15 *An in sex mensibus, qui dantur ordinario ad conferendum beneficia, dies termini computetur in termino.*
19 *Dictio, ex tunc, facit, ut tempus currat de momento ad momentum.*

C A-

CAPUT II.

An, & quando dies termini computetur in termino.

1 REgulariter dies termini non computatur in termino, quando adjungitur numero dierum, vel mensium, *Dec. in c. super eo, n. 37. de appell. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 11. n. 18. 22. & 27. Ceval. in spec. opin. comm. qu. 401. & alii communiter*: sive statuatur terminus a tali die, vel infra dies certos, aut sine aliqua præpositione, *a, vel, ab*, simpliciter dilatione statuta, *cap. frequens, de Rest. spol. in 6. c. pia de except. eod. lib. clem. sicut, ubi gloss. de appell. Add. ad Guid. Pap. dec. 270. Grat. discep. for. c. 161. n. 17. Alex. in l. Labeo, num. 3. ff. de Jurejur.* ubi dicit, quod dies notificationis non computatur in termino, *& in l. Gallus, n. 11. ff. de liber. & posth. Grat. disc. for. c. 161. n. 1. & seq.* ubi, quod istæ dictiones, *a, ab, ex*, &
2 similes denotantes terminum a quo, sunt separativæ, & ex-
3 clusivæ termini; idemque dicendum, si dictum fuerit, infra quindecim dies proximos, quia illud verbum, *proximos*, excludit diem actus celebrati, quæ non potest dici proxima illius diei, cum sit ipsamet dies, & ita de consuetudine servatur, quidquid alii sentiant, *Rot. in Romana societatis 27. Junii 1597. coram Lancellotto*, ubi ex hoc concludit, quod societate contracta die 14. Octobris super periculo vitæ personæ nominandæ infra quindecim dies proximos, & interim super vita contrahentis, si fiat nominatio die 29. ejusdem mensis, dicitur facta intra 15. dies ita, ut non possit dici vacasse quamvis contrahens decesserit, propter illud verbum, proximos, quod excludit diem contractus, *prout refert Grat. loco cit. nu. 15. & seqn. Bellon. de Potest. cor. quæ incontinenti fiunt &c. lib. 1. c. 94. n. 25.*

4 Hæc tamen conclusio limitatur 1. ubi de mente disponentis expressè, vel tacitè contrarium colligitur, quia tunc tales præpositiones, *a, vel, ab*, includunt terminum diei, cui adiiciuntur, ut post *Cin. & Salic. in l. a caligato, cod. de Nup. not. Navar. cons. 31. n. 7. de Præb. Grat. d. c. 161, n. 21. & 22. Tiraq. loco cit. n. 35. & 37.*

5 Limitatur 2. quando tales præpositiones proferuntur a lege, quia hoc etiam casu includunt, si inclusio non sit contra jus, *ut in c. aliter, 31. dist. & in c. a Subdiacono, 93. dist. d. l. a caligato, cod. de Nup. Navar. ibid. n. 6.*

6 Limitatur 3. quando præpositio, *a, vel, ab*, est adjuncta certo diei: regula enim prædicta intelligitur de præpositione hujusmodi addita tempori generaliter sine expressione diei certi, *Nav. d. cons. 31. num. 4. de Præb.* ubi ex hoc infert, quod beneficium vacans, eodem die, quo facta fuit reservatio alternativæ a Summo Pontifice, censetur inclusum in reservatione.

7 Limitatur 4. quando inclusio est utilis, & favorabilis, ei, cui fit, vel datur dilatio, facultas, vel gratia: tunc enim prædicta præpositio includit diem termini, *ut post Prepos. in cap. super eo 2. num. 27. de Appell. observat Nav. loco cit. num. 8. Gratian. discep. for. cap. 413. num. 18. Jordan. lib. 14. tit. 7. nu. 100. vers. 2. quando magis &c. Paris. de resign. benef. lib. 12. quæst. 8. num. 18. Bellon. de Potest. cor. quæ incontinenti fiunt &c. lib. 1. c. 94. num. 19. Ceval. d. q. 401. num. 6.* Unde si Judex statuerit terminum 8. dierum ab hoc die ad probandum, licèt non computetur hic dies in termino, sed præter hunc dentur 8. dies, valeret tamen probatio hoc die facta, *Tiraq. de Retr. lign. §. 1. gl. 11. num. 30.*

8 Hinc dies, in qua fit resignatio, vel præstatur consensus infirmi, debet computari in termino viginti dierum, quamvis regula loquatur per dictionem, *a*, tum quia favor est, quod computetur in termino, & odium esset, si non computetur, *ut post Mandos. reg. 19. q. 18. in fin. vers. Quartò contraria non procedunt &c. resolvit Grat. c. 161. n. 24.* cum etiam quia quando dictio, *a*, jungitur cum tempore, quod est de initio actus, tunc dies termini computatur in termino; dictio verò, *a*, posita in regula, jungitur cum tempore, quod est de initio actus, id est ipsius consensus: nam in regula dicitur, *infra 20. dies a die per ipsum &c. ita tenuit Rota in Toletana beneficii 21. Aprilis 1563. coram Sarmiento, prout refert Paris. de Resign. benef. lib. 12. qu. 8. num. 15. & seqn.* ubi ex hoc concludit, quod si quis instituerit nepotem suum, qui nascetur infra decem menses a die mortis filii, dies illa mortis computatur in dictis decem mensibus, *Gratian. ubi supr. num. 25. Jordan. dict. lib. 14. tit. 7. num. 100. vers. 1. in tempore Tiraquell. loco cit. num. 33. & 34.* ubi etiam dicit, quod dies termini computatur in termino, quoties sequeretur absurdum, nisi dies, quo statuitur terminus, computaretur in termino.

9 Limitatur 5. ut prædicta regula procedat, quando statuitur terminus a die actus: secus si statuatur ab actu, *Tiraqu. §. 1. gl. 11. n. 24. Barbos. in c. quod ad consultationem, de sent. & re jud. & alii apud Grat. discep. for. c. 413. n. 21.* ex quo infert *gl. communiter recepta in d. clem. sicut*, quod tempus appellatio- 10 nis interponendæ currit de momento ad momentum: quia decendium, quod datur ad appellandum, statuitur a prolatione sententiæ; idemque de 30. diebus datis ad petendum 11 Apostolos sensit *Guid. Pap. dec. 436. n. 35. Jord. lib. 10. tit. 7. num. 100. in fin.*

An verò in termino dato a statuto ad expediendam cau- 12 sam, computari debeat dies, in qua fuit appellatio interposita? negat *Franc. in cap. super eo 2. num. 22. & in cap. ex ratione num. 4. de appell. quem refert, & sequitur Grat. d. c. 161. num. 2.*

Limitatur 6. quando datur terminus hinc ad tres dies, vel 13 similes, quia tunc etiam dies termini computatur in termino, *Guid. Pap. dec. 270. & ibi Add. lit. B.* ubi, quod in tali casu computatio fit de momento ad momentum, *Tiraquel. de retract. lign. §. 1. gl. 11. n. 23. per textum in l. placet, juncta gloss. in ver. ab hinc, cod. de Sacros. Eccles.*

Limitatur 7. quando fuit apposita hora: eo enim casu fit 14 semper computatio de momento ad momentum, *Tiraqu. d. §. 1. gl. 11. n. 41. Cassan. super consuet. Burgun. rub. 1. §. 8. nu. 12. & alii apud Grat. c. 413. n. 19.*

Limitatur 8. in sex mensibus, qui dantur ordinario, ad 15 conferendum beneficia, in his enim dies termini computatur in termino, *secundum Garz. qui communem dicit, in tr. de Benef. p. 10. c. 2. n. 20.*

Limitatur 9. in compromissis factis intra certum tempus, 16 putà intra dies 60. proximè futuros; in his enim tempus de momento ad momentum computatur, aliàs sequeretur absurdum, quod die facti compromissi non posset ferri laudum, *ita Sociu. cons. 88. Bec. cons. 99. nu. 17. Bellon. de Potestat. cor. quæ incontinenti fiunt &c. lib. 1. c. 94. n. 21. Grat. disc for. cap. 161. n. 10. & seq. Afflict. dec. 73. n. 7. & 8.* ubi etiam dicit, quod omne tempus computatur de momento ad momentum, nisi aliter reperiatur in jure, *per doctrinam gl. in l. 3. §. minorem, ff. de minor.*

Limitatur 10. quando statuitur terminus ad tollendum 17 privilegium contra jus commune: quia tunc computatur dies termini in ipso termino, *ut post Ant. & Imol. in clem. sicut de appell. observat Tiraq. loco cit. d. §. 1. gl. 11. n. 36. & seq.* ubi e- 18 tiam dicit, quod tempus appositum ad expirationem beneficii, currit de momento in momentum, *per textum in l. 3. §. minore, ff. de min.*

Limita 11. quando in dispositione adesset dictio, *ex tunc*: 19 hæc enim dictio facit, ut tempus currat de momento ad momentum, *Anch. in c. cum in tua, vers. fin. de consuet. in 6. & tradunt DD. in l. Gallus, ff. de lib. & posth. latè Tiraqu. d. §. 1. gl. 11. num. 39.*

SUMMARIUM.

1 *Regula illa dies, interpellat pro homine, procedit in debitore sciente, non autem in herede in quo præsumitur ignorantia, & quomodo id intelligatur.*

2 *Mora jam cum defuncto commissa transit in heredes, & contra heredes.*

Et an detur heredi in tali casu restitutio in integrum ibidem.

3 *Regula prædicta procedit in actibus extrajudicialibus, non autem judicialibus.*

4 *In actibus Judicialibus post adventum diei requiritur interpellatio, aliàs mora non inducitur.*

5 *Fidejussor de repræsentando reum certa die non incurrit pœnam ob non factam repræsentationem in tempore, si non fuerit ad id citatus, & n. 8.*

6 *Requiritur citatio personalis ad hoc, ut per interpellationem quis dicatur in mora: declaratur n. 7.*

9 *Quid si talis fidejussor terminum susceperit ad repræsentandum.*

10 *Fidejussor liberatur, si ante jussum Judicis, principalis decesserit, vel conditionem mutaverit.*

11 *Regula prædicta, quod dies interpellat pro homine, procedit, quando illo die actor comparet, & paratus est recipere.*

12 *Item locum habet in eo, qui contractum adimplevit, secus si non adimplevit.*

13 *Item procedit in die certa, non autem in incerta.*

14 *Qui promisit, se facturum, ut aliquis consentiat, quando erit legitimæ ætatis, non constituitur in mora sine interpellatione.*

15 *Interpellatio non requiritur, ubi ex lege, aut statuto, vel*

pacto

pacto aliquid faciendum est statim, vel quando aliquid exigitur ad favorem utriusque partis.
16 *Quid si lex, seu statutum utatur verbis præcisis, ut, teneatur, debeat, vel similibus, aut verbis geminatis.*
17 *Et quid si ex implemento acquireretur actio.*
18 *Et quid si statutum, vel lex jubeat, ut aliquid fiat intra certos dies, vel cum clausula, ipso jure.*
19 *Dies legalis tacita ita interpellat, sicut expressa.*
20 *Quid si quis alicui promiserit solvere decem in Paschate, & ab inde in antea ad ejus petitionem.*
21 *Quando fieri debeat solutio, si promittatur ad Pascha, vel Natale.*
22 *An a mora excuset pactum, quod eveniente die solutionis creditor possit bona debitoris vendere, & sibi satisfacere.*
23 *Clausula, ex nunc prout ex tunc, trahit tempus futurum ad præsens,*

C A P U T III.

Quando dies interpellet pro homine,

1 REgula illa, dies interpellat pro homine, de qua in *c. potuit, de locat. l. 2. cod. de Jur. emphyt, & l. magnam cod. de contrah. & commit. stip.* procedit in debitore sciente non
autem in hærede, in quo præsumitur ignorantia, *Dec. in l.*
2 *vinum n. 10. ff. si cert. pet.* quod intellige in mora committenda, non autem in mora jam cum defuncto commissa, cum
hæc transeat in hæredes, & contra hæredes absque alterius
interpellationis auxilio, *l. cum Patrifam. ubi Bald. Alberic. Salyc. & alii, ff. de usur. Altogr. cons. 32. n. 10.* hæres tamen in
tali casu restituitur in integrum, *Gab. comm. concl. lib. 3. tit. de solut. concl. 9. n. 26.*
3 Secundo procedit in extrajudicialibus actibus; secus in
judicialibus: hoc enim casu post adventum diei requiritur
4 interpellatio, aliàs mora non inducitur, ut *post Fel. in cap. si autem, n. 4. de rescrip. Jas. in l. universa, n. 4. cod. de Precib. Imper. offer. Rol. cons. 58. n. 14. lib. 1. & alios dixit Rot. dec. 11. par. 2. Divers. Surd. dec. 57. n. 16.* ubi, quod respectu Judicis omne
rescriptum, omniaque verba in eum directa intelligi debent,
si facta sit petitio: & ideo fidejussor de repræsentando reum
5 certa die nullam pœnam incurreret ob non factam repræsentationem in tempore, si non fuerit citatus ad illum repræsentandum: quia hoc factum concernit præparatoria judicii, *l. si decesserit, ff. Qui satisd. cog. Gabr. d. lib. 3. tit. de solut.*
6 *conclus. n. 22. & alis communiter*, requiritur autem citatio personalis ad hoc, ut per interpellationem quis dicatur in mora: unde non sufficeret citatio exequuta domi dimissa copia,
c. causam, de Dol. & contumac. l. si dictum, §. si præsente, ff. de Evict. Grat. discep. for. c. 708. n. 8. ubi refert, ita resolvisse Rotam in Romana fructuum, & interesse 10. Decembris 1614. coram Pam-
7 *philio*, dummodo copia personæ haberi possit; nam si absens fuerit, vel dolo latitaret, ut personalem monitionem
subterfugiat, tunc citatio domi exequuta sufficeret, *leg. 4. §. Prætor ait ff. de damn. inf. d. l. si dictum, §. si præsente, Gloss. & DD. in d. cap. causam, Bart. in leg. 1. §. permittitur, nu. 3. ff. de li-*
8 *ber. agn.* quod præcipuè haberet locum, si facta fuerit promissio de repræsentando ad omne mandatum Judicis; tunc
enim talis promissio esset conditionalis, quatenus a Judice
requireretur, unde si non constet de hujusmodi requisitione, nunquam dici potest, quod venerit dies obligationis,
9 *l. cedere diem, ff. de verb. signif.* etiamsi susceperit terminum
ad repræsentandum: nam licèt per susceptionem voluntariam termini determinaverit diem, debet tamen regulari hujusmodi susceptio a natura ipsius obligationis, ita ut suscipiens terminum intelligatur obligatus ad repræsentandum
elapso termino, quatenus tamen Judex id jusserit, ut dixit
Rota in Romana seu Viterbien. fidejussionis 15. Martii 1619. coram Dunoz, quam refert Gratian. cap. 708. numer. 36. & seq. &
10 ideò si ante jussum Judicis, principalis decesserit, vel conditionem mutaverit, putà si exilio mulctatus fuerit, statim
liberatur fidejussor, nec potest contra eum agi ad aliquam
pœnam, cum in tali casu non fuerit in mora, *l. si decesserit, ff. Qui satisd. cog.*
11 Tertio quod dictum est de interpellatione diei, intelligitur, quando illo die actor comparet, & paratus est recipere; aliàs dies non constituit debitorem in mora *leg. item illa ubi Bartol. ff. de Const. pecun. Alexand. cons. 219. num. 2. volum. 6. Dec. in dict. leg. vinum, num. 10. & alii apud Gabr. d. concl. 9. num. 19.*
12 Quartò regula supradicta habet locum in eo, qui contractum adimplevit, secus si non adimplevit, *Seraph. dec. 225. numer. 3. & sequ. Gabr. ubi supr. numer. 27.* ubi dicit, quod
is, qui tenetur vendere intra decem annos, ex lapsu decem annorum non constituitur in mora, pretio non soluto.
Quintò regula prædicta procedit in die certa, non autem 13
in incerta, ut *probat tex. in d. l. magnam ibi certo tempore a contrario sensu, cod. de Contrah. stipul.* & ideò si quis promiserit, se facturum, ut aliquis consentiat, quando erit legitimæ ætatis, non constituitur in mora sine interpellatione: 14
nisi dictum fuerit, quod id faciat post mensem postquam erit perfectæ ætatis, ut *post Bald. in d. l. magnam, Soc. cons. 288. col. 15. ver. circa quartam, lib. 2. & alios scripsit Gabr. d. lib. 3. tit. de Solu. concl. 9. n. 32. & seq.*
Notandum est etiam, quod interpellatio non requiritur, 15
ubi ex lege, aut statuto, vel pacto, aliquid faciendum est
statim, *Surd. dec. 57. num. 9. Rot. dec. 192. num. 17. par. 5. tom. 1. recen.* vel quando aliquid exigitur ad favorem non unius partis tantùm, sed utriusque, *leg. stipulatio, §. 1. ff. de Oper. non nuncia.* ubi fidejussio, facta nunciatione novi operis, præstanda est ante petitionem, quia respicit favorem non solum 16
nunciantis, sed etiam nunciati, vel si lex, seu statutum utatur verbis præcisis, ut *teneatur, vel debeat*, vel similibus,
cap. ut circa juncta gloss. in ver. præstito, de elect. in 6. aut verbis
geminatis, putà si statutum dicat quod appellans teneatur
jurare de calumnia intra sex dies, & eo non jurante appellatio censeatur deserta; tunc enim nulla requiritur petitio,
ne verba sint aliquo modo superflua, *juxta gloss. in clem. un. ver. exigere ubi etiam DD. de Testam.* vel si ex implemento 17
acquiratur actio; quia eo etiam casu impleri debet non expectata petitione; idem esset, si statutum, aut lex jubeat, 18
ut aliquid fiat intra certos dies, vel cum clausula, ipso jure, quia neque in tali casu desideraretur petitio, *Jas. consil. 191. numer. 5. volum. 2. Bero famil. quæst. 82. numer. 3. Marcab. cons. 32. numer. 194. & 200. & alii apud Surd. decision. 57. per tot.*
Notandum 2. quod dies legalis tacita ita interpellat, sicut 19
expressa, etiamsi fuerit adjecta miserationis causa ad solvendum, *Alex. in l. si mora, n. 11. ff. sol. matr. Gabr. lib. 3. ti. de sol. concl. 9. n. 7. & seq.*
Notandum 3. quod si tibi promisi solvere decem in Pa- 20
schate, & ab inde in antea ad tui petitionem, dies Paschatis interpellat promissorem ac si simpliciter promisisset solvere in Paschate, ut *d. Alex. in l. cum stipulatus, num. 6. ff. de verb. oblig.*
Sed quæres, quando fieri debeat solutio, si promittatur 21
ad Pascha, vel Natale? Respond. quod satis est si fiat ultima die octavæ Nativitatis, vel Paschatis: quia tota octava
venit sub festo Natalis, vel Paschatis, ubi nullum aliud
tempus præfixum fuerit ad solvendum, *Goz. ad cons. 66. nu. 1. latè Ciriac. contr. for. 158. numer. 1. 2. & 3. & numer. 28. cum sequ. lib. 1.*
Quæres 2. an a mora excuset pactum, quod eveniente die 22
solutionis creditor possit bona debitoris vendere, & sibi satisfacere? Resp. negativè: quia hujusmodi pactum censetur adjectum favore creditoris ita ut possit eo uti, si, & quatenus voluerit: illud enim verbum *possit*, non inducit necessitatem, sed tantùm arbitrium, *l. 2. ubi Bald. & alii, ff. de leg. commiss. Dec. cons. 12. per tot. & cons. 562. n. 10. Marchabr. consil. 94. n. 115. & seq. Anchar. cons. 141. n. 3. & 4. & alii quos refert, & sequitur Altograd. cons. 32. n. 12. & seq.* nisi fortè data sint bona in solutum post elapsum tempus solutionis cum clausula,
ex nunc prout ex tunc: quia in tali casu datio in solutum etiam
a principio uti perfecta, & absoluta haberi debet: cum talis
clausula trahat tempus futurum ad præsens, *l. hujusmodi 64. ff. de verb. oblig.*

S U M M A R I U M.

1 *Dies incertus in ultimis voluntatibus facit conditionem, & quando id procedat, & n. 15. & seq.*
2 *Legatarius decedens ante eventum conditionis, non transmittit legatum ad hæredes.*
3 *Si relinquatur alicui fundus cum conditione, quod ei tradi non debeat, nisi finito uxoris usufructu, tale legatum censetur purum, & transmittitur.*
4 *Quid si legata fuerit res cum conditione, quod Legatarius non possit molestare hæredem durante vita illius.*
5 *Modus non impedit transmissionem.*
6 *An transmittatur legatum factum uxori, si commoretur cum filiabus testatoris, donec nuberent.*
7 *Quando legatum ab initio purum, reddatur conditionale per verba sequentia.*
8 *Si post legatum perfectum dies incertus apponitur præstationi legati nulla inducitur conditio: declaratur n. 9.*
10 *Dictiones, si, nisi, & alia similes sunt adversativæ.*

11 *Quan-*

11 *Quando legatum transmittatur ad hæredes, etiamsi dies esset incertus.*
12 *Hæres scriptus post alicujus mortem, non potest adire hæreditatem nisi sequuta morte illius.*
13 *An hæres, qui antea adiret hæreditatem non confecto inventario, teneatur de proprio creditoribus hæreditariis.*
14 *An stipulatio conditionalis transmittatur ad hæredes.*
15 *An legatum dotis simpliciter relictum, sit purum, vel conditionale,*
16 *Legatum relictum alicui, cum erit annorum 30. non transmittitur ante conditionis eventum, limitatur num. 17. & 18.*
19 *Quando dies certæ ætatis adjectus est ad legati, vel fideicommissi extinctionem, legatum non dicitur relictum in diem incertum sed durat usque ad illud tempus.*
20 *An usufructus relictus uxori, vel alteri, donec filius ad annos 14. pervenerit, pereat morte filii.*
21 *Usufructus relictus usque ad tempus conditionis incertæ, finitur conditione eveniente, qua non eveniente intelligitur relictus durante vita legatarii.*

CAPUT IV.

An, & quando dies incertus faciat conditionem in ultimis voluntatibus.

1 RESp. quod si dies sit omnino incertua, scilicet si dubium sit, an eo tempore legatatius vivat, tunc facit conditionem, *l. dies incertus, ff. de cond. & demon. Bart. ibid. & in l. ita stipulatus, num. 41. ff. de verb. oblig. Altograd. cons. 60. num. 77. Giovagnon. lib. 1. cons. 78. num. 46.* ubi id intelligit, quando dies est incertus, an, & quando, ut si dictum fuerit, cum navia ex Asia venerit: quod locum habet, non solùm quando dies incertua adiicitur dispositioni, sed etiam quando præstationi, sive exequutioni rei legatæ reperitur adjectus, *Peregr. de fideicommiss. art. 3. n. 19. Altograd. cons. 87. n. 10. Grat. discep. for. cap. 136. n. 25. & seq. Menoch. de Præsump. lib. 4. præsump. 201. num. 50. Giovagnon. cons. 40. num. 1. & sequ. lib. 1.* ubi dicit, hoc procedere, sive in eadem oratioue tempus adjectum sit executioni legati, sive in separata oratione: utroque enim casu legatum censetur conditionale; & ideò si
2 legatarius decedat ante eventum conditionis, illud non transmittit ad hæredes *l. quibus diebus, §. quidam Titio, ubi Bart. ff. de Cond. & dem.* etiamsi esset relictum ab Ascendente descendentia, *Cancer. var. lib. 3. c. 21. n. 85. & seq. Hond. cons. 70. n. 10. lib. 1.*

3 Si verò relinquatur alicui fundua ita tamen, ut ei tradi non debeat; nisi finito uxoria usufructu, tale legatum quoad proprietatem non censetur conditionale, sed purum & ideo transmittitur, *ut d. Beret. cons. 91. num. 8. quem refert, & sequitur Cancer. d. lib. 3. cap. 20. nu. 14. & 15.* ubi observat, quod testator præsumitur in tali casu legare proprietatem fundi purè tali legatario: voluit tamen, quod legatarius non possit petere legatum ante mortem uxoris usufructuariæ, nè altàs dictus legatarius concurreret in usufructu cum uxore *juxta dispositionem textus in leg. si alii, ff. de usu, & usufruct. leg.*

4 Idem dicendum, si legata fuit res cum pacto, & conditione expressa, quod legatarius non possit molestare hæredem neque in proprietate, neque in usufructu durante vita illius: tale enim legatum censetur purum quia hujusmodi ver-
5 ba non inducunt conditionem, sed modum; modus verò non impedit transmissionem, *ut post Alex. cons. 102. nu. 2. lib. 1. Anan. cons. 75. n. 1. Cast. cons. 5. n. 2. lib. 1. Cuman. cons. 99. ante nu: 3. & alios dixit Rot. in Maceraten. legati 27. Februarii 1606. coram Coccino, prout refert Grat. discep. for. c. 136.* ubi etiam di-
6 cit, quod legatum factum uxori, si commoretur cum filiabua testatoris, donec nuberent, aut obirent, transmittitur ad hæredes, etiamsi legataria decesserit, antequam horum aliquid sequatur.

7 Quo in loco notandum est, quod licèt legatum ab initio purum reddi possit conditionale per verba sequentia: requiritur tamen ad hunc effectum, ut dies incerta apponatur
8 præstationi per viam conditionis, ita, ut constet, quod testator noluerit, præstari legatum prius purè factum, nisi in casu conditionis purificatæ, aut eventus diei: quia aliàs dies
9 incertus non importat conditionem, si testator non intendit, quod illam faciat, *Bald. in leg. ex his verbis, numer. 2. ubi etiam Castr. num. 2. cod. quando dies leg. ced. & alii quos refert Grat. d. cap. 136. num. 29. & seq.* subdens *numer. 33.* quod si post legatum perfectum dies incertua apponitur præstationi legati, nulla inducitur conditio, quando non adsunt dictio-
10 nes adversativæ, quales sunt dictiones, si, nisi, & aliæ similes, *d. l. ex his, verbis, & l. quibus diebus, §. quidam Titio ff. de cond. & demonst.*

Item si diea sit quidem incertua, quando venturua sit, sed 11
certus, quod veniet, tunc legatum ità demum transmittitur ad hæredes, si certum sit, vivo legatario diem esse venturum, veluti si fuerit collatum in diem mortis legatarii: quia in tali casu legatum debet judicari purum, non autem conditionale; sed si non sit certum, diem venturum esse vivo legatario veluti si legatum sit relictum in tempus mortis hæredis, vel alteriua tunc judicari debet, legatum relictum esse sub conditione; unde si legatarius moriatur ante hæredem, non transmittit legati petitionem, *l. hæres meus ff. de cond. & demon. leg. si dies apposita, ff. Quand. dies leg. ced. Mantic. de Tac. & ambig. conven. lib. 14. tit. 41. num. 17.* quicquid in contrarium sentiat *Giovagnon. d. cons. 68. n. 46. vers. item quando est certa &c.*

Ex quo infertur, quod hæres scriptua post alicujua mor- 12
tem, adire nequit hæreditatem, nisi sequuta morte illius nec antea hæreditas censetur delata, *l. is, qui hæres, ff. de acquir. hæred. Card. Cavaler. dec. 310. n. 5. & seq.* ubi etiam dicit, quod 13
si hæres antea adjerit hæreditatem non confecto inventario, non teneretur de proprio creditoribus hæreditariis, tum quia in tali casu aditio esset nulla: tum quia tempus conficiendi inventarii non incipit currere, nisi post delatam, & jure agnitam hæreditatem *l. ult. cod. de Jur. delib.*

Sed quæres, an stipulatio conditionalia transmittatur ad 14
hæredes? Resp. affirmativè: nam prædictæ leges locum habent tantùm in ultimis voluntatibus, non autem in contractibus, *§. ex conditionali, ubi Aret. Inst. de verb. oblig. Bart. in leg. dies incertus, ff. de cond. & demon. Mant. dict. lib. 14. tit. 41. num. 17.*

Quæres 2. an legatum dotia simpliciter relictum sit pu- 15
rum, vel conditionale? Respon. quod censetur regulariter conditionale, & ideo non transmittitur, nisi dos a Patre relicta sit filiæ, *Alex. cons. 55. lib. 2. Menoch. lib. 4. præsump. 201. n. 41. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 8. num. 65. Giovagn. cons. 40. nu. 4. lib. 1.* idem dicendum est in legato alicui relicto, cum ipse legatarius erit annorum 30. vel cum alius erit similis, vel alterius ætatis hoc enim legatum regulariter ante conditionis eventum non transmittitur *l. si cui legetur, §. hoc autem legatum, ff. de legat. 1. l. si servus liber esse, ff. de stat. liber.* tamen si ita legetur filio, seu filiæ, non præsumitur conditio legato inserta, sed petitio in dictum tempua dilata videtur; & ideò 17
filiua, seu filia ad hæredem suum actionem transmittit, latè *Menoch. d. præsump. 201. n. 42. & seq. Rot. dec. 682. nu. 18. p. 1. Divers.* ubi, quod si hæres extraneus rogatus fuit restituere fi- 18
lio testatoris, cum ad annoa 16. pervenisset, tunc filius decedens ante istam ætatem transmittit ad hæredes; quia testator tutelam magis hæredi fiduciario permisisse videtur, quàm incertum diem fideicommissi constituisse, *l. Sejus Saturninus, ff. ad Trebel. Hond. cons. 53. n. 40. lib. 2.* ubi dicit, quod dies integer non reddit dispositionem conditionalem, quando agitur de favore filii, vel filiæ.

Notandum est autem, quando dies certæ ætatis adjectus 19
est ad legati, vel fideicommissi extinctionem, tunc legatum non dicitur relictum in diem incertum, sed durat usque ad illud tempua, *Menoch. dict. libr. 4. præsump. 201. num. 47.* unde usufructus, relictus uxori, vel alteri donec filiua ad annoa 14. pervenerit, non perit morte filii, sed demum cum tempus evenerit, vel si legatarius morte præventus fuerit: *leg. ambiguitatem, cod. de usufruct.* ubi etiam dicitur, quod usufructus relictua usque ad tempua conditionis incertæ, finitur conditione eveniente qua non eveniente, vel ad impossibilitatem deducta intelligitur relictus durante vita legatarii.

SUMMARIUM.

1 *Creditor non potest agere ante diem præfixum solutioni: limitatur n. 2. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 17.*
3 *Debitor suspectus potest propria auctoritate capi.*
4 *Si possessor majoratus bona dissipet, potest is, qui in eo successurus est petere, ut declaretur, morte possidentis majoratum ad se pertinere.*
5 *Hæres gravatus potest cogi ad idoneè cavendum de fideicommisso, aut legatis præstandis exceptis liberis primi gradus.*
6 *Quando gravatus fideicommisso possit cogi ad restituendam hæreditatem ante diem.*
An debitor fiscalis, vel ipsius debitoris debitor exigi possit ante diem.
8 *Annus conceditur ad restituendam dotem consistentem in mobilibus.*

10 *Le-*

CAPUT V.

An ante diem præfixum solutioni possit creditor agere.

1 RESp. negativè: immò in tali casu induciæ duplicantur, *c.1.de Plus petit, §.hodie autem, inst.de excep.l.insulam, ff.de verb. oblig.* quod procedit, si Adversarius conventus exceptionem hujusmodi induciarum ante litem contestatam agenti opponat: nam si postea id fecerit, duplicationis beneficium non obtinebit, sed condemnabitur ad solutionem tunc faciendam quando tempus advenerit, *l.exceptionem, cod.de prob. Maresc.var.lib.2.c.131.n.3.* ratio prædictæ conclusionis est, quia licèt sit nata obligatio ante diem, non tamen nata est actio; unde promissori exceptio competit, si ante diem conveniatur, quia malè agitur, *l.1.§.dies autem, in fin. ff.Quand.dies usufr.leg.ced.Cancer.lib.2.c.7.n.41.vers.Quando tempus &c.*

2 Hæc tamen regula limitatur 1. si superveniat causa de novo, putà si debitor est de fuga suspectus, vel ad inopiam vergat aut bannitus fiat, *l.quæsitum, ff. de Pignor.* ubi si debitor est suspectus, ante diem, vel conditionem competit persequutio pignoris, *Barbos.d.cap.1. num.6.& 7. de Plus petit Cancer.var.lib.2. cap.10.num.19.* & ideò si locavi domum, & timeo, nè inquilinus recedat non soluta pensione, possum hac de causa agere ante diem, *ut dicit Bald.in d. leg.quæsitum*: sufficit tamen si inquilinus suspicionem purget idoneè cavendo, *juxta, l.si fidejussor, §.fin.ubi Bartol.ff. Qui satisd.cog.*

3 Addit *Cancer.d.lib.2.c.10.n.11.* quod debitor suspectus potest propria auctoritate capi etiam in nundinis publicis, & ad Judicem duci, *per textum in l.ait Prætor, 10.§.si debitorem, ff.quæ in fraud.cred.*

4 Item si possessor majoratum in alium transferre velit, vel
bona majoratus dissipet, potest is, qui in eo successurus est,
petere, ut declaretur, morte possidentis majoratum ad se
pertinere, *Molin.de Primog.libr.1.c.16.& libr.3.c.14.Valasc.
consul.184.n.19.& seq.Garz.de Nobil.glos.47.n.13.& seq.Cened.
ad Decretal.collect.10.n.2.& alii apud Barbos.in d.c.1.num.13.
Grat.discep.for.c.456.n.95.& seq.* quibus adde *Peregr. de fideic.
art.40.n.9.& seq.& art.41.n.5. vers.secundo potest agi &c.* ubi
5 dicit, quod hæres gravatus potest cogi ad idoneè cavendum
de fideicommisso, aut legatis præstandis, præsertim si consumeret, aut dilapidaret res fideicommissarias, *ut notant omnes in l.inter omnes ff.Qui satisd.cog.* exceptis liberis primi gradus qui regulariter non tenentur satisdare, *l.jubemus, ubi Sal.C.ad Trebell.*

6 Addit *Grat.disc.for.c.294.n.7.* quod gravatus fideicommisso, si bona dilapidat, potest cogi ad restituendam hæreditatem ante diem, licèt ali debeat ex fructibus bonorum juxta quantitatem reddituum, *per tex. in leg. Imperator, ff.ad trebell.*

Limitatur 2. quando dilatio datur a lege miserationis cau- 7
sa, *ut est casus in l.un.§.exactio, cod.de Rei uxor.act.* ubi annus conceditur ad restituendam dotem consistentem in re-
bus mobilibus, vel se moventibus; tunc enim creditor po- 8
test agere ante diem, ut adveniente die condemnetur ad
solvendam dictam dotem, *Afflict.dec.279.nu.5.Fontanell.de* 9
Pact.nup.claus.7.gl.3.p.11.n.5.

Limitatur 3. in legato alimentorum, *Grat.disc.for.c.151.n.* 10
41.Bald.in l.1.cod.de fideicom.Surd.dec.120.n.15.& 16.& in tr. de Alim.tit.9.q.6.n.10.

Limitatur 4. in fisco, seu Principe, quibus permissum est 11
ex causa exigere ante diem, *l.1.cod.de condit. ex l. Boss.in tit. Debitor.an delinquen.solver.&c. Ursil.ad Afflict.d.dec.279.n.1.Maresc.var.lib.2.c.131.n.4.post Bald.in d.l.1.in d.l.1.in prin.* ubi dicit, quod emptores gabellarum pro necessitate Reip. possunt exigi ante tempus dimisso tamen eis medii temporis interusurio; quod est speciale in fisco, *ut d. Peregr. de Jur. fisc.lib.6.tit.7.n.21.* subdens, quod remota justa causa, si fiscus conveniat debitorem suum ante diem, induciæ duplicantur, ut supra diximus, licèt olim actio perimeretur, *l. justas, ubi Bart.cod.de Jur.fisc.lib.10.*

Limitatur 5. in creditore petente debitum de futuro, cui 12
est adjunctum debitum de præsenti, ut in legato annuo, vel fructibus census; tunc enim licitum est agere contra debitorem, ut condemnetur ad præstandum hujusmodi legatum, seu fructus census pro omnibus annis, seu semestribus tam præteritis, quàm futuris, debitis temporibus, ne cogatur creditor singulis annis litem agere, *Bart.in l.de Pupillo, §.si in pluribus, n.2.ff.de oper.nov.nunc, & in l.libertis, §.manumissis, in fin.ff.de Alim.& Cibar.leg Bald.in l.1.n.13.cod. de Sent. quæ fin.cer.quan.Ursil.ad Afflict.loco cit.n.2.Barbos.in d.cap.1. num.9.& seq. de Plus.petit.Cenc.de censib.p.2.c.2.qu.5.art.9. nu. 26.& seq. & p.3.cap.1.q.8.art.2.num.17. Gratian. discep. for.c. 151.n.35.& seq.Surd.de Alim.tit.8.privil.25.numer.7. & decis. 120.num.6.& sequ.* ubi dicit, quod super futuro non potest esse judicium si de præsenti nihil debeatur, sed si aliquid de præsenti debetur, tunc accessoriè agi etiam potest pro futuro, *Peregr.de fideicom.art.41.n.5. vers.tertio permittitur, ubi alios refert.*

Limitatur 6. ubi esset timor, quod adveniente die testes 13
deficerent, *Mant.de Tac.lib.14.tit.40.n.29. ubi citat Imol. in l.eum, qui ita, §.qui ita, n.9.ff.de verb.oblig. & probatur ex tex. in l.in lege Aquilia, 41.ff.ad l. Aquil.*

Limitatur 7. si reus patiatur litem contestari, & hanc ex- 14
ceptionem non opposuerit, tunc enim judicium sustinetur, quia exceptioni dilatoriæ videtur renunciasse, *l. Pomponius, §.ratihabitionis, ff.de Procur.ita Innoc.in c.1.n.1. ad fin. de Plus petit.in l.exceptionem, n.1.cod.de Probat. Mant.de Tacit.lib.14.tit.40.num.29.* subdens, quod si pecunia debita in diem, ante diem petatur, etiamsi reus nihil excipiat, Judex non debet eum, nisi ad diem condemnare: quia cum tempus adjicitur stipulationi, qualificat ipsam stipulationem, ita ut Judex non possit eam intelligere sine hac qualitate, *Bart.in l.lecta, n.21.§.si cert.pet.& in l.cum, qui ita, §.qui ita n. 5.ff.de verb.oblig.Ursil.ad Afflict.dec.279.num.1.& 2.Viv.dec. 403.Barbos.in d.c.1.n.8.Cacheran.dec.130.n.9.& seq.Surd. dec. 151.n.6.& seq.Caroc.de locat.tit.de in diem adject.nu.10.quamvis contrarium sentiant Cancer.d.lib.2.c.7.n.41.Peregr.de fideic. art.41.ante n.8.& alii.*

Limitatur 8. in quarta trebellianica debita filio primi gra- 15
dus: hæc enim a filio gravato citatis substitutis detrahi potest ante casum fideicommissi, *Bald.in leg.jubemus, cod. ad Trebell.* ubi addit, quod statim detrahi etiam potest legitima de toto asse, *& ita sentiunt Paul.de Castr.consil.186.num. 2.lib.2.Ruin.cons.57.colum.ultim.lib.2. quos refert Peregr. de fideicomm.art.41.num.5. vers.octavo cum in omnem eventum,
& vers.seq.* ubi etiam dicit, quod filii primi gradus non te- 16
nentur sibi fructus in quartam computare, *per textum in d.l. jubemus.*

Limitatur 9. quando solutio in plura tempora est distribu- 17
ta, & promissor juravit solvere, ex tunc enim si in primo tempore non solvat, perdit beneficium exceptionis, quæ pro aliis terminis sibi competeret: quia perjurus excluditur ab omni commodo, quod ex contractu consequi potest, *leg. si quis major, C.de Transact.Ruin.cons.172.n.1.in fin lib.4.Mant. de Tac.lib.14.tit.40.n.28.* ubi etiam dicit, hoc habere locum tam in reo, quàm in actore.

An vero possit debitor solvere ante tempus præfixum so- 18
lutioni? Resp. quod aut dilatio apponitur gratia debitoris, & tunc potest, etiam invito creditore, *l.quod in diem, ff.de sol.* vel apponitur gratia Creditoris, & tunc non potest, nisi credi-

tore volente, *l.eum, ff.qui ff.de Ann.l.* aut apponitur gratia creditoris, & debitoris, & tunc neque ante tempus potest solvere, *ut d.Bart.in l.qui Romæ, n.4.ff.de verb.oblig.* subdens, quod in dubio gratia debitoris dilatio videtur concessa, *l.1. ff.de Cond.& demon.gl.in d.l.eum, qui, ver.hæredis causa, Grat. disc.for.c.8.n.5.& seq.*

19 Ex quo infertur, quod hæres legatum relictum pauperibus seu pro dote puellarum ante tempus a testatore præfixum solvere potest: quia dilatio censetur data ad favorem hæredis: qui potest illi renunciare, *l.si quis in conscribendo, cod. de Pact.* quod procedit quando hæres jussus fuit pro una vice ad tempus bona distribuere inter pauperes; tunc enim potest hæres prævenire; secus si testator mandavit solvi certam pecuniæ quantitatem in perpetuum statuta die putà in festivitate S. Joannis, quia in tali casu non potest solvi ante tempus, cum præsumatur relictum legatum tali die propter devotionem dictæ festivitatis, *Gutier.pract.qu.79.nu.3. & 11. Ceval.q.186.nu.3. & 4.Covar.in c.tua nobis, num.5.de testam. Mant.de conject.lib.8.tit.5.n.20. quos refert Grat. disc.for.c.73. num.1.& seq.*

20 Infertur 2. quod debitor solvens ante tempus, sicut non posset ab hærede, vel alio universali successore molestari, ita nec a fisco, qui in jus privati succedit, *Boss.in tit.Debitor. an Delinquens solver.&c.n.6. per textum in l.non intelligitur, §. si posteriori, & l.fiscus cum in privati, ff.de Jur.fisc.*

21 Observa tamen, quod debitor sponte sua ante diem sol-
vens, repetere non potest, *l.in diem, ff.de cond. indeb. Mant.*
de Tac.lib.14.tit.40.n.8. quod procedit, etiamsi errore juris,
vel facti solvat, *l.fidejussor quamvis, ff.mandat.* secus si esset
22 debitum sub conditione, & solveretur ante conditionis im-
plementum: quia tunc datur repetitio, *l. sub conditione, ff.*
23 *de condict.indeb.* idem dicendum, si solutio ad diem incer-
tum debeatur, putà quando sequutæ sunt nuptiæ & solvatur
ante nuptias, quia hoc etiam casu datur repetitio, *ut in d. l. sub conditione*, nisi debitor sciens, & prudens solverit, tunc enim non repetit, *ut d.Jord.lib.14.tit.7.de Dilat.n.91.per textum in leg.1.ff.eod.tit.de condict.indeb.*

24 Observa 2. quod tutor restituens bona ante tempus destinatum tenetur pupillo, si pupillus ea dissipet, *Cancer.var.p.1. c.3.de legitima, n.43.*

25 Observa 3. quod emphyteuta non potest pro pluribus an-
nis solvere invito Domino directi: interest enim creditoris,
ut fiat solutio annuatim propter recognitionem annuam,
quæ insurgit ex annua solutione: ac propterea invito Do-
mino alius pro emphyteuta solvere non potest, *ut post Bald.*
in l.acceptam, n.37.& ibi Salic.in ult.col.cod.de usur.Jas.consil.
49.n.2.vol.1.& alios notat Surd.dec.174.n.12. Grat. disc.for.n.
26 *8.n.8.& seq.* subdens, quod posset creditor emphyteutæ sol-
vere canonem pro suo interesse, nè res cadat in commissum
non solvente emphyteuta.

27 Observa 4. quod si debitor imminente monetæ mutatione vellet solvere creditori ante tempus, non cogeretur Creditor ad recipiendam pecuniam, seu monetam sibi oblatam, ut *decisum refert Ursil.ad Afflict.dec.90.n.30.Vrv.comm.opin.515. n.2.in ver.moneta.*

28 Observa 5. quod locationes rerum Ecclesiæ si anticipatis
solutionibus fiant, nullatenus in præjudicium successorum
validæ intelliguntur, *ex Conc.Trid.sess.25.de ref.c.11.* unde po-
test successor de novo exigere a Conductore pensionem præ-
decessori anticipatè solutam, *Gig.de pension.q.88. Surd.dec.*
326.n.79.Barbos.de off.& pot.Episc.p.3.all.94.n.5.& alii apud
Ric.in Prax.for.Eccl.p.4.res.369. habebit tamen conductor
29 recursum contra hæredes locatoris *l. pro hæreditariis, cod.de*
Hæred.act.

30 An verò emphyteuta solvens canonem Prælato pro futuris temporibus excusetur a caducitate, si non solveret postea successori? affirmant *Corn.cons.67.col.1.lib.2.Corbul. de caus. privat.ob non solut.can.limit.17.Surd.dec.78.n.7.Gig.d.q.88.n. 9.Grat.disc.for.c.8.n.11.*

Quæres, an is, qui stipulatur, sibi dari ante mensem Januarii, possit petere antequam mensis prætererit, vel teneatur expectare lapsum mensis? Respondet *Bart.in leg. qui ante calendas, ff.de verb.oblig.* quod illa verba, ante mensem Januarii, videntur apposita favore debitoris, ut majorem habeat dilationem: & ideo intelliguntur de mense finito, ut *ibidem d.Paul.de Castr.* Sed quidquid sit de jure, contrarium tenendum est juxta communem loquendi usum qui etiam in contractibus propriæ verborum significationi præferri debet, *l.anniculus, ff.de verb.signif.l. librorum, §.quod tamen Cassius, & ibi gl.ff.de l.3. Mantic.de Tac.& ambig.conven.libr. 14.tit.40.n.23.* ubi dicit, quod stipulator in tali casu, antequam totus mensis prætererit, potest petere, & exigere.

S V M M A R I V M.

1 *Terminus statutus ad solvendum in contractu venditionis incipit currere a die celebrati contractus ultima perfectione completi.*

2 *Si fundus vendatur pro centum aureis solven. termino unius anni, hujusmodi tempus non currit a die celebrati contractus, sed a die traditionis fundi.*

3 *Item si fundus vendatur pro pretio æstimando, & solvendo termino unius anni a die contractus numerandi, terminus hujusmodi non currit, nisi a die factæ æstimationis.*

4 *Quando currat terminus si testator legavit centum cum certo onere adimplendo intra annum.*

5 *Quid si datus fuerit terminus hinc ad Pascha.*

6 *An emptor re adhuc non æstimata teneatur ad fructus compensativos, & n.9. ubi de mensuratione.*

7 *An emptor teneatur ad fructus compensativos, si res vendita non fuerit libera.*

8 *An emptor teneatur hujusmodi fructus, si venditor non impleverit promissa.*

10 *Venditor partem pretii recipiens non tenetur ad rem tradendam.*

Et an pro rata dicti pretii soluti debeantur emptori fructus recompensativi, & quando possit emptor petere hujusmodi fructus, ibidem.

11 *Soluto residuo tenetur venditor dare emptori fructus ex fundo perceptos pro rata pretii antea.*

12 *Quid si venditio facta fuerit cum reservatione dominii.*

13 *Fructus recompensativi peti possunt habito respectu ad fructus, qui a venditore percipi potuissent.*

14 *Judex potest taxare ad rationem quinque, vel sex pro centenario, quamvis nulla fructuum liquidatio appareat.*

15 *Fructus pendentes tempore venditionis spectant ad emptorem: declaratur n.16. limitatur n.17.*

18 *Fructus in venditione necessaria pro rata temporis dividuntur: limitatur n.19.*

20 *Qui promisit revendere rem intra certum tempus elapso termino, & non oblato pretio in tempore, non tenetur amplius ad vendendum.*

21 *Terminus adiectus promissioni non censetur in dubio appositus causa limitandæ obligationis, limitatur n.22.*

23 *Quando agitur exempto de evictione, inspicitur valor rei de tempore, quo res evincitur, non autem de tempore contractus.*

C A P U T VI.

Quando incipiat currere terminus statutus ad solvendum in contractu venditionis.

RESp. quod incipit currere a die celebrati contractus 1
ultima perfectione completi, *ut probat.textus in l.tali, ff.de Jur.dot.*

Hinc si vendatur fundus pretio centum aureorum, & ad 2
hujusmodi pretium solvendum assignetur terminus unius
anni, hujusmodi tempus non currit a die celebrati contra-
ctus, sed a die traditionis fundi *l.Julianus §.offerri, ff.de act.*
empt. Bart.in l.si cui legetur, num.5.ff.de leg.1. nec sufficeret
traditio facta per clausulam constituti, *Bertazol. clausul.41.*
gloss.3.num.2. idem dicendum, si fundus vendatur pro pre- 3
tio æstimando, & emptor promittat in specie illud solvere
termino unius anni a die contractus numerandi; quia tunc
etiam terminus solutionis eadem ratione non currit, nisi a
die factæ æstimationis, *gloss.in l.si convenerit de distrahendo,* 4
ver.nisi ff.de Pignor.act.Socin.in l.si in diem, ff.de condit.& de-
mon.Ruin.consil.63.num.1.libr.5.& alii apud Cancer. var.libr.
3.cap.1.num.156.& seq. ubi etiam dicit, quod si testator le-
gavit centum cum certo onere adimplendo intra annum,
annus similiter non currit, nisi post legatum receptum, *A-*
lex.in d.l.si cui legetur, n.9.ff.de l.1. subdens, quod si termi- 5
nus datus fuerit v.g. hinc ad Pascha, tempus indistinctè fi-
nietur in Paschate.

An verò emptore re adhuc non æstimata teneatur ad fru- 6
ctus compensativos juxta æquitatem *l.curabit, cod.de act.em-*
pt. Respond. affirmativè, tum quia ex hoc non minuitur u-
sus rei venditæ, & traditæ, cujus usus contemplatione de-
bentur isti fructus: tum quia non cessat emptor habere rem,
& pretium; unde sequuta æstimatione fructus hujusmodi de-
bentur a die celebrati contractus, si nulla data fuit emptori 7
dilatio: vel si aliquis certus terminus, putà unius mensis vel
anni assignatus fuerit, debebuntur a die termini elapsi, *ut tra-*
dunt

dia ut omnes in d.l.curabit, Afflict.dec.20.Cravet.conf.105.n.11.
lib.1 latè Hond.d.conf.30.n.15.& sequen.lib.1. Rot. decisiones
370.per tot.par.3. Recen. ubi, quod emptor tenetur ad hu-
8 jusmodi fructus, etiamsi res vendita non fuerit libera, *Surd.*
dec.117.num.7. ubi quod tenetur emptor ad hos fructus, et-
iamsi non sit in mora, ut quia venditor non impleverit pro-
missa: quia tunc emptor excusatur, ne solvat pretium, non
autem excusatur a fructibus compensativis, *Beltramin. ad*
9 *Greg.dec.297.n.10.& seq.* idemque dicendum, si fundus lon-
gè post venditionem mensuratus fuerit, *Rota dec.370. nu.5.*
Hond.d.conf.30.nu.19.

10 Notandum est autem, quod licèt venditor partem pretii
recipiens non teneatur ad rem tradendam, *leg.fistulas, §.qui*
fundum, ff.de contrah.empt.Soc.sen.conf.170.num.13.lib.2.Hon-
11 *ded.conf.44.n.24.lib.1.* nihilominus pro rata dicti pretii solu-
ti debentur emptori fructus recompensativi non ratione do-
minii, neque ratione moræ, sed ratione cujusdam genera-
12 lis æquitatis, nè venditor locupletetur cum jactura empto-
ris, *Surd.conf.52.n.65.& conf.101.n.7.& 26. quem refert Bel-*
tram.ad Greg.dec.347.n.18. subdens, quod non potest em-
ptor fructus pro dicta rata petere, nisi prius soluto integro
pretio, quo casu debentur ei fructus etiam temporis præte-
riti pro rata dicti pretii jam antea soluti, *Gabr.libr.3.titul. de*
empt.& vendit.concl.4.n.15.Hond.d.conf.44. n.25. Theod. Rub.
sing.p.5.ad l.curabit, cod.de action.empt. & vendit. concl.2.fol.
537. ubi etiam dicit, quod venditio facta cum reservatione
dominii, resolvitur in locationem, & conductionem intra
tempus, quo pretium solvi debet.

13 Notandum 2. quod hujusmodi fructus recompensativi pe-
ti possunt habito respectu ad fructus, qui a venditore perci-
pi potuissent, si rem non tradidisset, *Alex.conf.69.n.4. lib.1.*
Crav.conf.105.n.11. & hanc esse magis communem dicit Gabr.
d.lib.3.tit.de empt & vend.concl.4.n.18.Hond.d.conf.30. nu.20.
14 *& sequ.* ubi addit, quod Judex potest taxare ad rationem
quinque, vel sex pro centenario, quamvis nulla fructuum
liquidatio facta sit.

15 Notandum 3. quod fructus pendentes tempore venditio-
nis spectant ad emptorem, *l.Julianus, §.si fructibus ff.de A-*
16 *ction. empt.* cujus textus dispositio procedit in alienatione
voluntaria: quia cum sit in potestate venditoris excipere fru-
ctus, si eos non excepit, censetur voluisse dictum fundum
transferre in eo statu, in quo tempore venditionis reperie-
batur, *argum.l.veteribus, ff.de Pact.Cancer.lib.3.cap.17.num.*
17 510. secus in alienatione necessaria, ad quam potest pars
compelli, putà si res vendatur pro exequutione sententiæ,
seu decreti: tunc enim vendita re non veniunt fructus, *The-*
18 *saur.dec.56.* ubi dicit, fructus in venditione necessaria pro
rata temporis esse dividendos *Surd.dec.294.num.12.in fin.* nisi
19 forte ex pretii quantitate colligatur, fructus etiam in ven-
ditione fuisse comprehensos, *ut subdit Cancer. ubi supra,*
num.515.per doctrinam gl.in l.1.§.de superfic. Paris.conf.29.nu.
70.lib.1.

20 Notandum 4. quod si tibi promisi revendere rem intra
certum tempus, elapso termino non teneor amplius ad ven-
dendum si non obtulisti pretium tempore debito, *l.2.cod.de*
Pact.int.empt.& vend. quia licèt in dubio terminus apposi-
21 tus promissioni non censeatur adjectus causa limitandæ obli-
gationis: fallit tamen hæc regula, quando ex parte ejus, cui
fit promissio, deberet aliquid impleri ex natura dispositio-
22 nis: tunc enim videtur actum quod si ille non implet infra
terminum, debitor non sit ultra obligatus, *Ang. conf.199.*
alias 200.n.1.& 2.Tiraq.de retract.conven.§.1.gl.2.n.53. Me-
noc.de Arb.Jud.cas.217.n.1. Mantic.de Tac.lib.4.tit.31.n.34.&
seq.Grat.disc.for.c.207.n.15.& seq.

23 Notandum 5. quod quando agitur ex empto de evictione,
inspicitur valor rei de tempore, quo res evincitur non au-
tem de tempore contractus, *l.cum successorer, in fin. cod.de E-*
vict. Bart.in l.Titius, n.4.ff.de act.empt.Rot. dec.710. nu.1.p.3.
tom.1. Recen. ubi, quod in judicio evictionis tenetur quis
non solùm ad pretium solutum, sed etiam actum usque ad
tempus evictionis.

SUMMARIUM.

1 *Tempus promissionis dotis non a die conceptæ stipulationis dotis, sed a die nuptiarum numerari debet.*
2 *Quid si quis dotem promiserit pro puella, quæ Titio erat in matrimonium destinata, & cum eo matrimonium minimè contractum fuerit, & n.3.*
4 *Favore dotis in dubio non censetur inducta conditio, sed modus.*
5 *Si res dotales æstimatæ sint ante matrimonium, hæc æstimatio non perficitur, nisi sequutis nuptiis.*
Antonell. de Tempore.
6 *Si sponsus pro dote hypothecaverit omnia bona sua ante matrimonium, hypotheca non traheretur ad tempus contractus, sed solùm ad tempus matrimonii contrarium, n. 8.9.& 10.*
7 *Tempus dispensationis, & non matrimonii attendi debet, si matrimonium a principio nullum esset propter aliquod impedimentum.*
10 *Textus in l.1.ff. Qui pot.in pign. hab. declaratur.*
11 *Legatum pro dote an transmittatur, si legataria decesserit ante nuptias, & n.12.*
13 *An promittens dotem possit pacisci sibi restitutionem ejusdem dotis ex intervallo.*

CAPUT VII.

A quo die numerandum sit tempus promissionis dotis.

Resp. quod a die nuptiarum, non autem a die conceptæ 1
stipulationis numerari debet, *l.tali facta stipulatione,*
ff.de jur.dot.Alex.conf.145.n.2.lib.5.Mant.de Tac.lib.14.tit.40.
n.21. omnis enim promissio dotis facta ante matrimonium,
tacitam habet conditionem, si nuptiæ sequantur, *leg. item*
quia, §.1.ff.de Pact.l.dotis promissio ff.de jur.dot. & in tali casu
dos potius intelligitur destinata, quàm constituta, quia sine
matrimonio dos consistere nequit, *l.Titia centum, §.Titio ge-*
nero in fin.ibi, quæ doti fuerat destinata, ff.de cond.& demon.l.3.
ff.de jur.dot.Rot.apud Pacif.ad Salu.interd.dec.307.n.3.& seq.
Grat.disc.for.c.301.n.29.

Hinc infertur, quod si extraneus dotem promiserit pro 2
puella, quæ Titio erat in matrimonium destinata, eo matri-
monio minimè contracto promissio redderetur inutilis, nec
ipsi puellæ jus intelligeretur pro alio matrimonio acquisi-
tum, *Bart.in l.si cum dotem, in princ.n.6.& 7.ff.solu.matr.Dec.*
conf.35.sub n.5.Mant.de Tac.lib.12.ti.11.n.9. licèt in promis- 3
sione facta a Patre aliud dicendum sit, quia ipse tenetur do-
tare filiam, *l.ult.cod.de Dot.promiss.* & ideò cum Pater dotan-
do videatur satisfacere propriæ obligationi, dotatio subsi-
stet, & erit irrevocabilis, etsi matrimonium non sequatur,
ut post Barbos.in d.l.cum dotem, n.51.& alios observat Grat. d.
c.301.n.28.& seq. ubi etiam dicit, quod favore dotis in du- 4
bio non censetur inducta conditio, sed modus.

Infertur 2. quod si res dotales, æstimatæ sint ante matri- 5
monium, hæc æstimatio non perficitur, nisi sequutis nup-
tiis, & tunc fit vera venditio, *l.plerumque, §.si ante matri-*
monium, ff.de jur.dot.

Infertur 3. quod si sponsus pro dote sponsæ hypothecavit 6
omnia bona sua ante contractum matrimonium, hypothe-
ca non traheretur ad tempus contractus, sed solùm ad tem-
pus matrimonii, *Bald. Novell.de dot.p.10.col.pen.in fin. n.39.*
Negus.de Pignor.p.2.mem.4.n.79.& 80.quos refert, & sequitur
Grat.c.804.n.2.& seq. ubi ex hoc infert, quod creditores me-
dio tempore contrahentes cum viro præferuntur mulieri, &
hanc esse magis receptam dicit Gait.de credit.in Append.c.4.nu.
113.Pacif.de Salu.interd.insp.3.c.4.n.43.Mant.dec.166.n.7.&
9.Merlin.de Pign.lib.3.q.74.n.8.& seq. ubi addit, quod tem- 7
pus dispensationis, & non matrimonii attenditur, si matri-
monium a principio nullum esset propter aliquod impedi-
mentum, *quicquid in contrarium sentiant Ciriac. contr.110.n.*
8.& seq.Fontan.de Pact.nupt.claus.7.gl.2.p.1. num.32. & sequ.
asserentes, quod hypotheca dotalis retrotrahitur ad diem 8
ipsius contractus, seu promissionis, etiamsi facta fuerit an-
te matrimonium.

Observa tamen, quod si stipulatio, & hypotheca fuit 9
contracta generaliter in omnem casum, & eventum dotis re-
stituendæ, tunc si dos fuerit soluta ante contractum matri-
monium, hypotheca incipit a die promissionis, sive con-
tractus: & ideò mulier præferretur creditoribus medio tem-
pore contrahentibus: quia ea verba cùm sint generalia, de-
bent intelligi etiam in eventum, quo matrimonium non est
subsequutum, *ut post Bologn.in Rub.ff.sol.matr.nu.139.in fin.*
dixit Mant.dec.166.n.4.& 10. subdens, quod in hoc nullum
est privilegium, sed jus commune, ut prior tempore sit po-
tior in jure, *juxta l.si fundum, cod.Qui pot.in pign. hab.* & in
tali casu procedere secundam sententiam, dicit *Merl. d.lib.*
3.q.74. nu.19. secus esset, si hypotheca fuit restricta ad pro-
missionem restituendæ dotis in omnem casum soluti matri-
monii: quia tunc hypotheca locum non habebit, nisi ex die
contracti matrimonii juxta primam sententiam, *Mant.ibid.*
n.4.& 9.Merlin loco cit.Fontanel.d.claus.7.gl.2.p.1.n.38. ubi sic
conciliat supradictas opiniones.

Nec obstat *tex.in leg.1.ff.qui pot. in pign. hab.ibi, non uti-* 10
que solutionum observanda sunt tempora, sed dies contractæ
obligationis; ex quo inferunt DD. quod hypotheca dotis si-

ve tacita, sive expressa retrotrahitur ad diem promissionis,
non autem solutionis, *de quo latè Pacif. de Salu. interd. insp.
3. cap. 4. num. 45. & 46. Merlin. de Pignor. dict. libr. 3. q. 74. nu. 20.
usque ad fin. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gl. 10. numer. 117.*
quia prædictus textus intelligi debet de stipulatione, seu pro-
missione facta, postquam jam contractum fuit matrimo-
nium, *latè Grat. d. c. 804. n. 2. & seq. Pacif. de Salu. interd. insp.
3. cap. 4. n. 43.*

11 Addunt Doctores, quod legatum pro dote non transmit-
titur, si legataria decesserit ante nuptias, cum illud non de-
beatur ante illud tempus, *ità Bart. Bald. Castren. & alii in l.
Titio centum, §. Titio Genero, ff. de condit. & demon. Corn. cons.
32. col. 1. & cons. 229. col. 2. lib. 4. Ang. cons. 30. & alii apud Ti-
raqu. de retract. conven. §. 2. gl. un. n. 54.* excepto casu, in quo
debeatur filiæ legitima: quia tunc reiiceretur istud onus nu-
ptiarum, *ut post Alex. cons. 55. n. 5. lib. 2. Gabr. de legitim. concl.
1. n. 13. Covar. c. 3. num. 11. de Testam. & alios dixit Grat. disc.*
12 *for. c. 275. nu. 22. & seq.* subdens, quod legatum pro dote fa-
ctum ab extraneo, transmitteretur, quando dicta verba,
pro dote, non essent adjecta substantiæ legati, sed execu-
tioni, & illius præstationi.

13 Quæres, an promittens dotem possit pacisci sibi restitu-
tionem ejusdem dotis ex intervallo? Resp. quod Pater potest
hoc facere quandocunque ante matrimonium contractum,
*l. adoptivum, §. 1. ff. de Jur. dot. Bald. in l. si cum dotem, 23. col. 2.
in prin. vers. Nam si ita continebatur, ff. sol. matr. Grat. c. 308. nu.
14. & 15.* extraneus verò non potest pacisci sibi restitutionem
dotis ex intervallo post illius promissionem; nam qui dat,
vel promittit dotem pro muliere, videtur tacitè donare, &
ipsi mulieri providere: nisi tempore promissionis stipulatus
fuerit, sibi dotem reddi, *l. ex morte, in fin. cod. de Pact. con-
ven. Grat. loco cit. n. 13.* unde pactum istud ab extraneo adiici
non posset in traditione dotis, si illud non fuerit adjectum
in ejus promissione, *Bald. in l. un. §. accedit, cod. de Rei uxor.
actio. post gl. ibid. in ver. fecerit*, ubi dicit, quod vir novo pa-
cto non est gravandus.

SUMMARIUM.

1 *In alternativis electio est debitoris, & n. 6. declaratur nu. 2. limitatur n. 3.*
3 *Si unum est in obligatione, & aliud apponitur ad cautelam creditoris, tunc electio est creditoris.*
4 *Quod apponitur ad alicujus favorem, vel cautelam, in ejus odium retorqueri non debet.*
5 *An per electionem unius remedii censeatur aliis præclusa via.*
7 *Qui promisit, se obligaturum ad aliquam summam intra certum tempus, potest adveniente tempore conveniri ad solvendum illam summam.*

CAPUT VIII.

An, si debitor promiserit certa die solvere, vel dare pignora, aut fidejussorem, possit creditor adveniente die illum cogere præcisè ad solvendum.

1 Resp. affirmativè: quia licèt in alternativis electio sit
debitoris, *juxta c. in alternativis, de reg. jur. in 6.* hoc
2 tamen verum est, quando alternativa cadit inter duo, quo-
rum utrumque est in obligatione, & solutione; secus si unum
3 est in obligatione, & aliud apponitur ad cautelam credito-
4 ris, ut in dicto casu: tunc enim electio est creditoris; quia
cum ad creditoris favorem, & cautelam id appositum sit, in
ejus odium retorqueri non debet, *ità Bart. communiter rece-
ptus in l. quamvis, ff. de Pign. action. Alex. in l. 4. §. 4 ex conven-
tione, n. 5. ff. de re jud. Grat. disc. for. c. 164. n. 16. & seq.* subdens,
5 quod potest etiam creditor post electionem pignorum muta-
re consilium, & executivè agere, quasi per electionem unius
remedii non censeatur aliis præclusa via, quando per primum
creditori non est satisfactum.

6 Eadem ratione, si tibi promisi, quod ex sylva mea possis
incidere, & accipere unum, vel duo plaustra lignorum, erit
in electione tua accipere unum plaustrum, aut duo: quia ta-
le pactum in favorem creditoris appositum censetur, *Cancer.
var. lib. 2. c. 6. nu. 58. quicquid dicat Dec. in c. inter cæteras, in fin.
de rescript.*

7 Notandum est etiam, quod si quis promisit, se obligatu-
rum ad aliquam summam intra certum tempus, potest ad-
veniente tempore conveniri ad solvendum illam summam
ac si de præsenti se obligasset: quia eò ipso, quod ità promit-
tit, præsumitur se obligare, ut circuitus evitetur, *Jo: Andr.
ad Spec. in rub de oblig. & solut. post prin. vers. in qu. de illo &c.
Gramm. dec. 103. n. 187. Ruin. cons. 19. nu 14. lib. 4. Rom. sing. 186.
Surd. cons. 457. n. 13. & 38. lib. 4. & alii apud Grat. disc. for. cap.
115. n. 24. & seq.*

SUMMARIUM.

1 *Actus judiciarii diebus festis exerceri non possunt: limitatur n. 4. 9. 17. 21. 26.*
2 *Sententia diebus festis lata, nulla est, & n. 3.*
5 *An instrumenta, quæ inter partes fiunt die feriato, valida sint.*
6 *Præsentatio ad beneficia an fieri possit die feriato.*
7 *An Tutores die festo dari possint.*
8 *An valeat juramentum præstitum die festo & num. 17. 18. & 28.*
9 *An appellatio interponi possit die festo.*
Et an oblatio libelli fieri possit die festivo, ibid.
10 *Confessio spontanea partis an recipi possit festivis diebus.*
11 *Et an dictis diebus fieri possit insinuatio donationis coram Judice.*
12 *An exequutio sententiæ fieri possit die festo.*
13 *Et an citatio diebus festis exequi possit.*
14 *Quid si citatio exequeretur tempore habili, sed facta fuerit vigore præcepti Judicis, aut decreti interpositi die festivo.*
15 *An excommunicatio ferri possit die festo.*
Et an absolutio eodem die festo dari possit, ibid.
16 *An decretum in alienatione rerum minoris interponi possit die feriato.*
19 *An testis, qui die non feriato juravit, possit die feriato examinari.*
20 *An Judex possit procedere tempore feriato, si jurisdictio esset tempore peritura.*
21 *Feriæ non prosunt iis, qui volunt aufugere cum pecunia aliena.*
22 *An debitor de fuga suspectus iam captus possit die festivo sequestrari in carceribus ad instantiam alterius creditoris.*
23 *Quando possit reus die festo per sententiam condemnari.*
24 *An executio sententiæ criminalis fieri possit diebus feriatis in honorem Dei & n. 25.*
Et an ad torturam die festo procedi possit, ibid. n. 24.
25 *Textus in l. Provinciarum cod. de fer. explicatur.*
26 *Causæ pauperum, & carceratorum expediri possunt diebus festis.*
27 *Fideiussio potest stipulari die festo pro relaxatione carcerati.*
28 *Causæ alimentorum diebus festis agitari possunt.*
29 *Privilegia favore alimentorum concessa non habent locum in alimentis præteritis, sed tantum in alimentis præsentibus, & futuris.*
30 *An causa dotis expediri possit diebus festivis.*
31 *An famulus pauper agere possit pro salario diebus festivis.*

CAPUT IX.

An, & quando actus judiciales diebus festis exerceri possint.

Actus judiciarii diebus festis regulariter exerceri neque- 1
unt tam in causis temporalibus, quàm spiritualibus
*cap. conquestus, extr. de fer. l. fin. cod. eod. tit. Laym. in Theol. mor.
lib. 4. tr. 7. c. 2. n. 7. Bonac. in tr. de legibus disp. 5. q. un. pun. 2. nu. 28.*
unde sententia dictis diebus lata nulla est, *d. c. conquæstus,
ubi DD. communiter.*

Dubium tamen est, an sit nulla in terminis constitutio- 3
nis Clementis VIII. ubi statuitur, quod Judices jurisdictio-
nem exercentes in locis ditionis temporalis ecclesiasticæ non
attendant nullitates, nisi ex defectu citationis, jurisdictio-
nis, & mandati, *ut refert Jordan. lib. 13. titul. 1. de judic. num.
70.* & quidem etiam in hoc casu sententia videtur nulla ex
defectu jurisdictionis: quia jurisdictio Judicis eo tempore
est suspensa, ut post *Vant. in tract. de Nullit. rubr. de null. ex
defect. jurisd. num. 128. & seq. observat. Scac. de jud. libr. 2. cap. 2.
num. 289.*

Hæc tamen conclusio a Doctoribus limitatur 1. in acti- 4
bus voluntariæ jurisdictionis, prout est emancipare, ado-
ptare, manumittere, causas delegare, beneficia conferre,
dispensare &c. hæc enim exerceri possunt die feriato, *l. ut in
die dominico, & l. actus omnes, C. de fer. Marant. de ord. jud. par.
6. act. 10. tit. de Actor. edit. nu. 31. Scac. loco cit. n. 96. & seq. Bar-
bos. de offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 125. n. 5. Burat. dec. 688. nu. 12.*
ubi etiam dicit, quod possessio diebus festivis capi potest,

Fon-

Fontanell. de Pact. nupt. clauf. 1. n. 26. & seq. ubi, quod instru-
5 menta contractuum, quæ inter partes fiunt, valida sunt, si
conficiantur die feriato: quod intelligendum esse de instru-
mentis, quæ extra judicium fiunt dicit Spec. in tit. de fer. §. se-
quitur, num. 5. Marant. ubi supr. p. 4. dist. 16. num. 62. Mandos. de
Commiss. form. 13. com. feriis non obstan. vers. quinto quæro Sylv.
in ver. Dominica, quæst. 3. Mantic. de Tacit. libr. 3. titul. 15.
num. 13. Bonacin. dict. tract. de legib. disp. 5. quæst. un. punct. 2. nu.
6 11. Jordan. lib. 10. tit. 7. numer. 352. ubi, quod præsentatio ad
beneficia fieri potest quocunque die etiam feriato in hono-
rem Dei.
7 Quæres, an Tutores die festo dari possint? affirmativè re-
spondet Aret. in §. appellantur, numer. 31. de except. quod
intellige quando non dantur ex inquisitione: aliàs secus
Bart. in leg. nec mandante, §. dari, ff. de Tut. & Curat. dat. ab
his &c.
8 Quæres 2. an valeat juramentum præstitum die festo?
Respond. negativè, per textum in cap. 1. de fer. ubi excipitur
tantum juramentum pro pace vel alia necessitate, videli-
cet, pro fide, pro obedientia, pro fama, ut ibidem expli-
cat glos. in ver. necessitatem, quem textum intelligendum esse
tam de juramentis judicialibus, quàm extrajudicialibus,
dicit Suar. De virtut. & stat. Relig. libr. 2. de Dieb. festiv. cap.
30. num. 16. & 17. quem refert, & sequitur Fontanell. de Pact.
nupt. clauf. 1, num. 29, ubi etiam observat, quod tale juramen-
tum non ligat, sed eodem modo potest, ac debet quis con-
tra obligationem audiri, ac si non jurasset; contrarium ta-
men in juramentis extrajudicialibus tenet Abb. in cap. ultim.
de fer. Sylv. in ver. Dominica quæst. 3. & alii apud Jordan. libr.
11. titul. 1. num. 196. ubi dicit, quod jus irritat solos actus ju-
diciales.
9 Limitatur 2. in actibus, qui causæ cognitionem non re-
quirunt Guid. Pap. dec. 215. Menoch. de arbitr. jud. lib. 1. q. 30. n.
14. unde appellationem interponi posse die festo, dicit Ve-
str. in Pract. lib. 7. cap. 3. n. 25. Gratian. dec. March. 5. num. 1. & 2.
Mandos. de Commiss. form. 13. comm. feriis non obstan. vers. deci-
moquarto quæro, idem de libello sensit Marant. de ord. judic.
d. tit. de Actor. edit. num. 29. per textum in l. miles, §. sexaginta,
ff. ad l. Jul. de adult. hoc tamen intelligendum est, dummo-
do appellatio, & oblatio libelli remaneant in meris finibus
productionis: & quidem appellatio, cum sit species defen-
sionis, licita censetur quocunque die, ne pereant fatalia ad
appellandum, Aret. in §. in petenda instit. de bonor. poss. Jord.
lib. 11. tit. 1. nu. 190. secus esset si Judex in productione appel-
lationis, vel libelli aliquam adhiberet causæ cognitionem,
ut post Felin. in c. fin. n. 9. de Jud. advertit Scac. d. lib. 2. c. 5. nu. 80.
& seq.
10 Addit Marant. loco cit. n. 36. Guid. Pap. dec. 215. n. 2. Jo: Andr.
in addit. ad Spec. tit. de instrum. edit. §. porrò, ver. subscribat,
post med. Scaccia d. lib. 2. c. 5. n. 76. quod confessio spontanea
11 partis, ac insinuatio donationis coram judice fieri, ac re-
cipi potest festivis diebus.
12 Quæres, an exequutio sententiæ, quæ fit absque causæ co-
gnitione, ut pignoratio, possit fieri die feriato in honorem
13 Dei? affirmat Guid. Pap. d. dec. 215. ubi etiam dicit, quod
potest fieri citatio die feriato ad diem non feriatum; sed
hanc sententiam meritò reiicit Scaccia loco cit. numer. 95. &
quod citatio exequi non possit die feriato ad diem feriatum,
constat ex leg. dies festos, ibi nulla quemquam urgeat admoni-
tio, cod. de fer. & ita sentiunt Abb. Joan: Andr. Butr. & alii in
cap. fin. de fer. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 30. num. 4. & alii
14 apud Jordan. lib. 11. tit. 1. num. 181. & sequ. ubi addit, quod
nullam etiam erit citatio exequuta tempore habili si facta
fuerit vigore præcepti Judicis, aut decreti interpositi die fe-
stivo: quia prohibetur citatio non solum ratione effectus,
sed etiam ratione sui principii, & originis, per text. in d. leg.
dies festos, cod. de feriis.
15 Quæres 2. an excommunicatio in aliquem ferri possit die
festo? Resp. affirmativè: quia non necessariò requirit judi-
cialem causæ cognitionem, seu processum, ut post Spec. in
tit. de fer. §. sequitur, n. 7. & Fed. de Sen. cons. 11. scripsit Marant.
de Ord. Judic. p. 6. act. 10. de actor. edit. n. 39. Laym. in Theol. mor.
lib. 4. tr. 7. c. 2. n. 7. vers. secundò &c. subdens, quod multo ma-
gis dari potest absolutio.
16 Quæres 3. an decretum in alienatione rerum minoris
interponi possit die feriato? Respond. negativè quia causa
cognita, & Judice pro Tribunali sedente id fieri debet leg.
minorum, cod. de præd. min. Spec. ubi supra d. §. sequitur in fin.
num. 13.
17 Limitatur 3. ex d. textu in c. conquestus, in actibus necessa-
riis: potest enim Judex jus dicere diebus festis, ubi res esset
tempore peritura, aut si periculum sit, ut interposita dila-
tione justitia impediatur, l. 1. §. sed excipiuntur, ff. de fer. Scac-
Antonell. de Tempore.

cia de Judic. lib. 2. c. 5. n. 108. subdens, quod juramentum in ta-
li casu est validum, Bonacin. in tract. de legib. disp. 5. q. un. pun.
2. n. 10. vers. limitatur, Nav. in man. c. 13. n. 13. Jord. lib. 11. tit. 1.
n. 192. ubi excusat Judicem, qui huc, illucque tenetur per-
gere ad jus dicendum ob Pagorum multitudinem, aut di-
stantiam.
An verò in casu necessitatis testes possint jurare prædictis 18
diebus videlicet si essent absfuturi, vel ita infirmi, ut de eo-
rum morte timeatur? affirmat Spec. in tit. de fer. d. §. sequitur,
num. 3. & seq. ubi etiam dicit, quod si die non feriato testis 19
juraverit, poterit die feriato examinari: quia depositio te-
stium refertur ad tempus juramenti, de quo latè Scaccia dict.
lib. cap. 5. num. 73. & seq. Guid. Pap. dec. 215. num. 3. Mandos. de
commiss. form. 13. comm. feriis non obstan. vers. quarto quæro,
Menoch. de Arbitr. jud. qu. 30. num. 15. lib. 1. Marant. de ord. Ju-
dic. d. p. 6. act. 10. de actor. edit. num. 32. Jordan. lib. 11. tit. 1. num.
180. Post. qui alios refert in tr. Mandat. de manutent. observ. 90.
num. 4. quod ultimum procedere potest, ubi talis consue-
tudo examinandi diebus festis fuerit legitimè præscripta, jux-
ta textum in cap. 2. de fer. Suar. to. 1. de Relig. tract. 2. libr. 2. c. 30.
n. 6. Reginal. lib. 19. num. 45. Filliuc. tract. 27. c. 10. q. 7. n. 194. quos
refert & sequitur Bonacin. d. tract. de legib. disp. 5. qu. un. punct. 2.
num. 21.
Quæres, an Judex possit procedere tempore feriato, si 20
jurisdictio esset tempore peritura? Resp. quod si periret so-
la jurisdictio, posset quidem procedi die feriato in utilita-
tem hominum, non autem die feriato in honorem Dei; si
verò unà cum jurisdictione Judicis expiraret instantia, seu
aliter periret jus partis, seu probatio, tunc posset procedi
etiam die feriato in honorem Dei, secundum Abb. & Fel. in
cap. fin. de jud. prout illos refert Scac. de judic. lib. 2. cap. 5. num.
40. & seq.
Limitatur 4. in debitoribus de fuga suspectis, qui capi pos- 21
sunt etiam die Nativitatis, & Paschatis Domini, & aliis so-
lemnioribus diebus: quia feriæ non prosunt debitoribus,
qui volunt aufugere cum pecunia aliena, gl. communiter re-
cepta in l. fin. C. de fer. & tradunt DD. in l. si feriatis, ff. eod. titul.
Unde etiam delinquentes dictis diebus capi possunt, quia
habentur pro fugitivis, Scacc. d. lib. 2. c. 5. n. 28. & seq. & c. 6. n.
12. Surd. de Alim. tit. 8. privil. 2. n. 12.
An verò debitor de fuga suspectus jam captus possit die 22
festivo recomendari, seu sequestrari in carceribus ad instan-
tiam alterius creditoris? negant Bald. in auth. & qui, nu. 13.
cod. de Bon. auth. Jud. poss. Alex. cons. 159. n. 7. lib. 2. & alii: quia
talis carceratus non est aptus fugere; sed mihi magis placet
contraria sententia, quia cum talis debitor possit præstitâ
fidejussione relaxari die feriato in honorem Dei, ut infra di-
cemus, reviviscerer suspicio fugæ ea ipsamet relaxatione: ex
quo tollitur fundamentum primæ sententiæ, & ita tenet
Scac. d. lib. 2. c. 5. n. 33.
Addunt DD. quod potest reus etiam die festo per senten- 23
tiam condemnari, si ita expediret Reip. l. provinciarum, ubi
Bald. & alii, cod. de fer. Marant. loco cit. n. 30. Bonacin. d. disp. 5.
q. un. punct. 2. nu. 10. vers. nomine Judicii criminalis &c. quod
præcipuè procedit in Inquisitoribus contra hæreticam pra-
vitatem: isti enim diebus festis possunt acta conficere, ac
ferre sententiam in causa hæresis, juxta rescriptum supremi
Tribunalis S. universalis Inquisitionis Urbis sub die 26. Julii
1605. ut refert Marc. Antonin. apud Barbos. in d. cap. conque-
stus, num. 31. & seq. Immò alias quascunque sententias die
festo latas absque strepitu Judicii, non esse invalidas, quan-
do scilicet sufficiens causæ cognitio jam præcessit, tenet A-
zor. 2. p. lib. 1. c. 27. q. 12. quem refert Bonacin. d. disp. 5. q. un. punct.
2. num. 12.
An verò executio sententiæ criminalis fieri possit diebus 24
feriatis in honorem Dei? alii affirmant, ubi crimen esset
immane, & enorme, per d. textum in l. Provinciarum, cod.
de fer. Unde posse hæreticum die festivo condigna pœna pu-
niri, ut omnibus punitio magis innotescat, dicit Scac. de
jud. d. lib. 2. cap. 6. n. 10. 25. & seq. ubi de communi. contraria ta-
men sententia mihi magis placet: ab hoc enim horrendo,
& miserabili spectaculo omninò abstinendum censeo prop-
ter Dei, ac Sanctorum reverentiam, ut notant omnes in cap.
1. extr. de fer. Boer. dec. 259. num. 28. Clar. in Pract. crim. §. fin. qu.
97. vers. quæro etiam Caball. resol. crim. cas. 227. num. 42. ubi di-
cit, quod talibus diebus nec ad torturam, nec ad exequu-
tionem sanguinis, aut alterius sententiæ capitalis procedi
debet contra reum, etiamsi ageretur de crimine læsæ maje-
statis, nec obstat textus in d. l. Provinciarum, quia ibi spe- 25
ciale est in Latronibus de Isauria, qui perfidiores erant, ut
not. gl. ibid.
Limitatur 5. in casibus, seu actibus pietatis, ex d. textu 26
in c. conquestus, unde in causis pauperum, & miserabilium

personarum procedi potest die feriato etiam in honorem
Dei, *gloſ.& DD.in d.cap.conqueſtus,& ibidem Barboſ.nu.27.*
ubi dicit, quod in dicto textu ſermo tantum eſt de cauſa pie-
tatis, quæ miſericordiam reſpicit, unde *Layman.in Theol.*
mor.lib.4.tract.7.c.2.num.7.verſ.contra verò, in fin. Bonacin. in
d.tract.de legib.diſp.5.q.un.pun.2.num.10. verſ.limitatur, ex-
cuſant Judices rurales diebus feſtis judicium exercentes in
civilibus negotiis ad pauperes ſpectantibus, qui a ſuis ſervi-
libus negotiis deſiſtere non poſſunt ſine gravi incommodo ;
idem dicendum de cauſis carceratorum, *l.Divus, ff.de ſer.l.*
cuſtodias, ff.de Publ.Jud.& eſt communis Doctorum ſententia,
teſte Scac.de judic.d.lib.2.c.5. num.67. ubi etiam dicit, quod
27 fidejuſſio poteſt ſtipulari die feſto pro relaxatione carcerati,
ſubdens, *num.108.* quod validum eſt juramentum in tali ca-
28 ſu, ſicut & in alio quocunque actu pio, Item cauſæ alimen-
torum prædictis diebus feſtivis agitari licitè poſſunt, quia
ſimiliter cenſentur piæ, *l.Mela, ff.de Alim.& cibar.leg. Ma-*
rant.loco cit.num.33. & alii apud Barboſ.in d.cap.conqueſtus,
num.38.Layman.ubi ſupra Covall.in ſpec.opin.comm.con.comm.
quæſt.760.num.14.& ſeq. hoc tamen intelligendum eſt, quan-
do alimenta debentur pauperi, qui non habet aliunde, ſive
debeantur ex contractu, ſive aliter jure actionis, ſive ex of-
ficio Judicis; ſecus ſi petantur a Divite; quia in paupere
tantum, ſive autem in Divite concurrit ratio pietatis. Se-
cundò intelligendum eſt in alimentis præſentibus, vel futu-
ris non autem in præteritis: quia in his ſimiliter ceſſat ratio
favoris, ne videlicet alendus interim fame vexetur: unde &
cætera privilegia favore alimentorum conceſſa non habent
29 locum in alimentis præteritis, ſed tantum in alimentis præ-
ſentibus, & futuris, *latè Surd.de Alim.tit.8.privil.2. numer.*
12.& ſeq.Scac.de judic.d.libr.2.cap.5. numer.48.& ſequ. ubi
30 etiam dicit, quod ſi dos petatur a muliere paupere, poterit
ſimiliter procedi diebus feriatis in honorem Dei: quia cau-
ſa dotis cenſetur pia, non reſpectu mulieris divitis, ſed tan-
tùm pauperis, de qua intelligendus eſt *textus in l.cum is, §.ſi*
31 *in ea, ff.de condict. indeb.* quemadmodum famulus pauper
non habens unde ſe alat, agere poteſt pro ſalario dictis feſtis
diebus: quia hujuſmodi ſalarium ſuccedit in locum alimen-
torum, *ut ex doctrina Bald.in l.eadem, ſub n.1.verſ.in textu*,
ff.de fer.Alex.in lib.1.n.5.ff.eod.Bonacoſ.tr.de ſerv.& famul.qu.
22.Surd.de Alim.tit.8.privil.2.num.7.in fin.probat Scac.d.c.5.
num.61.& ſeq.

S U M M A R I U M.

1 *In actibus merè voluntariis præſcriptio non habet locum: li-*
mitatur n.4.22.23.24.25.26.27.& 30.
2 *Si aqua ex meo prædio in tuum fluat nulla conſtituta ſervi-*
tute, poſſum eam avertere, limitatur n.27.& 29.
3 *Qui per plures annos acceſſit ad alterius molendinum, non*
poteſt cogi ad molendum in eodem molendino.
4 *Quando in actibus mere voluntariis currat præſcriptio.*
5 *Quando Vaſſalli venandi facultatem amittant.*
6 *Quando Vicino non liceat amplius ædificare, vel altius tol-*
lere.
7 *Quando ſubditis non liceat amplius furnos conſtruere.*
8 *Quilibet in ſuo furnos, & molendina conſtruere poteſt.*
9 *Barones non poſſunt aliquid ſtatuere contra jus.*
10 *Barones non poſſunt imponere pœnas confiſcationis, nec a-*
lias in caſu a lege non expreſſo.
11 *Major eſt contradictio, quæ facto fit, quàm quæ fit*
verbis.
12 *Præſcriptio non inducitur ex actu violento.*
13 *Alleganti prohibitionem incumbit onus probandi.*
14 *Quando Dominus loci poſſit cogere ſubditos, ut accedant ad*
molendina, & furnos ipſius Domini, & n.18.
15 *Princeps non recognoſcens Superiorem an poſſit ſubditis ea*
prohibere, quæ ſunt meræ facultatis, & an hujuſmodi
prohibitio liget clericos.
16 *An, ſi Barones a Principe inveſtiantur de feudis unà cum*
molendinis, & furnis, teneantur ſubditi accedere ad fur-
nos, & molendina Dominorum.
17 *Quando poſſit Dominus ſubditis prohibere conſtructionem*
furnorum.
18 *Si Reſp. habeat molendina, & furnos, & illorum fructus*
convertantur in publicam utilitatem, an poſſit tunc ſubdi-
tos cogere ad molendum in ſuis molendinis, & coquendum
in ſuis furnis, & n.21.
19 *Ex cauſa publicæ utilitatis poteſt etiam inferior a Principe*
auferre jus privati.
20 *Ob cauſam publicæ utilitatis poſſunt cogi ſubditi ad venden-*
das res ſuas pretio viliori.
21 *Statutum generale non extenditur ad non ſubjectos.*
22 *Præſcriptio immemorabilis habet vim tituli, & privilegiũ*
declaratur n.23.
25 *Quanto tempore forenſis præſcribat libertatem non ſolvendi*
collectas.
26 *Jus adeundi quanto tempore præſcribatur.*
28 *Si quis in flumine publico habeat aliquod opus ad retinendos*
piſces, poterit alios prohibere, ne ibi piſcari audeant.
29 *Dominus fundi ſuperioris non poteſt præcidere venas aquæ*
defluentis in fundum vicini, ſi nulla inde ei reſultaret uti-
litas.
30 *Quæ ab initio ſunt meræ facultatis, ex curſu longiſſimi tem-*
poris ſiunt neceſſitatis favore cultus Divini.
31 *Clerici, qui per longiſſimum tempus Eccleſiæ inſervierunt,*
coguntur etiam in poſterum eidem inſervire.
32 *Quid ſi miſſæ per longiſſimum tempus decantatæ fuerint in*
aliqua Eccleſia.
33 *Si civitas conſuevit Eccleſiæ aliquam dare eleemoſinam,*
non poſſet hoc per ſtatutum immutari.

C A P U T X.

Quando in his, quæ ſunt meræ facultatis, ac volun-
tatis locum habeat præſcriptio.

REgula eſt, quod in actibus merè voluntatis præſcri- 1
ptio non habet locum, *l.viam publicam, ff.de via pu-*
bl.gloſ. communiter recepta in leg.ſolet. ver.qualitatem, ff.de
offic.Proconſ.& tradunt DD.in leg.2.cod. Quæ ſit long. conſuet.
latè Gabr.commu.concluſ.lib.5.tit.de præſcrip.concluſ.10. unde 2
ſi aqua ex meo prædin in tuum fluat, nulla conſtituta ſervi-
tute, poſſum eam avertere, quia jure facultatis aqua deſcen-
debat in fundum tuum, *leg.1.§.denique Marcellus, & leg.ſi*
in meo fundo, ff.de aqua pluvia.arc. Similiter qui per plures 3
annos acceſſit ad alterius molendinum, non poteſt cogi ad
molendum in eodem molendino, quia jure facultatis acceſ-
ſiſſe præſumitur, *ut poſt Jaſ.conſ.161.num.2.lib.2.Neviz.conſ.*
43.num.7.Rip.in cap.cum eccleſia Sutrina, numer.44. de cauſ.
poſſ.& propr.& alios not.Menoch.de Arbitr.jud.lib.2.caſ.160.
num.8.

Hac tamen regula limitatur 1. quando interceſſit prohi- 4
bitio, ſeu contradictio cum patientia ſubſequuta, tunc enim
a die dictæ contradictionis currit præſcriptio, *Gabr.d.tit.de*
præſcrip.concl.10.n.13.Cravet.conſ.111.n.22. & ita loquuntur
DD.in c.ſignificante, de appell.Theſaur.dec.16.n.7.verſ.diſſen-
tiunt, ubi dicit, quod hujuſmodi præſcriptio poſt prohibi-
tionem ſpatio 30. annorum inducitur, *Grat.diſc.for.c.564.n.*
52.& ſequ. ubi, quod præſcriptio, & patientia hujuſmodi
probari debent.

Hinc infertur, quod vaſſalli venandi facultatem amittunt, 5
ſi prohibitioni a Domino factæ de non venando, acquieve-
rint; & ideò ad conſervandum jus ſuum, ab hujuſmodi pro-
hibitione appellare debent, *Dec.conſ.197.colum.2.Rip.in leg.*
quominus, num.133.ff.de flumin.& alii apud Menoch. loco cit.
num.11.

Infertur 2. quod ſi vicinus volens ædificare, vel altius 6
tollere, fuerit ab alio vicino prohibitus, & a die prohibi-
tionis tenuerit domum depreſſam per tempus ſufficiens ad
præſcriptionem, non poterit poſtea quicquam innovare cum
in tali caſu jus ſuum amiſerit, *Crav.d.conſ.111.nu.22. Alex.*
conſ.174.n.3.lib.2.

Infertur 3. quod ſi a Domino Caſtri fuerit ſubditis prohi- 7
bita furnorum conſtructio, & ipſi non appellaverint, nec
reclamaverint, non poſſunt elapſo legitimo tempore furnos
conſtruere, *Guid. Pap.dec.298.Menoch.d.caſ.160.n.10.Can-*
cer.var.lib.2.c.2.n.106.Theſaur.dec.16.n.7.& alii communiter:
quod etiam procedit in privato prohibente, *ut dicit Cepoll.*
de ſervit.Urban.præd.cap.50.n.2. ſecus eſſet ſi reclamaverint:
non enim poteſt Dominus caſtri prohibere conſtructionem
furnorum, vel molendinorum, cum quilibet in ſuo furnos, 8
& molendina de jure conſtruere poſſit, *juxta textum in l.flu-*
minum, ff.de Damn.infect.Clar.in §.feudum, qu.30. Afflict.dec.
388.n.1.Cepoll.de ſervit.Urban.præd.cap.50.nu.2. Cancer.ubi
ſup.Vermigliol. conſ.434.n.1. ubi addit, quod Barones, et-
iamſi habeant merum, & mixtum imperium cum omnimo-
da juriſdictione, non poſſunt aliquid ſtatuere contra jus; & 9
ideo nequeunt imponere pœnas confiſcationis, vel alias in
caſu a lege, non expreſſo: quia ſtatuere contra jus, eſt de
reſervatis ſupremo principi, quod nunquam cenſetur con-
ceſſum, niſi explicitè legatur in privilegio, *Natt.conſ.402.*
n.8.& ſeq.Rod.conſ.4.n.31.& ſeq.lib.3.Oſaſc.dec.139.n.17.& ſeq.
Cravet.conſ.314.n.2.

Addit *Cancer.var.lib.2.cap.2.nu.105.* quod licèt non ap- 11
pellaverint a prohibitione, ſufficere tamen, quod de facto

con-

contrarium fecerint: quia major est contradictio, quæ facto fit, quàm quæ fit verbis, *per textum in leg. fin. ff. de Divort. leg. si instituta, §. 1. ff. de inoff. testam. cap. dilecti, 52. de Appell.*

12 Idem dicendum, si coacti & propter metum acquievissent: quia præscriptio ex violento actu non inducitur, *Afflict. loco cit. n. 9. Gabr. lib. 5. tit. de Præscrip. concl. 1. n. 11. Thesaur. dec. 16. n. 7. vers. dissentiunt.*

13 Alleganti verò prohibitionem incumbit onus probandi, quia præsumptio est contra præscribentem, *leg. ab ea parte, ff. de Probat. Afflict. d. decis. 388. num. 5. & sequ. Thesaur. loco cit. num. 8.*

14 Observa tamen, quod etiam in aliis casibus potest Dominus loci cogere subditos, ut accedant ad molendina, & furnos ipsius Domini, illisque prohibere ne alia molendina, & furnos construant, videlicet si adesset conventio inter Dominum, & subditos; ut liceat Domino habere publicos furnos, & molendina: vel si ex consuetudine Dominus Castri habeat hujusmodi facultatem prohibendi, *Clar. in §. feudum, q. 30. Cravet. de Antiq. temp. p. 4. §. circa præmissa, num. 2. Thesaurus d. dec. 16. num. 9. 13. & 14.* Idem esset si Domino loci super hoc fuisset jus quæsitum auctoritate Principis, *Guid. Pap. dec. 298. n. 2. per textum in l. quominus ff. de flumin. leg. quod Principis, ff. de Aqua pluv. arc.* potest enim Princeps non re-
15 cognoscens Superiorem hujusmodi prohibitionem facere etiam in iis, quæ meræ facultatis sunt dummodo subditis aliquod jus quæsitum non sit, *ut probatur ex d. leg. quominus, & tradunt Boer. dec. 125. colum. 2. Capic. dec. 209. num. 30. Guid. Pap. dec. 298. num. 2. Franc. Marc. dec. 123. nu. 2. Brun. cons. 131. & alii, quos refert, & sequitur Thesaur. d. dec. 16. num. 4. 5. & 12.* subdens, quod hoc casu prohibitio Principis clericos non ligat.

16 Notandum est autem, quod si Barones a Principe investiuntur de feudis unà cum molendinis, & furnis, non infertur propterea, quod subditi accedere debeant ad furnos, & molendina Dominorum, ut *d. Ursell. ad Affl. dec. 388. nu. 4. & alii apud Thesaur. loco cit. num. 9. vers. contrarium*, nisi forte ante investituram tale jus Principi quæsitum fuerit, ad *trad. per Capic. dec. 118. num. 4. Clar. d. q. 30. in fin. Alex. cons. 174.*
17 *lib. 2.* ubi addit: quod potest Dominus subditis prohibere constructionem furnorum, quando id fieret non ad propriam utilitatem, sed ad æmulationem, putà si plus impenderent, quàm si communiter coquerent in furnis Domini: tunc enim per æmulationem id fieri præsumitur, ut inferatur damnum Domino, quod non licet, *l. opus novum, ff. de oper. publ.*

18 Idem dicendum, si Resp. habeat molendina, & furnos, illorumque fructus convertantur in publicam utilitatem: hoc enim casu posset subditos cogere ad molendum in suis molendinis, & coquendum in suis furnis, illisque prohibere, ne alia molendina, vel furnos ædificent, *Bald. cons. 410. lib. 5. Natt. cons. 106. num. 1. & cons. 227. n. 4. Boss. in tit. de Regal. num. 41. & alii apud Thesaur. d. dec. 16. num. 13.* potest enim ex causa publicæ utilitatis etiam inferior a Principe auferre jus privati, *ut post Bart. in leg. 4. in fin. cod. de Navicul. libr. 11. & alios dict. Alex. cons. 124. num. 6. lib. 4. Crav. de antiq. temp. par.*
20 *4. §. circa præmissa, num. 6.* ubi etiam dicit, quod ob eamdem causam possunt cogi subditi ad vendendas res suas pretio viliori, *per textum in l. si pendentes, §. si quid cloacarum ff. de Usufr.*

21 Hæc tamen prohibitio restringenda esset ad subditos accedentes ad molendina, seu furnos aliorum laicorum non autem ad molendina, seu furnos Ecclesiæ, vel clericorum: quia statutum generale non extenditur ad non subjectos, *cap. a nobis fuit, de Sent. excomm. cap. Ecclesia S. Mariæ, ubi omnes, de const. & ita in specie not. Cancer. variar. lib. 2. cap. 2. num. 202. latè Alex. cons. 211. num. 7. & seq. libr. 2.* quicquid in contrarium dicat *Crav. de antiqu. temp. par. 4. §. circa præmissa, numer. 8. & seq.* qui tamen *num. 11. 23. & 32.* in nostram sententiam inclinat, quando Ecclesia esset pauper, vel sustineret onera spiritualia in loco, ubi habet molendina. Immò nec valeret tale statutum in præjudicium aliorum laicorum, ubi Respublica, vel Communitas modicum inde perciperet commodum; absurdum enim esset, si universitas pro modico lucro afficere vellet damno graviore aliquem privatum, *ut observat idem Crav. loco cit. num. 33. & 34.* ratio est, quia tunc cessaret publica utilitas, parum enim, & nihil æquiparantur, *l. 4. ff. quod cum eo &c. l. minus, ff. de verb. signif.*

22 Limitatur 2. quando adesset præscriptio tanti temporis, cujus initii memoria non extat in contrarium: quia præscriptio immemorabilis habet vim tituli, & privilegii, *leg. in summa, §. idem Labeo, vers. planè, ff. de Aqua pluv. arc. leg. Antonell. de Tempore.*

hoc jure, §. ductus aquæ, ff. de Aqua quotidian. & æstiv. cap. super quibusdam, §. præterea, de verb. signific. & ideo si per immemorabile tempus Dominus solus possederit furnos, & molendina, ad quæ cives, seu incolæ loci consueverunt accedere videtur ex præsumpto titulo jus prohibendi acquisivisse, *secundum gl. in l. fin. in ver. probaretur, ff. de Aqua pluv. arc. Alex. cons. 24. num. 15. libr. 5. Guid. Pap. dec. 298. in fin.* sed
verior videtur contraria sententia, quia regula, quod præ- 23
scriptio immemorabilis habeat vim tituli, & concessionis procedit in rebus illis, quæ regulariter ex sola, & simplici præscriptione acquiruntur, nulla accedente prohibitione; secus in illis, quæ meræ facultatis sunt: in his enim præscriptio currere non potest, nisi post factam prohibitionem, *ut supra diximus, ita Cepoll. de Servit. Urban. præd. cap. 50. num. 2. Paris. cons. 27. num. 56. & 110. volum. 1. Bert. cons. 3. col. 1. volum. 2. & cons. 200. volum. 3. quos refert & sequitur Gab. commun. concl. lib. 5. tit. de præscrip. concl. 10. num. 6. & est communis opinio.*

Prima tamen sententia procederet, quando ultra tem- 24
pus immemorabile concurrerent conjecturæ, & adminicula: quia tunc tempus hujusmodi videtur jus prohibendi tribuere Domino loci, atque onus contrariæ probationis transfert in subditos, ut *d. Thesaur. dicta decis. 16. numer. 4. in fin.*

Limitatur 3. quando nata esset, & competeret actio pu- 25
tà si quis promiserit rem vendere, quandocunque solveretur certa quantitas; quamvis enim sit in facultate ejus, cui promissio facta est cogere promittentem ad vendendum: tamen hujusmodi facultas spatio 30. annorum tollitur, *leg. sicut, cod. de præscrip. 30. ann. ita Ang. cons. 55. Fel. in cap. cum accessissent, colum. 12. vers. secundo declaratur, de constit. Brun. cons. 95. colum. 2. quos refert Crav. de antiqu. temp. par. 4. §. circa præmissa, num. 35.* ubi *num. 36.* addit, quod eodem tempore forensis præscribit libertatem non solvendi collectas, & alia onera: quia pro exactione hujusmodi competit actio, aut condictio ex lege, statuto, vel consuetudine, vel saltem officium Judicis, *& cons. 111. num. 23. Cephal. cons. 176. num. 53.* Idem dicendum, quando competit aliquod jus dependens a ministerio alterius: hoc enim jus cum in judicio deduci, ac peti possit, si non præstetur, ideo præscriptione tollitur, ut *post Barbat. cons. 51. col. 8. lib. 1. Cassan. cons. 11. Socin. Jun. cons. 145. num. 42. lib. 1. & alios observat Cephal. cons. 176. num. 48.*

Limitatur 4. in jure adeundi, quod præscribitur spatio 26
30. annorum post jus delatum, etiamsi pendeat a mero arbitrio hæredis, an velit adire, *ut post Paul. de Castr. cons. 279. vol. 1. Rom. cons. 71. col. 2. Corn. cons. 395. col. fin. vol. 3. Felin. in c. de quarta, col. 7. extr. de præscrip. & alios tradit Gabr. commun. concl. lib. 5. tit. de præscrip. concl. 8. & 10.*

Limitatur 5. quando intervenit aliquod factum hominis, 27
putà si aqua curreret ex fundo meo in fundum vicini per opus hominis extructum in fundo meo ob causam cursus talis aquæ: nam ex tali opere arguitur, quod non jure facultatis, sed jure servitutis ita aqua curreret, *Paul. de Castr. cons. 243. circa fin. lib. 2. Calcan. cons. 36. col. pen. circa med. & alii apud Cravet. de Antiq. temp. par. 4. §. circa præmissa, n. 40.* ubi etiam dicit, quod si quis flumine publico habeat aliquod opus ad retinendos pisces poterit alios prohibere, ne ibi piscari audeant: quamvis actus piscandi in flumine publico competat jure facultatis, nec in eo procedat præscriptio, *leg. fin. ff. de Usucap.*

Addit, *Alex. cons. 174. n. 5. lib. 2.* quod non posset Domi- 29
nus fundi Superioris præcidere venas aquæ defluentis in fundum vicini, si nulla inde ei resultaret utilitas: quia tunc præsumeretur dolo id facere quod non licet, *l. opus novum, ff. de oper. publ.*

Limitatur 6. in iis, quæ ad Divinum cultum spectant; ea 30
enim, quæ ab initio sunt meræ facultatis, ex cursu longissimi temporis fiunt necessitatis favore cultus Divini, *Rot. dec. 54. n. 9. p. 4. tom. 2. Recent.* ubi, quod Clerici, qui per longis-
simum temporis spatium ecclesiæ inservierunt, coguntur 31
etiam in posterum eidem inservire: & de missis, quæ per longissimum tempus consueverunt decantari in aliqua Ecclesia, dixit eadem *Rot. dec. 701. p. 4. tom. 3. recen. Bart. communiter receptus in l. privilegia, n. 3. cod. de Sacros. Eccles.* ubi di- 32
cit, quod si Civitas dare consuevit ecclesiæ aliquam eleemosinam, non posset hoc per statutum immutari: ea enim quæ ab antiquo ecclesiæ, & ejus ministris, quamvis eleemosinæ titulo, tribui consueverunt, omninò debentur etiam de jure civili, nec debent ullo modo impediri, *ut in d. l. privilegia, cum ibi not.*

S V M M A R I V M.

1 *Præscriptio libertatis adversùs onera collectarum currit a die contradictionis: contrarium n.2.& 3.*
4 *Consuetudo collectandi forenses tollitur spatio decem annorum,*
5 *An præscriptio adversùs collectas currat sine titulo.*
6 *Non requiritur contradictio, quando jus negativum non est simplex, sed habet implicitum factum.*
7 *Alleganti concessionem sibi factam de collecta non solvenda cum cursu 40. annorum, nulla novitas potest imponi, & an in tali casu teneatur probare negativam, quod non solverit.*
Quando Dominus amittat jus cogendi suos vassallos ad coquendum in furno suo, ibid.
8 *Libertas contra ecclesiam quando præscribatur.*
Emphyteuta non solvens pensionem per 40. annos, an præscribat contra Dominum, ibidem,

C A P U T XI.

A quo die currat præscriptio libertatis adversùs onera collectarum.

1 ALii putant, præscriptionem hujusmodi currere a die contradictionis: requiritur enim, quod aliquando quis fuerit ad solvendum interpellatus, & contradixerit, *ita Bald. in l. de quibus, ff. de legibus quem refe t, & sequitur Alex. in cons. 136. n. 19. lib. 2.*

2 Verum hæc sententia procedit, ubi agitur de præscribendo in actibus merè voluntariis: & ideò non potest applicari in casu nostro, cum actus exigendi collectas non possit dici merè voluntarius saltem ex parte ejus, qui debet solvere; nam licèt actus collectandi possit dici merè voluntarius respectu imponentis collectam tamen pro illius exactione competit actio, aut condictio ex lege, statuto, vel consuetudine, *juxta omnium sententiam*; constat autem omnem actionem tolli spatio 30. vel 40. annorum, *l. sicut, & l. omnes, C. de præscrip. 30. ann.*

3 Quare alii rectiùs sentiunt, præscriptionem in tali casu currere ex die impositionis primæ collectæ: nam si ab ea die aliquis collectam non solverit per spatium 30. vel 40. annorum, satis præscripsisse dicitur talem libertatem a solutione collectarum, *Abb. cons. 101. col. 4. lib. 1. & cons. 57. libr. 2. quem refert, & sequitur Gravet. cons. 111. n. 3. & seq.* ubi etiam dicit, quod consuetudo collectandi forenses, quia est contraria juri communi, & sic non petit de jure speciali, tollitur spa-
4 tio decem annorum, *Jord. lib. 14. tit. 24. n. 426. & 453. cum seq.* ubi, quod talis præscriptio adversùs collectas currit etiam
5 sine titulo, *Cancer. var. lib. 3. c. 4. n. 143. & seq. Cephal. cons. 129. n. 5. Alex. sibi contrarius in cons. 30. n. 12. lib. 5. Guid. Pap. decis.*
6 *631. n. 13. vers. sed contra proximè dicta*, ubi, quod non requiritur contradictio, quando jus negativum non est simplex sed habet implicitum factum, ut in præscriptione, per quam debitum justum, seu jus alienum detinetur, & quasi possidetur a debitore, *juxta glos. in l. regulariter, ff. de petit.*
7 *hæred. Bart. cons. 59. n. 3. lib. 1.* ubi dicit, quod alleganti concessionem sibi factam de collecta non solvenda cum cursu 40. annorum nulla novitas potest imponi: nam si quis per longissimum tempus non solvit onera aliàs debita, præsumitur, quod ex aliqua causa fuerit exemptus, *ut post Abb in cons. 94. lib. 1. & cons. 26. col. 2. ver. sed prædictis, lib. 2. observat Gravet. d. cons. 111. n. 10. & seq.* ubi etiam dicit, quod in tali casu non tenetur probare negativam, quòd non solverit, sed sufficit probare solum temporis cursum 40. annorum, *per doctrinam Bald. in cons. 315. colum. 1. ad fin libr. 3. Corn. cons. 142. col. pen. & cons. 263. colum. 7. lib. 4.* quibus adde *Cancer. var. par. 3. cap. 4. numer. 151. & sequ.* ubi dicit, quod eodem spatio 30. vel 40. annorum Dominus amitteret jus cogendi suos vassallos ad coquendum in furno suo, si dicto jure usus non fuerit,

8 Addit *Paul. de Castr. cons. 213. col. 1. lib. 2. quem refert, & sequitur idem Gravet. cons. 58. n. 8.* quod hoc modo præscribitur libertas etiam contra Ecclesiam: contrarium tamen est verius, *& ita tenet Spec. in Tit. de Emphyt. §. nunc aliqua, num. 55. & sequ.* ubi dicit, quod emphyteuta non solvens pensionem etiam per mille annos, non præscribit contra Ecclesiam, neque contra alium directum Dominum: quia Dominus directus possidet semper ministerio emphyteutæ, & possidenti non currit præscriptio, *l. sciendum, §. 1. ff. Qui satisd. cog. l. cum notissimi, §. immò cod. de præscrip. 30. ann.* unde ultra lapsum 40. annorum requiritur interversio possessionis Domini, non admittendo illum, *Bald. in l. malè agitur, nu. 8. cod. de præscr. 30. ann. Jas. in l. 2. nu. 156. cod. de jur. emph. Bero. cons. 114. num. 7. lib. 1. Curt. Jun. cons. 60. num. 14. & sequ. & alii apud Grat. discep. for. cap. 902. num. 40. & seq. Add. ad Thesaur. dec. 179.*

S V M M A R I V M.

1 *Accusator non tenetur in accusatione exprimere diem certum delicti: limitatur n. 4. & 5.*
2 *Et an teneatur saltem exprimere annum, & mensem.*
3 *Inquisitio, ut valida sit, continere debet annum, & mensem,*
5 *Excusatur Accusator, si non recordetur de die dummodò id affirmet cum juramento.*
6 *Intra quantum tempus querelans debeat exprimere diem.*
7 *Quando in accusatione, vel inquisitione exprimitur dies, vel tempus certum, necessariò probari debet, quod eo tempore delictum fuerit commissum: limitatur n. 8.*
8 *Clausula, non se astringent &c. vel super quibus omnibus &c. substinent accusationem, & processum, etiamsi non sit probata qualitas in accusatione deducta, modo de crimine constet.*
9 *Si qualitas diei, & horæ esset de substantia delicti, tunc omnino probari debet talis dies, vel hora, & in tali casu inseri debet dies in libello.*
10 *Si notarius registrare soleat querelas in particulari libro, & in ejus principio annum Domini inscripserit, querela sine anno porrecta ab accusatore, substinetur.*

C A P U T XII.

An accusator teneatur in accusatione exprimere diem certum delicti.

REsp. negativè, *leg. libellorum, ff. de accus. & inscrip.* de- 1
bet tamen accusator exprimere annum, & mensem: 2
idemque servandum est in inquisitione, aliàs accusatio, & 3
inquisitio esset ipso jure nulla etiam parte non opponente, *Bart. in d. l. libellorum, n. 12. & seq. & in l. 2. §. si publico, subnu. 12. ff. ad l. Jul. de Adult. Gandin. in tit. Qualit. fiat accus. num. 6. Boss. in tit. de accusat. num. 2. & in tit. de inquis. num. 90. Clar. in Pract. crim. lib. 5. §. fin. q. 10. vers. scias autem &c. & q. 12. vers. præterea, & q. 31. vers. quod de anno &c. Ciriac. controv. 488. n. 51. & sequ. libr. 3.* exceptis delictis levibus, & successivis, quale est ebrietas, & similia, in quibus hujusmodi specificatio non requiritur, *Rot. dec. 431. n. 2. p. 1. Divers. Scac. de Jud. lib. 1. c. 51. n. 3.*

Sed si reus id petat, quia fortè intendit ad sui defensionem 4
probare, quod eo die erat in alio loco remoto a loco delicti, Judex debet cogere accusatorem ad ipsum diem exprimendum, *ut d. Bart. in l. is, qui, n. 10. ff. de publ. judic. quem alii communiter sequuntur, teste Boss. in tit. de inquis. n. 92.* aliàs defensiones tollerentur.

Observa tamen, quod licèt accusator teneatur in tali ca- 5
su exprimere diem, non tamen tenetur illum probare, *Bertran. cons. 16. num. 2. lib. 2. quem refert Clar. qui de communi testatur, in Pract. crim. §. fin. quæst. 12. vers. dixi etiam &c.* ubi etiam excusat accusatorem, si non recordetur de die, dummodò id affirmet cum juramento, *Scac. dicto libr. 1. cap. 51. numer. 38.* subdens, quod sufficiat, si accusator diem exprimat tempore, quo præfigitur reo terminus ad faciendas defensiones.

Observa 2. quod quando in accusatione, vel inquisitione 7
apponitur dies, vel tempus certum, tunc necessariò probari debet, quod delictum eo tempore fuerit commissum, *Jas. in leg. qui aliena, §. fin. ff. de acquir. hæred. Bald. cons. 68. vol. 2. Corn. cons. 217. colum. 1. volum. 1. quos refert Boss. dict. titul. de inquis. numer. 93.* aliàs reus esset absolvendus, etiamsi delictum jam probatum fuerit per testes, *ut consuluit Joan. de Amic. cons. 127. vers. ultima conclusio, lib. 1. post Bart. in dict. leg. is, qui, num. 9.* cum enim Accusator, vel fiscus sese ad diem astrinxerit, sibi imputare debet, *l. habebat, ubi Bart. ff. de instit. act.*

Limita, ubi in libello accusationis, seu querelæ adessent 8
clausulæ, *non se astringens &c. vel, super quibus omnibus &c.* quæ salvant, & substinent accusationem, & processum, etiamsi non sit probata qualitas in accusatione deducta, modò de crimine constet, *ut post Aug. in leg. in causis, cod. de accus. not. Menoch. ad Bartol. in leg. libellorum, litt. B. Clar. d. §. fin. quæst. 12. vers. sed quid si accusator, Papien. in form. libell. in act. real. §. non astringens se &c. numer. 1. Rota in Tricarien. Territorii 26. Junii 1591. coram Cardinal. Pamphilio,*

lio, Theodoſ. Rub. in ſingul. tom.2. par.4. de clauſul. clauſul. 498.

9 Notandum tamen eſt, quod ſi qualitas diei, vel horæ eſſet de ſubſtantia delicti, putà ſi ſtatutum prohiberet, ne quid certo die, vel hora fiat, tunc omnino probari debet talis dies, vel hora, ad hoc ut reus poſſit de ipſo facto tanquam de delicto puniri, *Bart. in d.l. libellorum, n.12. ff. de accuſ. & inſcrip.* ubi etiam dicit, quod in tali caſu in libello accuſationis inſeri debet dies, *Clar. ubi ſupr. d. q. 12. verſ. ſed quid ſi accuſator.*

10 Obſerva 3. quod ſi Notarius regiſtrare ſoleat querelas in particulari libro, & in ejus principio annum Domini inſcripſerit, querela ſine anno porrecta ab Accuſatore ſubſtinetur: quia ille annus ſatis intelligitur ab eodem Accuſatore repetitus, *Bart. in leg. libellorum, num.1. Scaccia d. lib.1. cap. 51. num.20.*

S V M M A R I V M.

1 *Hæreticus privatur dominio bonorum ſuorum a die commiſſi criminis.*
2 *Quid ſi bona hujuſmodi fuerint alienata.*
3 *An Reus criminis læſæ majeſtatis humanæ, ipſo jure amittat dominium rerum ſuarum.*
4 *Et quid in crimine rebellionis.*
5 *Rebellis quis dicatur.*
6 *An condemnatus ad fructus teneatur reſtituere diſtributiones.*

C A P U T XIII.

A quo die hæreticus privetur dominio rerum ſuarum.

1 Reſp. quod hæreticus quantumvis occultus privatur dominio bonorum ſuorum a die commiſſi criminis ante latam ſententiam, & recta via tranſit in fiſcum, *gloſ. & DD. in cap. cum ſecundum de Hæret. in 6.* nbi addunt, quod ſi fiat
2 alienatio, revocatur per fiſcum ſine pretii reſtitutione; quod intelligendum eſt, quando alienatio non fieret ex cauſa neceſſaria: poteſt enim hæreticus alienare res ſuas pro ſolvendis debitis, pro dotibus, alimentis &c. dummodò non diſtrahantur bona magni valoris pro parvo debito, *Surd. dec. 247. & de alimen. privil. 35. tit. 8. n.4. & tit. 9. q. 32. n. 21. Gratian. diſcep. for. c. 54. n.5. & ſeq. Mareſcot. var. lib.2. c.34. numer.4.* ubi dicit, quod Clericus privatus beneficio ipſo jure, tenetur ad fructus perceptos a die perpetrati criminis: idemque dicendum eſt, quando privatio non inducitur ipſo jure, ſed per ſententiam: nam ſi deinde privetur beneficio, tenetur reſtituere fructus perceptos a die commiſſi criminis, *ſecundum Paul. de Caſtr. in l.1. num.3. cod. de His, quibus ut indign. Diaz, in pract. crim. canon. cap.123. quos refert, & ſequitur Clar. in lib.5. §. fin. pract. crimin. qu.73. in fin. ubi de communi*: quod quidem procedit, quando Clericus beneficio privatus fuit ob delictum, ſecus ſi fuit privatus ob ſolam contumaciam, putà ſi delictum non fuit concludenter in actis probatum, ſed adſint tantummodò indicia delictum arguentia; tunc enim fructus reſtituere non tenetur: immò ſi comparet, & abſolvatur, beneficium ipſum recuperat, etiamſi alteri collatum fuerit, *Rot. in una Civitatis Caſtelli donationis de Vitellis 16. Decembris 1577. coram Card. Seraphin. in impreſſ. deciſ.* 354. ubi addit, quod condemnati propter contumaciam habent factionem teſtamenti activam, & paſſivam, *Mareſcot. qui alias Rotæ deciſ. refert, var. lib.2. cap.34. num.7. & ſeq.* ſubdens, quod ſententia lata ob contumaciam eſt merè interlocutoria, & tamdiu durat effectus illius, quamdiu durat contumacia.

3 Quæres, an reus criminis læſæ majeſtatis humanæ ipſo jure amittat dominium rerum ſuarum? Reſp. quod non amittit ipſo jure dominium, ſed perdit jus adminiſtrandi, *ut d. Bart in l. Imperator, in fin. ff. de Jur. fiſc.* ubi reprehendit *Dyn.* contrarium aſſerentem, & quidem in tali caſu adminiſtratio interdicitur non tantùm a die perpetrati, ſed etiam cogitati criminis, propter ejus atrocitatem, *l. quiſquis, §. emancipationes, cod. ad leg. Jul. maieſt. Gig. de Crimin. læſ. maieſt. libr. 2. tit. de pœn. comm. crim. q.23. in fin. Pic. in leg. poſt contractum, num.77. ff. de Donat. quos refert Surd. de Alim. titul.9. quæſt. 32. numer.1. & ſequ.* idem in crimine rebellionis dicit *Gra-*
4 *tian. dicto cap.54. num.8. & ſequ.* ubi etiam notat, quod ille
5 hujus criminis eſt reus, qui lædit Principem, vel ejus ſecuritatem, hoc eſt tranquillitatem perturbat, *juxta l.1. ff. ad l. Jul. Maieſt.*

6 Quæres 2. an condemnatus ad fructus, teneatur reſtituere diſtributiones? Reſp. affirmativè, ſi diſtributiones fuerunt per beneficiatum perceptæ; ſecus ſi non fuerunt perceptæ, tunc enim oon veoiunt appellatione fructuum, *Rot. diverſ. dec.618. p.1.* ubi etiam dicitur, quod diſtributiones non poſſunt peti, quando non adeſt legitima proteſtatin, *Millinus dec.66.* ſubdens, quod proteſtatio non eſt neceſſaria pro fructibus perceptis, *Andr. dec.76. num.5. Rot. deciſ. 1170. num. 4. par.3. lib.3. Diverſ.* ubi ponitur formula dictæ proteſtationis, *vide quæ diximus in tr. de Regim. Eccl. Epiſc. lib.3. cap.16. num.6. & ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſor bonæ fidei non niſi a die motæ litis fructus reſtituere tenetur: limitatur n.6.*
2 *Poſſeſſor bonæ fidei non poteſt condemnari ad fructus ante motam litem.*
3 *Ad lucrandum fructus decurſos ante litem conteſtatam, an requiratur bona fides poſitiva, & titulus verus.*
4 *An proviſus ab ordinario de beneficio reſervato teneatur ad reſtitutionem fructuum perceptorum ante motam litem.*
5 *Quælibet cauſa etiam temeraria, & beſtialis excuſat a reſtitutione fructuum.*
7 *Poſſeſſor malæ fidei, ac ſpoliator violentus condemnandus eſt in fructibus a die occupationis: limitatur n.9.*
8 *Violentus ſpoliator condemnatur etiam ad fructus, qui percipi potuiſſent.*
10 *Dicitur eſſe in mala fide etiam is, qui non ſervatis ſolemnitatibus a jure, vel ſtatuto introductis nulliter cum alio contrahit.*
11 *Emens a pupillo, ſeu minore non ſervatis ſolemnitatibus, fructus a die venditionis perceptos tenetur reſtituere etiam conſumptos.*
12 *Quid ſi quis emeret rem Eccleſiæ non ſervata ſolemnitate.*
13 *Ut excludatur bona fides, ſufficit probabilis ſcientia rei alienæ.*
14 *Fructus rei eccleſiaſticæ nulliter alienatæ reſtitui debent a die factæ alienationis.*
15 *Contrahenti cum eccleſia debentur etiam omnes fructus per eccleſiam percepti ex bonis ejuſdem contrahentis, eccleſiæ datis in ſolutum.*
16 *Quando error iuris excuſat poſſidentem a reſtitutione fructuum perceptorum, & quando non.*
17 *Quando emptor non præſcribat.*
18 *Poſſidens ex titulo cauſato ex errore juris reſiſtentis contractui non facit fructus ſuos.*
19 *In præſcriptione non eſt ſatis carere dolo, ſed requiritur, quod bona fides adſit.*
20 *Quando fructus veniant a die actus nulliter celebrati, & quando a die litis conteſtatæ.*
21 *Error facti, vel juris valde dubii excuſat a reſtitutione fructuum a die nullitatis contractus.*
22 *Ea, quæ conſiſtunt in opinione Doctorum, cauſant errorem juris valde dubii.*
23 *Reus conventus poteſt ex fructibus retinere impenſas eorum cauſa factas.*
24 *Fructus legitimæ ſtatim debentur a die mortis, ſicut legitima.*
25 *Etiam in petitione ſupplementi legitimæ veniunt fructus a die obitus.*
26 *Quid ſi fructus per hæredem fuiſſent conſumpti.*
27 *Fructus regulariter uſucapiuntur per triennium bona fide, & num.31.*
28 *An fructus hujuſmodi peti poſsint ſeparatim poſt ſatisfactionem legitimæ.*
29 *Fructus legitimæ debentur ad rationem quinque pro centenario, prout taxantur regulariter fructus ſtabilium.*
30 *In legato conſiſtente in quantitate quando debeantur fructus.*
31 *Quid probandum ſit, ut fructus quis uſucapere poſsit triennio.*
32 *Fructibus conſumptis datur actio ad pretium, quæ 30. annis durat.*
33 *In legato puro quando fructus debeantur legatario, & nu. 39.40.41.42. & 43.*
34 *Dominium rei legatæ tranſit verè a die aditæ hæreditatis, fictè a tempore mortis, & n.35. limitatur n.47.*
35 *Fructus medii temporis cedunt commodo hæreditatis, & per conſequens futuri hæredis.*
36 *Annui cenſus, ſeu reditus maturati in vita teſtatoris, &*

ab

ab eo non exacti cedunt hæredi, non legatario.

37 *Quid si testator intra certum tempus legatum solvi jusserit, & num.38.*

39 *Quando usufructus omnium bonorum legatus est, potest usufructuarius uti etiam fructibus recollectis ante mortem testatoris, vel ante aditam hæreditatem.*

40 *Legatarius lucratur fructus a die mortis, si testator rem legatam tradidit, vel licentiam dedit accipiendi possessionem.*

41 *Hæres qui est in mora adeundi, fructus non facit suos, sed debentur legatario, & an in tali casu hæres teneatur de omni damno, & rerum periculo.*

42 *Legatarius consequitur fructus ante aditam hæreditatem, quando testator legavit fundum cum suis commodis, vel incrementis.*

43 *Fructus pendentes in agro legato, non hæredi, sed legatario a die mortis testatoris debentur.*

44 *Si testator legavit rem alienam, fructus non debentur legatario a die aditæ hæreditatis, sed post litis contestationem, vel moram hæredis.*

45 *Quid si legavit rem ipsius hæredis, vel partem bonorum suorum, putà tertiam, vel quartam.*

46 *In legato duarum rerum alternativè facto fructus non debentur etiam post aditam hæreditatem, nisi post electionem.*

47 *In tali casu non transit dominium in legatarium, nisi facta electione.*

48 *Quando hæres non teneatur restituere fructus.*
Quando in hærede bona fides præsumatur, ibid.

49 *In legato conditionali, vel in diem fructus debentur post adventum diei, vel conditionis; limitatur num.50. declaratur num.51.*

91 *Quando legatum censeatur purum.*

52 *Legatum relictum sub modo, non conditionale, sed purum censetur.*

53 *Modus impleri debet post acquisitionem legati.*

54 *Quando inducatur modus.*

55 *Si legati fuerint alicui fructus quotannis, dum viveret, legatarius consequitur integrum legatum dictorum fructuum, etiamsi non vixerit per totum annum.*

56 *Quid si legatum fuerit alicui relictum, cùm esset vidua, vel duraverit in aliquo monasterio.*

57 *Resoluto contractu fructus debentur a die, quo resolvitur actus, non autem a die motæ litis.*

58 *Revocata donatione causa mortis repetuntur fructus tam pendentes, quàm percepti a tempore donationis.*

59 *Irritata sententia, cujus contemplatione quis possidebat, res cum fructibus restituitur.*

60 *Emptor, si rem venditam retrovendere promisit, & interpellatus recusavit, tenetur fructus restituere a die facti depositi.*

61 *Quando fructus debeantur ab initio, & ante motam litem.*

62 *In annuis legatis debentur fructus decursi non tantùm ante motam litem, sed etiam ante apertas tabulas, & ante aditam hæreditatem.*

63 *An fructus peti possint, si nulla fuerit facta condemnatio in sententia lata super negotio principali.*

64 *In judicio reintegrandæ fructus debentur jure actionis, extantes rei vendicatione, consumpti condictione sine causa.*

65 *Quando restitui debeant fructus etiam a bonæ fidei possessore, & n.67.*

66 *An quis præsumatur locupletior ex consumptione fructuum in proprios usus.*

67 *An bonæ fidei possessor teneatur restituere fructus industriales.*

68 *In interdictis veniunt fructus a die litis contestatæ, etiamsi petiti non fuerint: limitatur n.69.& 70.*

69 *In interdicto, unde vi, fructus debentur ex die expulsionis.*

70 *In interdicto retinendæ plenario veniunt fructus usque ab initio.*

71 *Quæ sit differentia inter interdictum retinendæ plenarium & summariissimum.*
In summariissimo non attenditur justitia, vel injustitia sententiæ, nec est locus appellationi, ibid.

72 *Fructus peti non possunt, si in sententia fuerunt omissi, & an in tali casu ferri possit nova sententia.*
Quandiu duret interdictum de glande legenda, ibid.
Quando causa citius expediri debeat, ibid.

73 *Filii primi matrimonii revocant cum fructibus quicquid Pater reliquit secundæ uxori ultra modum leg. hac edictali Codic. de secund. nupt.*

74 *Res cum fructibus restituitur, cùm titulus ad non titulum reducitur.*

75 *Ubi actus annullatur ipso jure, fructus medii temporis debentur.*

76 *A quo tempore fructus dotis debeantur marito.*

77 *Emptor non solvens pretium rei emptæ condemnatur ad restitutionem omnium fructuum etiam ante litem decursorum.*

78 *Creditor pignoris tenetur fructus perceptos computare in sortem, & an teneatur de fructibus, qui percipi potuerunt.*

CAPUT XIV.

Quando, & a quo tempore fructus debeantur.

Dico primò, quod possessor bonæ fidei non nisi a die 1
motæ litis, qua incipit habere malam fidem, fructus
restituere tenetur, *l. bonæ fidei, ff. de acquir. rer. domin. Bald. in
l.1. num.13. cod. de usur. & fruct. legat. latè Thesaur. dec.29. num.
7. & sequ. Rot. dec.583. numer.2. par.3. recen.* ubi dicit, quod 2
possessor bonæ fidei non potest condemnari ad fructus ante
motam litem, *& dec.3. num.4. par.7. recen.* ubi, quod ad lu-
crandum fructus decursos ante litem contestatam non requi- 3
ritur bona fides positiva, neque titulus verus, sed sufficit,
abesse malam fidem, & titulum putativum, vel etiam nul-
lum adesse.

Hinc provisus ab ordinario de beneficio reservato, non 4
tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum ante mo-
tam litem, quando reservatio non erat notoria, nec inserta
in corpore juris, *Rot. in Salaman. fructuum 9. Martii* 1587.
coram Gypsio, Greg. dec.74. & Beltram. ibid. subdens, quod 5
qualibet causa etiam temeraria, & bestialis excusat a restitu-
tione fructuum.

Limita, ubi agitur in judicio universali, ut in judicio pe- 6
titionis hæreditatis, in quo veniunt fructus etiam ante mo-
tam litem bona fide percepti, *glos. communiter recepta in leg.
item veniunt, §. item non solum, verb. omnes, ff. de petit. hæred.
Afflict. dec.240. n.2. Rot. dec.3. num.47. p.7. recen. Gratian. discep.
for. cap.422. n.2. & seq. Balb. de præscr. in 4. p.4. princ. q.35. num.*
4. ubi addit, quod in petitione hæreditatis veniunt fructus
etiam bona fide consumpti, quatenus possessor locupletior
factus est.

Possessor verò malæ fidei, ac spoliator violentus conde- 7
mnandus est in fructibus a die occupationis, *l. si contra, in
fin. cod. si quis ignor. rem. min. ess. Doctores in cap. gravis, de Rest.
spol. Gratian. discep. for. cap.206. num.15. Rot. dicta dec.583. num.*
4. ubi quod violentus spoliator condemnatur etiam ad fru- 8
ctus, qui percipi potuissent, *Benintend. dec.20. per tot.* secus
esset, quando in spoliatore considerari potest aliqua bona 9
fides, vel colorata causa detinendi, quæ constitueret eum
in bona fide, vel in non tam mala, *Fontan. dec.92. num.22.*
Unde fructus in judicio spolii non debentur, nisi a die mo-
tæ litis respectu ejus, qui auctoritate Judicis possidet: quia
a die possessionis judicialiter captæ dicitur possessor bonæ fi-
dei, *Rot. dec.297. num.14. apud Postium post tract. Mandat.
de Manutent.*

Dicitur autem esse in mala fide etiam is, qui non servatis 10
solemnitatibus a jure, vel statuto introductis nulliter cum a-
lio contrahit, *ut not. glos. in l.1. ver. mala fide, C. de fid. instrum.
& de jur. hast. fiscal. lib.10. & probat textus in l. quemadmodum,
C. de Agric. & Censit. lib.11. ibi, malæ fidei namque possessorem
esse, nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mer-
catur, c. qui contra, de regul. jur. in 6.*

Unde emens a pupillo, seu minore, juris, aut statuti so- 11
lemnitatibus non servatis, fructus a die venditionis perce-
ptos tenetur restituere etiam consumptos, *juxta leg. si con-
tra, cod. si quis ignor. rem. minor. ess. leg. si prædium, cod. de Præd.
min. Ciriac. contr.303. n.83. Surd. dec.45. n.9.* idemque dicen- 12
dum, ubi quis emeret rem Ecclesiæ non servata solemnitate
*leg. Jubemus nulli, §. sanè si hæc, in fin. cod. de Sacros. Eccles. cap.
si quis, extr. de Reb. Eccles. alien. vel non, & dixit Rot. dec.375.
n.1. p.5. tom.1. & dec.3. n.23. & seq. p.7. Recen.* ubi etiam resol- 13
vit, quod ut excludatur bona fides, sufficit probabilis scien-
tia rei alienæ: & quod fructus rei Ecclesiasticæ nulliter alie-
natæ restitui debeant a die factæ alienationis, tenuit etiam 14
Rot. coram Durand. dec.256. per tot. subdens, quod contra-
henti cum Ecclesia debentur etiam omnes fructus per Eccle- 15
siam percepti ex bonis ejusdem contrahentis, Ecclesiæ datis
in solutum; & hoc quidem procedit, sive emptor prohibi-
tionem juris sciverit, sive ignoraverit: nam si scivit, aper-
tè constat de mala fide; si verò ignoravit, adhuc in mala fi-

de est

de est præsumptione juris, cum in jure erraverit; error au-
tem juris, quando actui, seu contractui resistit, non excu-
16 sat possidentem a restitutione fructuum perceptorum; quic-
quid sit, quando jus non resistit, nec assistit, *Din. in d. cap. qui contra, de Reg. jur. in 6.* ubi etiam dicit, quod emptor in
17 dicto casu non præscribit, *late Grammat. dec. 79. num. 8. & 9. Cacheran. dec. 160. n. 1. & seq. & præcipuè n. 11. cum seq.* ubi di-
18 cit, quod possidens ex titulo causato ex errore juris resisten-
tis contractui non facit fructus suos, *Alciat. reg. 3. præsump. 30. n. 1. & sequ.* ubi etiam notat, quod in præscriptione non
19 sufficit, si dolus absit, sed requiritur, quod bona fides con-
currat, *Ciriac. contr. 331. n. 10. & 11.* ubi dicit, quod aut a-
20 gitur per viam nullitatis, & tunc fructus veniunt a die actus
nulliter celebrati: aut agitur per viam rescissionis contra-
ctus, & tunc fructus veniunt a die litis contestatæ, *Rot. dec. 444. n. 1. p. 4. to. 2. recen.* subdens, *n. 2. & seq.* quod error facti,
21 vel juris valde dubii excusat a restitutione fructuum a die
nullitatis contractus, *ut sensit etiam Corn. cons. 181. n. 17. vol. 3.*
22 *& alii apud Peregr. de fideicom ar. 49. n. 120.* ubi addit, quod
ea, quæ consistunt in opinione Doctorum, causant errorem
juris valde dubii, potest tamen reus conventus ex fructibus
23 retinere impensas eorum causa factas, *l. si a Patre, vel a Domino, §. ult. ff. de petit. hæred.*

24 Dico 2. quod fructus legitimæ statim debeotur a die mor-
tis, sicut legitima, *Fontanell. dec. 91. n. 15. & dec. 92.* ubi id
extendit ad legitimam Ascendentium, *late Grat. disc. for. cap. 241. n. 5. & seq. & c. 688. n. 6. & seq.* ubi etiam dicit, quod etiam
25 in petitione supplementi legitimæ veniunt fructus a die obi-
tus: quod procedit, etiamsi per hæredem fuissent consum-
pti, *Cephal. qui communem dicit in cons. 109. n. 29. late Grat. d.*
26 *c. 688. n. 6. & seq.* ubi addit, quod in hoc casu non potest da-
ri præscriptio triennii, per quod regulariter usucapiuntur
27 fructus bona fide, *ut not. Bald. in l. 1. n. 8. cod. de usufr. & fruct. legat.* ratio est, quia is cui legitima debetur, censetur etiam
hæres in legitima, & illicò transfertur in eum dominium, ut
28 *inquit Fontanell. dec. 92. n. 9. & seq.* ubi etiam dicit, quod isti
29 fructus possunt etiam separatim peti post satisfactionem le-
gitimæ, *Burat. dec. 65.* subdens, quod fructus legitimæ de-
bentur ad rationem quinque pro centenario, prout taxantur
regulariter fructus stabilium.

30 Notandum tamen est, quod in legato consistente in quan-
titate, etiamsi succedat loco legitimæ, non debentur fru-
ctus, nisi a die petitionis, & moræ, *Secundum Ang. consil. 101. incip. Considerandum est, quem refert, & sequitur Grat. dec. March. 4. n. 6. & 35.*

31 Notandum 2. quod, ut quis fructus usucapere possit tri-
ennio, necessarium est probare, quod fructus per trien-
nium continuum possederit: nam si infra triennium illos
consumeret, cessaret usucapio, quæ sine possessione non
procedit, ut *post Bart. in l. sequitur, §. fructus n. 4. ff. de usucap. Pancirol. cons. 46. n. 8. Ruin. cons. 204. n. 15. lib. 1. Soc. sen. cons. 82. n. 29. lib. 4. Bellam. dec. 412. & alios observat Handed. cons. 30. nu. 74. lib. 1.* subdens, quod fructibus consumptis datur actio ad
pretium, quæ 30. annis durat, *Balb. de præscrip. in 4. par. 4.*
32 *princ. q. 35. n. 1.* ubi dicit, quod ita limitantur omnes leges,
quæ volunt, quod bonæ fidei possessor tenetur restituere
fructus extantes, quia intelliguntur, nisi per triennium pos-
sederit.

33 Dico 3. quod in legato puro fructus debentur legatario a
die aditæ hæreditatis per hæredem, si res sit propria ipsius te-
statoris, vel per eum possessa jure quasi dominii cum titulo,
& bona fide, *l. Herennius 42. ubi glos. ff. de usur. l. quæsitum 46.*
34 *ff. de acquir. rer. domin.* dominium enim rei legatæ transit ve-
rè a die aditæ hæreditatis, fictè a tempore mortis, ut *d. Bart. in l. si tibi, §. cum servus, ff. de l. 1. & tradunt communiter DD. in d. l. Herennius, Bald. in l. fin. cod. de usur. & fruct. legat.* ubi di-
35 cit, quod fructus medii temporis cedunt commodo hære-
ditatis, & per consequens futuri hæredis: illa enim ficta
translatio dominii rei legatæ ex die mortis testatoris, ante
aditam hæreditatem non operatur in legatario fructuum ac-
quisitionem, *Peregr. de fideicom. art. 49. n. 10. vers. secus in annuis censibus, & n. 11. vers. oppositum tamen &c.* ubi etiam di-
36 cit, quod annui census, seu redditus maturati in vita testa-
toris, & ab eo non exacti cedunt hæredi, non legatario:
quod eo magis procederet, si testator intra certum tempus,
putà intra annum a die mortis suæ legata solvi jusserit: quia
fructus ante diem percepti ad hæredem pertinent, cum in
dubio tempus favore hæredis adjectum censeatur *leg. cum, qui*
37 *ff. de Ann. legat. l. cum tempus, ff. de Reg. jur. leg. penult. & ibi Bart. ff. de opt. leg. l. Paulus ff. de usur. l. in fideicommissariam §. quoties, ff. ad Trebell. Dilect. de Arte testan. tit. 6. de legat. caut. 11. Giovagn. cons. 20. n. 17. li. 1. ubi de communi.* secus esset, si con-
38 staret, diem appositum esse in favorem legatarii: putà si le-
gatum relinquatur pupillo in tempus pubertatis: tunc enim
fructus medio tempore percepti ad legatarium spectant, *l. si ita relictum, 44. §. Pegasus, ff. de l. 2. l. eum, qui, ff. de Ann. legat. Cancer. var. lib. 3. c. 20. n. 27. & seq.*

Limita ubi ususfructus omnium bonorum legatus est: in 39
tali enim casu ad usufructuarium spectant etiam fructus re-
collecti antequam dies legati cederet atque ita ante mortem
testatoris, vel ante aditam hæreditatem præstita cautione de
tantundem restituendo, vel æstimatione, *ut post Bald. cons. 337. in fin. lib. 5. alias cons. 451. eod. lib. cons. 187. lib. 2. Aym. cons. 300. n. 5. & alios observ. Grat. disc. for. c. 585. n. 29. & 30. Castill. de usufr. c. 42. n. 13. & 14.*

Limita 2. nisi testator rem legatam tradiderit vel licen- 40
tiam dederit accipiendi possessionem: quia tunc legatum re-
digitur ad instar donationis causa mortis, & legatarius lu-
cratur fructus a die mortis, *ut dicit Bald. in d. l. fin. cod. de usur. & fruct. legat.*

Limita 3. nisi hæres fuisset in mora adeundi: quia eo casu 41
fructus non faceret suos sed debentur legatario, etiamsi in
eum nondum fuerit dominium translatum, *Sal. in l. fin. cod. de usur. & fruct. l. Rom. cons. 84. Rol. cons. 73. n. 35. vol. 1. Cavalc. de usufr. n. 93. & 94. & apud Peregr. d. art. 49. n. 12. Grat. discep. for. c. 250. n. 20.* ubi etiam dicit, quod in tali casu hæres non
solum tenetur de fructibus, sed etiam de omni damno, &
rerum periculo.

Limita 4. ubi testator legavit fundum cum suis commo- 42
dis, vel incrementis, *glos. in l. 2. Lucius, 22. in ver. commodis, ff. de l. 2. Dilect. loco cit.* ubi dicit, quod tunc legatarius con-
sequitur fructus ante aditam hæreditatem *Peregr. d. ar. 49. n. 9. & alii.*

Limita 5. quoad fructus pendentes in agro legato: isti e- 43
nim non hæredi, sed legatario a die mortis testatoris deben-
tur tanquam pars fundi, & tanquam de substantia rei lega-
tæ, *l. fin. §. pen. ff. Quæ in fraud. credit. Bald. in l. si quis bonorum, ff. de leg. 1. & in l. 1. num. 12. & 13. cod. de usur. & fruct. legat. Gratian. loco cit. num. 38. Surd. dec. 88. n. 8. Cancer. var. lib. 3. c. 20. nu. 17. & seq.*

Dixi *si res sit propria ipsius testatoris &c.* quia si legavit 44
rem alienam; fructus non debentur legatario a die aditæ hæ-
reditatis, sed post litis contestationem, vel moram hæredis
glos. in l. quis per fideicommissum 39. & in l. Herennius, 42. ff. de usur. & in l. ult. cod. de usur. & fruct. legat. Cancer. var. lib. 3. c. 20. n. 21. Grat. d. c. 250. n. 30. idem dicendum, si legavit rem ip- 45
sius hæredis, *per textum in l. Paulus, vers. idem respondi, ff. ad l. Falcid.* vel si legavit partem bonorum suorum, putà quar-
tam; tunc enim neque peti possunt fructus, nisi a tempore
moræ, *l. si quis bonorum, ubi Bart. ff. de leg. 1.*

Observa tamen, quod in legato duarum rerum alternati- 46
vè facto fructus non debentur etiam post aditam hæredita-
tem, nisi post electionem, quia in tali casu in legatarium 47
non transit dominium, nisi facta electione, *l. hujusmodi, §. Stichum, ff. de lege 1. Gratian. d. cap. 250. num. 16. ubi citat Guliel. Bened. in c. Raynutius, in ver. si absque liberis 2. num. 150. de Testam.*

Addit *glos. in l. fin. cod. de usur. & fruct. legat.* quod etiam si 48
testator legaverit rem propriam, hæres non teneretur resti-
tuere fructus post aditam hæreditatem, si illos perceperit cum
bona fide, & ita etiam sentiunt DD. *apud Dilect. de Arte testam. tit. 6. de legat. caut. 11. n. 1. Grat. d. c. 250. n. 33. ubi n. seq.* ad-
dit, quod bona fides in hærede præsumitur, si non consta-
ret, eum habuisse notitiam testamenti ante motam litem:
quibus adde *Thesaur. dec. 29. n. 7. & 8.* ubi ampliat, etiam si
fructus adhuc extarent.

Dico 4. quod in legato conditionali, vel in diem, fructus 49
debentur post adventum diei, vel conditionis *leg. Sempronius Attalus ff. de usu, & usuf. leg.* nisi testator dixerit, si talis
conditio extiterit, ex nunc lego Titio fundum: tunc enim
conditio retrotrahitur, & legatarius fructus, omnemque
medii temporis commoditatem consequitur, *Cephal. cons. 153. n. 47. Gratian. d. c. 250. n. 13. & seq.* ubi rectè observat, hoc 50
intelligendum esse de conditione valida, non autem de inu-
tili, impossibili, aut alia a jure rejecta: tales enim condi-
tiones habentur pro non appositis, & legatum in tali casu 51
censetur purum, *leg. si post diem, ver. sed si ea conditio &c. ff. Quand. dies leg. ced.*

Legatum verò relictum sub modo, non conditionale, sed 52
purum censetur; & ideò tam res ipsa legata, quàm fructus
debentur legatario a die aditæ hæreditatis, oblata tamen rea-
liter cautione de modo implendo, *l. si cui 7. & l. cum in testamento 48. ff. de fideicom. libert. Gabr. cons. 5. n. 9. lib. 2. & alii apud Grat. disc. for. c. 250. n. 23. & seq.* ubi etiam notat, quod mo-
dus impleri debet post acquisitionem legati, ad differentiam 53
conditionis, quæ impleri debet ante assequutum emolumen-
tum,

tum, *l.quæsitum,ff.de cond.& demonst.* quando verò induca-
54 tur modus, *vide Bart.in l.quibus,§.Termilius,ff.de coud.& demon.*

55 Dico 5. quod si legati fuerint alicui fructus prædii quo-
tannis dum viveret, legatarius consequitur integrum lega-
tum dictorum fructuum, etiamsi non vixerit per totum an-
num, sed tantùm aliquo tempore anni: sufficit enim, ul-
timum annum esse cæptum, ut legatum annuum pro illo
anno transmittatur, *l. a vobis,ubi Bart.ff.de ann. legat.* Idem-
que dicendum in legato annuo alicui relicto, cum esset vi-
56 dua, vel permanserit in aliquo monasterio, *ut post Jas.in l.
divortio, num.7.ff.sol.matr.Signorol.de Homod.cons.53.Gutier.
canon.qq.lib.1.cap.33.n.28.& alios notat Gratian. disc.for. cap.
471.num.13.*

57 Dico 6. quod resoluto contractu, fructus debentur a die,
quo resolvitur actus, non autem a die motæ litis: cum enim
titulos possessionis annulletur, & reducatur ad non titulum,
ideò fructus restituuntur a die annullationis, *Nat. cons.535.
n.12.Rom.cons.454.n.27.Surd.dec.25.n.21. Rot. in Romana Vi-
ginti millium 11.& 14.Maii 1582. coram Lancellotto prout re-
fert Grat.c.207.n.34.*

58 Addit *Gomes.var.resol.to.2.tit.4.n.20. quem refert, & sequi-
tur Grat.c.975.n.18.* quod revocata donatione causa mortis
repetuntur fructus tam pendentes, quàm percepti a tempo-
re donationis, quemadmodum irritata sententia, cujus
59 contemplatione quis possidebat, res cum fructibus restitui-
tur, *Surd.dec.45.n.10.per textum in l.filio,§. contra tabulas,
ff.de inoff.test.*

60 Dico 7. quod emptor, si rem venditam retrovendere pro-
misit, & interpellatus retrovendere recusavit, tenetur fru-
ctus restituere a die facti depositi, quia tunc est in mora re-
trovendendi, *l.2.ubi Bald. Salic. & alii communiter, cod. de
Pact.int.empt.& vend.Rot.dec.733.n.1.par.3.recent. Fontanell.
dec.91. num.19.*

61 Dico 8. quod ubi fructus non uti accessorii ad rem deben-
tur, sed tanquam sors, & uti capitale per se quales sunt pen-
siones, annua legata, & redditus, tunc debentur omnes
etiam ab initio, & ante motam litem, *latè Rot.dec.3. n.6. &
seq.& dec.90.n.4.p.7.recent.* ubi ex hoc infert, quod in annuis
legatis debentur fructus decursi non tantùm ante motam li-
tem, sed etiam ante apertas tabulas, & ante aditam hæredi-
tatem, statimque a die mortis testatoris leganti is etiamsi le-
gatarius tale legatum ignoraverit, *per textum in l. uec semel,
in 62.prin.vers.item Celsus,& ibi glos.in ver.omnium,ff.Quand.
dies leg.ced.*

63 An verò fructus peti possint, si nulla fuerit facta condem-
natio in sententia lata super negotio principali? negativè re-
spondent DD. *in l.terminato,cod.de fruct.& lit.expens.* hoc ta-
men intelligendum est, quando fructus debentur uti acces-
64 sorii, & appendices rei in judicium deductæ; secus quan-
do debentur jure actionis, & principaliter, tunc enim pos-
sunt peti etiamsi judex reum, & possessorem ad illorum re-
stitutionem omiserit condemnare, *Bald. in l.cum propria,
num.4.cod.si quis alter.vel sib. Rot.dec.807.num.4. & sequ.par.
1. divers.* ubi etiam, quod in judicio reintegrandæ fructus
debentur jure actionis extantes rei vendicatione, consum-
pti condictione sine causa, *& dict.dec.281 num.17. & 18. par.
7. Recent.*

65 Dico 9. quod fructus etiam percepti a bonæ fidei possesso-
re, si non sunt consumpti, sed adhuc extant, vel ex iis pos-
sidens factus est locupletior, putà quia inde fuerit auctum
ejus patrimonium, tunc illi debent restitui, vel eorum æsti-
matio, *l.sed etsi lege,§.consuluit,ff.de Petit. hæred. ibi sed in id
dumtaxat teneantur, in quo locupletiores facti sunt, Bald.in l.
66 1.n.8.cod.de usur.& fruct.legat.* quæ quidem qualitas locu-
pletationis debet in specie probari non enim præsumitur ex
consumptione fructuum in proprios usus, cum potuerit is
67 qui consumpsit fortè vivere splendidius, *ut post Ang. consil.
160.in fin. Felin.in c.de quarta,n.31.de præscrip.Curt. Jun.cons.
6.n.27.in fin.lib.1.Ruin.cons.204.n.15. lib.1. & alios dixit Grat.
disc.for.c.422.n.4 & seq.* ubi addit, quod neque sufficeret pro-
bare, aliquem esse effectum locupletiorem, sed etiam erit
probanda species locupletionis; & hoc quidem procedit
quoad fructus naturales, quos sine possessoris cultura, & si-
ne industria sponte sua natura producit, & etiam quoad
pensiones, & alios fructus civiles, qui naturalibus æquipa-
rantur, secus esset quoad fructus industriales: hos enim bo-
næ fidei possessor etiam factus locupletior non tenetur resti-
tuere, quando agitur in judicio particulari, sed solùm, ubi
agitur in judicio universali; nam pro cultura, quam adhi-
bet possessor, & pro speciali industria in illis percipiendis
æquum videtur ex illa quadam negotiatione, ut fructus hu-
jusmodi acquirantur ipsi irrevocabiliter etiam cum ejus lu-
cro, & utilitate *Franc. Marc.dec.1240.n.8. p.2. Barbos.in leg.
divortio,n.38.in fin.ff.sol.matr.Gutier.de Tutel.p.3.c.23. nu.17.
Schrader.de feud.2.p.9.p.princ.sect.3.n.59. & 62.Jo: Franc.a
Ponte cons.32.n.3.Laderch.cons.165 per tot.& alii, quorum sen-
tentiam amplexa fuit Rot.dec.3.n.38.& seq.par.7. Recen.ubi ita
declarat aliam decisionem in Romana fructuum portarum 20.
Novembris 1585.coram Gyptio:* & hæc est communis etiam
Theologorum opinio, *teste Bonacin. in tract.de rest. disput.1.
quæstion.3. punct. ultim.§.1.numer.3.* ubi etiam dicit, quod
nec possessor malæ fidei fructus industriales restituere te-
netur.

Dico 10. quod in interdictis regolariter veniunt fructus a 68
die litis contestatæ, *l.3.ubi glos.ff.de interdictis,seu extraordi-
nariis action.quæ pro his &c.Seraph.dec.835.n.2.* ubi de inter-
dicto retinendæ summariissimo, *Rot.dec.90.n.1.& 2.p.7. Re-
cent.* fallit in interdicto, unde vi, in quo habetur ratio ex 69
die expulsionis propter malam fidem; *glos.in d.l.3. ver. non
retrò,& est textus in l.1.§.ex die, ff.de vi, & vi arm.* fallit 2. 70
in interdicto retinendæ plenario, in quo veniunt fructus us-
que ab initio, officio tamen Judicis, ratione damnorum,
& interesse, *Rot.d.dec.90.n.3.p.7.recen.latè Duran.dec.221.per
tot.* ubi etiam ratione differentiæ assignat inter interdictum 71
retinendæ plenarium & summariissimum, quia in plenario
res juridicè discutitur, & incidenter saltem de petitorio, &
maturè de initio possessionis tractatur, & fertur sententia in
forma, a qua de jure communi datur appellatio, & propte-
rea benè in eo Judici constat de causa possidendi, & sic de
bona, aut mala fide; in summariissimo autem leviores suf-
ficiunt probationes, & datur manutentio per viam decreti
sine præjudicio jurium partium, & regulariter non attendi-
tur justitia, vel injustitia, sed nudum possessionis factum,
nec est appellationi locus: & ideò in hoc non veniunt fru-
ctus, nisi a die litis contestatæ, *vide Seraph. dec.1168. Put.
dec.61.lib.3.in noviter impress.Mandos.cons.91.Rebuff.tit. de re-
med.poss.glos.2.& 3.Covar.c.17.pract.qq. per tot. Milan.decis.
Sicil.1.num.98.*

Observa tamen, quod isti fructus peti non possunt, si in 72
sententia fuerunt omissi: quia sententia est stricti juris, &
non extenditur ad ea, quæ verbis non continentur; unde
est necessaria nova sententia, quæ in consequentiam ferri po-
test, *Seraphin.dec.835.numer.4.& sequ. Burat. decisio.558.
numer.4.*

Quæres, quandiù duret interdictum de glande legenda?
Respond. quod tribus diebus durat, *l.un.ff.de gland.leg.* ubi
etiam dicitur, quod glandis nomine omnes fructus conti-
nentur, & ideò quando fructus mei cadunt in fundum tuum,
licitè ire possum ad eos colligendum de tertia in tertiam
diem, *ut notat ibid.gl.& DD.* ratio verò generalis hujus ter-
mini est, quia regulariter fructus intra dictum tempus cor-
rumpuntur, & post corruptionem non expedit illos colli-
gere, *Bartol.in dict. leg.un.* ubi etiam dicit, quod quæstio
ista tribus diebus debet expediri, *Jordan. libr.4.titul.24. nu-
mer.242.*

Notandum tamen est, quod si essent fructus tales, qui
corrumperentur una die, possum agere, quod mihi liceat
qualibet die ire ad fructus colligendos, *Bart.in d.l. un. nu.4.*
quemadmodum si longiori spatio conservarentur super ter-
ram, ut castaneæ, nuces, & alii fructus similes, præsertim
qui speciali nomine glandes appellantur ex quercubus na-
scentes, dari potest longius spatium, *Jo: Andr.in addit. ad
Spec.in tit.de caus.possess.& propriet.§.privata, n.32.lit.G.Jord.
loco cit.* ubi addit, quod etiamsi fructus corrupti jam sint,
adhuc colligi possunt etiam post tres dies, si corrupti deser-
vire possunt pro pastu animalium.

Ex quo infert *Bart.in d.l.un. num.1. vers.& per hoc dico &c.*
quod si esset contentio de officio Prioratus, vel consulatus,
qui durare soleat duobus, vel tribus mensibus, ista causa
debet citius expediri, ne propter dilationem pereat res, de
qua contenditur.

Dico 11. quod filii primi matrimonii revocant cum fru- 73
ctibus quicquid Pater reliquit secundæ uxori ultra modum *l.
hac edictali, cod.de secund.nupt.* ubi conjux transiens ad se-
cunda vota non potest ullo titulo in secundum conjugem
transferre plus quàm reliquerit uni ex filiis primi matrimo-
nii, cui minus reliquerit, & quod ultra reliquit, vel dona-
vit pro non scripto habetur, sed inter liberos æqualiter di-
stribuitur, *ut ibi not.Sali.& alii;* cum verò titulus ad non
titulum reducitur, tunc res cum fructibus restituitur, *l.fru- 74
ctus,34.ff.de Rei vind.latè Surd.dec.171.n.3. & seq.* ubi etiam
dicit, quod quando actus annullatur ipso jure, fructus me- 75
dii temporis debentur.

Dico 12. quod si viro substinenti onera matrimonii non 76
solvatur dos constituto tempore, tunc fit condemnatio do-
tis,

tia, & fructuum illius a die, quo vir incepit substinere dicta onera, *latè Fontanel.dec.91.n.16.& seq.ubi cit. Cancer.var.p.3.c.8.de deposs.n.3.& c.16.de lit.contest.n.67.*

77 Dico 13. quod emptor non solvens pretium rei emptæ condemnatur ad restitutionem omnium fructuum etiam ante litem decursorum, nè re simul, & pretio fruatur contra æquitatem *l.curabit, cod.de Action.empt.Fontanell.dict.dec.91. num.18.*

78 Dico 14. quod possidens, vel retinens bona sui debitoris jure pignoris, seu pro suis creditis non facit fructus suos: & ideò illos tenetur computare in sortem, *juxta leg. cum debitor, ubi gloss.ff. In quib.caus.pign.& c.cum contra, ibi, a tempore, quo fuerunt obligatæ, extr. de Pignor.* aliàs condemnatur ad fructus perceptos etiam ante motam litem, *Fontanell. d.dec.91.numer.23.& 29.& dec.99.numer.16.& sequ.& decis.* 208. ubi etiam dicit, quod creditor pignoris non solum tenetur de fructibus perceptis, sed etiam de his, qui percipi potuerunt.

S V M M A R I V M.

1 *In contractibus non admittitur purgatio, quando in obligatione apposita est dies, & pena: contrarium n.2.limitatur n.9.10.11.15.18.19.20.21.26.& 27.*
3 *An post exequutionem, & subhastationem sit locus purgationi moræ.*
4 *Quid si creditor aliquod damnum passus sit.*
5 *In penis, quæ ex Prætoris officio proficiscuntur, admittitur purgatio moræ intra modicum tempus.*
6 *Fidejussor judicii an possit moram purgare.*
7 *Citatus ad comparendum sub pœna ad certam diem, an incurrat pœnam, si elapso die præfixo compareat intra paucos dies.*
8 *Aufugiens è carceribus quando evitet pœnam effractionis carceris.*
11 *An emphyteuta possit moram purgare, postquam Dominus declaravit, rem emphyteuticam incidisse in commissum, & num.12.*
13 *Censetur remissa inobservantia pacti, & conventionis ex solutionibus subsequentibus.*
14 *An stante conventione, quod emphyteuta non solvens in terminis præfixis, intelligatur ipso jure privatus, sit locus caducitati, si emphyteuta defecerit in solutione unius anni.*
15 *An in testamentis, & aliis dispositionibus, ubi fit exequutio ipso jure, moræ purgatio admittatur.*
16 *Quid si hæres, vel legatarius non habuit plenam, & totalem scientiam testamenti.*
17 *Qualibet causa etiam injusta, modò sit colorata, & probabilis excusat a caducitate.*
18 *Conditio si Titio nupserit, est adimplenda post pubertatem intra triennium.*
21 *Quando petitio executionis operetur secundam moram, & quando non, & n.22.*
23 *Fidejussor de repræsentando ad omne mandatum Judicis quando dicatur esse in mora, & quando non n.24.*
25 *Quid si promiserit repræsentare intra certum tempus, vel diem.*

C A P U T XV.

An in contractibus admittatur purgatio moræ, ubi est expressa dies, & pœna.

1 RESp. negativè, sive contractus sint bonæ fidei, sive
stricti juris *l.magnam, ubi DD.cod. de Contrah.& com-*
mis.stipul.Rosenthal.de feud.c.6.concl.59. Jas.cons.10.libr.3. &
alii apud Caroc.de locat.& conduct.tit.de mora, n.71.& seq. ubi
de communi, Marescot.var.lib.2.c.125.n.32. præsertim si fue-
rit juratum non contravenire, *leg.si quis major, cod.de tran-*
sact. quem textum locum habere etiam in universitate quan-
tum ad pœnam privationis commodi contractus, non au-
tem quantum ad pœnam perjurii, & infamiæ, dixit *Rot.co-*
ram Millino dec.137.Afflict.dec.174.n.5. Seraph.de privil.ju-
ram.privil.48.n.8.& seq.& præcipuè n.22.& 27. Ciriac.contr.
158.n.12.& 13.*lib.*1. quod quidem procedit secundum jus ci-
2 vile: nam de æquitate canonica, etiam in pactis, & con-
ventionibus semper admittitur purgatio moræ in qualibet
parte judicii, etiamsi adesset juramentum, quando non est
factum deterius jus creditoris, *cap.potuit extr. de locat. Ma-*
rescot.var.lib.2.c.125.n.26.Penia dec.368.n.15. Millin. dec.137.
n.10.Seraph.dec.1150.n.4.Caroc.de locat.& cond.tit.de mora,
n.24.Clar.in §.emphyteusis, q.8.in fin.latè Gabr.comm.concl.lib.
3.tit.de Transact.concl.1.n.12.Grat.disc.for.c.915.n.3. & sequ.
ubi dicit, quod est locus purgationi moræ etiam post relaxa- 3
tionem mandati, immò etiam post exequutionem, & sub-
hastationem, donec non fuerit in totum perfecta, & con-
summata exequutio, & deliberatio, *Rot.dec.640.n.4.& seq.*
p.4.to.1.recen.& apud Pacif.de Salu.interd.dec.281. ubi addit 4
quod etiamsi creditor aliquod damnum passus sit, soluto in-
teresse admitteretur purgatio, *Marescot. var.lib.2.c.125.nu.*
11.30.& seq.Ferentil.ad Burat.dec.582.n.13. Caroc. de Locat.
& conduct.tit.de mora, n.1.22.& 118.*cum seq.* ubi id intelligit
in actione jam acquisita conservanda: tunc enim licebit mo-
ram purgare intra modicum tempus, juramento non ob-
stante; secus in acquirenda: quia jus in re conservatur faci-
lius, quàm jus ad rem acquiratur, *ut inquit Alex.cons.9.n.6.*
vol.7.Seraph.d.privil.48.nu.12.& 31. quicquid dicat Afflict.
dec.174.n.5.& seq.

Item in pœnis, quæ ex Prætoris officio proficiscuntur ad- 5
mittitur purgatio moræ intra modicum tempus, quia Præ-
tor præ oculis æquitatem semper habere debet *leg. quod si E-*
phesi.§.interdum, ff.de eo, quod cert.loc.Bart.& alii in l.si insu-
lam, ff.de verb.oblig. Marescot.d.lib.2.c.125.nu.33.& 36. Alex.
cons.158.n.5.lib.2. etiam non obstante juramento, *Cancer.d.*
lib.2.c.5.n.136.Rot.dec.640.n.5.p.4.tom.1.recen. ubi quod fide- 6
jussor Judicii potest moram purgare, etiamsi adjecta sit dies,
& pœna. Quare citatus ad comparendum sub pœna ad cer-
tam diem, evitaret pœnam, si postea intra paucos dies com- 7
pareat, etiamsi die præfixa non comparuerit: quia mora
modici temporis obesse non solet, præsertim re integra, *leg.*
quoties, ubi gloss.cod.de Precib.Imper.offer.leg.si debitori, ff. de
Judic.Cacheran.dec.71.num.45.& seq.Thesaur.dec.77.num.3.
ubi dicit, quod aufugiens è carceribus si sponte se consti- 8
tuerit in continenti, vel etiam post octo dies non potest pœ-
na effractionis carceris, & confessionis delicti coerceri, sed
alia leviori.

Limitatur prædicta conclusio, quando in specie fuit re- 9
nunciatum beneficio purgationis moræ *Marescot. var.lib.2.*
cap.125.num.6.Afflict.loco cit.num.4. ubi etiam dicit, quod
per clausulam, *rato manente pacto*, purgatio moræ exclu-
ditur, *Cephal.cons.25.num.45.in fin.& alii apud Gratian.di-*
scep.for.cap.915.num.5.& seq.Caroc.d.tit.de mora, num.94. &
seq. ubi, quod cessat purgatio moræ etiam per renunciatio- 10
nem generalem omni legum, & jurium auxilio, excepta
purgatione moræ inducta miserationis causa, quæ per hanc
clausulam generalem non censetur sublata, *Seraphin. loco*
cit.num.30.

Limita 2. quando in contractu adest pactum resolutivum: 11
cum enim in tali casu cesset consensus partium contractus
non subsistit sine novo earumdem partium consensu, *Put.*
dec.66.n.1.lib.3.Millin.dec.248.Caroc.de locat.& conduct.tit.de
Mora, n.37.& 101.Seraph.d.privil.48.n.20.& alii apud Af-
flict.loco cit.n.3. ubi etiam dicit, quod emphyteuta non po-
test moram purgare postquam Dominus directus declaravit,
rem emphyteuticam incidisse in commissum, quia tunc fa-
cta fuit resolutio contractus, *Ruin.cons.103.Franc.Marc.dec.*
576.p.1.Caroc.tit.de Mora, n.33.Seraph.d.privil.48.n.17.Pa-
ris.de Resign.benef.lib.6.q.3.n.25.Cephal.cons.25.n.28. idem di-
cendum, si in instrumento adsit clausula, *non alias &c.latè*
Grat.disc.for.c.308.n.31.& seq.& c.786.n.31.& c.921.n.24. ubi
dicit, quod stante pacto resolutivo neque de æquitate cano-
nica admittitur purgatio, *Rot.dec.640.n.9.p.4.to.1.Recen.* hoc
tamen intelligitur, quatenus ille, pro quo pactum resoluti-
vum fuit appositum eo utatur, *Seraph.dec.1150.n.1.* subdens,
quod videtur quis nolle eo uti, quando agit pro implemen-
to: item intelligitur, quando creditor vivente debitore de- 12
claravit caducitatem contractus; secus si post ejusdem debi-
toris mortem, *Rot.apud Pacif.de Salu.interd.dec.281.n.8.Bu-*
rat.dec.640.n.16.& seq. ubi etiam subdit, quod remissa cen- 13
setur inobservantia pacti, & conventionis ex solutionibus
subsequentibus.

Notandum est autem, quod si conventum fuerit, ut em- 14
phyteuta non solvens in terminis in instrumento præfixis, in-
telligatur ipso jure privatus, non esset locus caducitati, si
emphyteuta defecerit in solutione unius anni tantum: quia
hujusmodi verba sunt intelligenda secundùm emphyteusis
naturam, videlicet si emphyteuta in solutione per biennium,
vel triennium defecerit, *juxta textum in cap. potuit, de locat.*
& leg.2.cod.de jur.emphyt. Dec.cons.138.colum.penul.quem re-
fert, & sequitur Cephal.cons.25.numer.16.& 17. ubi de com-
muni.

Addit *Bart.in d.l.si insulam, n.19.* quod in testamentis, & 15
aliis dispositionibus, ubi fit exequutio ipso jure, moræ pur-
gatio similiter reiicitur, putà si fiat legatum pro celebrandis
missis, vel anniversariis certa die anni, vel mensis cum pa-

cto

cto resolutivo, quod in casu negligentiæ transeat ad aliam ecclesiam *sequitur Marescot.var.lib.2.c.226 n.18.Ric.in Prax. for.eccles.p.3.res.368.Put.dec.259.n.6.lib.1. Ciarlin.lib.2.c.126. per tot.* ubi, quod in tali casu ad incurrendam pœnam non
16 requiritur aliqua interpellatio, seu monitio, *Seraph. loco cit.n.21.Crav.cons.216.n.23.* ubi dicit, quod post executionem factam a jure, vel ab homine non admittitur purgatio moræ, *latè Caroc.d.tit.de mora, nu.38.& seq.* ubi ex hoc infert, quod hæres non conficiens inventarium, *jux.l.fin.cod. de jur.delib.* non potest moram purgare, quia fit ipso jure privatio a l.quemadmodum nec mater moram purgare potest, si non petierit tutorem filio, *juxta l.2.ff. Ad Tertyll.* quia similiter privatur ipso jure a lege, *de quo latè Gabr. tit. de secund.nupt.concl.9.per tot.* requiritur tamen plena, & totalis scientia testamenti, ut hæres, seu legatarius inobediens privetur commodo hæreditatis, seu legati, *Crav.cons.193.*
17 *Ciarl.controv.for.lib.2.c.126.n.46.* subdens *n.74.* quod quælibet causa etiam injusta, modò sit colorata, & probabilis, excusat a caducitate, *latè Gennens.in tract.de eccles.q.127.* ubi etiam dicit, quod sola negligentia Prælati non noceret Capitulo, si ex parte Capituli contra Prælatum protestatio facta fuerit.

Notandum tamen est, quod quando aliquid fieri debet singulis annis, & non exprimitur dies, tunc requiritur monitio, & possunt Rectores ecclesiarum purgare moram offerendo pecuniam pro Anniversario adimpiendo, *Bart.in l. 1.ff.de Pen.legat.Imol.in l.si insula ff.de verb.oblig. Paul.de Castr.cons.20.Gennens.d.q.127.*

Notandum 2. quod missarum celebratio probatur per librum sacristæ vel officialis deputati, *Gennens.in d.tract.de eccles.q.228.* subdens, quod in hoc non statur juramento celebrantis; sed contrarium videtur probabilius: potest enim celebratio missarum probari etiam per juramentum ipsius celebrantis, cum in his, quæ pendent ex animo, stetur juramento ut colligitur *ex textu in l.si quis pro redemptione, cod. de Donat.ibi, quod si aliqua dubitatio orta fuerit, utrum tota quantitas, an pars ejus in ædificiis expensa sit, hæc Domini domus sacramento dirimatur, & ita sæpissimè fuisse in Curia Grationopolitana determinatum refert Guid. Pap. dec.614. numer.* 1. quemadmodum si relinquatur aliquid distribuendum pauperibus per executores, & oriatur dubitatio an totum distributum sit statur similiter juramento executorum, si sint personæ honestæ, cum id non possit commodè aliter probari, *Bart.& Bald.in d.l.si quis pro redemptione, cod.de Donat.*

18 Limita 3. in conditionibus adimplendis: in his enim non datur purgatio moræ: & ideo si mulier cui aliquid fuit relictum sub conditione, si Titio nupserit, privatur legato, cùm primum interpellata recusat illi nubere, etiamsi postea pœnitentia ducta offerat separatam nubere, *ut post Castr.in l.1.n.4.ubi & Dec.num.7.& 9.cod.de Instit.& subst.& alios probat Gratian.discep.for.c.137.n.2.& seq.* ubi etiam dicit, quod talis conditio est adimplenda post pubertatem intra triennium *per tex.in l.2.§.ad filiorum, cod.Quan.& quib.quar.pars deb.lib.10.*

19 Limita 4. quando contrahens recusavit stare contractui, disputando super negotio principali, *Millin. decisio.248. num.6.*

20 Limita 5. ut non possit purgari mora post rem judicatam, quando certa dies ab initio fuit apposita: nam illa adveniente incurritur mora? & secunda mora contrahitur post rem judicatam; in casu autem duplicis moræ non admittitur purgatio, *Seraph.loco cit.d.privil.48.n.25.Rot.dec.640.nu.10.p.4.*
21 *tom.1.recen.* ubi etiam dicitur, quod neque potest mora purgari, quando in obligatione camerali, seu alia habente executionem paratam certa dies ab initio fuit apposita: quia similiter illa adveniente incurritur mora, & post petitam executionem secunda mora, cum hujusmodi obligatio æquiparetur rei judicatæ, *ut dicit Ripa in d.l.si insulam, num.14.ff.de*
22 *verb.oblig.* secus esset, quaodo obligatio non habet diem, ut quia debitor promiserit solvere ad beneplacitum creditoris, tunc enim petitio executionis non operatur secundam moram, ut amplius purgari non possit, *Rot.apud Pacif. de Salu.interd.dec.281.n.17.quam etiam refert Zach.de oblig.cam. q.28.num.11.*

23 Hinc fidejussor de repræsentando ad omne mandatum Judicis, si dies certa obligationi adjecta non fuerit, non dicitur esse in mora, nisi præcedente ejusdem Judicis requisitio-
24 ne, qua cessante liberaretur ab obligatione repræsentandi per mortem debitoris ob impotentiam conditionis, *Rot.dec. 99.per tot.p.4.tom.2.recen.* si verò promiserit reum repræsen-
25 tare intra certum tempus, vel diem, adveniente die constitueretur in mora, *latè Cacher.dec.49.num.6.& seq.* subdens, *numer.14.* quod potest hujusmodi mora purgari intra tantum diem temporis, quantum datum fuit ad implendam promissionem, ita ut si quis promiserit exhibere intra octo dies, tantum quoque temporis ei concedatur ad purgandam moram, *ut tradunt Bald. Ang. & alii in leg.sancimus, cod. de fidejuss.*

Limita 6. in Emphyteutis laicorum: isti enim non pos- 26
sunt purgare moram, si canonem non solverint: quia *tex.in d.c.potuit*, procedit solummodo in Emphyteutis Ecclesiæ, *secundùm Clar.qui communem dicit in §.Emphyteusis, q.8.in fin. Gabr.de transact.concl.1.n.18.& alios apud Caroc. d.tit.de mora, n.31.* quod præcipuè haberet locum, ubi ex statutis particularis loci cavetur, ut servari debeat jus civile: quia tunc jus canonicum, & consequenter illius æquitas non servaretur, *Seraph.loco cit.n.23.*

Sed in contrarium est receptior sententia: nam si etiam Judæi moram purgare possunt etiam secundùm æquitatem juris canonici, per quod jus, quantum attinet ad contentiosa judicia, illi non excluduntur: multo magis id concedi debet privatis personis; aliàs Christiani essent pejoris conditionis, quàm Judæi, *Tiraq.de jur.primog.q.66.nu.7.Natt. cons.620.& cons.seq. quos refert, & sequitur Seraph. de privileg.juram.privil.48.nu.27.& 29.* præsertim si judicandum esset secundùm æquitatem, & sola facti veritate inspecta: quia tunc servanda esset dispositio *d.cap.potuit*, etiam in terris Imperii, & quoad emphyteutas laicorum, *ut subdit Clar. loco cit.*

Limita 8. quando mora est commissa in faciendo, quia 27
tunc neque de æquitate canonica potest purgari, *secundùm Grat.respon.93 lib.1.quem refert Caroc.d.tit.de mora, n.36.* sed hæc limitatio videtur innanis, cum non videatur possibile, quod mora contrahatur in committendo, seu faciendo: immò dicitur committi solum in non faciendo, *ut rectè advertit Seraph.de priv.juram.priv.48. n.19.*

SUMMARIUM.

1 *Quando dies legati cedat quantum ad transmissionem, obligationem, & translationem dominii, & n.2.*
2 *In legato relicto in diem, vel sub conditione non transfertur dominium, nisi die, vel conditione adveniente.*
3 *Legatum factum sub conditione non transmittitur, si interim legatarius decedat.*
Quid si fiat legatum puellæ, ut nubat, vel sub conditione, si nupserit, ibidem.
4 *Quando cedat dies legati usufructus.*
5 *Legatum annuum cedit statim a die mortis testatoris, non ex die aditæ hæreditatis.*
6 *Legatum usufructus cum persona fructuarii extinguitur.*
7 *An fructus pendentes in re fructuaria spectent ad Usufructuarium, vel potius ad hæredem.*
8 *Si Usufructuarius agrum seruerit, nec postea fructus colligere potuerit, hæres eius potest repetere sementem, & expensas factas pro fructibus percipiendis.*
9 *Quando Usufructuarius agrum seminatum dimittere debeat.*
10 *An peti possit usufructus relictus ad certum tempus, si dictum tempus jam elapsum fuit.*
11 *Quandiu duret usufructus relictus civitati, collegio, vel Ecclesiæ.*
12 *An legatum temporale transmittatur ad hæredes legatarii decedentis ante finitum tempus legati.*
Quando legatum relictum cum onere, ut post mortem legatarii restituatur hæredi ipsius testatoris, remaneat liberum apud legatarium, ibidem.
13 *Legatum annuum solvendum est ab Usufructuario: cætera legata, & æs alienum ad hærede, & n.14.*
Quando verba sunt clara, non est opus conjecturis, ibidem num.13.
15 *Legatum annuum, & legatum alimentorum solvi debent in principio anni.*
Quid si legatum sit unicum, vel legatarius esset pauper, ibidem.
16 *Legatum annuum initio anni transmittitur pro illo anno, in quo decedit legatarius.*
17 *Quomodo intelligatur legatum alicui relictum quoad vixerit.*
18 *Tempus in dubio videtur adjectum causa differendæ solutionis.*
19 *Quid si quis promiserit alicui certam quantitatem, quoad vixerit.*
20 *An, & quando legatum relictum in diem debeatur*

cum

cum fructibus medii temporis.

21 *An testator legans credita censeatur legasse credita in diem.*

22 *An nomine debitoris legato debeantur legatario emolumenta temporis decursi vivente testatore.*

23 *Quando peti possit legatum factum causa studiorum.*

24 *Quandiu præstandum sit legatum alicui relictum causa studii.*

25 *An legatum factum puellæ pro dote sit purum, vel conditionale.*

26 *Quid si statutum excludat fœminas, & n.27.*

28 *Et quid si pater relinqueret dotem filiæ pro ejus legitima, vel jure institutionis.*

29 *Quando debeatur legatum relictum mulieri, si erit, vel cum erit vidua, & n.31.32.& 33.*

30 *Quid si relinquatur legatum, donec vidua erit, vel si continenter vixerit.*

Et quid si mulier, cui aliquid relictum fuit sub conditione si castè vixerit, inhonestè vivat, ibid.& n.34.

33 *Mulier non privatur commodo legati pro tempore quo conditionem implevit.*

35 *Cautio Mutiana præstanda est etiam parte non petente.*

Quid si mulier fuerit instituta sub conditione viduitatis, ibidem.

36 *An legatum factum mulieri sub conditione, si castè vixerit, extinguatur per secundas nuptias.*

37 *In dubio præsumitur dies non conditio.*

38 *Quando valeat legatum relictum concubinæ.*

CAPUT XVI.

Quando dies legati cedat.

1 RESp. quod quantum ad transmissionem cedit a tempore mortis testatoris, *l.1. §.1. cod.de caduc.tol.* etiamsi legatarius decesserit ante solutionem *Bart.in l.cum filiofam.n.13.& ibi Jas.n.118.ff.de l.1.Dec.cons.490. num.11. & alii apud Grat.disc.for.c.136.n.7.Cancer.var.lib.3.c.21.n.285.* ubi etiam dicit, quod acquiritur etiam ignoranti quantum ad effectum transmittendi; quoad obligationem verò non cedit nisi post aditam hæreditatem: quia obligatio illa oritur ex quodam quasi contractu, qui contrahitur aditione, *§.hæres, inst.de oblig.quæ ex quas.contr.&c.* sed quoad translationem dominii cedit ab adita hæreditate verè a tempore mortis fictè, *l.si tibi homo, §.cum servus, ff.de l.1.Cevall. in spec.opin. commu.contr. comm.q.79.* ubi id intelligit, quando testator legat rem propriam, subdens *n.4.* quod fructus rei legatæ, hæreditate jacente, non acquiruntur legatario, sed ipsi hæreditati, *per l.quod servus, ff.d.l.2.*

2 Et hoc quidem locum habet, quando legatum est purum; nam si est relictum in diem; vel sub conditione cum transfertur dominium, nisi die, vel conditione, adveniente, *Bart. communiter receptus in l.1.§.& cum lex, cod.de caduc.toll.* Unde si legatum fiat sub conditione, & interim legatarius decedat, non transmittitur, *ut in d.l.1.§.sin autem.*

3 Notandum tamen est, quod puellæ, cui relictum est legatum sub coodirione, si nupserit, triennium datur post pubertatem ad nubendum, quo elapso, & nuptiis non sequutis dicitur defecisse conditio, *l.2.ff.ad filiorum ubi Bart. cod. Quan.& quib.quarta pars &c. lib.*10. nec petere potest legatum, nisi prius nubat; unde si ante nuptias decederet, legatum revocatum censetur, & ad hæredes testatoris transiret, *Bald.in l.generaliter, num.9.cod.de Episc.& cler. Spin. de Testam.gl.10.princ.num.18.Gratian.disc.for.cap.137. numer.9.& seq.& cap.254.num.2.& seq.* subdens, *nu.34.* quod legatum factum puellæ, ut nubat, statim ac nubilis est, peti potest præstita cautione illud restituendi; si non nupserit, *l.si tibi legatum, ff.de l.3.*

Addit *Gabr.cons.131.n.16.lib.2 quem refert,& sequitur Grat. d.c.254.n.11.& seq.* quod si fiat legatum alicui eum conditione, si ipse Religionem ingrediatur, hujusmodi conditio similiter impleri debet intra triennium post transactam ætatem idoneam ad profitendum.

4 Quæres, quando cedat dies legati ususfructus? Resp. quod ususfructus purè relicti dies non cedit; nisi ex tempore aditæ hæreditatis: sed cum ad diem relinquitur, vel sub conditione, nullo modo cedit etiam post aditam hæreditatem, nisi vel dies venerit, vel conditio extiterit, *l.2.ff. Quand.dies legati cedat l.1.§.dies, ff.Quand.dies usufr. l.ced.* Unde legatum
5 ususfructus differt a legato in annos singulos relicto: quia legatum annuum cedit statim a die mortis testatoris, non ex
6 die aditæ hæreditatis, *l.nec semel, ff.quand. dies l.ced.* quantum verò ad transmissionem nunquam cedit legatum ususfructus, quia cum persona fructuarii extinguitur, *l.unic.§. libertatibus, cod.de caduc.toll.*

Quæres 2. an fructus pendentes in re fructuaria spectent 7
ad usufructuarium, vel potius ad hæredem? Resp. quod ad usufructuarium spectant, si tempore aditæ hæreditatis adhuc sunt in fundo, *l.si pendentes 34.ubi Alberic.& alii, ff.de Usufr.* & hæc quidem lex simpliciter, & absolutè concedit fructus pendentes usufructuario absque ulla obligatione restituendi renovatos, vel dimittendi eos in fundo finito usufructu, *ut advertit Cephal.cons.182.nu.8.* nec hæres ejus qui usumfructum reliquit, potest a fructuario repetere expensas factas per testatorem in re fructuaria, *Florian.in d.leg.si pendentes n.3.quem refert Castill.de Usufr.c.42.num.17.* subdens quod si hæres ipse expensas fecerit, poterit tunc eas ab usufructuario repetere, *argumen. textus in leg.cum servus, ff. de leg.1.*

E contra verò si usufructuarius agrum seruerit, nec postea 8
morte præventus fructus colligere potuerit, ejus hæres poterit repetere semen, & expensas factas pro fructibus percipiendis, *ut post Bald.Tiraq.& alios tradit Cephal.d.cons.182.*
subdens, quod finito usufructu agrum seminatum dimittere 9
debet, si ejus seminaria recepit, *juxta l.item si fundi, §. seminarios, ff.de usufr.*

Quæres 3. an peti possit legatum ususfructus relictum ad 10
certum tempus, putà in biennium a die mortis testatoris, si jam biennium fuit elapsum, & per hæredem steterit quominus daret? Respond. quod peti quidem potest æstimatio dicti ususfructus per biennium, non verò ususfructus, quia cum biennium sit elapsum, peteretur alius ususfructus diversus ab eo, qui fuit legatus, *leg.si ususfructus mihi in biennium ff.de usu, & usufruct.leg.latè Fontanell. dec.99. numer.2. & seq.*

Quæres 4. quanto tempore duret ususfructus relictus uni- 11
versitati, Collegio, civitati, vel Ecclesiæ? Respon. quod centum annorum spatio finitur, etiamsi expressim perpetuò relictum sit, aliàs proprietas prorsus inutilis esset, *l.si ususfructus, ff.de usu,& usufr.l.Jordan.lib.14.tit.24.de præscrip.n.450.& est communis opinio teste Castill.de usufr.c.61. nu.16. & seq.* ubi etiam dicit, quod potest hujusmodi ususfructus amitti non utendo per modum, & tempus constitutum a lege, vel etiam finiri quasi morte Civitatis, putà si hostile aratrum in eam Civitatem inducatur, *per textum in l.si ususfructus 21.ff. Quib. mod.usufr.amit.* secus esset in legato annuo prædictis locis perpetuò, vel simpliciter relicto: hoc enim non extinguitur centum annorum curriculo sed durat durante universitate, Ecclesia, vel Civitate, *ut post Covar. var.lib.3.cap.9.num.10.Hyppol.Rimin.cons.219.numer.11. & seq.Pancirol.cons.20.& alios observat Castill.loco cit.n.20.* præsertim si legatum relictum fuerit Ecclesiæ cum onere missarum celebrandarum, *de quo latè Ciarl.contr.for.lib.2.c.143.n.12. & seq.*

Quæres 5. an legatum temporale, putà ad decem annos, 12
transmittatur ad hæredes legatarii decedentis ante finitum tempus legati? Respond. quod si pro alimentis legatum relictum sit, tunc futurorum annorum legatum legatarius mortuus ad hæredem non transmittit: quia pro primo anno est purum, pro sequentibus est conditionale, scilicet si vivat Alimentarius: & ideò censentur plura legata: si verò non fuit relictum nomine alimentorum, sed in plures præstationes testator divisit legatum in gratiam hæredis, ne urgeretur statim solvere totum legatum, & tunc transmittitur, quia censetur unum legatum, *l.cum in annos,& l.si cum præfinitione, ubi gl.Bart.& alii, ff.Quand. dies leg. ced.*

Limita in legato temporali ususfructus: hoc enim extinguitur statim defuncto legatario, *leg. in singulos, ff. de ann. legat. l.ambiguitatem, cod.de usufr. Cancer. var.libr.3. cap.20. num.38.*

Illud quoque notandum est, quod quando legatum non esset temporale, sed perpetuum, ut si dictum sit, lego Titio domum, & post ejus mortem volo, ut eam restituat meo hæredi: si hæres testatoris moriatur ante legatarium, legatum remanet liberum penes legatarium, *l.in causæ 17.§.Pomponius, ff.de minor.* quia testator volens, legatum post mortem legatarii pervenire ad suum hæredem, intelligitur de primo hærede, *l.Qui liberis, §.hæc verba, ff.de vulgar.* quamvis enim appellatione hæredis, & hæres hæredis veniat, *l.in annalibus, cod.de legat.l.sciendum,& l.hæredis appellatio, ff.de verb.signif.* id tamen procedit, quando testator retulit suam dispositionem ad alium, & ejus hæredem: non autem quando testator substituit hæredem suum, quia videtur habuisse respectum ad affectionem, quam habebat ad hæredem scriptum; quæ cessat in hærede hæredis, cum incertus sit, &

incognitus, *d.l.sciendum*, *Alex.in l.fin.post nu.4.cod.de legat. Rub.cons.23.num.1.Odd.cons.91.n.13.& alii, quos refert, & sequitur Cancer.var.lib.3.cap.20.num.46.& seq.* ubi id limitat, quando aliud colligeretur ex testatoris dispositione, & affectione.

13 Quæres 6. an legatum annuum solvendum sit ab hærede, vel potius ab usufructuario? Resp. quod ab usufructuario præstari debet, quia censetur reale onus injunctum redditibus, *l.fin.§.siu autem æs alienum, ubi Bald.Fulgos.Castr.Salic. & Corn.cod.de bon.quæ liber.Ruin.cons.206.nu.30.vol.2. Bello.cons.7.n.6.Goza.cons.94.n.22.& 27.Rol.cons.8.n.27.vol.2. Bursat.cons.123.n.11.& alii apud Surd.dec.193.* ubi id limitat, si in testamento testator dixerit, quod tale legatum præstari debeat ab hærede, quia tunc solutio non ab usufructuario, sed ab hærede facienda est: ubi enim verba sunt clara, non est opus conjecturis, *l.continuus, §.cum ita stipulatur, in fin. juncta glos.in ver. nullus, ff.de verb. oblig.* idem dicendum, quando testator jussit, legatum solvi de bonis suis, quia tunc etiam onus spectaret ad hæredem, non autem ad usufructuarium, *ut post Paul.de Castr. cons.405.in 2. dub.lib.1. scripsit Cravet. cons.187.numer.4.* subdens, quod si bona testatoris non sufficerent ad solutionem legati, non teneretur hæres de suo solvere, *leg.cum certus, ff.de Tritic.vin. & oleo legat.*

Observa tamen, quod si hujusmodi præstatio annui legati redderet usumfructum inutilem, ex verisimili mente testatoris hæres de suo proprio tenetur usumfructum conservare, si non fecerit inventarium, *Cavalcan.de usufruct. mulier. relict.n.219.& seq.ubi citat Jo:Crot.cons.67.n.44.Crav.cons.210.n.6.Rom.sing.249.Natt.cons.7.n.2.& seq.*

14 Cætera verò legata tenetur hæres solvere, quemadmodum etiam æs alienum per testatorem in vita contractum, de bonis tamen ipsius testatoris: & Usufructuarius pati debet, quod hæres vendat tot bona testatoris, quæ sufficiant ad legatorum, & æris alieni solutionem, legatariis, & aliis creditoribus petentibus, & ante: cum hoc temperamento, ut prius vendantur bona mobilia, deinde immobilia, *juxta d.l.fin.§.sin autem, cod.de bon.quæ liber.* ususfructus enim censetur solum relictus in bonis testatoris, & sic deducto ære alieno, *Paul.de Castr.cons.394.lib.2. Socin. cons.131.lib.1.& alii, quos refert, & sequitur Crav.d.cons.187.n.1.Cavalcan.de usufr. mulier.relict.n.211. & seq.* ubi etiam dicit, quod debita, & legata soluta per hæredem de propriis pecuniis potest ipse hæres repetere a fideicommissario, quia de suo non tenetur solvere, *Viv.comm.opin.1046.Ludov.dec.Lucen.5.nu.10.vers. Nihilominus, & n.seq.& communem dicit Marescot.var.lib.1.c.29.n.30.& 31.ubi refert, ita resolvisse Rot.in Bononien. usufructus 27.Jan.1606.coram Justo.*

15 Notandum est autem, quod legatum annuum, & legatum alimentorum solvi debent in principio anni, *leg.1.cod. Quand.dies leg.ced.Menoch.lib.4.præsump.199.nu.23.* si vero est unicum, solvi debet in fine anni, *l.qui hoc anno, ff.de ver. oblig.* nisi ille, cui legatum præstari debet, esset pauper: quia tunc debetur statim, *Cavalc.de usufr. mulier.relict.num. 166.vers.nisi legatarius &c.Ludov.dec.Lucen.23.nu.1. & sequ.* ubi etiam dicit, quod legatum censetur annuum, quando legatur res modica pauperi.

16 Item legatum annuum initio anni transmittitur pro illo anno, in quo decedit legatarius, non autem pro annis sequentibus, *d.l.2.cod.quan.dies leg.ced.l.in singulos annos, ff.de ann.legat.Giovagn.cons.78.n.25.lib.1.*

17 Quæres 7. quo modo intelligatur legatum alieni relictum, quoad vixerit? Resp. quod aut relinquitur pauperi, & tunc præsumitur annuum: quia censetur relictum causa alimentorum, *Bart.in l.eum, qui ita, §.qui ita stipulatur, num.3.ff.de verb.oblig.Cephal.cons.518.num.17. Mantic. de Tacit. & ambig.convent.lib.14.tit.40. num.42.* idemque dicendum, si testator legaverit mulieri donec nubat, quia tunc etiam annuum intelligitur, *juxta leg.legatum ita est, ff.de ann.legat.* quod est speciale favore dotis, & alimentorum, *ut d. Bart. ibidem.*

Aut relinquitur diviti, & tunc non annuum, sed unum legatum censetur: quia in dubio intelligi debet quod est minimum, *l.idem Julianus, §.scio, ff.de l.1.& ita sensit Bart.in d. leg.eum, qui ita, §.qui ita, num.3. quem alii communiter sequuntur.*

18 An verò, si legatum relinquatur diviti, totum, sive integrum in tali casu statim peti possit? Affirmant *Angel. Paul. de Castr.& Imol.in d.§.qui ita, quos refert Mant. loco cit.* quorum sententia vera est, quando constat, tempus fuisse adjectum animo finiendæ obligationis: sed in dubio non potest intra summam confestim peti, quia tempus videtur adjectum causa differendæ solutionis, *l.eum, qui, ubi glos.fin.ff. de ann. legat.* Unde si legata fuerint centum, solvi debet annuatim certa pars arbitrio Judicis diffinienda usque ad integram summam, *Bart.in d.§.qui ita, & in d.l.legatum ita est, num.1. Mantic.d.lib.14.tit.40.n.42.& alii relati in Syntagm.opin.commun.loc.11.de Judic.tit.5.n.5.vers.læsio enormis.*

Idem dicendum in contractibus: nam si quis promiserit 19
centum pauperi quoad vixerit, promissio censetur annua, quia præsumitur ex causa alimentorum; si verò promissio facta sit diviti, de centum tantum intelligitur per plures vices præstandis donec vixerit, *Bart.loc.cit.n.3. Ruin.in l.nemo potest, n.98.ff.de l.1. Mantic.d.lib.14.tit.40.n.42.*

Quæres 8. an legatum relictum in diem debeatur cum fru- 20
ctibus medii temporis? Resp. negativè, si gratia hæredis fuit appositus dies; secus si gratia legatarii, *ut distinguit Bart.in l.si ita relictum, §.Pegasus, ff.de l.2.* ubi dicitur, quod si in tempus pubertatis ei, qui impubes est, relictum fuerit, debentur etiam fructus antecedentis temporis.

Quæres 9. an testator, qui legavit alicui credita, & nomi- 21
na debitorum, videatur legasse credita in diem? Resp. negativè quia verba præsentis temporis non porriguntur ad debita eidem, vel conditionalia, nisi aliud exprimatur, *l.si ita scripsisset, ubi Bart.& alii, ff.de l.2.Alex.cons.106.lib.5.Cephal. cons.14.n.5.& seq.vol.1.*

Quæres 10. an nomine debitoris legato, debeantur lega- 22
tario emolumenta temporis decursi vivente testatore? Resp. affirmativè, *l.nomen debitoris, ff.de l.3.* quia hujusmodi emolumenta seu usuræ non exactæ, quamvis maturæ, dicuntur fructus pendentes, & pars rei legatæ; unde veniunt etiam in restitutione fideicommissi, *Soc.cons.100.n.2.vol.1. Paris.cons. 40.n.8.vol.1.Mant.de conject.ult.vol.lib.7.tit.10. nu.35. & alii apud Surd.dec.88.per tot.* ubi etiam dicit, quod in tali casu hæres liberatur cedendo.

Quæres 11. quando cedat, vel peti possit legatum factum 23
causa studiorum? Resp. quod peti potest, quando legatarius est effectus talis qui communi hominum opinione possit dare operam studiis, *l.nec semel, §.si in habitationem, ff.Quand. dies l.ced.Menoch.lib.4.præsump.199.n.19.vers.est etiam exemplum, Grat.discep.for. cap.254. num.35.* ubi *numer.48.* addit, quod si relinquatur usus, vel ususfructus liberariæ alicui studenti, præstari debet cautio de studendo saltem per quinquennium, *Cephal.cons.232. n.2. & seq.* subdens, quod legatum alicui relictum pro studio, per decennium præstan- 24
dum est.

Quæres 12. an legatum factum puellæ pro dote, sit purum 25
vel conditionale? Resp. quod est conditionale, si relinquatur ab extraneo: & ideò nuptiis non sequutis non transmittitur ad hæredes: censetur enim relictum in tempus nuptiarum, *leg.Publius Mævius, ff.de cond.& demon l.promittendo, ff.de jur.dot.Bart.in l.Titio centum, §.Titio Genero, nu.3. & 4 ff.de cond.& demonst.Cravet.cons.101.num.1.Gregor.dec. 346.* si verò legatum relinquatur a Patre, distinguendum est: nam aut filiæ reliquit legitimam, & tunc idem est, quod in extraneo: aut non reliquit legitimam, & in hoc casu legatum a Patre factum pro dote, censetur purum, non solum usque ad debitam quantitatem legitimæ, sed etiam ultra ne idem legatum diversimode intelligatur, & ideò transmittitur, *Bart.in d.§.Titio genero, n.4.ff.de cond.& demonst. Greg.d.dec.346.* nisi pater adjecerit aliqua vincula contra naturam legitimæ, putà si prohibuerit, legatum præstari ante matrimonium: tunc enim in ea quantitate, quæ excedit legitimam, non esset purum, sed conditionale, *Cancer.var. lib.3 c.21.n.337.ubi citat Mago.dec.Lucen.28.Matt.Brun.cons. 83.n.7.lib.1.quibus adde Castr.cons.9.& 16.lib.1.quem refert Cephal.cons.145.n.18.& seq.* ubi dicit, quod quando statutum 26
excludit filiam dotatam, legatum pro dote est purum, & transmissibile ad hæredes; secus si statutum simpliciter filiam excludit, & mandat, eam dotari, quia tunc dos est conditionalis si videlicet nupserit, & de ea interim filia non potest disponere *quam sententiam sequuti sunt Crass. in §.legatum, q.48.col.pen.Ruin.cons.51.n.11.lib.3.Paris.cons.35.n.5.libr. 3.quos refert Menoch.præsump.146.nu.40.lib.4.* ubi etiam dicit, quod in hoc ultimo casu filiæ non debetur legitima, & consequenter censetur tanquam extranea, *Rot.dec.540.nu.1. p.1.Divers.*

Observa tamen, quod quando in statuto sit aliqua men- 27
tio de legitima, vel quia disponat, dotem non debere esse minorem legitima, vel quia prohibeat, aliud ultra dotem peti posse ratione legitimæ, aut aliter, etiamsi hujusmodi statutum simpliciter excludat fœminas a successione, & jubeat, eas dotari, dos illa succederet loco legitimæ, & per consequens omne onus, omnis conditio, ac dilatio reiicitur, sicut reiici solet de legitima, *Castrens. cons.222.nu.5. lib.2.Petr.de Anch.cons.232.n.1.Soc.sen.cons.30.nu.3.lib.1.Sim.*

de Prat.

de Præt. de interpr. ultim. vol. lib. 3. interpr. 1. dub. 5. Alb. Brun. de stat. quod stant. masc. &c. art. 11. n. 14. & alii apud Honded. cons.
28 *53. n. 10. & seq. lib. 2.* ubi idem dicit, quandu pater dotem re-
linqueret filiæ pro ejus legitima, vel jure institutionis: eo e-
nim casu pater censetur remisisse exclusionem statutariam,
ipsamque uti suam agnovisse, & legitimæ capacem reddidis-
se, ita ut persona filiæ perinde habeatur, ac si statutum non
esset in rerum natura, *Rot. dec. 266. n. 3. & 4. p. Divers. Menoch.
d. præsump. 146. n. 41. lib. 4.* ubi etiam dicit, quod dos ita reli-
cta filiæ purè debetur.
29 Quæres 13. quando debeatur legatum relictum mulieri, si
erit, vel cum erit vidua, vel remanebit vidua? Resp. quod
debetur statim cum mulier ad viduitatem pervenerit, quam-
vis non persistat in viduitate: sufficit enim, quod conditio
semel impleatur, licèt implementum non duret, *l. si quis hæ-
redem, cod. de instit. & subst.* quemadmodum satis esset, quod
conditio deficiat, etiamsi defectus non duret, *leg. si ex toto,
ubi Bart. ff. de l. 1. Castr. in l. fin. cod. de indict. viduit. &c. Tiraqu.
in l. si unquam, in ver. susceperit liberos, n. 189. & alii, quos refert*
30 *Grat. d. c. 137. n. 6. & seq.* secus esset, si diceretur, donec, vel
quousque vidua erit, vel si continenter vixerit, vel vidua
permanserit, vel stante ipsa vidua, vel servando vitam vi-
dualem: nam cum hæc verba perseverantiam significent, le-
gatum debebitur mulieri perseveranti in viduitate; ea verò
nubente cessabit: quemadmodum si testator legavit mulieri
sub conditione si castè, & honestè vixerit, ea semel inhone-
stè agens ita privatur legato, ut illud non recuperet, etiamsi
deinde honestè vivat, *ut tradunt omnes in d. l. fin. cod. de Indict.
vid. &c. Boer. q. 44. n. 38. Ruin. cons. 170. n. 6. lib. 3. Crav. cons. 300.
n. 5. Natt. cons. 459. n. 17. & alii, quos refert, & sequitur Menoch.*
31 *lib. 4. præsump. 187.* subdens, quod maritus legans uxori suę,
si vidua erit præsumitur voluisse, ut uxor perseveret in vi-
duitate.
32 Illud etiam notandum est, quod si testator legavit mulieri
jam viduæ his verbis, si remanebit vidua, tunc verbum, re-
manebit, significat tractum temporis successivum videlicet
si mulier in viduitate perseveraverit: nam aliam significatio-
nem in tali casu habere non potest, *ut post Castr. in d. l. fin. C.
de indic. vid. &c. advertit Menoch. loco cit. n. 13. & seq.*
33 Quæres 14. an relicto uxori per virum pleno usufructu om-
nium bonorum, ipsa vivente casta, & sine viro, si uxor tran-
seat ad secunda vota, teneatur restituere fructus perceptos,
dum erat vidua? Resp. negativè, quia ille ablativus absolu-
tus in dubio non interpretatur conditionaliter, seu quandiu,
seu donec vidualem vitam duxerit, *Ruin. cons. 190. n. 7. libr. 2.
quem refert Canc. var. lib. 3. c. 20. n. 366. & seq.* hujusmodi enim
verba important durationem temporis; & ideò donec servat
viduitatem, facit fructus suos, & si contraveniat, privatur
tantùm pro futuro tempore, *Greg. dec. 187. nu. 4. latè Ciriac.
contr. 136. n. 3.* ubi etiam dicit, quod in tali casu non est ne-
cessaria cautio Mutiana de non contraveniendo, seu de vita
34 viduali servanda. Secus esset, si legatum relictum fuerit per
verba importantia conditionem, qualia sunt verba, *dum-
modo, si, dum tamen, casu quo, ita tamen,* & similia tunc enim
35 requiritur cautio Mutiana, *juxta auct. cui relictum, cod. de
ind. viduit.* quæ præstanda est etiamsi non fuerit petita, *se-
cundùm Grat. dec. March. 3. Cavalc. de usufr. mul. relict. nu. 118.
Grat. cons. 102. n. 45.* & si uxor transit ad secundas nuptias, re-
solvitur legatum, & tenetur restituere omnes fructus pro
tempore, quo fuit vidua perceptos, *Peregr. de fideicom. art.
11. n. 122. Greg. dec. 187. n. 3. Grat. c. 696. n. 13. idem Ciriac. d. contr.
136. n. 1. & 2.* idemque dicendum, quando uxor fuit institu-
ta hæres sub conditione viduitatis, sive instituta fuerit per
verba importantia principaliter conditionem, sive per verba
denotantia durationem temporis utroque enim casu præstare
debet cautionem Mutianam; & si controvenerit, tenetur
restituere hæreditatem cum fructibus præteritis: quia insti-
tutio non potest esse distincta in annos, prout legatum, sed
est unica, & perpetua: *Rot. in Anconitana fideicommissi* 19.
Junii 1598. *coram Lancelloto*, ubi etiam dicitur, quod non
præstita cautione Mutiana de vita viduali servanda, uxor non
dicitur fuisse hæres, *Grat. dec. March. 3. per tot.* nisi ex con-
jecturis colligatur contraria mens testatoris, *Rot. in Imol. bo-
norum 31. Maii 1613. coram Coccino, prout refert Ciriac. post
contr. 136. Beltr. ad Greg. dec. 187.*
36 Quæres 15. an legatum factum mulieri, si castè & honestè
vixerit, extinguatur per secundas nuptias postea contra-
ctas? Resp. quod aut relinquitur ab eo, cujus voto congruit,
mulierem nubere, ut a Patre, Fratre, vel alio, qui tene-
tur dotare, vel ab extraneo, cujus memoria non læditur per
matrimonium, & tunc legatum non extinguitur: quia di-
citur castè, & honestè vivere mulier, quæ secundum matri-
monium contrahit; *l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Sena-*

Antonell. de Tempore.

tusc. Trebel. c. pen. & fin. de secund. nupt. aut relinquitur ab eo, cujus votu congruit totum oppositum, putà a marito, vel a filio, & tunc legatum extinguitur per transitum mulieris ad secunda vota, quia videntur intellexisse de castitate viduali, *Jo: a Garron. in rub. de Secund. nupt. n. 23. Padill. in auct. res, quę, cod. Comm. de legat. Tiraq. de jur. primog. q. 69. n. 5. Menc. de success. progress. §. 27. n. 59. & alii, quos refert Ceval. q. 151. nu. 3. latè Ciriac. contr. 138. nu. 8. & seq. ubi enumerat pro hac sententia 38. DD. Theod. Rub. sing. 10. 2. p. 4. claus. 291. num. 1. & seq. Mant. de Tacit. lib. 14. tit. 44. n. 8. & 9.*

Quæres 16. an in dubio præsumatur conditio, vel potius 37
dies? Resp. quod quando dispositioni adjectum est aliquid, quod significare videtur conditionem, vel diem, præsumitur potius dies, quàm conditio, *l. si Titio, §. quædam, ff. Quand. dies leg. ced. Ruin. in l. 3. n. 12. ubi etiam Alciat. n. 3. ff. de l. 1. Menoch. lib. 4. præsump. 175. n. 8.*

Quæres 17. an valeat legatum relictum concubinæ, si tem- 38
pore legati concubina vitam mutaverit? affirmativè respondet *Grat. disc. for. c. 31. n. 30. & seq. Giovagn. cons. 47. n. 23. & seq. lib. 1. Ciarl. contr. for. lib. 2. c. 185. nu. 6. & seq.* subdens, quod emendatio præsumitur, si per triennium a turpi commercio sese abstinuerit.

S V M M A R I V M.

CAPUT XVII.

Quodnam tempus detur Tutoribus, aut Curatoribus ad se excusandum a tutela, & cura.

RÉsp. quod ad proponendum excusationes, & eorum 1
causas allegandum dantur 50. dies continui, *l. scire, §. multa verò, & l. quinquaginta, ff. de excus. tut.* hoc autem tempus currit a die scientiæ, *§. Qui autem, ubi gl. Inst. eod. tit. l. quinquaginta cod. de excus. tut.* sed ad illas propositas prosequen- 2
dum, probandumque, & diffiniri hoc negotium faciendum datur quadrimestre a die nominationis, & scientiæ, *d. l. quinquaginta, ff. de excus. tut.*

Qui verò excusentur a tutela, & cura, vel non, constat 3
ex tot. tit. ff. & cod. de excus. tut.

Notandum est autem, quod excusantes se a tutela, non pos- 4
sunt petere legatum sibi a testatore relictum, & solutum restituunt: quia ea mente, & animo testator legasse præsumitur, ut tutelæ onus suscipiant, *l. Nesennius, ff. de excus. tutor. Bart. & alii in l. pen. cod. de l. Roman. cons. 207. n. 3. Dec. cons. 178. n. 2. & cons. 192. n. 4. Nevizan. cons. 3. n. 9. & alii apud Menoch. li. 4. præsump. 124. n. 7. Cancer. var. c. 7. n. 74. p. 1.* requiritur tamen, ut locus sit huic pęnæ amissionis legati, quod tutor ipse fuerit monitus & interpellatus ad suscipiendum hoc onus, *juxta auct. hoc amplius, cod. de fideicom.*

Limita, quando testator constituit tutorem illum, qui tu- 5
tor esse non potest veluti si legaverit minori 25. annorum, cui etiam tutelæ onus reliquerat: hoc enim casu legatum non præsumitur factum ob tutelam, cum ad hoc munus nemo sit assumendus, nisi postquam quintum, & vigesimum

ætatis suæ annum impleverit, *l.nemo, cod. de l.tut. Bald.conf. 357.col.1.lib.1. Ang.conf.166.col.1.verf.quartus casus Cros.conf. 84.n.9.quos refert Menoch.d.lib.4.præsump.124.* ubi etiam di-
6 cit, quod recusans administrare tutelam non privatur legato, seu fideicommisso a se alteri restituendo.

7 Notandum 2. quod non potest dari tutor, & curator in testamento eodem tempore, licet malè contrarium servetur cum post pupillarem ætatem confirmari debeat volente, & petente adulto; unde tempus ad se excusandum ab ista cura incipit currere a die confirmationis, & impetrati decreti, *l.quinquaginta dies, cod.de excus. Tut.leg.2. cod. de confir.tut. Bart.in leg.Cujus, ff.de excus. Tut.Gratian. disc.for.cap.225. num.23.& 24.*

8 Notandum 3. quod is, qui abfuit Reip. causa, habet annum post reversionem ut ad tutelas, non vocetur, *l.non solum, ff.de excus.tut.* sed non prodest dictus annus, nisi quantum ad novas tutelas, non autem quoad eas, quas ante absentiam susceperat, quia tunc resumi debent, *d.l.non solum, §.annus, & l.Titius, ff.eod.*

9 Notandum 4. quod Tutores legitimi satisdare quidem debent, non autem testamentarii, vel dari ex inquisitione, *§.1.instit.de satisd.Tut.* diversitatis ratio est, quia quoad legitimos lex approbat tantùm gradum agnationis, vel cognationis, non autem mores, & qualitates personarum: & ideo satisdare debent: testamentarii verò fides ab ipso testatore, ac dati ex inquisitione a Judice approbatur: & ideo isti non coguntur satisdare, *ut notat glos.& DD.ibid. Crav.conf.230.*
10 *num.4.* subdens, quod etiam sine promissione tutor testamentarius, si quid mali gesserit, obligatur adulto, & bona ejus sunt tacitè hypothecata statim ab initio administrationis, ita ut possit pupillus ea vendicare etiam tertio possessore, *juxta l.pro officio, cod.de admin.tut. Soc.sen.conf.61. nu.1. lib.1. Neguf.de Pignor. p.2. membr.4. & alii apud Mantic. de Tacit.& ambig.lib.11.tit.16.num.18.* ubi, quod hæc hypotheca habet initium ab eo tempore, quo quis officium suscepit, *idem dicit Gratian.disc.for.c.53.num.5. & seq. ubi de magis communi*: quod etiam procedit in quocunque alio administratore ultra tutorem, immò etiam in Patre, *Gutier. de Tutel.p.2.c.16.n.27.quem refert & sequitur Merlin. de Pignor. lib.3.q.4.num.9.*

11 Item neque tenetur satisdare Administrator, & negotiator bonorum hæreditatis datus a Testatore: quemadmodum neque huic oneri subiicitur exequutor deputatus a defuncto, quia tales personæ ab ipsomet testatore approbantur, *l.Div. Pius 7.ff.si cui plus, quam per l.Falcid.&c. Salic. in l.nulli, sub n.11.cod.de Episc.& Cler.Crass.§.fin. art. executores ultimarum voluntatum, q.6.sub n.2. & alii apud Ciriac.contr.for.534.n.24. & 25. lib.3.*

12 Notandum 5. quod etiam filiusfamil. potest esse tutor dummodò major sit 25. annis, *§.1.& §.furiosus, inst. Qui testam.tutor.dar.poss.* quia in his, quæ publici juris sunt, non habetur ratio Patriæ potestatis; *leg.nam quod, ff.ad Senatusconsul.Trebell.* & tunc Pater regulariter de peculio tenetur, vel de in rem verso, *leg.Lucius Titius Cajum, ff.de admi.& peric.tut.&* si Pater nolit pro eo satisdare, cogentur ambo & Pater, & filius onus tutelæ subire, *l.si quis inter tres ff. de excus. tut.*

13 Observa tamen; quod neque filius tenetetur satisdare, si datus fuerit tutor in testamento, vel ex inquisitione, etiamsi nihil haberet in bonis: nec tenetur Pater in tali casu satisdare pro filio, sed tantùm de peculio tenetur, vel de in rem verso, *ut supra diximus, Bart.in l.si filius, ff.de tutel. Ang. Aret.in §.1.n.5.instit. Qui testam.tut.dar.poss.Ciriac.contr.534.n. 26.& seq.lib.3.* ubi etiam dicit, quod sola paupertas non facit quem suspectum.

14 Observa 2. quod si ex aliquibus circumstantiis constaret, Tutorem, vel Administratorem suspectum esse, potest Judex non obstante dispositione testatoris, vel removere illum, vel cogere ad fidejubendum, *ut sensit Spec. in titul. de Instrument. adit.§.nunc verò aliqua, num.53.Bald.in leg.id, quod pauperibus, n.35.cod.de Episc.& Cler.Ciriac.d.contr.534. num.34.*

15 Notandum 6. quod Clerici tutelam dativam, ac testamentariam suscipere non possunt, *c.Cyprianus 21.q.3.* legitimam verò possunt suscipere, si volunt; charitatis enim ratio suadet, ut Clerici etiam suis consanguineis opem ferant, *c.pervenit, ubi glos.86.dist.Sylv.in ver. Tutor, nu.3.Aret. in §. item major, n.6. instit.de excus. tut. & censuit etiam Sacra Congregatio teste Ric.in Prax.for.Eccles.par.3. resol.206.* quod etiam procedit in Monacho, & Episcopo, quia *auth. Presbyteros, cod.Episcop.& Cler.* correcta fuit *per dictum textum in cap.pervenit, ut ibidem not.glos.in ver. tutelas, Aret.ubi supra & alii*: dummodo quoad monachum id fiat de licentia sui Prælati, *c.Monachi, 16.q.1. Sylvest.loco cit.num.3.* tutelam vero miserabilium personarum omnes Religiosi, Clerici, vel Episcopi recipere tenentur, quando alius tutor non invenitur, *c.Episcopus gubernationem, 88.dist. Aret.in d.§.item major, num.6.*

16 Quæres, an validum sit judicium, si citati fuerint soli minores, nullo dato eis curatore? Respond. quod in Adulto electio est actoris, qui poterit citare vel ipsum minorem, vel Curatorem: nam in judiciis non attenditur an Adultus habeat Curatorem, vel non, *Bart.in leg.1.§.sufficit, num.2. vers. quæro qualiter fiat ff. de Admin. Tut. Bal. in leg.penul. in fin.cod. si adversrem jud. Alexand. in leg.si ex legati, num.8.ff. de verb.oblig. Gratian.discep.for.cap.479.num.28.Crescen.decis. 11. alias 211.de Sent. & re jud.* ubi, quod major 14. annis est habilis ad constituendum procuratorem, & hoc quidem intelligendum est, quando minor est præsens; secus si esset absens: tunc enim citari deberet curator, si illum habet: & si non habet, debet actor petere Curatorem ad litem minori dari, *Jo:Andr.in add.ad Spec.tit.de Reo, §.1.nu. 17. lit.K.*

17 An verò valeant acta, si solus pupillus citetur? affirmat *Bart & Jo:Andr.locis cit. Afflict.dec.262. n.2.* contrarium tamen tenet *Alex.in d.l.si ex legati, n.8.in fin.& in l. neque nu.3.ff. de in jus voc.* ubi dicit, quod *Bart.* magis communiter reprehenditur per DD. *idem sensit Marun.de ord.jud.p.4.dist.16.n. 25.vers.quartodecimo, Put.dec.96.lib.3.* ubi dicit, quod citatio non constituit minorem in contumacia, nec potest procedi ad aliquid præjudiciale ipsi minori.

18 Conciliari tamen possunt supradictæ opiniones, ut opinio *Bart.* procedat in pupillo proximo pubertati: nam cum in ea ætate sit doli capax, *ut observat etiam Aret. in §. pupillus, inst.de inut.stip.* sicut habetur pro pubere in delictis, & contractibus, *c.continebatur, de Despons. impub. l.pupillum, ubi doct. ff.de Reg.Jur. Put.dec.202.lib.3.* ubi dicit, quod juramentum impuberis proximi pubertati confirmat contractum venditionis: ita etiam habetur pro pubere in judiciis, in quibus quasi contrahitur, *Bald.in l.cum & minores, n.8.cod. si advers.rem jud.Spec.in tit.de Actor.in princip. n.10. Scaccia de Jud.lib.2.c.1. num.236.* Unde minor 14. annorum proximus pubertati constituendo procuratorem in judicio, & jurando ratum habere, non poterit contravenire, *Grat. decis. March.73.n.11. & seq.*

19 Si vero pupillus adhuc esset infans, seu minor septennio conveniri debet tutor, si illum habet: & si non habet, peti debet, ut illi detur: aliàs nullus erit processus, quia infans citari non potest, *Jo:Andr.ubi supra, Afflict. dec.262. per tot.* ubi etiam dicit, quod si infans non habet tutorem, non est citandus ipse infans, sed ejus agnati, & cognati, ut veniant ad ipsum infantem defendendum: idemque dicendum est, ubi pupillus esset proximus infantiæ, quia tunc etiam processus erit nullus, si citetur tantùm pupillus sine curatore, *ut d.Alex.locis cit.* quicquid dicant *alii DD. apud Mandos. de ætat.min.q.10.n.5.Grat.dec.March.73.n.19.& seq.*

Quando verò dicatur pupillus proximus infantiæ, vel pubertati, diximus *supra lib.2.c.1.*

20 Observa tamen, quod citatio facta contra majorem infante, prodest ad interrumpendam præscriptionem: tunc enim non tractatur de præjudicio minoris, sed tantùm de interrumpenda negligentia illius, contra quem præscribitur ad effectum, ut ille non dicatur negligens, *Put. dec.96. in fin. lib.3.*

21 Observa 2. quod etiam Communitati non comparenti deputari debet defensor, alioquin sententia erit nulla, quia Communitas pupillo comparatur, *l.pen.cod.de Jur.Reip.lib. 11.Rol.a Vall.conf.68.num.20.lib.3. Soc.conf.66.in fin. volum.4. Crescen.dec.9. alias 206. de Sent.& re jud.* ubi etiam dicit, quod sententia lata contra Communitatem indefensam est ipso jure nulla, quemadmodum nulla est, si feratur contra minorem indefensum, *l.cum & minores, ubi DD.cod.si adver. rem jud.*

S V M M A R I U M.

1 *Dieta continet 20.milliaria: limitatur n.2.3.7.& 8.*
Absentis ad veniendum pro singulis milliaribus unus dies statuendus est, ibidem.
4 *Mille passus constituunt unum milliare.*
5 *Passus nomine quid intelligatur.*
6 *Quando locus distaret ultra 20.milliaria, alia dieta integra ad veniendum absenti præficitur, etiamsi modicum ultra unam dietam remotus esset locus.*
9 *Dietæ a fine diœcesis computari debent.*
10 *Non potest quis trahi ultra unam dietam.*

11 *Di-*

11 *Dictio, ultra, verificatur etiam in minimo.*
12 *Textus in l.2.cod. de Rescind. vend. habet locum etiam in modico excessu ultra dimidiam justi pretii.*

CAPUT XVIII.

Quomodo intelligatur dieta legalis.

1 RESP. quod quælibet dieta continet 20. mil liaria: *l.3. ff.*
de verb.signif. & ideò absenti ad veniendum pro sin-
gulis 20. milliaribus unus dies est statuendus, *l.1 ubi Bart.*
2 *& alii, ff. si quis caut.* quod intellige in via terrestri; secus
est in maritima, in qua dieta quinquaginta milliaribus ter-
minatur, *Bart. in tractat. de Insula, §. nullius enim, numer.*
1. in fin. Marchesan. de commiss. par.2. cap.7. §.4. num.20. Dec.
3 *in cap. olim, numer.9. de excep.* nisi fortè talis conditionis es-
sent homines, ut tantum itineris conficere nequeant: quia
tunc arbitrio Judicis relinquitur, quomodo dietæ computa-
ri debeant, *ut dict. Hostien. in cap. nonnulli, & ibi Abb. num.*
6. de Rescrip. Barba. cons.21. colum. penul. lib.2. Menoch. de Ar-
bitr. Jud. lib.2. cas.206. num.3. mille autem passus constituunt
4 unum milliare, *l.3. ff. de verb. signif.* passus verò nomine in-
telligitur mensura quinque pedum: pes autem est spatium
5 15. digitorum, *juxta gl. communiter in c. sicut antiquitus, ver.*
passus, 17. q.4.
6 Observa tamen, quod si non sunt dietæ integræ, quia for-
tè essent 25. milliaria, tunc absenti alia dieta integra pro mo-
dico, quod superest ultra 20. milliaria, statui debet, *juxta*
tex. in d.l.3. ff. de verb. sign. gl. in c. statutum, §. cum autem, ver.
remotus, de Rescrip. in 6.
7 Observa 2. quod *text. in dict. leg.1. ff. si quis caut.* non pro-
cedit, quando constat de consuetudine Regionis diver-
8 sa à dicta dieta legali, prout neque attenditur stante usu ta-
bellariorum, *Alexand. in dict. leg.1. num.7. ff. si quis caut. Rot.*
coram Greg. dec.501. numer.4. per l. continuus, §. cum ita, ff. de
verb. oblig.
9 Observa 3. quod a fine diœcesis debent dietæ computari,
& non loco habitationis ejus qui convenitur, *d.c. statutum,*
§. cum verò, de Rescrip. in 6. Dec. in c. cum olim, n.3. de excep. Me-
noch. d. lib.2. cas.206. n.5.
10 Observa 4. quod si actor, & reus diversarum sint Civi-
tatum, & Diœcesum, & actor in civitate, vel Diœcesi Rei
Judicem habere recusat, potest illum non in sua, sed in a-
lia civitate, vel diœcesi liberè impetrare, Reumque trahe-
re ad eamdem dummodò locus, ad quem eum traxerit, ul-
tra unam dietam remotus non sit, *d. cap. statutum, §. cum au-*
tem de Rescrip. in 6. Dec. in d.c. cum olim, num.3. de Excep. ubi
11 dicit, quod illa dictio, *ultra*, verificatur etiam in minimo,
12 quemadmodum *textus in l.2. cod. de rescind. vend.* habet locum
etiam in modico excessu ultra dimidiam justi pretii, *ut ibid.*
not. Bald. num.16.

SUMMARIUM.

1 *Ad faciendas defensiones reo assignatur terminus trium dierum.*
2 *An possit longior, vel brevior dilatio assignari in tali casu.*
3 *Judex plures dilationes ex causa potest concedere.*
4 *Quando terminus ad se defendendum dari debeat reo.*
5 *Quid si reus confessus sit, vel convictus, aut condemnatus.*
Et quid si reus hujusmodi terminum non petierit, ibid.
6 *Judex tenetur quærere de innocentia Rei etiam contumacis.*
7 *Processus denegatis defensionibus, est nullus.*
8 *Quid si defensiones reo concedendæ suffragari possent socio criminis.*
Et quid si Judex timeat subornationem testium propter potentiam ipsius Rei.
9 *Melius est in dubio nocentem absolvere, quàm innocentem condemnare.*

CAPUT XIX.

Qualis terminus constituendus sit Reo ad faciendas suas defensiones.

1 RESP. quod communiter assignatur terminus trium die-
rum: potest tamen longior, aut brevior terminus ex
2 justa causa præfigi, *ut sentiunt omnes DD.* nec propterea in-
telligas, quod unicus tantùm terminus præfigendus sit, quia
debet Judex plures dilationes concedere, si id suadeat æqui-
Antonell. de Tempore.
tas, vel necessitas exposcat, *latè Clar. in Pract. crim. lib.5. §.* 3
fin. q.48. vers. quæro, quot dilationes &c. Ambrosin. de mod. form.
process. inform. lib.3. c.1. n.25. Boss. in tit. de Indic. & consider. n.80.
Locatell. de Quæst. jud. insp.5. n.40. & seq.
Talis autem terminus ad se defendendum dari debet Reo 4
cum copia indiciorum post instructum processum, ante-
quam ad torturam procedatur, *leg. unius, §. cognitorum, ubi*
Bart. ff. de Quæst. Gandin. in tit. de Quæst. num.23. Bald. de Pe-
rigl. eodem tract. cap.2. num.6. Ambrosin. loco cit. num.1. item
ante sententiam concedendus est Reo etiam confesso, & con- 5
victo, *Bonifac. de Vitalin. in Rubr. Quæ indic. deb. præc. tor. nu.*
10. Ric. in Collect. dec.1774. par.5. etiamsi reus talem termi-
num non petierit, *Clar. in §. fin. quæst.49. vers. est igitur;* im-
mo neque condemnato est denegandus, ita ut retractetur e-
tiam sententia, si de innocentia constiterit, *leg.1. §. si quis*
ultrò, ff. de Quæst. & not. Bonifac. loco cit. & alii apud Scacc.
de Jud. lib.2. cap.14. num.16. Corn. cons.17. sub num.3. lib.3. quem
refert, & sequitur Caball. resolut. crim. cas.256. numer.4. ubi
addit, quod non obstante statuto disponente, contuma- 6
cem haberi pro confesso, & convicto, recipiendæ sunt per
Judicem defensiones innocentiam rei contumacis demon-
strantes, prout reciperentur ad favorem rei comparentis, qui-
bus receptis debet Judex reum absolvere, si de ejus inno-
centia apparet, *Boss. in titul. de confess. numer.12.* ubi, quod
Judex ex officio potest, & debet quærere defensionem reo-
rum, etiamsi haberent causidicos, & Advocatos, si ipse co-
gnosceret, quod illi aliqua in re desint, ex quo veritas erui
possit, *juxta l.1. cod. ut quæ des. Advoc. &c. Farinac. cons.156.*
num.24. lib.2. Vermigl. cons.18. n.21. & cons.205. n.4. ubi, quod 7
quando fuerunt denegatæ defensiones ex rejectione articulo-
rum, processus est nullus, etiamsi non fuerit appellatum,
& cons.19. num.1. ubi, quod defensiones reo negari non de- 8
bent, quamvis per indirectum suffragari possent Socio cri-
minis etiam confesso, vel condemnato, *& cons.262. num.4.*
ubi etiam asserit, defensiones reo non esse denegandas, e-
tiamsi Judex timeat subornationem testium propter poten-
tiam ipsius rei: cum enim ex negatione defensionum aliquan-
do sequi possit condemnatio innocentis, ideò melius est in 9
dubio nocentem absolvere, quàm innocentem condemna-
re, *l. absentem, ff. de Pæn.*

SUMMARIUM.

1 *Tortura repeti potest arbitrio Judicis, non tamen ultra tertiam vicem.*
2 *Tormentum vigiliæ nunquam est repetendum.*
3 *Reus torqueri debet tribus diebus separatim.*
4 *Reus in tormento funis non potest detineri ultra horam.*
5 *Reus in tormento vigiliæ potest detineri longiori tempore, & quando hoc tormentum frequentetur.*
6 *An, & quando possit Judex dividere torturam.*
7 *Quid si reus tertiò tortus adhuc in negativa persistat.*

CAPUT XX.

An, & qualiter tortura repeti possit.

REpeti posse torturam arbitrio Judicis, constat ex *l. re-* 1
peti, ff. de Quæst. non est tamen repetenda ultra ter-
tiam vicem, *Boss. in tit. de Tortur. num.44. Ric. in Collect. decis.*
574. p.3. Locatell. de Quæst. judic. insp.2. num.23. & sequ. sub- 2
dens, quod tormentum vigiliæ nunquam est repetendum
propter ejus atrocitatem, *Clar. in Pract. crim. §. fin. q.64. vers.*
debet igitur, ubi dicit, quod reus torqueri debet tribus die- 3
bus separatim: nec potest in tormento funis detineri ultra
horam, *ex motu proprio Pii IV. apud Loccatel. loco cit. insp.5.*
n.60. ubi etiam observat, quod aliquando detinetur brevio- 4
ri tempore juxta qualitatem delicti, personæ, & indiciorum
quod arbitrio Judicis relinquitur, *Gandin. in tit. de Quæst. n.*
10. Vitalin. in tit. Qualit. sit fien tort. n.1. & alii: quamvis in tor- 5
mento vigiliæ possit reus detineri longiori tempore, hoc est
usque ad quinque, vel etiam ad decem horas arbitrio Judi-
cis, *secundùm Farinac. q.38. sub n.71. Chartar. in Pract. lib.4. c.*
2. n.8. quos refert Loccatel. d. insp.5. n.61. & seq. hoc tamen tor-
mentum frequentatur tantùm in atrocissimis delictis concur-
rentibus urgentissimis indiciis.
Addunt alii, quod potest Judex ex justa causa dividere tor- 6
turam, præsertim si reus parum, aut nihil pati videatur: &
ideò si censeat, reum esse torquendum per horam integram,
& in tortura illum non detinuit, nisi per mediam horam, po-
test eo casu reum iterum usque ad integram horam torquere,
dummodò reus possit per horam integram de jure torque-
ri; secus si reus non posset de jure torqueri nisi per mediam

horam, aut paulò plus, vel minus: tunc enim tortura non est dividenda, quia reus sic acrius torqueretur, *ut post Marsil. in dict. leg. repeti, num. 5. Curt. sen. cons. 60. colum. 8. Soc. sen. cons. 54. in fin. libr. 3. Boer. quæst. 163. num. 9. & 10. tradit Menoch. de arbitr. Jud. cas. 272. Boss. loco citat. num. 42. Chartar. d. libr. 4. cap. 1. num. 129. & sequ. Farinac. dict. quæst. 38. numer. 83. & 85. Pegn. in Director. Inquis. par. 3. libr. 3. schol. 54. & alii apud Loccatel. dict. inspect. 5. num. 23. & sequ. ac numer. 67. & sequent.* ubi addit, quod tormentum vigiliæ propter illius gravitatem, & atrocitatem non est dividendum, nec repetendum.

7 Quæres si reus tertiò tortus adhuc in negativa persistat, Judex accusatori terminum statuet ad probandum delictum, quo non probato reus absolvendus est ex hactenus deductis, vel relaxandus eum cautione de se repræsentando, *Clar. §. fin. q. 21. vers. ulterius quæro, in fin. Loccatel. insp. 5. nu. 72. Ric. in Collect. dec. 2263. p. 6. Gandin. d. tit. de qu. n. 21.* vel si reus sit valde famosus, & indicia urgentissima concurrant, poterit etiam in pœnam extraordinariam damnari, *Boss. in tit. de Inquis. n. 30. Clar. ubi supra d. qu. 64. vers. illata reo tortura, Loccatel. d. Insp. 5. num. 100.*

S V M M A R I V M.

1 *Vicarius Capitularis sede Episcopali vacante eligi debet intra octo dies, & n. 3.*
Et an possit Capitulum purgare moram, ibid. n. 1.
2 *An possit Capitulum terminum prædictum minuere.*
4 *Vicarius electus simpliciter durat vacante sede.*
5 *An Capitulum possit Vicarium ad certum tempus eligere, & num. 6.*
7 *An, & quando possit Capitulum sibi reservare partem jurisdictionis.*

C A P U T XXI.

Intra quantum tempus Vicarius Capitularis eligendus sit sede Episcopali vacante.

1 RESp. quod eligi debet intra octo dies a die scientiæ vacationis computandos, aliàs ad Metropolitanum hujusmodi deputatio devolvitur, *ex Concilio Tridentino sess. 24. de ref. c. 16. de quo vide Garz. de benef. p. 5. c. 7. n. 7. Barbos. de off. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 54. n. 164. in fin. Ric. in Collect. decis. 1602. par. 5.* ubi asserunt, posse Capitulum etiamsi infra octo dies Vicarium non constituerit, re integra antequam Metropolitanus eum deputet, purgare moram: quam sententiam probabilem dicit *Jordan. lib. 12. tit. 2. num. 6.* subdens,
2 quod potest Capitulum dictum terminum octo dierum minuere, dummodo id non fiat in fraudem Canonicorum absentium.

3 Notandum est autem, quod licèt Metropolitanus juxta Concilii decretum Vicarium constituerit supplendo Capituli negligentiam, non privatur tamen Capitulum jurisdictione in aliis vicibus; & ideò si Vicarius a Superiore constitutus decedat, vel renunciet, vel lapsum sit tempus, ad quod electus fuit, potest Capitulum intra alios octo dies alium Vicarium deputare, *Quaran. in ver. Capitulum sede vacante, n. 4. Jordan. loc. cit. n. 6. per tex. in l. boves, §. hoc sermone, ff. de verb. sign.*

4 Notandum 2. quod si Vicarius eligatur simpliciter, durabit vacante sede; potest tamen Capitulum eum eligere ad
5 brevius tempus, *ut declaravit Sacr. Congreg. ad petitionem Capituli Salernitani teste Dian. p. 8. tract. 4. resolut. 69. Volp. in Prax. judic. for. Eccles. c. 44. n. 28. Quaran. loco cit. n. 3. 8. 9. & 15.* quo tempore transacto tenetur Capitulum intra octo dies alium constituere, alioquin jus deputandi similiter devolvitur ad Metropolitanum, *Dian. loco cit. resol. 63. vers. sed contrarium in fin. Quaran. ubi supra, n. 3. Ric. in Prax. for. Eccles. p. 1. resol. 515.*

6 Observa tamen, quod præfixio hujusmodi termini, seu brevioris temporis fieri debet in ipso actu deputationis, non verò postea: quia deputatio simpliciter facta non potest exinde per Capitulum alterari, *Jordan. d. lib. 12. tit. 2. num. 39.* quemadmodum licèt possit Capitulum jurisdictionem Vicarii limitare, ac sibi reservare certos casus, *ut sensit Gutier canon. qq. c. 11. n. 10. quem refert, & sequitur Ric. in Prax. p. 1. resol.*
7 *506.* hujusmodi tamen reservatio fieri debet in ipso actu electionis, & unico contextu, non autem post electionem, *Vulp. in Prax. judic. c. 44. n. 28. Quaran. ubi supra, num. 15. vers. item erit observandum*; quod quidem intelligendum est de iis, quæ respiciunt voluntariam jurisdictionem, aut præeminentiam; secus si ageretur de jurisdictione contentiosa, actibusque judiciariis: non enim potest Capitulum partem contentiosæ jurisdictionis sibi reservare, quia alioquin contingere posset justitiæ retardatio, & partium gravamen, quam ob causam Concilium abstulit exercitium jurisdictionis, a Capitulo, & mandavit, transferri in Vicarium, *Quarant. in ver. Capitulum sede vacante, vers. Item erit observandum &c. Jord. d. lib. 12. tit. 2. n. 65.*

S V M M A R I V M.

1 *Heredes, & propinqui, ac fideiussores defuncti intra novem dies ab obitu numerandos in judicio conveniri non possunt, & si conveniantur, acta sunt nulla; declaratur num. 4.*
2 *Is, qui duxit uxorem, an possit intra novem dies conveniri.*
3 *Vexans debitorem in mortis articulo constitutum, amittit jus suum.*
5 *Quando sententia lata contra absentem valida sit.*
6 *An sententia lata contra defunctum, vel pro defuncto valida sit, & n. 8.*
7 *Privilegium concessum defuncto non valet.*

C A P U T XXII.

Quando sententia lata intra novem dies luctus sit nulla.

JUre prohibitum est, ne hæredes, propinqui, affines, & 1
conjuncti defuncti, & ejus fidejussores quacumque de
causa ad præfatas personas spectante, in judicio conveniantur ante novem dies ab obitu numerandos, aliàs tam interpellatio, quam sententia, & alia acta intra prædictum spatium nulla sunt, etiamsi non fuerit oppositum de tempore luctus, *§. hæc autem, vers. sancimus, Auct. ut cum de appel. cognosc.* ita, ut etiam cautiones hoc medio tempore per hæredes præstitæ ad se liberandum a molestiis creditorum, invalidæ sint, *auct. sed neque, cod. de sepulch. viol.*

Amplia, ut neque conveniri possit intra novem dies is, 2
qui duxit uxorem, *Bart. in leg. non solum, §. morte, num. 59. ff. de Nov. oper. nunc quem ità interpretatur Gratian. disc. forens.*
cap. 18. num. 53. & seq. ubi etiam dicit, quod vexans debito- 3
rem moribundum, seu in mortis periculo constitutum, amittit jus suum.

Hoc tamen intelligendum est, quando constat de scien- 4
tia Judicis; secus si Judex ignoravit obitum personæ defunctæ, quia tunc acta valent, *Bart. in l. 2. §. 1. nu. 3. ff. de Custod.*
& exhib. reor. ubi dicit, quod sententia lata contra absen- 5
tem, qui propter justam causam non tenebatur comparere, non est invalida, si Judex istam causam ignorabat, *Rimin. Jun. cons. 179. n. 27. & seq. libr. 2. Aug. cons. 223. num. 2. Bec. cons. 110. per tot. Guid. Pap. dec. 86. num. 2. Const. de Ignor. & scien. fact. cent. 2. distin. 74. numer. 7. & alii, quos refert, & sequitur Grat. discep. forens. cap. 18. num. 53. & cap. 243. num. 7. & sequ.*
ubi etiam dicit, quod sententia lata ignoranter contra mor- 6
tuum valida est, dummodo instantia non fuerit inchoata cum defuncto, subdens, quod ignorantia in tali casu in Judice præsumitur: quamvis contrarium teneat *Dec. in l. eius, qui, §. quod si stipulatus, in princip. ff. si cert. pet. Castr. in leg. si decesserit, ff. Qui satisd. cog.* & alii: quorum sententia probatur *ex leg. Paulus, ff. Quæ sentent. sine appellat. rescind. & leg. in summa, §. si quis edicto ff. de re iudic. leg. Neratius, ff. de Reg. iur.* ubi privilegium concessum defuncto non valet,
gloss. in dict. leg. Neratius, & in dict. lege Paulus, ubi tamen 7
subdit, valere sententiam latam pro defuncto *per text. in leg. cum quasi ff. de fideicommiss. libert.* quod ultimum procedere in prophanis, non autem in beneficialibus, notavit *Puta dec. 182. lib. 2.*

Verùm, quando procurator ante mandantis obitum li- 8
tem fuit contestatus, aut de judicato solvendo mandator ipse satisdabit, his certè casibus Judex in defunctum, vel pro eo proculdubio ferre poterit sententiam, dummodo in procuratoris personam concipiatur, *l. nulla cod. de Procur. DD. in l. si defunctus, ff. eod. tit. de Procur.* & tunc sententia formatur contra eum tanquam procuratorem hæreditatis, vel hæredis, *ut d. Bal. in d. l. nulla, Cassad. dec. 2. n. 11. de Appell. Gravat. ad Vestr. lib. 4. c. 4. n. 41.* subdens, quod si absque hærede Dominus decesserit, tunc enim Procuratore quamvis domino litis effecto sententia proferri non poterit, *Jas. cons. 138. lib. 4. Grat. d. 243. n. 12. & seq.*

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Appellatio a sententia interponi debet intra decem dies: 1 & numer.6. limitatur, & declaratur num.4. & num.8. & 13.*
2 *Quid si sententia esset conditionalis.*
3 *Tempus decem dierum prædictum currit de momento in momentum limitatur n.15.*
4 *Scientia in dubio non præsumitur.*
5 *Quando notitia inducatur, seu præsumatur.*
6 *Elapsis decem diebus, & appellatione non interposita, Judex ad executionem sententiæ procedere debet.*
7 *An verus contumax possit appellare.*
8 *Quando appellare liceat post lapsum 10. dierum.*
9 *Appellatio interposita a non habente mandatum quando ratificari debeat.*
10 *Quid si intra dictos decem dies fiat compromissum.*
11 *An fatalia currant pendente causa attentatorum.*
12 *Negligentia procuratoris non appellantis an & quando præjudicet Domino.*
13 *Agravamine successivo appellari potest etiam post decem dies limitatur n.14.*
15 *Quando dies latæ sententiæ computetur in dicto termino decem dierum, & quando non.*
16 *Appellatio extrajudicialis an, & quando intimanda sit Judici, sive parti adversæ.*
17 *Apostoli peti, & recipi debent intra 30. dies & quando incipiant currere.*
18 *Apostoli reverentiales in forma a Judice dati, quando contineant refutatorios.*
19 *An Judex, qui concessit reverentiales, possit exequi sententiam.*
20 *Quid si Judex admiserit appellationem cum clausula, si, & in quantum.*
21 *Appellanti quodnam tempus a jure concedatur ad prosequendam appellationem, & quando dictum tempus currat, & n.22.23. & 24.*
25 *Judex minuere potest tempus a Jure datum ad prosequendam appellationem: limitatur in causis beneficialibus: ibidem.*

CAPUT XXIII.

Quodnam tempus a jure præfixum sit ad interponendam, & prosequendam appellationem.

1 Dico 1. quod appellatio regolariter interponi debet infra decem dies a die latæ sententiæ, sive appelletur a diffinitiva, sive ab interlocutoria, *auth.hodiè, cod.de appell. c.cum dilectus, in fin.de Elect.latè Scaccia de appell.q.12.n.2.&*
2 *seq.* subdens, *n.43.* quod requiritur appellatio in scriptis nec sufficeret si viva voce appellatio interponatur: idque procedit, etiam si sententia conditionalis esset, putà, nisi intra tres, vel nisi ad primam: computarentur enim decem dies ad appellandum a die sententiæ, non autem a die existentis conditionis *l.1.§.biduum, ff.quan. appell.sit c.biduum 2. qu.6. Jord.lib.14.tit.26.de appell.num.588.Vestr.in Prax lib.7.cap.3. num.21.Gratian.discep.for.cap.364. num.24.* & quidem hu-
3 jusmodi tempus decem dierum currit de momentu ad momentum, hoc est a puncto recitatæ sententiæ ita, ut in tali casu non habeat locum illa regula, *dies termini non computatur in termino, Jo:de Anan.cons.93.n.6.Scac.de judic.lib.1.cap. 32.num.19.& de appell.d.q.12.num.49.& seq.* ubi etiam dicit, quod appellans ultima die debet exprimere horam diei, qua appellat.

4 Limitatur tamen supradicta conclusio in ignorante quia regula prædicta locum habet tantùm contra eum, qui scivit, latam esse sententiam, *c.concertationi de appell.in 6. Maran. de ord.judic.p.6.de appell.num.204.Vestr.in Prax.lib.7.c.3.n.21. Capyc.dec.139. num.3.* ubi dicit, quod in dubio non præsumitur quis habuisse notitiam, *& alii apud Scac. de appell. qu. 12.n.13.* ubi dicit, quod citatus domi dicitur fictus contumax, & ideò potest appellare quandocunque a die scientiæ *Rot.dec.227.n.11.p.7.recent.* quod multo magis procedit quoad eos, qui in judicium vocati non fuerunt: isti enim proculdubio appellare possunt a die scientiæ, si lata sententia ipsis in consequentiam nocet, etiamsi sententia transiverit in judicatum contra illum qui in judicio interfuit, *Cravet. cons.202.n.21.Scac.d.q.12 nu.78.vers. Restringe 3.Cancer.var. lib.1.c.17.n.57.*

5 Notitia verò sufficienter probata censetur per intimationem sententiæ, etiamsi intimatio sit facta domi, & ex eo die intimationis incipit currere decendium *latè Scacc. de appell.q.12.n.25.& seq.Grat.dec.March.62.n.5.& seq.* ubi id intelligit, quando præcessit alia citatio similiter facta domi ad audiendam sententiam: quia tunc inducitur sufficiens notitia ex duplicata præsumptione, *Jordan.loco cit. n.573.& seq.* ubi etiam dicit, quod fides facienda est Adversario de ipsa sententia per publicum instrumentum, *juxta clemen.causam, de elect.* hoc tamen procedit, quando intimatio fit sine auctoritate Judicis; secus si fiat Judicis auctoritate: quia tunc sufficit intimare, sententiam esse latam contra eum, licèt tenor sententiæ non inferatur, *Natt.consil.348.numer.2.& 3. lib.2. quem refert, & sequitur Scac.de appell.quæstio.12.numer. 7.& 30.*

Si verò quis citatus fuerit personaliter ad sententiam, 6
tunc terminus ad appellandum non a die notitiæ, sed a die prolationis sententiæ currit, *Caputaq.dec.130. alias 17.part. 3.Rot.dec.227.n.10.& 11.p.7. Recent.Vestr.in Prax. lib.7.cap.3. n.21. & ita servari testatur Gratian.disc.for.cap.364.num.9. & seq.ubi alias Rotæ decisiones refert, Jordan.lib.14.tit.26.de appell.num.563.* ubi etiam dicit, quod si citatus domi in termino citationis ad sententiam comparuerit, decendium curreret a die sententiæ, non verò notitiæ, *quod observat etiam Scac.d.q.12.num.23.* Unde Judex elapsis decem diebus a die sententiæ in tali casu non debet deferre appellationi, sed procedere contra reum ad executionem, *Grat.disc.for.c.364. num.26.*

Adduntalii, quod si quis citatus fuerit personaliter, & 7
non comparuerit, nè infra quidem decem dies appellare posset, quia in tali casu dicitur verus contumax, qui excluditur ab appellando, *l ex consensu, §.fin.ff.de appell.& not.Vestr. d.lib.7.c.3.n.22 latè Capic.d.dec.139.n.2.* hoc tamen procedit de jure: sed de consuetudine etiam verus contumax auditur appellans, dummodò appellet intra decem dies a die sententiæ, *Rot.dec.22.alias 137.de appell.in nov.prout refert Scac. de appell.q.12.n.11.& 16.*

Limitatur 2. in sententia excommunicationis conditiona- 8
li, vel sub certo termino: in hac enim appellare licet post lapsum decem dierum ante tamen conditionis implementum, vel ante adventum temporis, *c.præterea 40.ubi gloss.in ver.impedire, de appell.Gutier.can.qq.lib.1.c.4.n.25.Lancell.de Attent.p.2.c.12.limit.21.princ.n.35.& limit.50.n.108. Scacc.de appell.d.q.12.n.113.* subdens, quod si appellaretur post eventum conditionis, appellatio non suspenderet, licèt devolveret quandocumque interponeretur post decem dies *Jord.d. lib.14.tit.26.n.569.*

Notandum est autem, quod appellatio interposita a non 9
habente mandatum ratificari debet intra ipsos decem dies, intra quos appellatio interponi debebat, *secundum gloss. in c. quamvis, ver.petere, de Elect.in 6. Guid. Pap.dec.13.* quia ratificatio debet fieri intra tempus, intra quod agi potest, *gloss. in cap. non solent audiri 2. quæst.6.* contrarium tamen sensit *Mago.dec.Lucen.6.num.25. & alii apud Cancer.var.lib.3.cap. 12.n.56.& seq.* ubi quod terminus decem dierum in tali casu currit a die scientiæ appellationis interpositæ, quæ quidem sententia æquior videtur, cum in tali casu non possit imputari ratificanti culpa tacitæ renunciationis, *vide Dyn.in cap. ratihabitionem, num.5.de Reg.jur.in 6.Jordan.lib.14.tit.26.de appell.num.590.Scac.de appell.d.q.12.num.79.* nisi fortè reus scientiam habuerit sententiæ; putà si fuerit citatus ad docendum de appellatione, ejusque legitima prosequutione, quia tunc ratificatio non suffragatur, si non fuerit facta intra decem dies a prolatione sententiæ, *Rot.dec.621.n.6.& 7.p. 4.tom.3.Recent.*

Notandum 2. quod adhuc appellari debet intra decem 10
dies etiamsi intra dictum tempus fiat compromissum: alioquin sententia transiret in rem judicatam; quia licèt cursus fatalium ad petendum apostolos, vel ad prosequendam appellationem suspendatur per compromissum non tamen ex eo retardatur cursus temporis præfixi ad appellandum, *clem. quamdiu d. appell. Guid. Pap. decis.115. Marant. de Ordin. jud.par.6.tit.de appell.num.225.& 229. latè Scac.de appell.d. q.12.num.110. ubi de communi, Cancer.var.lib.3.c.12. num.39. Gravat.ad Vestr.lib.7.c.ult.num.42. & seq.* ubi addit, quod 11
neque hujusmodi fatalia currunt causa attentatorum pendente, nisi ob calumniam attentata proposita fuissent, quia dolus nemini debet patrocinari, *l.penul.cod.de l. c. ex tenore, de Rescrip.*

Notandum 3. quod negligentia procuratoris non appel- 12
lantis intra terminum, præjudicat principali, quia in tali casu non agitur de delicto, *Afflict.dec.344.n.1. Scac.d.qu.12. n.118.& constat ex l.1.§.fin.ff.Quand.appell.sit.* quod procedit, quando procurator est solvendo, nam tunc Dominus potest agere contra procuratorem, ut sublevetur ab hujusmodi

præjudicio; secus si non esset solvendo: in hoc enim casu poterit Dominus appellare intra decem dies a die scientiæ, *gl. fin. in d. l. 1. §. ult. Afflict. loco cit. num. 4. latè Jordan. d. lib. 14. ti. 26. num. 611.*

13 Notandum 4. quod in gravamine successivo, ut in carceratione, appellari potest etiam post decem dies, *Spec. in tit. de appell. §. 5. n. 6. quem cæteri communiter sequuntur, latè Scac. d. q. 12. n. 144. & seq. Jordan. loco cit. n. 625. & seq.* ubi etiam dicit, quod citatus ad locum non tutum, si non appellavit in prima vel secunda citatione, poterit appellare in tertia, vel quarta &c. quemadmodum si Judex recusatus procedat ad ulteriora non obstante recusatione, potest is, qui recusavit, in quolibet actu appellare: quia pars in quolibet actu gravatur, *Bald. in l. si Clericus, cod. de Epis. audien. Vestr. in Prax. lib. 7. c. 3. n. 23.*

14 In multis tamen casibus ab hujusmodi gravamine appellatio reiicitur, videlicet quando carceratus dedisset fidejussores de redeundo ad carceres, quia tunc consensit carcerationi; secundò si quis carceratus fuerit pro causa inappellabili, vel pro causa, pro qua captura est permissa: tertio ubi quis appellaret a gravamine præterito, & allegaret causam gravaminis de præterito, non autem de præsenti: quartò quandò Judex declarat, aliquem legitimè fuisse carceratum, quia tunc appellatio interponi debet infra decem dies a tempore decreti, *Soc. cons. 113. n. 3. & 4. lib. 3. Magon. dec. Florent. 126. n. 2. Franch. in c. ex parte tua, sub n. 9. de appell. Gravat. ad Vestr. d. lib. 7. c. 3. n. 56. Ruginell. de appell. §. 2. c. 3. n. 177. & sequ. & alii apud Scac. de appell. d. q. 12. n. 146. & sequ. Maran. de Ord. Jud. p. 6. de appell. n. 205.*

15 Notandum 5. quod si statuto caveatur, ut appellatio interponi debeat intra certum tempus a die latæ sententiæ, tunc dies latæ sententiæ non computatur in termino: quia dictio, a, ab, vel ex, facit separationem: *Spec. in tit. de Citat. §. viso num. 17. ubi etiam Jo: Andr. lit. M. Alex. cons. 87. num. 10. lib. 7. & de Statuto Urbis dicit Luc. Pat. in Prax. Capit. libr. 5. cap. num. 12. & 13. Scac. de appell. q. 12. num. 56. & 57.* secus si statutum diceret, ut appellatio interponi debeat intra octo dies, vel aliud tempus a recitatione sententiæ: quia tunc intelligi debet juxta jus commune, cujus dispositione etiam dies sententiæ computatur, *d. auth. hodie, & subdit Alex. d. cons. 87. n. 10.*

16 Notandum 6. quod appellationes extrajudiciales intra mensem intimandæ sunt Judici, sive parti adversæ, *Lancell. de Attent. p. 2. c. 12. limit. 3. n. 59. quem refert, & sequitur Jordan. lib. 14. ti. 24. de præscr. n. 274.* sicuti appellans ab electione tenetur intra mensem, aut eo elapso, quamprimum commodè poterit adversario intimare appellationem, *juxt. clem. causam, de elect.*

17 Dico 2. quod Apostoli de jure communi peti, & recipi debent intra 30. dies, *leg. Judicibus, cod. de appell.* alioquin appellans censetur appellationi renunciasse, & sententia transit in judicatum, *cap. ab eo, eod. tit. de appell. in 6. latè Beltram. ad Greg. dec. 573. n. 12.* subdens, quod petitio Apostolorum est de substantia appellationis, isti autem 30. dies de jure incipiunt currere a die latæ sententiæ, si appellans habuit notitiam sententiæ latæ, *ut in d. lege Judicibus, & auth. hodie, cod. de appell.* si vero ignoravit, tunc currunt a die scientiæ, a quo die habuit facultatem appellandi, *secundum gloss. in d. c. ab eo, Maran. d. p. 6. tit. de appell. n. 209.* contrarium tamen sensit *Host. in c. 1. de appell. in 6. Luc. Pet. in Prax. lib. 5. c. 3. nu. 1. & alii apud Jordan. lib. 14. tit. 26. de appell. n. 687.* asserentes, prædictos 30. dies currere a die interpositæ appellationis, & ita communis praxis observat, *testes Scac. de appell. q. 13. nu. 84. & sequ.* ubi addit, quod dies, qua est interposita appellatio non computatur in dicto termino 30. dierum, & ita tenuit *Rot. decis. 5. de appell. in nov. quam refert Ferentill. ad Burat. dec. 556.*

18 Observa tamen, quod Apostoli reverentiales in forma a Judice dati, si appellationi locus non sit, continent refutatorios propter illam clausulam, in forma, quæ ita extenditur, videlicet prædictus D. Judex dedit reverentiales Apostolos, quatenus a diffinitiva, & intra decendium, ac quatenus a legitima persona petantur, aliàs refutatorios, quam extensionem refert *Cassad. dec. 7. n. 5. de appell. Vestr. in Prax. lib. 7. c. ult. n. 2.* & ideo quando non est locus appellationi, talis concessio reverentialem non operatur effectum suspensivum, sed tantum devolutivum, *Benintend. dec. 17. Soc. jun. cons. 18.*

19 *lib. 1. Penia dec. 129.* ubi etiam dicit, quod Judex, qui concessit reverentiales in casu non appellabili, cum per talem admissionem a se abdicaverit jurisdictionem, non potest exequi sententiam sed ea exequenda est per Judicem ad quem: si illam exequeretur, esset attentata, *ut resolvit Rot. in Tul. len. bonorum, & attentatorum 6. Novembr. 1600. coram Litta, quam refert Ferentill. ad Burat. decis. 556. numer. 17.*

Idemque dicendum, si Judex admiserit appellationem 20
cum clausula, si & in quantum, *Marant. de Ordin. Judic. p. 6. titul. de appell. num. 200. Gabr. cons. 35. numer. 9. libr. 1. Theodos. Rubr. singul. tom. 2. par. 4. de clausul. ex Rota Rom. clausul. 741. num. 7.*

Dico 3. quod de jure communi appellans post interposi- 21
tam appellationem habet annum ad prosequendum coram Judice ad quem, & si fuerit impeditus habet alium annum, *auth. ei, qui appellat, & l. fin. §. illud, cod. de Temp. appell. c. cum sit Romana, de appell. clem. sicut eod. tit.* & si impedimentum duraverit, solet concedi etiam tertius annus, ex justissima tamen causa, *ut in d. c. ex ratione ubi DD. communiter, eod. tit. de appell.* Annus verò prædictus, qui datur ad prosequendum appellationem, incipit curre a die interpositæ appellationis exclusivè, *juxta textum in d. clem. sicut, de appell. Jo: de Anan. cons. 1. num. 3. Marant. d. par. 6. tit. de appell. num. 217. Scacc. de appell. quæst. 12. num. 57. & quæst. 15. numer. 171.* dies enim appellationis non computatur in termino prosequendi, *Doc. in c. ex ratione, num. 2. de appell. Spec. in tit. de citation. §. viso, numer. 17. lib. 2.* elapso autem primo anno, si non constet de aliquo impedimento, potest Judex a quo sententiam exequi, citata tamen parte ad dicendum, quare sententia executioni mandari non debeat: quia si pars citata doceret de impedimento, daretur illi secundus annus, *d. l. fin. §. illud, cod. de Temp. appell.*

Observa tamen, quod in Romana Curia conceditur bien- 22
nium absque alia causa impedimenti propter multitudinem causarum, dummodo appellans in primo anno prosequutionem inchoaverit, & aliquid in causa fecerit, *Vestr. in Prax. lib. 7. c. ult. num. 9.* ubi etiam dicit, quod ex stylo, & observantia ejusdem Curiæ ad habendum hoc biennium non sufficit Judicia impetratio nisi etiam pars citetur, *Grat. discep. forens. c. 499. num. 17.* subdens, quod ad obtinendum hujusmodi biennium sufficit compatere in ult. quoque induciarum termino.

Observa 2. quod datur tertius annus quando in toto se- 23
cundo anno appellans fuisset impeditus: alioquin non annus integer, sed tantum temporis datur quanto duravit impedimentum, *Marant. loco cit. n. 217. Scac. de appell. q. 15. nu. 32. Barbos. in c. ex ratione, n. 2. de appell. Vestr. d. lib. 7. c. ult. nu. 12.* ubi addit, quod ad obtinendum tertium annum requiritur, 24
ut appellans ante lapsum fatalis secundi anni omnia jura sua deduxerit, ac pluries partem ad sententiam citaverit, *juxt. textum in d. l. fin. §. illud, cod. de Temp. appell.*

Notandum tamen est, quod Judex a quo breviorem ter- 25
minum potest statuere ad prosequendam appellationem, ita, ut eo elapso appellatio remaneat deserta *cap. cum sit Romana, ubi DD. de appell.* quod intellige, dummodo Judex congruum terminum præfixerit, *Gravat. ad Vestr. d. c. ultim. num. 25.* ubi etiam dicit, quod in causis beneficiariis Judex terminum nequaquam minuere potest, nisi utraque parte volente, *per doctrinam Franc. in c. cum sit, col. ult. de appell.* ubi inter cætera illud memoriæ commendandum tradidit, quod licèt appellatio propter partis negligentiam in causis beneficialibus deserta sit quoad Judicem tamen nunquam deserta censetur.

S U M M A R I U M.

1 *A Statuto facto in præjudicium particularis personæ datur appellatio: limitatur n. 5.*
2 *Lex debet esse rationabilis, communis, & honesta.*
3 *Quid si statutum hujusmodi fiat a Principe.*
4 *A sententia Principis non datur appellatio.*
6 *Appellatio a dicto statuto interponenda est intra decem dies, & quando currant isti decem dies.*
Statutum hujusmodi impugnari potest per viam querelæ, & recursus intra annum, ibidem.
7 *Gravato falsis ponderibus, & mensuris annus præfigitur ad conquerendum adversus gravantem: limitatur num. 8.*
9 *Quando statutum censeatur factum in præjudicium particularis personæ.*
10 *Quando attendatur consensus majoris partis, & quando non.*

C A-

CAPUT XXIV.

An a Statuto facto in odium, seu præjudicium particularis personæ detur appellatio.

1 RESpond. affirmativè, *Bartol. in leg. fin. num. 3. ff. de Ap-
pellat. recip. Alexand. conf.* 190. *numer.* 14. *libr.* 2. *Rip.
conf. sive respons.* 93. *numer.* 4. *in titul. de Jur. gent. & civil. Dec.
in capit. cum omnes, in prima lect. numer.* 15. *& sequent. de
Constitut. & alii communiter*: quia quando respicit particu-
larem personam, in effectu reputatur præceptum, & ideò
ab eo appellatio conceditur, *cap. pervenit*, 28. *ubi DD. de*
2 *Appellation.* non enim meretur nomen legis, quia lex de-
bet esse rationabilis, communis, & honesta, *cap. erit autem*
3 *lex 4. distinct.* quod procedit, etiamsi statutum hujusmodi
fiat a Principe etiam ad publicam utilitatem: quia in tali ca-
su Princeps præsumitur circumventus, & malè informatus,
cum ipse non intendat tertio præjudicare, *leg. 2. §. si quis a
Principe, ff. Nè quid in loc. Public. cap. super eo, extrem. de
offic. delegat.* a mala autem informatione Principis appel-
lationem dari, constat *ex leg. 1. §. quæsitum, ff. de Appellat.
Rip. dicto conf. 93. numer. 20. Dec. in dict. cap. cum omnes, in se-*
4 *cunda lect. numer. 8. & sequ.* ubi etiam dicit, quod ideò non
datur appellatio a sententia Principis *juxta l. 2. ff. a quib. appel-
lat. non lic.* quia tunc causa cognita procedit, *& ita sensit Ro-
ta dec. 50. par. 2. Divers.* ubi, quod lite pendente suspenditur
executio hujusmodi statuti, *Scac. qui alios refert, in tractat.
quæst. 17. limit. 20. num. 4. & seq.* ubi *num. 10. & seq.* id limitat,
5 quando statutum fuisset conditum ex aliqua justa, & ratio-
nabili causa.

6 In tali autem casu appellatio interponenda est intra 10.
dies, ut in sententiis, *Scac. de appel. q. 12. n. 156. & seq.* ubi et-
iam dicit quod per viam querelæ, & recursus tale statutum
potest impugnari etiam post decem dies, dummodò id fiat
infra annum: quia extrajudicialia non transeunt in rem judi-
catam, *Jord. lib. 14. tit. 24. de præser. nu. 302. vers. item gravato
per statutum*, subdens, quod isti decem dies currunt a pu-
blicatione, vel ab habita notitia, *Dec. loc. cit. in 1. lect. nu. 16.
Rot. d. dec. 50. n. 12.* subdens, quod in hoc casu non est neces-
saria appellatio, sed sufficit contradictio.

7 Addit *Jord. d. tit. 24. n. 302.* quod gravato falsis ponderibus,
vel mensuris annus etiam assignatur ad conquerendum ad-
versus gravantem, & decipientem: quo elapso non auditur
ulterius, exceptis minoribus, & absentibus Reip. causa,
8 quibus non currit tempus, donec habuerint experiendi fa-
cultatem, *l. qui gravatos, cod. de censib. &c. lib. 10.*

9 Censetur autem statutum factum in præjudicium tertii,
sive disponat contra unum in individuo, sive contra plures
certas personas, sive contra unum quarterium Civitatis,
Alex. dicto conf. 190. num. 14. libr. 2. Rota dicta decisio. 50. ubi,
quod licita est appellatio a statuto cogente homines accedere
ad molendina Civitatis, tanquam facto in præjudicium par-
ticularis personæ, hoc est Dominorum molendinorum ex-
tra Civitatem existentium, *de quo latè Cravet. de antiquit.
tempor. par. 4. section. ultim. numer. 22. & sequent. Scac. de appel-
lat. quæst. 17. limitat. 20. numer. 6. & 7.* idem dicendum, si sta-
tutum prohiberet Civibus, nè utantur pascuis publicis, qui-
bus antea utebantur, *Ripa dicto conf. 93.* ubi etiam dicit,
10 quod in hoc non obstaret consensus majoris partis popu-
li, quia major pars populi disponere quidem potest contra
antiqua statuta, seu antiquas consuetudines circa ea, quo-
rum commodum, vel incommodum tangit singulos ut uni-
versos: non tamen si tangat singulos ut singulos, tunc e-
nim requiritur consensus omnium, *cap. quod omnes, de reg.
Jur. in 6.* quemadmodum in actibus voluntariis non sufficit
consensus omnium, quia regula *l. quod major, ff. ad municip.*
locum habet tantum in actibus necessariis, quales sunt alie-
nationes, electiones, & similia, *ut d. gl. & DD. in c. cum om-
nes, de Constit.*

SUMMARIUM.

1 *Quæ sit differentia inter arbitrum, & arbitratorem.*
2 *Declaratio arbitratoris non firmatur taciturnitate decem die-
rum, sed potest peti reductio ad arbitrium boni viri intra
30. annos.*
3 *Petens reductionem non potest interim ad pœnam con-
veniri.*
4 *Quid si pars per annum taceret.*
5 *An sententia, seu laudum arbitri lapsu decem dierum
censeatur approbatum, & quando executioni mande-
tur.*

6 *An arbiter exequi possit suam sententiam.*
7 *Arbitri juris sunt, qui exiguntur ex necessitate legis, vel
statuti.*
8 *An, & quando a sententia arbitri appelletur.*
9 *An ex sententia arbitri detur actio.*
10 *Et an detur ex laudo arbitratoris.*
11 *Quando petens reductionem ad arbitrium boni viri forum
rei sequi debeat, & quando adire teneatur superiorem ejus,
qui judicavit.*
12 *An, & quando petitioni reductionis arbitrium boni viri
possit quis renunciare, & n. 14.*
13 *An possit renunciari appellationi.*
15 *Magna læsio quomodo intelligatur.*
16 *Quamdiu duret instantia hujusmodi reductionis.*
17 *Quamdiù duret potestas arbitri, & arbitratoris electi in
compromisso simpliciter facto sine die, & termino, & nu.
19. 20. & 21.*
18 *Arbitria redacta sunt ad instar judiciorum.*
19 *Instantia judicii civilis quamdiù duret, & n. 20.*
21 *Quamdiù duret arbitrium collatum in unum ex contrahen-
tibus.*
22 *An arbiter possit partes condemnare ad pœnam contentam
in compromisso.*
23 *Et an possit pronunciare super fructibus, & expensis.
Et an possit peti executio, & pœna, ibidem.*
24 *An arbiter, qui in sententiando erravit, possit suum erro-
rem corrigere.*
25 *An is, qui a partibus electus est arbiter, & arbitrator dif-
finire, & quid è converso.
Et quid, si partim processerit juris ordine servato, & par-
tim non, ibid.*
26 *An reconventio fieri possit coram arbitro, vel arbitratore,
& num. 27.*
28 *An arbitri, & arbitratores laudum validè ferre possint die
feriata in honorem Dei.*
29 *An, & quando compromissum transeat in hæredem.*
30 *Executioni laudi quanto tempore præscribatur.*
31 *Quid si fideicommissum non fuit ratificatum ab absente in
tempore.*
32 *Et quid si compromissum fiat inter hæredem cum benefi-
cio legis, & inventarii, & creditorem super debito hære-
ditario.*

CAPUT XXV.

An, & quando ex taciturnitate decem dierum laudum arbitratoris, & arbitri censeatur approbatum.

PRæmittendum est, quod Arbiter dicitur is, qui ex po- 1
testate sibi per partes tradita eligitur Judex, ut proce-
dat servato ordine juris, *leg. 1. & l. qualem, ff. de Recept. arbitr.*
& in hoc differt Arbitrator ab Arbitro, quia Arbitrator non
tenetur servare juris ordinem in procedendo, & pronuncian-
do, *ut post Innoc. & Bald. in c. Quintavallis, de Jurejur. Ang.
de Clavas. & Tabien. in ver. arbiter, Spec. tit. de arbitr. & arbi-
trat. §. 1. n. 2. not. Fragos. in Regim. Christ. Reip. p. 1. lib. 5. disp. 14.
de arbitris, & arbitrat. n. 2.*

His præmissis dico 1. quod declaratio Arbitratoris non 2
firmatur taciturnitate decem dierum, *Bart. in l. Societatem,
§. arbitrorum enim, n. 16. ff. pro soc. Cancer. var. lib. 1. c. 21. nu. 20.
& seq.* ubi etiam dicit, quod ab arbitramento non appella-
tur, sed potest peti reductio ad arbitrium boni viri intra 30.
annos, *ut voluit Papien. in form. libel. quo agit. ad Pæn. ex com-
prom. §. Nec reductio, Fragos. loco cit. n. 18. & 19. Bellon. de Po-
testat. eorum, quæ incontinenti fiunt &c. lib. 1. c. 174. n. 11. & com-
munem dicit. Balb. de præscrip. in 4. p. 4. princ. qu. 33. nu. 2. Afflict.
dec. 32. & ibi Ursil.* ubi addit, quod petens reductionem non 3
potest interim ad pœnam conveniri, sed futurus eventus
causæ expectatur, *Cancer. var. lib. 1. c. 21. n. 28.* ubi hoc intel- 4
ligit, quando pars intra annum conquereretur etiam extraju-
dicialiter de arbitramento: alioquin si per annum taceret
censeretur arbitramentum approbasse, *arg. l. qui gravatos,
cod. de censib. & censit. lib. 11.*

Dico 2. quod laudum Arbitri lapsu decem dierum cense- 5
tur approbatum, & executioni mandatur, si partes intra di-
ctum tempus non reclamaverint: si verò reclamaverint, sen-
tentia Arbitri non habet effectum, nisi compromissum fue-
rit juratum, *l. cum antea, ubi DD. cod. de Recept. arbitr.* non 6
potest tamen Arbiter suam sententiam exequi, sed hoc spe-
ctat ad Judicem ordinarium Rei conventi, *Spec. in tit. de ar-
bitr. §. differt, num. 3. Marant. de ord. Judic. p. 6. tit. de execut.
sent. n. 5.* ubi dicit, hoc etiam procedere in sententia arbitro- 7
rum juris, quales sunt qui eliguntur ex necessitate, legis, vel

statuti, a quorum sententia potest etiam appellari, quia isti comparantur Judicibus, *c. ab arbitris, de offic. delegat. in 6. Marant. loco cit. de appellat. n. 261. Fargos. ubi supra, n. 1.* quamvis hoc non procedat in Arbitris, qui voluntariè a partibus eliguntur: ab horum enim sententia non datur appellatio, *l. 1. cod. de Recept. arbitr.* nisi laudum contineret manifestam iniquitatem, quo casu petita absolutione a juramento potest opponi exceptio doli, *l. 3. ubi Bald. cod. eod. tit. Marant. dict. tit. de appell. n. 258. Scac. de Jud. lib. 2. cap. 2. num. 438. Cancer. lib. 1. c. 21. num. 64.* ubi, quod data iniquitate sententiæ arbitrariæ potest superior ex officio retractare, *secundum gl. in cap. a Judicibus 2. q. 6. & notat Papien. in d. §. Nec reductio, nu. 2. in fin.*

9 Observa tamen, quod licèt ex sententia Arbitri expresè, sive taciturnitate decem dierum approbata, actori detur actio, & reo exceptio, *ut in d. l. cum antea, cod. de Recept. ar-*
10 *bit.* ea laudo tamen Arbitratoris nulla datur actio, quia hujusmodi laudum non est propriè sententia, sed potius quædam transactio, seu compositio, *Bart. in l. 2. n. 1. cod. ubi, & apud quem &c.* subdens, quod actio oritur ea compromisso, seu contractu præambulo impleto per arbitramentum, *Innoc. & alii in c. Quintavallis, de Jurejur. Cancer. d. c. 21. n. 20.*
11 *& seq.* unde petens reductionem ad arbitrium boni viri, forum rei sequi debet, quia conqueritur de contractu, *Feder. de Sen. cons. 285. colum. 2. Blanc. in tract. de compromiss. q. 10. nu. 13. Roland. a Val. cons. 24. n. 12. lib. 4. & alii apud Thesaur. decis. 14. nu. 1. & 5. Afflict. dec. 51.* nisi ex forma particularis statuti hujusmodi lauda producant actionem per se, & habeant vim sententiæ, tunc enim adeundus est superior ejus, qui judicavit, quia petens in tali casu reductionem, de sententia, conqueritur, *l. præcipimus cod. de appell. Bart. in dict. leg. 2. cod. ubi & apud quem &c. Papien. loco cit. §. Nec reductio, nu. 5. & alii communiter.*

12 Quæres an petitioni reductionis ad arbitrium boni viri
13 possit quis renunciare? Resp. affirmativè, quemadmodum potest quis renunciare appellationi, *l. fin. §. fin autem, cod. de Tempor. & repar. appell. & in hoc conveniunt omnes.*

14 Notandum tamen est, quod si laudum latum fuerit per dolum, tunc renunciatio non impedit petitionem reductionis, quia ad dolum de futuro renunciatio non extenditur *l. si unus, §. illud ubi Bart. ff. de pact.* idemque dicendum est, quando per hujusmodi laudum infertur læsio in magna quantitate, quia neque in tali casu nocet renunciatio etiam cum juramento, cum habeat in se tacitam conditionem, si ea ea non inferatur læsio magna, *c. 2. extr. de arbitr.* secus si læsio sit modica, quia valeret renunciatio, nec posset peti reductio, *argum. l. si ex causa, ff. de Minor.* nam neque in casu permisso competit reductio, ubi tractatur de modica læsione, *l. scio, ff. de in integr. restit. Bart. in l. societatem, §. arbitrorum, nu. 24. ff. pro Soc. Fragos. loco cit. num. 19. & 20. Scac. d. lib. 2. cap. 2. n. 441. Papien. in form. libel. quo agit ad pœn. ex comprom. §. Nec reductio, num. 3. & 4.* ubi dicit, quod magna læsio intelligitur, quando quis læsus fuit in dimidia parte, *arg. l. 2. cod. de Rescind. vendit.* contrarium tamen tenet *Fragos. d. disp. 14. n.*
15 *77. post Bart. in d. §. arbitrorum, nu. 25.* ubi, quod magna læsio censetur, quando est excessus in sexta parte. Verum quia hoc non est a jure definitum, arbitrio Judicis remittendum est, *Alex. cons. 131. n. 15. lib. 2. & alii apud Menoch. de arbitr. Jud. lib. 2. cas. 73. num. 5. & communem dicit Scac. de Jud. d. lib. 2. cap. 2. num. 450.*

16 Quæres 2. quanto tempore duret instantia hujusmodi reductionis? Resp. *Papien. in d. §. nec reductio, n. 7.* quod durat anno, vel biennio, exemplo appellationis, *auth. ei, qui appellat. cod. de Temp. & repar. appell.*

17 Quæres 3. quamdiù duret potestas Arbitri, & Arbitratoris electi in compromisso simpliciter facto sine die, & termino? Resp. quod Potestas Arbitri de jure civili durat triennio, *Marant. de ord. jud. p. 5. n. 10. Papien. loco cit. §. infra duos menses, n. 4. Scac. de Jud. lib. 2. c. 2. n. 673. & seq. & alii communi-*
18 *ter;* ratio est, quia arbitraria sunt reducta ad instar judicio-
19 rum, *l. 1. ff. de Recept. arbitr.* instantia vero judicii civilis durat triennio a die contestatæ litis, *l. properandum, ubi DD. cod. de Jud.* quamvis de jure canonico instantia sit perpetua etiam coram Arbitris, *c. penult. de Jud. Guid. Pap. dec. 240. Vestr. in Prax. lib. 3. c. 5. n. 1. Crescen. dec. 17. alias 239. in fin. de Caus. poss. & propr. & alii apud Scac. loco cit. n. 687.*

20 Observa tamen, quod in triennio prædicto computari debet tempus, quod lis duravit coram Judice ordinario: quia prima instantia non potest esse longior triennio, nec possunt partes etiam per compromissum prorogare, *d. leg. properandum, cod. de Jud.* & ideò si coram Judice litigatum fuerit per biennium, remaneret solus annus coram Arbitro, *Blanc. in tractat. de Comprom. quæstio. 7. ver. lapsu temporis, numer. 37. quem refert Scacc. dict. libr. 2. cap. 2. num. 685.*

Potestas autem Arbitratoris anno durat, *Bart. in l. si quis* 21 *arbitratu, n. 8. ff. de verb. oblig.* quicquid dicat *Balb. de præscr. in 4. p. 4. princ. q. 34. n. 2. Papien. d. §. infra duos menses, nu. 4.* ubi, quod durat hujusmodi potestas, quamdiu vivit ipsemet Arbitrator, *Maran. d. p. 5. n. 11. Jordan. lib. 13. tit. 7. de Arbitr. nu. 113. & seq.*

Quamdiù verò duret arbitrium collatum in unum ex contrahentibus? Respond. *Balb. loco citat.* quod durat 60. *diebus, per text. in leg. quod si nolit, §. si quid ita, ff. de ædil. edict.*

Quæres 4. an Arbiter possit partes condemnare ad pœ- 22 nam contentam in compromisso? Respond. negativè: quia semper pœna non est ei collata potestas, & ideò hoc ad Judicem ordinario spectat, *l. quid tamen, §. fin. ubi Bar. ff. de Recep. arb. latè Fragos. loco cit. de arbitr. & arbitrat. n. 55.* nec po- 23 terit pronuntiare super fructibus, & expensis, nisi de his fuerit specialiter actum, & compromissum, *secundum Papien. ubi supra, §. parti attendenti, n. 9.* contrarium tamen in hoc tenet *Jas. in l. properandum, §. sin autem alterutra, cod. de Judic. quem refert, & sequitur Alban. in Bart. in d. l. societatem, §. arbitrorum, n. 6. ff. pro soc.* subdens, quod si Arbiter sibi reservat taxationem expensarum, vel aliquid aliud tenetur id expedire intra tempus compromissi, *& ita sentiunt alii apud Fragos. ubi supra n. 13. & 30.* quorum opinio verior videtur: quia cum partes compromittant de causa principali, consequenter de accessoriis compromittere videntur, *l. 2. ff. de jurisd. omn. Jud.*

Observa tamen, quod non potest peti executio, & pœna simul, nisi expresè de hoc fuerit conventum, *secundum Papien. loco cit. §. parti attendenti, n. 3.*

Quæres 5. an si Arbiter in sententiando erraverit possit 24 postea suum errorem corrigere? Respond. negativè quia per sententiam expirat compromissum, *leg. quia arbiter, ff. de recept. arbit.* quod etiam procedit in Arbitratore, *Jordan. libr. 13. tit. 7. num. 122. Papien. in form. libell. quo agit. ad pœnam ex fideicomm. §. dimittendum domum, n. 2.* nisi corrigeret in continenti, vel ad id accederet consensus partium, *Bart. in leg. qui tamen, n. 2. ff. de Recept. arbitr. Fragos. loco cit. de arbit. & arbitrat. num 36.*

Quæres 6. an is, qui a partibus electus est Arbiter, Arbi- 25 trator, si inceperit ut Arbiter servato juris ordine cognoscere, possit deinde ut Arbitrator diffinire? Resp. negativè: quia eligendo unam viam, alteri renunciare videtur, *l. commissoria, ubi Bal. cod. de Pact. int. empt. & vend.* è contra si primò cœpit cognoscere ut Arbitrator, non poterit pronunciare tanquam Arbiter, *ut d. Spec. in tit. de arbitr. & arbitrat. §. sequitur n. 9. Alban. in Bart. in d. §. Arbitrorum, nu. 33. Alci. reg. 3. præsump. 35. n. 2. & seq.* subdens, quod si ita electus procedat partim juris ordine servato, & partim non, & pronunciet juris ordine non servato, præsumitur cognovisse a principio tanquam Arbitrator, ne aliàs sententia sit nulla, *arg. l. 3. ff. de milit. testam.*

Quæres 7. an reconventio fieri possit coram Arbitro, vel 26 Arbitratore? Resp. negativè, *c. cum dilectus, ex. de arbit. Bal. in auth. & consequenter, n. 20. cod. de sent. Alban. in Bart. in d. leg. societatem, §. arbitrorum, n. 9.*

Limita in Arbitro juris electo ad totam causam ea necessi- 27 tate statuti: quia tunc coram eo habet locum reconventio; talis enim Arbiter habet jurisdictionem a lege & actor litigat coram eo tanquam coram Judice, *ut post Abb. in d. c. cum dilectus, col. 3. Felin. in c. fin. col. pen. de sent. & re jud. Mar. Socin. in c. ex litteris, n. 26. de mut. pet. tradit Fragos. d. p. 1. libr. 5. disp. 14. tit. de arbitr. & arbitrat. n. 4.* subdens, quod Arbiter juris si deputetur ad certum articulum, putà ad cognoscendum de recusatione Judicis, non potest de reconventione cognoscere, cum solum hic articulus sit ei commissus *ut not. Spec. in tit. de Recusat. §. effectus, n. 22. per text. in cap. Romana, §. in alium, de Appell. in 6.*

Quæres 8. An Arbitri, vel Arbitratores laudum validè 28 ferre possint die feriato in honorem Dei? Respondet *Menoch. de arbitr. Jud. lib. 1. q. 30. n. 6. & 17.* quod Arbitratores quidem possunt, cum arbitramentum sit quædam transactio, *l. dies festos, cod. de fer.* Arbitris verò id nequaquam permittitur: quia arbitria in hac parte redacta sunt instar judiciorum, *l. 1. de Recept. arbitr. c. fin. ex fer. l. omnes cod. eod. tit. Spec. in tit. de arbitr. & arbitr. §. 7. n. 79. Jordan. lib. 13. tit. 7. n. 96.* subdens *n. 137.* quod arbitramentum eadem ratione transit in hæredem, quia est quoddam pactum vel transactio, *leg. si pactum, ff. de Prob. Joan. de Anan. cons. 19. n. 1. & 2. Spec. in d. tit. de arbitr. §. 5. n. 3.* ubi etiam dicit, quod licèt compromissum non tran- 29 seat ad hæredem, nisi sit actum, *ut in l. diem §. 1. ff. de Recep. arbitr.* id tamen procedit ante sententiam; secus si post sen-

ten-

tentiam decedat litigator, quia tunc hæres ejus succederet in emolumento vel damno, quod ex sententia contingit, *ut not. Bart. in d. l. diem, §. 1. & l. quamvis, ff. de Recep. arbit. Jo: de Anan. conf. 19. n. 1. & 2.*

Notandum tamen est, quod quando laudum non potest ferri sine citatione, non liceret arbitratori diebus festis hujusmodi laudum ferre, *d. c. fin. ex. de fer. d. l. dies festos, cod. eod. tit.* idemque dicendum, quando Arbitrator eligeret viam procedendi judicialiter, *Bapt. de S. Blas. in tra. de arbitr. qu. 48. sub num. 89. quem refert, & sequitur Scac. de Jud. lib. 2. c. 5. nu. 21. & 22.*

30 Notandum 2. quod executioni laudi, vel sententiæ præscribitur spatium 30. annorum, *Lanfranc. de arbitr. q. 20. n. 49. tom. 3. p. 5. Bald. in rub. extra de præscrip. num. 21. & in cap. ultim. in fin. de excep. Paris. conf. 111. num. 58. lib. 1. Balb. de præscrip. 4. p. 4. princ. qu. 31. quos refert Grat. disc. for. cap. 403. nu. 11.* quod tamen locum non habet, quando laudum fuit acceptatum: tunc enim cessat bona fides, & per consequens præscriptio, *ut post Dec. conf. 271. n. 5. Felin. in c. ult. n. 4. de præscr. Gabr. conf. 149. num. 58. & seq. lib. 2. declarat idem Grat. cap. 994. num. 1. & 2.*

31 Notandum 3. quod si compromissum non fuerit ratificatum ab absente in tempore, in quo ratificari debebat, laudum inde sequutum esset nullum, & invalidum ex defectu mandati, *Rot. dec. 13. n. 1. p. 4. to. 1. Recent.*

32 Notandum 4. quod facto compromisso inter heredem cum beneficio legis, & inventarii, & creditorem super debito hæreditario, hæres prædictus non poterit amplius dicto beneficio uti sequuto laudo: quia obligatio hæreditaria novata est per compromissum, & sic sublatæ sunt omnes qualitaaes, & privilegia competentia primæ obligationi, *Ang. conf. 30. Aret. conf. 147. n. 3. Dec. conf. 301. n. 8. quos refert, & sequitur Canc. var. lib. 3. c. 17. n. 268. & seq.* ubi id ampliat, etiam si in secunda obligatione obligaverit se ut hæres cum beneficio inventarii: quia hujusmodi verba censentur apposita demonstrativè, *secundum Crav. conf. 214. n. 7. ubi citat Paul. de Castr. conf. 222. col. 2. & conf. ult. col. 2. lib. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *In contractu Societatis officii solet adiici pactum, ut disdicta fiat per 15. dies ante.*
2 *Societas, licèt sit disdicta, adhuc tamen durat durantibus dictis 15. diebus.*
3 *Census durante termino duorum mensium post illius disdictam.*
4 *Dies termini non computatur in termino.*
5 *Verba cum disdicta 15. dierum præcedente, excludunt diem reproductionis.*
6 *Societas disdici non potest durante tempore, pro quo soluti fuerunt fructus.*
7 *Quando contractus Societatis officii sit injustus.*
8 *Quid si census fiat pacto anticipatæ solutionis fructuum.*

C A P U T XXVI.

An contractus Societatis officii censeatur durare durantibus quindecim diebus disdictæ.

1 IN instrumentis hujusmodi societatum contrahentes adiiciunt pactum, quod Societas duret ad sex menses, & deinde ad beneplacitum, cum disdicta quindecim dierum præcedente.

2 Ad quæsitum ergo respondeo, quod licèt societas sit disdicta, tamen pendentibus illis quindecim diebus adhuc durat, quia ex forma conventionis quindecim dies disdictæ debent præcedere beneplacitum revocativum societatis: & ideò interim currunt fructus Societatis: & si is, qui dedit pecunias, decedat intra dictos quindecim dies, officialis lucratur pecunias, *ita resolvit Rot. teste Put. dec. 68. lib. 3. M. Anton. Eugen. conf. 48. n. 22. cum seq. lib. 1. Genc. de censib. p. 3. c. 1. qu. 3.*
3 *ar. 9. n. 46.* ubi etiam dicit, quod census etiam durat durante termino duorum mensium post illius disdictam, *Boccac. de Societ. offic. n. 15. & 163.* ubi dicit, quod ex ordinatione Pii V. disdictæ hujusmodi societatem non afficiunt, nisi a die illarum productionis apud acta notarii, in cujus officio in-
4 strumentum Societatis est rogatum; nec dies termini computatur in termino, quia iste terminus datur favore debitorum, ut interim possint parare pecunias, *Rota in Romana Societatis officii 14. Decembris 1601. coram Cardin. Milin. in*
5 *impress. dec. 296.* ubi etiam dicitur, quod dicta verba, *cum disdicta 15. dierum præcedente*, excludunt diem reproductionis, *Honded. conf. 38. n. 11. & seq. lib. 1. Grat. disc. for. c. 710. nu. 5.*
& seq. ubi addit, quod societas disdici non potest durante 6
tempore, pro quo soluti fuerunt fructus.

Observant autem Doctores, quod dicta Societas potest 7
contrahi etiam ad majus tempus, putà ad sexdecim menses: quo casu sicut licita est anticipata solutio fructuum pro sex mensibus, ita licita esset, si fiat pro majori tempore, dummodò fructus non pertingant ad quartam partem sortis: nam si pertingerent, contractus videretur saltem injustus, *ut resolverunt RR. PP. Pænitentiarii Basilicæ S. Petri, quorum votum sequuta fuit Rota in Romana Societatis officii 16. Decembris 1619. coram Ubaldo, quæ est dec. 160. p. 4. tom. 2. Recen.*
subdens, quod si in censu fiat pactum anticipatæ solutionis 8
fructuum, non redditur contractus illicitus, vel usurarius, sed potius ipsum pactum annullatur, *quod aliàs tenuit eadem Rota in Bononien. census 26. Junii 1600. coram Card. Pamphilio, & in Romana retractus, seu prælationis 2. Aprilis 1618. coram Dunozetto.*

S V M M A R I V M.

1 *Refertur reg. Cancellariæ de infirmis resignantibus.*
2 *Dies, de quibus sermo est in dicta reg. intelliguntur de naturalibus.*
3 *Quid si quis bis resignavit beneficium, & in utraque resignatione præstitit consensum.*
4 *An dies, in qua fit resignatio, vel præstatur consensus infirmi, debeant computari in termino 20 dierum.*
5 *Quid si ab initio Resignans esset sanus.*
6 *An dies, de quibus in reg. debeant esse completi.*
7 *Si resignans decedat intra 20. dies tale beneficium est affectum, & reservatum Papæ.*
8 *An regula prædicta procedat in resignatione beneficii, quæ fit extra Curiam, & an tale beneficium sit affectum, & reservatum.*
Renunciatio facta in infirmitate præsumitur fraudulenta.
9 *Quando permutatio beneficii opulenti cum tenui, præsumatur facta in fraudem.*
10 *Legitimatus per subsequens matrimonium quando non excludat substitutum.*

C A P U T XXVII.

Explicatur regula Cancellariæ, de infirmis Resignantibus.

IN dicta regula cavetur, ut si quis in Infirmitate constitu- 1
tus resignaverit aliquod beneficium sive simpliciter, sive ex causa permutationis, vel aliàs dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius beneficii unionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis, dum esset sanus, signatæ, & postea infra 20. dies, a die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum beneficium, quavis auctoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi sit nulla, ipsumque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

Observa tamen, quod dies, de quibus sermo est in hac 2
regula, intelliguntur de naturalibus 24. horarum, non autem de artificialibus 12. horarum, *Sarnen. in d. reg. q. 38. vers. Breviter istis non obstan. & ita tenet Signatura, & Rota Ro-*
mana teste Paris. de Resign. benef. lib. 12. q. 8. n. 34. & seq. ubi et- 3
iam dicit, quod si quis bis resignavit beneficium, & in utraque resignatione præstitit consensum, tempus 20. dierum computatur a consensu primæ resignationis, etiamsi prima resignatio non fuerit a superiore admissa, *ut resolvit Rota in Fringen. Canonicatus, & præbendæ de mense Maii 1521. coram D. Staphileo, prout refert Sarnen. in d. reg. q. 29. vers. Quid tenendum &c.*

Observa 2. quod dies in qua fit resignatio, vel præstatur 4
consensus infirmi, debet computari in termino 20. dierum, quamvis regula loquatur per dictionem, a, quia favor est, quod computetur in termino, & odium esset, si non computetur, *Mandos. reg. 19. q. 18. in fin. vers. Quarto contraria non procedunt, quem refert, & sequitur Grat. disc. for. c. 161. n. 24. Rot. in Toletana benef. 21. Aprilis 1563. coram Sarmiento, ut refert Paris. d. lib. 12. q. 8. n. 15. & seq.*

Observa 3. quod quandocumque quis moritur, post præ- 5
stitum consensum infra 20. dies, beneficium vacat per obitum, & non per resignationem, quamvis ab initio esset sanus, vel è contra, & ita hodiè hæc regula communiter practicatur, *teste Paris. in dict. tract. de Resign. Benef. dict. lib. 12. q. 6. num. 7.*

Ob-

6 Observa 4. quod hujusmodi 20. dies debent esse completi,
etiam dies ultimus, quo Resignans moritur, ita, ut non suf-
ficiat, quod fuerit inchoatus: Unde si resignans moriatur
in vigesimo die nondum completo, censeretur intra 20. dies
obivisse: quia in regula tempus 20. dierum est positum in
accusativo, quo casu oportet esse completum, *Bald. & alii
in l. si in annos, ff. de condition. & demon. Rota in Imol. Canonica-
tus, & Præb. 28. Aprilis 1578. coram Cantuccio, quam refert
Paris. d. lib. 12. q. 8. num. 23. & seq.* subdens *num. 25.* quod de-
tractio quoad primum diem est concessa, quia hora præsta-
tionis consensus nunquam annotatur a Notariis Cameræ &
Cancellariæ.

7 Observa 5. quod si resignans beneficium decedat intra 20.
dies, tale beneficium est affectum, & reservatum Papæ ex
appositione manus Papæ, quæ fit in admissione resignatio-
nis factæ in ejus manibus, *Paris. d. lib. 12. q. 10. n. 4. & seq. San-
nen super d. reg. q. 33. vers. nec obstat ratio &c. Card. Caval. dec.
450. num. 2.*

8 Observa 6. quod regula supradicta procedit etiam in re-
nuntiationibus, quæ fiunt extra Curiam coram Ordinario,
vel Legato, quia regula ista condita fuit, ut fraudibus infir-
mi renuntiatis, & illorum, in quorum favorem fit renun-
ciatio, occuratur; eo enim ipso, quod renunciatio facta
fuit in infirmitate præsumitur fraudulenta, *ut d. Alex. in l. fi-
liæ, ff. sol. matr.* quod ex eo suadetur, quia infirmus non præ-
sumitur esse in sana mente, *ut not. Sal. in l. furiosum, cod. Qui
testam. fac. pos.* hæc autem ratio militat tam in curia, quàm
extra *ut pluries resolvit Rot. teste Sarn. in d. reg. qu. 26. vers. sed
prædictis non obstantibus, Crescen. dec. 12. alias 61. de renun. Cas-
sad. dec. 31. super reg. Cancell.* & ideo si resignans intra 20. dies
decesserit, beneficium vacat per mortem, non autem per
resignationem, *latè Burat. dec. 162. n. 1. Paris. d. lib. 12. q. 5. n. 8.
& q. 10. n. 12. & seq.* ubi subdit, quod beneficium vacans per
obitum vigore hujus regulæ ob resignationem factam extra
Curiam, non est affectum & reservatum sed de eo disponere
poterunt ordinarii, nisi aliud obstet; quia dicta regula non
inducit reservationem in beneficiis resignatis extra curiam,
cum de hoc nullum verbum ibi dicatur, *arg. l. illam, cod. de
collat. de quo vide Rebuff. cons. 72. n. 2. cum seq. & cons. 86. num. 4.
Boer. dec. 348. sub n. 3. Sarnen. super d. Reg. qu. 33. vers. prædictis
tamen non obstantibus &c.*

9 Ex quo inferunt DD. quod permutatio beneficii opulenti
cum tenui facta ab eo, qui gravi morbo laborat, præsumi-
tur facta in fraudem, *Oltrad. cons. 324. n. 6. Crav. cons. 82. nu. 3.*
10 *quos refert, & sequitur Menoc. lib. 6. præsum. 8.* ubi etiam di-
cit, quod legitimatus per subsequens matrimonium tempo-
re infirmitatis contractum; non excludit substitutum, cum
talis legitimatio in fraudem ipsius substituti facta præsuma-
tur, *arg. d. l. filiæ, ff. solut. matr.*

SUMMARIUM.

1 *Optio debet expediri intra 20. dies, & n. 4.*
2 *Consuetudo optandi meliores præbendas quanto tempore in-
ducatur.*
3 *Tempus 20. dierum prædictorum quando currat.*
4 *An superior possit breviorem terminum statuere.*
5 *Consuetudo inducens maius tempus quàm 20. dierum ad
optandum, an præjudicet Impetrantibus Apostolicis.*
6 *Consuetudo an induci possit contra Canones.*
7 *Inferiores statuere non possunt contra jus.*
8 *An beneficium reservatum, illiusque prædia, & domus op-
tari possint.*
9 *Regula 8. Cancellariæ prohibens consuetudines optandi,
quomodo intelligatur.*
10 *Quando optans, illiusque fidejussores liberentur ab onere
solvendi pensionem impositam super præbenda dimissa.*
11 *Excommunicatus, irregularis, aut aliàs a jure prohibiti
optare non possunt.*
12 *Quando in optione requiritur nova collatio, requiritur et-
iam capacitas, & idoneitas ad tale beneficium.*
13 *An Canonicus pœnitentiarius, & lector Sacræ Scripturæ
possint optare aliam præbendam.*
*Et an alii Canonici optare possint præbendam pœnitentialem
&c. ibidem.*
14 *An, & quando optans præbendam reservatam, possit re-
dire ad primam, quam dimisit.*
15 *An, & quando per optionem alterius beneficii vacet pri-
mum ipso jure.*

CAPUT XXVIII.

Intra quod tempus expediri debeat optio.

Resp. quod expediri debet intra terminum 20. dierum, 1
c. ult. de consuet. in 6 ubi approbatur hujusmodi con-
suetudo, qua antiquiori Canonico permittitur, ut melio-
res præbendas, cum vacant, seu domos Canonicales opta- 2
re possit: quæ quidem consuetudo, cum sit rationabilis, &
juri non repugnet, spatio decem annorum inducitur, *Put.
dec. 196. lib. 2. Andr. dec. 99. n. 1.* quod procedit, quando opta-
tur portio, seu præbenda temporalis separata, retento pri-
mo titulo spirituali, quia tunc, cum talis optio sit præter
jus, sufficit decennalis consuetudo; secus quando præben-
dæ sunt annexæ Canonicatibus, & non retinetur primus ti-
tulus, sed mutatur, & propria auctoritate optans alium di-
versum titulum spiritualem consequitur, in hoc enim casu re-
quiritur quadragenaria, quia talis optio est contra jus, *Rot.
dec. 6. n. 8. & 9. de consuet. in novis, Gig. de Pension. q. 63. nu. 5. &
seq. Franc. Marc. dec. 1270. p. 1. Prob. ad Monach. in c. fin. n. 28. de
consuet. in 6. Put. dec. 196. lib. 2. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloss. 34. n.
12. & seq.* subdens *n. 66. & seq.* quod in assecutione novi titu-
li vigore hujusmodi consuetudinis acquisiti, licèt adsit ex-
pressa collatio Superioris, tamen adesse videtur saltem taci-
ta: quia admissio, seu receptio vigore hujus consuetudinis
facta per Superiorem, vel sola etiam tolerantia Superioris cer-
tam scientiam habentis vim collationis, & Institutionis ob-
tinet, *arg. l. qui patitur 18. ff. Mandat.*

Observa tamen, quod prædictum tempus 20. dierum non 3
currit nisi a die verisimilis scientiæ vacationis, *gl. in d. c. ult.
ver. viginti dies, Vivian. in Prax Jurisp. p. 2. li. 5. c. 1. n. 113. Gonz.
ad reg. 8. gl. 34. n. 75. & seq.*

Observa 2. quod prædicti viginti dies currunt non solùm 4
primo Canonico, sed etiam aliis optare volentibus, *secun-
dum gloss. communiter receptam in dict. cap. ultim. in ver. dumta-
xat,* ubi etiam dicit, quod poterit Superior ad instantiam
secundi Canonici præfigere antiquiori breviorem terminum
putà, duorum dierum ad optandum, ut detur locus sequen-
tibus.

Observa 3. quod consuetudo inducens majus tempus, 5
quàm 20. dierum ad optandum præjudicaret impetrantibus
Apostolicis, licèt secus esset in statuto, *Gem. & Franc. in d.
cap. ult. de consuet. in 6. quos refert Ric. in Prax. for. Eccles. part.
2. res. 489.* quia consuetudo induci potest contra Canones, 6
modò sit rationabilis, & legitimè præscripta, *juxta cap. fin.
extra de consuet.* non tamen possunt inferiores statuere con- 7
tra jus, *ut tradunt DD. communiter in c. cum inferior, de Ma-
jor. & obed.*

Observa 4. quod non potest optari beneficium reserva- 8
tum, *d. c. fin. de consuet. in 6.* item nec domus, aut cameræ,
seu prædia, si beneficio vacanti, aut Canonicatui perpetuò
unita sint; secus si non essent annexa, sed separata, & defun-
ctus illa jure optionis ut antiquior possidebat: quia tunc hu-
jusmodi domus, seu prædia ad sequentem in gradu jure op-
tionis spectant ita, ut in dictis membris, seu prædiis locum
non habeat reservatio, etiamsi beneficium vacaverit mense
Apostolico, *Caputaq. dec. 281. p. 2. Rota Ipporigien. præbendæ
29. Januarii 1607. coram Manzanedo, & in Vercellen. pensionis
13. Maii 1602. coram Lancellotto, prout refert Gonzal. ad reg.
8. Cancell. gl. 34. n. 32. & seq.* ubi addit, quod dicta regula 8. 9
prohibens consuetudines etiam immemorabiles optandi,
procedit dumtaxat in optione præbendarum spiritualium,
non autem temporalium.

Observa 5. quod quando optatur titulus beneficii optans, 10
ejusque fidejussores liberantur ab onere solvendi pensionem
impositam super præbenda dimissa: quia pensio est onus rea-
le, & sequitur primam præbendam, super qua reservata fuit
pensio; secus si retento primo titulo optaret aliqua bona ra-
tione antiquitatis, *Rot. in Corduben. pensionis 30. Aprilis 1593.
coram Blanchetto, quam refert Gonz. d. gl. 34. nu. 45. & sequ. latè
Paris. de Resign. benef. lib. 1. q. 8.*

Observa 6. quod excommunicatus, irregularis, aut aliàs 11
a jure prohibitus ad obtinenda beneficia, non potest optare
novam præbendam spiritualem, nec novum, ac distinctum
titulum consequi, *Rota in Salamantina integræ portionis 24.
Aprilis 1582. coram Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore, re-
lat. per Gonzal. d. gloss. 34. num. 32. & seq.* ubi etiam dicit, quod 12
quando in optione requiritur nova collatio, requiritur ca-
pacitas, & idoneitas ad tale beneficium perinde ac si abs-
que optione esset conferendum, *Jordan. libr. 10. titul. 26. nu.
21. & seq.*

Observa 7. quod Canonicus pœnitentiarius non potest 13
optare

optare aliam præbendam, quemadmodum neque alii Canonici optare possunt præbendam pœnitentialem, quia in hoc videtur electa industria personæ, *Nav. consl.14. de Reb. Eccles. alien. Vivian. in Prax. Jurisp. p.2. lib.5. c.1. n.114. Andr. decis. 99. num.2. & censuit Sacr. Congregatio apud Garz. de Benef. p. 5. cap.4. num.132. & seq. Barbos. de off. & pot. Episcop. par.3. alleg.55. num.35. & alleg.56. num.61.* quod etiam procedere in Canonico lectore Sacræ Scripturæ, censuit *eadem Sac. Congregatio prout refert Gonz. ad regul.8. Cancell. dict. gl.34. n.80. & seq.*

14 Observa 8. quod optans ignoranter, & sine culpa majorem præbendam, seu beneficium, quod erat reservatum; potest redire ad primum beneficium, quod dimisit; secus si fuit in culpa, quia tunc non poterit ulterius ad dimissum beneficium reverti, *cap. si beneficia, 20. de Præb. in 6. Calderin. consl.6. de consuet. Gem. consl.78. numer.1. & sequ. Æneas de Falcon. de Reservat. qu.4. princip. eff.40. latè Gonzal. loco cit. d. gl.34. num.94. & seq.* subdens, *num.94. & 95.* quod si unus malè optaverit, & deinde gradatim alii inferiores, restituto primo ad beneficium dimissum, cœteri etiam restituuntur.

15 Observa 9. quod per optionem alterius beneficii vacat primum ipso jure, si est incompatibile de jure; secus quando non esset talis incompatibilitas, quæ induceret vacationem ipso jure, nam tunc non vacatet primum beneficium, nisi is, qui optavit illud voluntariè dimittat, aut ad illud dimittendum condemnatus fuerit, *ut resolvit Rota in Calaguritana de Amarita 18. Decembris 1579. coram Gypsio, relat. per Gonzal. d. gl.34. n.125.*

S V M M A R I V M.

1 *Recusatio Judicis proponi debet intra 20. dies: declaratur n. 2.3 & 4.*
3 *An Judex præfigere possit breviorem terminum ad hanc, & similes exceptiones dilatorias proponendum.*
5 *Exceptio suspicionis Judicis proponi debet ante omnes dilatorias.*
6 *An minor, & Ecclesia restituantur in integrum adversùs lapsum temporis præfixi ad proponendas exceptiones dilatorias.*
7 *Quando exceptio recusationis admitti debeat post litem contestatam, & post conclusionem in causa.*
8 *Quid si tertius fuit admissus ad causam.*
9 *In removendo Notario sufficit juramentum partis, secus in Judice.*

C A P U T XXIX.

An a jure præfixum sit tempus ad Judicem recusandum.

1 RESP. quod de jure infra 20. dies recusari debet, *auth. & consequenter, cod. de sent. & interloc. omn. Jud. §. offeratur, ubi gl. 3. q.3. gl. in c. inter monasterium, ver. subeundo, de sent.*
2 *& re jud.* quod intelligendum est, dummodo intra 20. dies lis contestata non fuerit: nam post litem contestatam hæc exceptio proponi non potest, quemadmodum nec aliæ dilatoriæ, *l. apertissimi, cod. de jud. d. c. inter Monasterium, ubi DD communiter:* quicquid dicat *Villulob. relatus in Syntag. opin. comm. loc. tit. si. de jud. cap.20. vers. de jure regio, Jord. libr. 13. ti.4. de Recusat. n.138. Ric. in Prax. forens. Eccles. p.4. res.515.* ubi, quod recusatio de jure civili proponi potest in quacumque parte litis.

3 Potest autem Judex præfigere breviorem terminum ad hanc & alias similes exceptiones dilatorias proponendum, quo elapso non conceditur amplius facultas excipiendi, *c. pastoralis, ubi DD. extr. de Excep.* Unde si terminus hujusmodi præfigatur ante litis contestationem, non posset proponi recusatio post terminum, quamvis adhuc lis non fuerit contestata, *Spec. in tit. de Recusat. §. 5. num.2. Jordan. loco cit. numer. 117.* nisi fortè post litem contestatam causa suspicionis pervenerit ad notitiam recusantis, in quo tamen ei non creditur nisi præstito juramento: vel nisi postea supervenerit aliqua nova causa suspicionis, quia tunc etiam post terminum, & post litem contestatam admittitur *d. cap. pastoralis, ubi Dec. in tit. de Excep. & replic. §. nunc videndum, num.3.*

4 Observat tamen *Dec. ibid.* quod hujusmodi exceptio orta post litem contestatam opponi debet, antequam ulterius in causa procedatur; nam si aliquis actus circa merita causæ agitatus fuerit cum parte adversa, talis exceptio amplius non admittitur, quia per talem actum inducitur consensus in Judicem, *juxta doctrinam Bart. in l. Pomponius, §. ratihabitionis, ff. de Procur.*

Quare exceptio recusationis debet proponi ante omnes dilatorias: quia si prius opponitur alia dilatoria, censetur provocari Judex, ut super ea pronunciet, & ideò videtur tacitè persona Judicis approbari, *gloss. in cap. inter monasterium, ver. subeundo, de sent. & re jud. & in cap. offeratur, 3. q. 3. Marant. de ord. jud. p.6. de appell. n.25. Vulp. in Prax. jud. cap. 25. num.4. & 5.* 5

An verò minor, vel Ecclesia restituatur in integrum adversùs lapsum temporis præfixi ad proponendas hujusmodi exceptiones dilatorias? negat, *Innoc. Host. & alii apud Dec. in d. c. pastoralis, n.66. de excep.* quia agitur de modico præjudicio: contrarium tamen tenuit *Covar. pract. qq. c.26. num. 4. Odd. de restit. in integr. par.1. qu.64. articul.6.* quos refert, *& sequitur Jordan. dict. libr.13. titul.4. de recusat. num.39. Ric. in Prax. forens. par.4. resol.515. quorum sententiæ ego etiam accedo.* 6

Notandum est etiam, quod quando exceptio recusationis esset notoria, non requirens probationem, admittenda est etiam post litem contestatam, immò etiam post conclusionem, in causa, *ad not. in c. quoniam de fil. Presb. Jord. loco cit. n.53. & 119. ubi citat Franc. in c. cum speciali, de appel. Arch. in c. quod suspecti, 3. q.5.* 7

Notandum 2. quod Tertius veniens ad causam potest recusationem proponere eodem tempore, quo ad causam admittitur, etiamsi respectu principalium litigantium elapsum esset tempus ad hujusmodi exceptionem proponendam: cum enim ad judicium admittatur, debet etiam audiri in omnibus suis defensionibus, *argum. cap. cum inter, de except.* 8

Notandum 3. quod in removendis Notariis levis causa, immò juramentum partis sufficit, *Anchar. consl.263. n.2. Alex. consl.104. lib.5. Galgan. ad Stat. Urb. c.29. libr.1. Rot. decis. 694. par.1. Divers.* subdens, quod datio Adjuncti tollit omnem suspicionem, quando per talem dationem providetur indemnitati partis, secus esset in Judice, qui absque legitima, seu probabili causa recusari non potest, sive sit Judex ordinarius, sive delegatus, *c. cum speciali, c. secundo requiris, §. tertiò postulat, de appell.* 9

S V M M A R I V M.

1 *Quodnam tempus hæredi præsenti, & absenti præfixum sit ad conficiendum inventarium, & quando currat & num. 2. 3. & 10.*
Hæres non confecto inventario tenetur ultra vires hæreditarias, ibid. n.1. limitatur n.11.
4 *An intra tempus datum ad conficiendum inventarium hæres conveniri possit, & n.5. & 6.*
Et an possit hæres debitores hæreditarios intra dictum tempus convenire ibidem n.4.
7 *An debitor conventus ab hærede intra dictum tempus possit hæredem ex alia causa convenire.*
8 *An prædictum tempus possit a Judice minui, vel prorogari.*
9 *Durante tempore confectionis inventarii non currit præscriptio adversùs creditores, vel legatarios.*
10 *Contra emphyteutam non currit tempus solvendi canonem si illi moveatur quæstio super re emphyteutica.*
11 *Filius propter omissam inventarii confectionem non privatur legitima immò potest illam de rebus legatis detrahere, quomodo fiat detractio.*
12 *An descriptio bonorum excuset hæredem a pœnis omissi inventarii.*
13 *An, & quando fideicommissarius universalis teneatur facere inventarium.*
14 *Inventarium factum ab uxore de bonis mariti relevat hæredem mariti ab inventarii confectione.*
15 *Donatarius hæreditatis an conficere teneatur inventarium.*
16 *An contra Donatarium omnium bonorum possit agi actione personali pro debitis Donatoris ante donationem contractis.*
17 *Quando hæres cum benefic. legis, & inventarii liberetur solvendo creditoribus hæreditariis, & quando teneatur de proprio.*
18 *Ecclesia, fiscus, executores universales, & usufructuarius non facientes inventarium non subeunt pœnas prædictas.*
19 *Clerici non facientes inventarium, an teneantur ultra vires hæreditarias.*
20 *Inventarii conscribendi tempus an currat minori.*

C A-

CAPUT XXX.

Quodnam tempus detur hæredi ad conficiendum inventarium.

1 HÆres, qui præsens fuerit in locis, ubi res hæreditariæ existunt, intra 30. dies inchoare debet inventarium super iis rebus, quas defunctus mortis tempore habebat: & intra alios 60. dies debet illud perficere: absenti verò ad id faciendum annus conceditur: quo tempore elapso, & inventario minimè confecto hæres tenetur etiam ultra vires hæreditarias, *l. scimus cod. de jur. delib.*

2 Observa tamen, quod prædictum tempus hæredi præsenti currit a die aditæ hæreditatis, *secundùm gloss. in d. l. scimus, ver. delatam*, quod intellige, dummodò hæres malitiosè non protrahat aditionem hæreditatis: quia si esset in mora, vel in culpa, hoc tempus illi curreret ante aditam hæreditatem, *Bart. in d. l. scimus, §. cum igitur, n. 2. Peregr. de fideicom. art. 32. n. 4. Grat. disc. for. c. 563. n. 19.* ubi etiam dicit, quod datur cautela, ut creditores faciant assignari tempus adeundi, nè diutius aditio differatur: mihi verò placet sententia *gloss. in auth. sed cum testator, ver. Statutum, cod. ad l. falcid.* asserentis, tempus hujusmodi currere a die, quo hæres scivit sibi delatam esse hæreditatem, *ut probatur ex d. l. scimus, vers. sin autem dubius &c. & ita sensit Spec. in tit. de instrum. edit. §. Dicto, n. 21. ubi etiam Jo: Andr. lit. E. Michael Grassus relat. in tr. var. de Inventar. benef. q. 251. n. 1. & seq.* ubi etiam dicit, dies hujusmodi esse continuos, non autem utiles.

Absenti verò annus prædictus currit a morte testatoris, *ut in d. l. scimus, vers. sin autem a locis.*

3 Observa 2. quod validum erit inventarium, etiamsi inceptum non fuerit intra mensem, seu 30. dies dummodo perficiatur intra prędictum tempus datum ad inventarii confectionem, *ut ex d. l. scimus, §. sin verò, cod. de jur. deliber. probat. Bart. ibid. n. 4. & hæc est æquior opinio, ut d. Guid. Pap. dec. 571. n. 1. Cancer. var. lib. 3. c. 2. n. 19.*

4 Observa 3. quod intra prædictum tempus datum ad conficiendum inventarium non potest hæres a creditoribus actione personali conveniri: quemadmodum nec posset conveniri intra novem dies a morte defuncti numerandos, si inventarium conficere non intendat, *auth. sed neque, cod. de sepul. viol.* potest tamen convenire debitores hæreditarios: quia prædictum tempus introductum fuit in favorem hæredis, *d. l. scimus, §. donec tamen, ubi Bart. & alii, Guid. Pap. dec. 571. num. 8.* hæc tamen exceptio uti dilatoria, ante litem contestatam per hæredem est opponenda, *ut d. Cancer. lib. 3. cap. 2. n. 165.*

5 An verò hæres intra prædictum tempus conveniri possit actione reali? Resp. quod ubi judicium rei vendicationis esset jam cœptum contra defunctum, tunc non potest continuari contra hæredem: quia in tali casu conveniretur ut hæres; secus si de novo post mortem defuncti conveniatur actione reali; tunc enim potest conveniri intra tempus conficiendi inventarii, quia in tali casu non convenitur ut hæres, sed ut quilibet alius possessor, *Vinc. de Franc. dec. 352. Giurb. ad consuet. Messa. c. 9. gl. 5. num. 24. & alii, quos refert Merlin. de Pignor. lib. 4. q. 173. num. 3. & seq. Cancer. variar. par. 3. c. 2. nu. 158.* subdens *num. 161.* quod hæres durante tempore confectionis inventarii non potest hypothecaria conveniri, quia licèt hypothecaria sit actio in rem, quia tamen descendit ex contractu defuncti, & sic est accessoria ad personalem, sequitur ejus naturam: & sicut intra tempus inventarii non potest conveniri actione personali, sic nec hypothecaria, quæ est personalis accessoria, *ut not. omnes in d. l. scimus, §. donec cod. de Jur. delib.*

6 Sunt etiam alii casus, in quibus hæres intra tempus confectionis inventarii conveniri potest videlicet pro restitutione usurarum juxta dispositionem defuncti, pro impensa funeris, pro relictis ad piam causam, pro legitima, ac pro alimentis relictis pauperibus, qui fame perirent, *Surd. de Alim. tit. 8. privil. 11.* subdens, quod cessaret hoc privilegium, si lis esset de præteritis alimentis, *Alex. in l. scimus, §. donec, cod. de jur. delib. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. qu. 5. latè Ceval. in Spec. opin. comm. con. commu. qu. 814. num. 4. & seq. Tiraqu. de Privil. piæ causæ privil. 24.* idem dicendum, si hæres promiserit solvere creditori, vel legato, *ut post Dec. cons. 406. nu. 12. Ang. cons. 31. col. pen. Phanuc. in tract. de confec. invent. par. 6. num. 10. scripsit Surd. loco cit. tit. 8. privil. 22. n. 33.* vel si hæres ante dictos tres menses perfecerit inventarium, quia eo casu, cum finita sit causa dilationis, finita est dilatio, *Alex. ubi supr. Cancer. var. lib. 2. cap. 3. num. 134. Scac. de appell. q. 15. num. 318.* quibus adde *Bellon. de Potest. cor. quæ in continen. sunt &c. lib. 1. c. 106. num. 1. & seq.* ubi dicit, quod fidejussor, qui solvit, potest pecuniam solutam repetere ab hærede principalis debitoris etiam ante aditam hæreditatem, *per tex. in l. quod dicimus, ff. de solut.*

7 Addit *Cancer. d. p. 3. c. 2. n. 165.* quod si hæres durante tempore inventarii convenerit aliquem debitorem hæreditarium potest idem debitor conventus hæredem intra dictum tempus etiam ex alia convenire, *arg. text. in l. 2. §. sed & si agant, ff. de Jud.*

8 Observa 4. quod prædictum tempus, Judex non potest circa hoc dispensare, *Bald. in leg. scire oportet, §. sufficit, ff. de excusat. tut. Calca. cons. 16. col. 12. Roma. cons. 322. col. 1. & alii apud Mich. Grass. in tract. de inventar. benef. q. 251. n. 4. Crav. cons. 179. n. 2.* ubi etiam dicit, quod omnis terminus juris est peremptorius, & ideo post terminum juris audiri quis amplius non debet, nec mora purgari, *per textum in l. ob commissa, cod. de Adult.*

9 Observa 5. quod durante tempore inventarii non currit præscriptio adversus creditores, vel legatarios, *l. scimus, §. donec ubi Alex. cod. de jur. deliber.*

10 Observa 6. quod si hæredi super hæreditate lis moveretur ita, ut non posset bonorum hæreditariorum capere possessionem, non curreret dictum tempus, nisi post litem finitam: quia tempus conficiendi inventarii non currit hæredi, nisi a die, qua liberè potuit illud conficere, *l. solemnibus, in fin. cod. de rei vendic. Borgnin. dec. 44. num. 13. par. 1. & alii apud Cancer. d. lib. 3. c. 2. num. 21. & seq.* ubi etiam dicit, quod neque contra emphyteutam curreret tempus solvendi Canonem, si illi moveatur quæstio super re emphyteutica ità, ut non possit ejus possessionem assequi, *per textum in l. quamdiù, cod. Qui admit.*

11 Observa 7. quod hæres non confecto inventario non tenetur ultra vires hæreditarias respectu fideicommissarii universalis, sed tantùm ad id, quod est hæreditatis; & ideo potest retinere contra fideicommissarium universalem id, quod sibi debebatur a testatore, putà legitimam, & trebellianicam, *Bald. in l. filium, quem, n. 43. cod. famil. ercisc. Mich. Grass. recep. sen. lib. 2. art. inventarium, q. 22. Greg. Lopez l. 8. tit. 6. gl. fin. par. 6. & alii, quos refert, & sequitur Cancer. d. cap. 2. nu. 75. & seq. Peregr. de fideicomm. art. 36. num. 140. latè Surd. decisio. 216. nu. 8.* ubi, quod propter omissam inventarii confectionem filius non privatur legitima, immò potest illam de rebus legatis detrahere, *Marescot. var. lib. 1. cap. 23.* subdens, quod si sunt legata v.g. 300. non tenetur filius ob non confectionem inventarii solvere tota 300. sed detrahit 100. pro sua legitima, & reliqua 200. integra legatariis præstare debet etiam de suo, si hæreditas non sit sufficiens *Ceval. qui de magis communi testatur in spec. opin. con. comm. q. 691. nu. 1. vers. sed contraria opinio.*

12 Observa 8. quod descriptio bonorum supplet vicem inventarii ità, ut excuset hæredem a pœnis omissi inventarii, *Dec. cons. 85. num. 5. volum. 5. Laderch. Imolen. cons. 25. num. 20. quos refert, & sequitur Cancer. dict. lib. 3. cap. 2. num. 109. & seq.* quorum sententia mihi probabilis videtur, quia ex descriptione hujusmodi, licèt cæteræ solemnitates non fuerint adhibitæ, tollitur tamen præsumptio occultandi, seu fraudandi bona relicta in hæreditate; constat autem, eo fine a jure institutum fuisse inventarium, nè res hæreditariæ occultari possint, *d. l. scimus, vers. subscriptionem tamen, cod. de jur. deliber.*

13 Observa 9. quod si hæres gravatus non confecerit inventarium, tunc fideicommissarius universalis, nè teneatur ultra vires hæreditarias, debet intra tres menses post factam sibi restitutionem, inventarium facere *Bald. in d. l. filium, quem, num. 48. cod. famil. ercisc. Perals. in leg. 3. §. qui fideicommissum n. 45. ff. hæred. instit. Mol. de Hisp. 1. lib. 1. cap. 28. num. 6. Monal. cons. fin. num. 7. volum. 2. quos refert Cancer. loco cit. dict. cap. 2. num. 118.* ubi etiam dicit, quod inventarium factum ab uxore de bonis mariti relevat hæredem mariti ab inventarii confectione.

15 Observa 10. quod licèt Donatarius omnium bonorum non teneatur conficere inventarium, illud tamen conficere debet Donatarius hæreditatis: hic enim non censetur particularis successor, sed universalis, & ideo si inventarium non fecerit, tenebitur ultra vires hæreditarias, *Crav. cons. 139. n. 4. & 5. Gozad. cons. 87. n. 17. Caroc. dec. 125. n. 10. Guid. Pap. dec. 460. Cancer. d. lib. 3. c. 7. n. 129.*

16 An verò contra tertium possessorem donatarium omnium bonorum possit agi actione personali pro debitis Donatoris ante donationem contractis? Resp. quod donatarius hæreditatis potest quidem actione personali conveniri a creditoribus hæreditariis, quia hæreditas est nomen juris, & importat damnum, & lucrum, commodum, & incommodum,

dum, debita, & credita, *l.nihil, l.hæreditatis appellatione, ff.de verb.sign.l.2.§.sicuti, ff.de hæred.vel act.vendit.l.2. cod.de Pact.* Donatarius verò omnium bonorum actione persoali conveniri non potest, nisi quando vel Donans non esset solvendo, vel nullus reperiretur hæres Donantis, *arg.l.si maritus 7.ff.de fund.dot.Guid.Pap.decis.*105. *&* 460. *Honded.libr.2. cons.38.n.47.& seq.Boer.dec.204.num.*41. *&* 47. quod de plano procedit, cum debitum, quod petitur, superat quantitatem reservatam in donatione, *Cancer.dict.lib.3.cap.7. numer. 129.& libr.1. cap.8. num.68. & seq.* subdens *numer.70.* quod Donatarius partis bonorum non potest pro ære alieno molestari.

17 Observa 11. quod licèt hæres cum beneficio inventarii liberetur satisfaciendo creditoribus, qui primò veniunt, etiamsi aliis posteriores in tempore sint, *leg. fin. §.& si præfatam, ubi DD.cod.de Jur.delib.* tamen hoc procedit, quando hæres beneficiatus bona fide solvit; secus si sciat, hæreditatem pluribus debitis gravatam, & solvat creditoribus sine fidejussione de restituendo prioribus, & potioribus, quia tunc teneretur de proprio, cum censeatur dolosè solvere in tali casu, *glos.Bart.& alii in d.§.& si præfatam, Rol.de Inventar.in 4.p.in octav.util. & alii apud Ciriac.contr.362. nu.7. & seq.lib.2.*

18 Observa 12. quod a prædictis pœnis, quas incurrunt non facientes inventarium, eximuntur Ecclesia, seu Monasterium, Fiscus, executores universales, qui vicem hæredum obtinent, ac usufructuarius omnium bonorum, qui tamen potest per hæredem compelli, ut inventarium conficiat, etiamsi hujusmodi onus illi fuerit remissum a testatore, ut fraudis tollatur occasio, *leg.in fundo, ff.de rei vindic. Cancer. var.lib.3.c.2.n.81.& seq.Clar.in pract.crim.§.fin.qu.78. vers.unum sciat, Honded.cons.38.n.49.lib.2.Carol. de Grass. de Effect. Cler.eff.2.n.253.& hanc esse veriorem, & magis communem d. Genuens.in tract.de Eccl.q.474.*

19 Addit *Duard. in Bull.cœn.lib.2. can.15.q.17.num.8. Mart. de Jurisd.p.4.cent.1.cas.75.num.5.& 12. quos refert Dian. par.1. tract.2.resol.71.* quod Clerici hæredes instituti non conficientes inventarium, non tenentur ultra vires hæreditatis: quamvis contrarium teneat *Carol.de Grass.loco cit. n.252. ubi alios refert.*

Observa 13. quod inventarii conscribendi tempus currit etiam minori; quamvis ei concedatur adversus lapsum temporis restitutio in integrum, *Guid.Pap.dec.141. Grass.in tra. de Invent.benef.d.q.251.n.3.*

S U M M A R I U M.

1 *Procurans abortum qualiter puniatur, & quando excommunicationem incurrat, n.2.*
3 *Fœtus quando censeatur animatus.*
4 *An fœtus in dubio præsumatur animatus, vel inanimatus.*
5 *Cuius præsumatur partus, quando mulier post mortem viri incontinenti alteri nupsit, & peperit intra novem menses.*

CAPUT XXXI.

Quando fœtus censeatur animatus.

1 PRæmittendum est, quod de jure civili abortum procurans punitur pœna capitis, abortu sequuto, si fetus sit animatus, *l.necare ff.de liber.agnosc.l. Cicero, ff.de Pœnis.* eademque pœna punitur de jure Canonico, *ex constitutione Sixti V.incip.Effrænatam, quam refert Quarant.in ver. Abortus:* cui etiam pęnæ subiicitur is, qui est in causa, ut partus tam immaturè prodeat, ut diu vivere non possit: hic enim abortum causare dicitur, ac censetur verus homicida, *Flav. Cherub.in compend.Bullar.constit.87.Sixti V. schol.2.& alii apud Lezan.in summ.to.3.in ver. Abortus, n.21.* Si verò fœtus nondum animatus erat, punitur pęna extraordinaria, *ut d. Clar.in Pract.crim.§.fin.q.68.vers.Abortum, Megal.in ver.Abortus, n.7.& alii communiter.*

2 Item procurans abortum, ipso facto excommunicationem incurrit, *ex dicta constitutione Sixti V.* quod intelligendum est, dummodò sequatur abortus fœtus animati: quia quoad pęnas procurantium abortum fętus inanimis, & exhibentium mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis, aut quocunque modo auxilium, vel consilium eisdantium, Constitutionem Sixti in ea parte, ubi de his agit, ad terminos juris communis reduxit *Greg.XIV.sua constit.incip.Sedes Apostolica, quam refert Quaran.loc.cit.* ubi etiam concessit, quod a prædicta excommunicatione possit absolvere quivis presbyter tam secularis, quàm regularis ad confessiones audiendas, & ad hoc specialiter per loci ordinarium deputatus.

Dicitur verò fætus animatus in masculo post 40. dies, in fæmina post 80. a conceptione, *Nav.in man.c.15.n.14.Bonac. de censur.in partic.disp.2.q.2.punct.10.n.7. Dian.resol.mor.p.7. tr.5.res.6.Lezan.loco cit.n.10.Add.ad Quarant.in d. ver. Abortus, lit.A.* ubi dicit, quod anima censetur infusa sive in mare, sive in fæmina, si fætus lineamenta omnium membrorum habebit, *juxta c.Moyses 32.q.2.* 3

An verò in dubio fætus præsumatur animatus? Respond. quod in foro externo, & contentioso præsumitur potius inanimatus, quàm animatus, *l.interpretatione, ff.de Pœn.* sed in foro interno, in quo via tutior est eligenda, fætus præsumitur animatus; & ideò delinquens debet se reputare tanquam irregularem, atque abstinere ab ordinum susceptione, & administratione, *Quaran.& Lezan.locis cit. Barbos.de off. & pot.Epis.p.3.alleg.51.n.138.Dian.p.7.tr.5.res.24.& 25.* subdens, hoc non procedere quoad privationem beneficiorum, & alias pęnas, quæ a Judice solent imponi pro contracta irregularitate. 4

Quæres, cujus præsumatur partus, quando vidua post mortem mariti incontinenti alteri nupsit, & pepetit intra novem menses? Respon. quod in hoc varii varia excogitarunt propter ipsius rei incertitudinem, cum mulier possit parere in septimo, & nono, ac decimo, *de quo vide Ceval.in Spec. opin.comm.con.comm.q.896.* mihi verò placet opinio *Bart.in l. Gallus, n.13.ff.de liber.& posth.* ubi dicit, quod prius sunt inspicienda signa conceptionis, de quibus latè *Petr.Forest.Observat.59.de Dubia conception.nu.5. in fin.& nu.6. lib.18.* si ista non appareant standum est consuetudini mulieris, in quo tempore consuevit parere: & si de tali consuetudine non constat, remittendum id est medicis, & obstetricibus in arte petitis; aliàs recurritur ad id, quod frequentius accidit: & hæc opinio est magis communis, & de jure verior, *ut d. Alex.in d.l.Gallus, in fin.Ceval.loco cit.n.11.& 12.Alciat.in Reg. 3.præsum.37.n.15.* 5

S U M M A R I U M:

1 *Citatio sine termino dicitur vaga, & servitutem inducens.*
2 *An valeat citatio ad sententiam pro sequenti die, & deinde pro singulis diebus, & horis.*
3 *Quid si citatio fiat cum termino nimis brevi.*
4 *Citatio simpliciter facta sine termino substinetur pro prima die juridica immediatè sequenti.*
5 *Citatio pro singulis diebus, & horis an, & quando substineatur.*
6 *An valeat sententia extra diem, vel horam in citatione expressam.*
7. *Quid si dies, vel hora fuerit a Judice prorogata, & quando possit Judex prorogare.*

CAPUT XXXII.

An tempus in citatione sit exprimendum.

REspond. affirmativè: aliàs citatio sine termino dicitur 1
vaga, & servitutem inducens, *Cæs.de Grass.dec.9.n.
6.de Re jud.quem refert, & sequitur Jordan. lib.14. tit.1. de citation.num.61.* Unde citatio ad sententiam pro sequenti die, 2
& deinde pro singulis diebus, & horis, quamvis in prima
parte valida sit, in secunda tamen parte est nulla ratione incertitudinis, *Put.dec.148.lib.2.Crescen.dec.11.de Dol. & contumac.* quemadmodum nulla est etiam citatio cum termino 3
nimis brevi intra quem pars comparere non potest: & ideò
neque post terminum assignatum pars citata comparere tenetur, *Crescen.dec.6.eod.titul.Gonzal.ad reg.8.Cancell.gl.9.§.1. de Nullit.&c.num.52.Jordan.ubi supr.nu.62.* subdens, *nu.63.* quod hora non est necessariò exprimenda, quia intelligitur de consueta.

Observa tamen, quod citatio simpliciter facta sine termino substinetur pro prima die juridica immediatè sequenti, non tamen pro ipsa die citationis, *Put.dec.207. lib.2. Mant. dec.8.n.3.* ubi dicit, quod si testes eadem citationis die examinati fuerint, absque citatione intelliguntur examinati, *Gonzal.d.gl.9.§.1.de Nullit.n.53.* 4

Observa 2. quod citatio pro singulis diebus, & horis, substinetur per duos dies, *Rot.dec.311.p.1. Divers.& in Beneventana terrarum 3.Decemb.1599.coram Card. Sacrato, & in Toletana hæreditatis 6.Jun.1618.coram Andrea, & dec.393.n.6. p.1.recen. & nullius jurisdictionis 18.Junij 1617. coram Pirovano,* 5

vano, prout refert Beltram. ad Greg. dec. 71. n. 6. ubi, quod si a Judice præfixus fuerit certus terminus ad probandum, talis citatio substineretur etiam pro toto termino probatoria:
5 in hoc enim casu, cum restringatur citatio ad hujusmodi terminum, cessat ratio incertitudinis, *Rot. dec. 557. n. 7. & 8. p. 4. Recen.* idemque dicendum, quotiescumque ex aliis circumstantiis apparere potest de certo tempore, seu termino comparendi ex quibus tollatur hujusmodi incertitudo, *ut resolvit Rot. dec. 307. & 393. p. 1. Noviss. quam refert Jord. d. lib. 14. tit. 1. de citat. n. 69.*

6 Quæres, an valeat sententia lata extra horam in citatione contentam? Resp. quod ubi citatio respicit horam præcisam, sententia lata extra illam horam, non valet, quia tunc censetur lata parte non citata: quemadmodum nulla est, si collitigans citatus fuit pro una die, & sententia lata fuit di-
7 versa die sine nova citatione, vel horæ prorogatione, *Bart. in l. ult. §. fin. ff. quod vi, aut clam. Alex. in l. si finita 15. §. Julianus, sub n. 48. ff. de Dam. infect. Crav. cons. 122. n. 17. Ciriac. contr. 523. n. 8. & seq.* quibus adde *Grat. disc. for. c. 333. nu. 19. & sequ.* ubi dicit, quod si reus fuit citatus ad certam horam, non poterit Judex invito actore differre, & prorogare citationem in diem sequentem, sed solùm in horas sequentes; quicquid sit, quando reus fuisset citatus ad certam diem; quia eo ca-
8 su potest Judex citationem hujusmodi prorogare in diem sequentem, *per tex. in c. consuluit, de off. deleg.* ipsa autem die, vel hora prorogata potest Judex validè sententiam ferre absque alia citatione, *ut d. Bald. in l. 1. n. 18. cod. Quom. & quan. Jud.* subdens, quod ulteriori die sententiam ferre nequit sine nova citatione.

S V M M A R I V M.

1 *Reus inventus in ipso actu maleficii potest a quolibet capi, ut tradatur Judici competenti.*
2 *An Clericus in tali casu capi possit.*
3 *Quid si Clericus esset suspectus de fuga, vel reperiretur de nocte armatus, vel cum vestibus laicalibus.*
4 *Reus captus in flagranti præsentandus est coram Judice competente saltem intra 20. horas, aliàs capientes incurrunt in pœnam privati carceris.*

C A P U T XXXIII.

Quodnam tempus detur ad præsentandum Reum captum in flagranti crimine.

1 PRo faciliori intelligentia præmittendum est, quod Reus inventus in ipso actu maleficii capi potest non tantum a Satellitibus, sed etiam a qualibet privata persona, sive habeat interesse qualis est principalis consanguineus, sive interesse non habeat, qualis est extraneus, quem commissum delictum non tangit, *l. fur est manifestus, & l. interdum, 58. §.*
2 *qui furem, ff. de furt.* quod locum habet, etiamsi Reus repertus in flagranti, esset clericus, qui capi potest in tali casu non solùm a familia Judicis sæcularis, sed etiam a privato laico, ut tradatur Judici Ecclesiastico, *prout sentiunt Canonistæ communiter in cap. cum non ab homine, de Judic. Viv. commun. opinio. 405. in ver. Judex laicus, Clar. qui etiam de communi testatur in Pract. crimin. lib. 5. §. fin. q. 28. vers. si verò loquimur &c.*
3 ubi etiam dicit, quod clericus verisimiliter suspectus de fuga potest capi, *latè Alciat. in d. c. cum non ab homine, n. 58. & seq.* ubi addit, quod clericus potest etiam capi per laicum, quando reperitur de nocte armatus, vel indutus vestibus laicorum, quia tunc præsumitur, Clericum habere animum committendi aliquod delictum, *ut notat. in l. si non convitii, cod. de injur. & in l. si qua, cod. de Epis. & Cler.* spectat autem ad publicam utilitatem; ut delictis obvietur, *cap. fortitudo, &c. non inferenda, 23. quæstio. 3. & c. non est innocentiæ, ead. qu. 5.*

4 Ad quæsitum verò Resp. quod Reus captus in flagran. præsentandus est coram Judice suo competente saltem intra 20. horas; alioquin capientes incurrerent in pœnam privati carceris, *l. cap. quinto, ubi Bart. & alii, ff. ad leg. Jul. de Adult. leg. un. cod. de Privat. carcer. Jo: de Plat. in l. generali, n. 2. cod. de Decur. lib. 10. Abb. in d. c. cum non ab homine, n. 11. Jas. in §. 1. nu. 70. inst. de Act. Jod. in Pract. crim. c. 15. n. 5. & alii apud Scac. de Jud. lib. 1. c. 78. nu. 5.*

S V M M A R I V M.

1 *Conditio absolutè posita momento temporis impletur.*
2 *Quid si conditio esset casualis.*
3 *Quando cedat dies legati, si maritus legavit uxori, cum liberos habuerit.*
4 *Quid si mulieri relinquatur legatum, si vidua, vel cùm vidua erit.*
5 *Fideicommissum alicui relictum, si liberos habuerit, statim susceptis liberis debetur.*
6 *Gravatus fideicommisso, usquequo liberos habuerit, statim susceptis filiis liberatur.*
7 *Quid si filii ponuntur absolutè in conditione negativa, vel affirmativa.*
8 *Conditio negativa quando impleatur.*
9 *Quando fœminæ perpetuò, a successione excludantur.*
10 *Si hæres fuerit gravatus restituere hæreditatem, si decesserit sine filiis, non admittitur substitutus, si hæres liberos relinquat.*
11 *Quid si res per contractum alicui sub hac conditione fuerit concessa.*
12 *Conditio, si liberos habuerit, adimpletur in uno filio.*
13 *Quando excludatur substitutus, si Testator gravavit hæredem, ut hæreditatem restituat, si liberos non habuerit, vel non susceperit, & n. 18. & 22.*
14 *Non sufficit momentaneum implementum, quando id, quod in conditione ponitur, causam habet permanentem, & successivam.*
15 *Quomodo intelligatur conditio, a legibus statuta.*
Et quid si aliquid relinquatur puellæ, si ingrediatur monasterium, ibid.
16 *Conditio restricta ad certum tempus, eo tempore debet adesse.*
17 *Quando locum habeat statutum disponens, ut uxore præmoriente cum liberis, maritus lucratur dotem.*
19 *Non dicitur decedere sine liberis qui nepotem ex filia reliquit.*
20 *Conditio in dubio non intelligitur restricta ad tempus, nisi testator id expresserit per dictionem, tunc, aut æquipollentem.*
21 *Quomodo intelligatur conditio, si sine herede decesserit.*
22 *Quid si testator hæredem gravavit cum conditione, si absque liberis, vel nepotibus, aut ulterioribus masculis decesserit.*

C A P U T XXXIV.

De effectu conditionis absolutè positæ, & restrictæ ad certum tempus.

DIco 1. quod conditio absolutè posita momento temporis impletur, etiamsi postea deficiat, *l. si quis hæredem cod. de Instit. & substit.* quod quidem intelligendum est, quando id, quod in conditione positum est, non habet causam sui natura permanentem, *Bald. in l. precibus, n. 6. cod. de Impub. & aliis substit. Mant. de Tac. lib. 14. tit. 44. nu. 13. Corn. cons. 7. n. 11. lib. 1. & alii apud Pereg. de fideicom. ar. 29. n. 1. & seq.* ubi dicit, quod in hujusmodi conditione attenditur tantùm principium primæ existentiæ, immò si conditio esset casualis, etiam vivo testatore impleri potest, *ut notant Doctores communiter in dict. lege si quis hæredem.* 1

Ex quo infertur, quod si maritus legaverit uxori usumfructum fundi, & ejus proprietatem, cum liberos habuerit, nato filio statim proprietatis legati dies cedit, etiamsi filius statim decesserit: satis enim fuit, quod conditio semel fuerit impleta, quamvis non duraverit illius implementum, *ut est text. in l. cum uxori, cod. Quand. dies legat. vel fideicomm. ced. & in leg. fin. cod. de indict. viduit.* idem dicendum, ubi legatum mulieri relinquitur, si vidua, vel cùm vidua erit: nam legatum hujusmodi debetur statim ac vidua facta est, quamvis in viduitate non perseveravit, *Bald. in lege fin. nu. 1. in 2. not. cod. de indict. viduit. Dec. in lege si quis hæredem, nu. 2. cod. de Instit. & subst. Mantic. loco cit. n. 7.* ubi dicit, quod conditio, si nupserit, illicò contractis nuptiis impletur, etiamsi momento temporis constiterit matrimonium, nec fuerit consummatum, *arg. l. nuptias ff. de reg. jur. & in l. cùm fuerit ff. de condit. & demon.* 3 4

Infertur 2. quod fideicommissum alicui relictum, cum vel si liberos habuerit, statim susceptis liberis debetur, etiamsi postea moriantur, *ut sentiunt DD. in d. l. cum uxori, & in d. l. fin. cod. de indict. viduit.* quemadmodum gravatus fideicommisso, usquequò liberos habuerit, statim susceptis filiis liberatur, quamvis eos superstites non reliquerit, *liberedibus, ff. ad Trebell.* 5 6

Infertur 3. quod si filii ponuntur absolutè in conditione negativa, quandocunque contingat, liberos non extare dicitur purificata conditio: nam quemadmodum filiis positis sim- 7

ſimpliciter in conditione affirmativa ſufficit quandocunque liberos exiſtere, ut ſupra diximus: ita in conditione negativa ſufficeret, quandocunque liberos non exiſtere, *arg. l. 1. ff. de His, qui ſunt ſui &c.* unde ſi teſtator dixerit, inſtituo Petrum ejuſque filios maſculos, & in defectum filiorum maſculorum ſubſtituo Franciſcum, ejuſque liberos, deficiente quandocunque etiam poſt mille annos linea maſculina Petri, locus erit ſubſtitutioni: in hoc enim caſu filiorum carentia, ſeu defectus ſimpliciter, & abſolutè conſideratur *Alexan. conſ. 53. num. 11. & ſeq. lib. 6. & conſ. 101. num. 13. & ſeq. lib. 7. Crav. conſ. 326. n. 16. Alcia. conſ. 82. lib. 9. Menoch. conſ. 117. ſub n. 26. & conſ. 310. Rom. conſ. 56. Corn. conſ. 236. in 1. dub. vol. 4. Dec. conſ. 594. n. 6. Pariſ. conſ. 18. vol. 2. Panc. conſ. 92. n. 12. & alii, quos refert Peregr. de fideicom. d. art. 29. n. 9. & ſequ.* ſubdens,
8 quod conditio negativa tunc impletur quando certò conſtat, eam eſſe non poſſe; & ideò donec durat ſpes ſuſcipiendi liberos non eſt locus ſubſtitutioni, *ut dicit gl. in l. Peto, §. fratre, ver. ſuperſit, ff. de leg. 2.*

9 Obſerva tamen, quod ſi ſtatuto caveatur, ut extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, maſculis ſuccedentibus, fœminæ perpetuò remanent excluſæ, *Bart. communiter receptus in l. fin. n. 2. in fin. ff. ad Senatuſc. Tertull.*

10 Obſerva 2. quod ſi hæres fuerit gravatus reſtituere hæreditatem cum conditione ſi deceſſerit ſine liberis non admittitur ſubſtitutus, ſi hæres, liberos reliquerit, etiamſi modico tempore patri ſupervixerint, *l. filiusfam. §. cum quis, ff. de l. 1. l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebel.*

11 Idem dicendum, ſi per contractum res fuerit conceſſa cum pacto, quod ſi recipiens decederet ſine filiis maſculis, res revertatur ad concedentem: nam defuncto eo cum maſculis, ſtatim deficit conditio, & res non revertitur ad concedentem, niſi conceſſio eſſet feudalis *Bald. in l. fin. n. 45. cod. de Hered. inſtit. Rum. conſ. 132. col. 2. & conſ. 133. col. 1. vol. 2. Soc. Jun. conſ. 53. vol. 2. Rip. reſponſ. lib. 3. in 1. reſpon. col. 2. quos refert Peregr. de fideicom. art. 29. n. 12. & 23.*

12 Obſerva 3. quod conditio, ſi liberos habuerit, adimpletur in uno filio, *leg. cum uxori, ubi gloſſ. & DD. cod. Quand. dies leg. ced.* & ideo unicus filius excludit ſubſtitutum, ſicut multitudo liberorum: licèt teſtator mentionem fecerit de liberis in plurali, *leg. jubemus, §. penultim. ubi Salic. cod. ad Treb.*

13 Obſerva 4. quod quando teſtator gravavit hæredem ut hereditatem reſtituat, ſi liberos non habuerit, non excluderetur ſubſtitutus, niſi filii exiſterent tempore mortis gravati: nec ſufficeret, eos ante mortem gravati extitiſſe; illa enim verba intelliguntur, ſi eos non habuerit tempore mortis ſuæ, *d. l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebel. Bart. in l. liberorum, num. 18. §. de verb. ſignif. Alex. conſ. 111. nu. 15. vol. 7. Peregr. d. art. 29. n. 21. verſ. Quartò quia &c.* ſecus eſſet, quando alicui facta eſt ſubſtitutio ſub hac conditione, ſi liberos non ſuſceperit: nam tunc ſuſceptis liberis conditio intelligitur defeciſſe, licèt poſtea Patre ſuperſtite illi deceſſerint, *ſecundum Ang. conſ. 159. num. 3. Tiraq. in l. ſi unquam, ver. ſuſceperit liberos, num. 151. & ſeq. de Revoc. donat. Mant. d. lib. 14. tit. 44. n. 4. per tex. in l. cum uxori, cod. Quand. dies, l. cod. l. hæredibus, ff. ad Trebell.*

14 Dico 2. quod quando id, quod in conditione ponitur, cauſam habet permanentem, & ſucceſſivam, tunc non ſufficeret momentaneum implementum, ſed requiritur ſucceſſivum, *Bart. communiter receptus in l. inter Caſtellianum, ff. de Recept. Arbitr. Corn. conſ. 7. n. 11. lib. 1. & in d. leg. ſi quis hæredem, n. 3.* unde conditio ſi Titius legibus ſtuduerit, ſic debet intelligi, ſi legibus ita operam dederit, ut Doctoratus inſignia ſit adeptus, *ut d. Jaſ. conſ. 149. n. 1. lib. 4. Dec. conſ. 177. ad fin. verſ. ex quibus omnib. Alc. in l. 1. n. 57. ff. ſol. matr. Cravet.*
15 *conſ. 682. n. 3. Mant. d. tit. 44. n. 14.* ſubdens n. 17. quod in conditionibus voluntas diſponentis, in primis debet obſervari; unde ſi legatum relinquatur puellæ hac conditione, ſi ingrediatur monaſterium, ex conjectura voluntatis intelligitur, ſi fuerit profeſſa: quia non dicitur monaſterium ingreſſus qui non eſt profeſſus, *c. ad Apoſtolicam, de Regular. & c. beneficium, eod. tit. in 6.*

16 Dico 3. quod conditio reſtricta ad certum tempus, eo tempore adeſſe debet, *l. in delictis, §. ſi damnum extraneus, ubi Bart. ff. de Noxal. action.*

17 Ex qua concluſione infertur, quod ſi ſtatuto caveatur, ut uxore præmoriente cum liberis, maritus lucretur dotem, hujuſmodi lucro locus non eſſet, niſi liberi exiſtant tempore mortis: non enim ſufficeret, ex ea fuiſſe jam genitos, & præmortuos, *Dec. conſ. 63. colum. 2. Raph. in l. ſolemus, ff. de cond. & demon. & alii, quos refert, & ſequitur Peregr. d. ar. 29. nu. 8. per tex. in leg. inter ſocerum, ff. de Pact. dot.* idem dicendum,
18 ſi filiorum defectus refertur ad tempus mortis alicujus, putà ſi teſtator dixerit, decedente filio meo ſine liberis, ſubſtituo Cajum; tunc enim, ut locus ſit ſubſtitutioni, neceſſe eſt, liberos non extare tempore mortis filii, *l. filiusfam. §. cum quis, ff. de leg. 1. l. ex facto, §. ex facto, & §. ſi quis autem, ff. ad Trebell.* ubi ſine liberis deceſſiſſe cenſetur is, qui ſuſcepit quidem filium, ſed vivus amiſit, *Fulgoſ. conſ. 46. Peregr. loco cit. n. 13.*

Notandum tamen eſt, quod non dicitur decedere ſine li- 19
beris qui nepotem ex filia reliquit; & ideò nepos excluderet ſubſtitutum, *l. 1. cod. de cond. inſert. l. jubemus, §. penul. cod. ad Trebel. Bart. in l. liberorum, n. 18. in fin. ff. de verb. ſignif.* quia appellatione liberorum & nepos, & neptis etiam ex filia continentur, *d. l. liberorum, ff. de verb. ſign.*

Notandum 2. quod conditio in dubio non intelligitur 20
reſtricta ad tempus, niſi teſtator id expreſſerit per dictionem, *tunc*, aut æquipollentem, *ut d. Alex. conſ. 101. n. 13. lib. 7. per textum in l. in ſubſtitutione, ff. de vulg. & pupill. Pariſ. conſ. 18. n. 43. vol. 2. Anch. conſ. 356. n. 5. Dec. conſ. 298. n. 3. & conſ. 63. n. 3. & alii apud Peregr. d. art. 29. n. 15.*

Notandum 3. quod conditio, ſi ſine hærede deceſſerit, 21
intelligitur, ſi abſque liberis moriatur, *d. l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell.*

Notandum 4. quod ubi teſtator hæredem gravavit, ſi ab- 22
ſque liberis, vel nepotibus, aut ulterioribus maſculis deceſſerit, & deinde hæres moriatur relictis filiis, extinguitur perpetuò fideicommiſſum ità, ut minimè reviviſceret, etiamſi filii ejuſdem hæredis ſine filiis decederent, *Oldrad. conſ. 21. Jo. And. ad Spec. in tit. de Teſtam. §. in primis verſ. Quinta quæſtio &c. Alex. conſ. 139. lib. 6. Peregr. d. art. 29. nu. 22. & alii communiter:* quia conditio illa, *ſi abſque filiis &c. deceſſerit*, ſtatim ac hæres gravatus relictis liberis, decedit, expirat, *l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebel.*

SUMMARIUM.

1 *Solemnitas requiſita in contractibus an, & quando neceſſaria ſit in acquiſitione, vel aditione momentanea, & num. 2.*

3 *Solemnitas requiſita per conſtitutionem Paulinam, quando neceſſaria non ſit in renunciatione, ſeu ceſſione facta per Monaſterium de juribus hæreditatis.*

CAPUT XXXV.

An ſolemnitas requiſita in contractibus, neceſſaria etiam ſit in acquiſitione, vel aditione momentanea.

NOn mediocris eſt inter Doctores altercatio, an ſolem- 1
nitas requiſita in contractibus, adhibendæ etiam ſit in aditione momentanea, quæ inſurgit ex donatione, & ceſſione: alii enim affirmativam ſententiam tuentur, alii negativam, *de quo vide Crav. conſ. 200. n. 1. Grat. diſc. for. c. 132. n. 25. & ſeq. Surd. dec. 70. n. 11.*

Ego cenſeo, neceſſariam eſſe ſolemnitatem, quando in- 2
terveniunt duo actus ſeparati, licèt in continenti, unus poſt alium, putà ſi monaſterium prius adiviſſet hæreditatem, deinde in eodem inſtrumento ceſſiſſet, ſeu renunciaſſet; ſecus quando ceſſio non eſt ordinata ad acquirendum, & adeundum principaliter, ſed potius ad renunciandum; quamvis enim in tali caſu ex actu, qui fit ad renunciandum, ſequatur acquiſitio, *l. ſi Avia, ubi Bald. cod. de jur. deliber.* hæc tamen momentanea acquiſitio non habetur in conſideratione, & ideò non requiritur ſolemnitas, *Soccin. conſ. 53. viſo inſtrumento, colum. penul. num. 28. lib. 4. Phanuc. de Luc. dot. gl. 8. num. 18. verſ. qua concluſ. quos refert, & ſequitur Gratian. diſcep. for. d. cap. 132. n. 25. & 26. & dec. March. 17. num. 28. & 29.* ubi dicit, quod in hoc ſecundo caſu ſolemnitas requiſita 3
per conſtitutionem Paulinam, non eſt neceſſaria in renunciatione, & ceſſione facta per monaſterium de juribus hæreditatis, *Crav. d. conſ. 200. num. 1. Goza. conſ. 25. Rot. dec. 30. libr. 2. par. 3. Diverſ.*

SUMMARIUM.

1 *Hypotheca momento acquiritur.*
Dominium momento etiam acquiritur, ibid.

2 *Ut bona in generali obligatione, ſeu hypotheca comprehendantur, ſufficit, ut ea in dominium debitoris etiam momento ſemel pervenerint, & n. 3. & 8. limitatur num. 10. 16. & 22.*

3 *Annui redditus, ut cenſus, loca montium &c. inter immobilia numerantur.*
Minor ſine debitis ſolemnitatibus non poteſt obligare, vel alie-

alienare bona stabilia, & annuos redditus, ibidem.

4 *Loca montium vacabilia an recipiant hypothecam.*

Quid in officiis, Rom. Curiæ, quæ vacant post mortem officialis, ibidem.

5 *An pretium redactum ex alienatione hujusmodi officiorum cadat sub hypotheca.*

6 *Loca montium non vacabilia veniunt in generali bonorum obligatione.*

Salvianum interdictum datur super locis montium, & officiis non vacabilibus, ibid.

7 *Loca montium non vacabilia, dum liberè resignantur, hypothecam non recipiunt, & in secundum emptorem absque ullo onere transferuntur.*

8 *Merces, & pecunia, & cætera mobilia continentur in generali obligatione, limitatur n.10. & 16.*

9 *An legatariis competat immissio ex Salviano super nominibus debitorum, pecuniis, & aliis bonis mobilibus testatoris.*

10 *Quando generalis obligatio restricta est ad certum locum, sub tali obligatione non comprehenduntur merces venales.*

11 *Quid si relictus fuerit usufructus domus, & omnium rerum, quæ in eadem domo erant, & n.15.*

12 *In legato generali an veniant merces.*

13 *An in legato loco circumscripto contineantur ea, quæ post legatum empta fuerunt per testatorem in eodem loco.*

14 *Quid si testator reliquerit simpliciter usumfructum omnium rerum suarum.*

16 *In mercibus venditis, & alienatis statim extinguitur hypotheca: limitatur n.17.19.& 20.*

17 *Quid si totum corpus mercium, vel ejus pars venderetur.*

18 *Quando Grex transeat in emptorem cum sua hypotheca, & num.19.*

21 *An venditio mercium impediri possit.*

22 *An merces per hæredem comparatæ post mortem testatoris veniant in generali obligatione.*

23 *An Ecclesia habeat tacitam hypothecam in bonis Prælati, & aliorum Administratorum.*

CAPUT XXXVI.

An hypotheca momento acquiratur.

1 RESp. affirmativè, *Dec. in l. si quis hæredem, nu.2. cod. de inst. & subst. Rol. cons.52. n.45. cum sequ. lib.2. Rota in Romana dotis de Mellinis 17. Februarii 1578. coram Rubust. prout refert Merlin. de Pign. lib.1. q.13.* ubi etiam dicit, quod dominium momento acquiritur *per l. si servus dotalis, ubi Bald.*
2 *ff. sol. mat.* unde ut bona in generali obligatione, seu hypotheca comprehendantur, satis est, ut ea in dominium debitoris etiam momento semel pervenerint, etiamsi apud eum non permanserint: quia transeunt deinde cum suo onere in quemcunque possessorem, *c. ex litteris, de Pign. l. si debitor, cod. de distract. pig. Surd. dec.266. n.10. Ciriac. contr.55. n.11. & seq. & alii communiter.*

3 Et hæc quidem conclusio procedit primò in bonis immobilibus, & consequenter etiam in annuis redditibus, quales sunt census loca montium &c. cum hujusmodi redditus immobilia numerentur, *Clem. exivi vers. cumque annui redditus, de verb. signif. latè Merlin. de Pign. lib.2. q.44. Ciriac. contr. 219. n.2. & seq.* ubi dicit, quod sicut minor non potest obligare, vel alienare bona stabilia sine debitis solemnitatibus, ità nec annuos redditus, *Rot. apud Pacif. de Salu. interd. dec. 209. n.9. & apud Merlin. post d. tract. de Pign. dec.95. n.7. & dec. 83. n.14. & 15. p.6. Recen.*

4 Observa tamen, quod loca montium vacabilia, quæ scilicet non transmittuntur ad hæredes, sed per mortem vacant, libera redeunt ad Papam: & ita non recipiunt hypothecam sed solum super fructibus creditor agere potest, *Pacif. de Salv. interdicto, in sp.3. c.2. n.648.* idemque dicendum est de officiis Romanæ Curiæ, quæ vacant post mortem officialis: nam cum hæc in tali casu libera redeant ad Papam, non cadunt sub hypotheca respectu tituli, sed tantùm respectu fructuum, & pretii: nam ea tantùm cadunt sub hypotheca, quæ vendi vel ad hæredes transmitti possunt, *l. fin. cod. de reb. alien. non alien. Ruin. cons.123. n.20. lib.2. Seraph. dec.1294. per tot. Grat.*
5 *disc. for. cap.50. num.27. & seq.* subdens, quod si contingat, officium alienari, pretium cadit sub hypotheca vigore clausulæ generalis, qua obligantur bona tam præsentia, quàm futura.

6 Loca verò montium non vacabilia, quæ scilicet transmittuntur ad hæredes, veniunt in generali bonorum obligatione, sicuti alia jura, & actiones, & nomina debitorum, *Bero. cons.55. n.4.5. & 10. lib.1. Negus. de Pignor. in 2. memb. 2. p. num.8. & 9. & alii apud Pacif. d. cap.2. num.649. & seq.* & ideò super hujusmodi locis montium competit salvianum interdictum, *Rot. apud eumdem Pacif. dec.29.* sicuti & super officiis non vacabilibus, quæ transeunt ad hæredes, *Grat. d. c. 50. num.29. Pacif. dicta in sp.3. c.2. num.652. Rota apud eumdem dec.149. num.5.*

Notandum est autem, quod hujusmodi loca montiom 7
non vacabilia, dum liberè resignantur, hypothecam non recipiunt, & in secundum emptorem absque ullo onere transferuntur: hoc enim per Apostolicas constitutiones in erectione montium specialiter provisum est, nè publicum eorum commercium impediatur, *Rot. in Roman. officii Notariatus 1. Junii 1620. coram Remboldo, & dec.77. num.19. & 20. par.6. Recent.* quod locum habet, quando emptor emit a vero Domino, non autem quando emeret a non Domino, *ut declaravit eadem Rot. dec.651. num.4. 5. & 6. coram Card. Cavaler.*

Secundò procedit supradicta conclusio in bonis etiam 8
mobilibus ipsius debitoris: hæc enim continentur etiam in generali obligatione, quemadmodum bona stabilia, ut de mercibus, ac pecunia *est textus in l. cum tabernam, juncto §. creditor, ff. de Pignor.* idem dicendum de pretio redacto ex mercibus, antequam sit versum in alia bona, *Bald. in d. leg. cum tabernam, Rip. in l.1. num.9. ff. de Pignor. Negus. loco cit. in 2. mem.2. p. n.24. Pacif. de Salv. interd. d. in sp.3. c.2. nu.184. & 189.* ubi, quod hypotheca datur pro vino, grano, oleo, &c. probata tamen eorum identitate, *Grat. disc. for. c.897. nu.16. & seq.* sive extent penes debitorem, sive penes tertium, *secundùm Bart. in l. si constante, n.73. ff. solut. matrimon. Rot. apud Pacif. dec.83. num.1. & decis.127. per tot.* ubi, quod legatariis competit immissio ex salviano super nominibus debitorum, pecuniis, & aliis bonis mobilibus testatoris, præstita tamen cautione per legatarios de restituendo in casu, quo hæreditas minimè esset solvendo, *ad not. in leg. fin. cod. de Petit. hæred.*

Limita 1. quando generalis obligatio restricta est ad cer- 10
tum locum: tunc enim sub hujusmodi obligatione non comprehenduntur merces venales: quia propter eorum celerem motum non videntur esse in loco, *ut post Bald. in l. certi juris, n.9. cod. locat. Covar. var. resol. lib.2. c.5. n.2. & alios observat Pacif. dicta in sp.3. c.2. n.194. Rota apud eumdem dec.225. num.1. Mantic. de Tacit. lib.11. titul.4. num.36. vers. sed advertendum est,* ex quo infert *Bart. in lege generali, §. uxori, ff. de usufruct. leg.* quod relicto usufructu domus, & omnium rerum, quæ in eadem domo erant, ea, quæ mercis causa comparata sunt, non debentur legatario: quia venalia, cum ad tempus ibi sint, non dicuntur esse in domo, *ut expressè decidit textus ibidem*; unde neque frumentum, quod domo 11
erat causa vendendi, in tali legato contineretur, *Bart. in d. §. uxori, num.4. & ibi Alex. lit. C.* subdens, quod neque pecunia comprehenderetur in tali legato, quia semper dicitur venalis, & parata alienationi, *leg. uxorem, §. legaverat, ff. de leg.3.*

Item in legato generali non veniunt merces propter ma- 12
gnum hæredis præjudicium quod inde sequeretur, *d. l. generali, §. uxori, Covar. var. resol. lib.2. c.5. n.2. in fin. Mantic. d. libr. 11. tit.4. n.37. & seq. Gait. de Credit. c.4. q.5. n.200. & seq.* ubi etiam dicit, quod in legatis loco circumscriptis non continentur ea, quæ post legatum empta, & acquisita fuerunt per te- 13
statorem in eodem loco, quando bona acquisita sunt æquè principalia, vel primis pretiosiora, quia in tali casu non possunt dici accessoria ad primas res legatas, *ut post Bero. cons.44. n.46. lib.2. Bart. Socin. in l. servi electione, §. fin. col. pen. ver. secunda ratio, ff. de l.1. Alex. cons.25. n.2. lib.7. Bursat. cons. 246. n.20. lib.3. & alios advertit Hond. cons.63. n.34. & seq. lib.1.* secus esset, si testator reliquisset simpliciter usumfructum 14
omnium rerum suarum: quia tunc omnia continentur tam venalia, quàm non venalia, *arg. l. Julianus, ff. de l.3.* idemque dicendum, si reliquisset bona omnia, quæ domi quoquo 15
modo erant, quia tunc ista limitatio non restringeret legatum, *Bart. in d. l. generali, §. uxori, n.4. ff. de usufr. l. & ibidem Alex. & alii communiter, Pacif. d. in sp.3. c.2. n.185.* subdens, quod etiam merces in legato generali continentur, quando legatum aliàs redderetur inutile.

Limita 2. in mercibus venditis, & alienatis, in quibus 16
statim extinguitur hypotheca, nè commercium impediatur: merces enim censentur a principio obligatæ, quatenus alienatæ non reperiantur, *d. l. cum tabernam, ubi DD. Bart. in l. si constante, n.73. ff. sol. matr. Millin. dec.224. n.3: Pacif. in s.3. c.2. n. 190.* quod intelligendum est, quando merces minutim di-

stra-

ſtrahuntur, *Rot. apud Pacif. deciſ.125. num.6. & 7. Merlin.
de Pignor. lib.2. quæſt.45. num.50.* quemadmodum oves etiam
minutim venditæ liberè tranſeunt in emptorem, *Millin. d.
deciſ.224. num.14.* & hoc fit, quia aliæ merces ſubrogantur
apotheca, in quibus hypotheca remanet, & ita conſulitur
indemnitati creditorum, *ut præter DD. citatos advertit Put.
deciſ.289. libr.2.* ubi dicit, quod tunc datur actio ad pretium
ex mercibus venditis redactum, ſubdens, quod deciſio *di-
cti textus in leg. cum tabernam*, non debet reſtringi ad ca-
ſum, quando aliæ merces fuerunt ſubrogatæ in locum ven-
ditarum: quia ſufficit, quòd potuerint ſubrogari attenta
qualitate perſonarum, & mercium: quod etiam procedit
in frumento, vino, & aliis rebus venalibus propter eam-
dem rationem: in hoc enim caſu non fit differentia inter
merces apothecæ, & frumentum, vinum, & alias res ve-
nales, cum hæc ſimiliter retineantur ad continuam vendi-
tionem: & ideo in illis non cadit hypotheca, niſi cum ſua
qualitate, quatenus non fuerint alienata, & ſic illis diſtra-
ctis ceſſat hypotheca, nè ſimiliter commercium impedia-
tur, *Paul. de Caſtr. in leg.1. num.2. ff. de Pignor. Pariſ. conſil.
69. num.3. libr.4. Ruin. conſ.150. num.8. lib.3. Covar. variar.
libr.2. cap.5. num.12. & alii, quos refert, & ſequitur Mareſ-
cot. var. lib.1. cap.24. per tot.* ſecus eſſet, quando totum cor-
17 pus mercium, vel ejus pars venderetur, quia tunc non ex-
tinguitur hypotheca, *Rip. in leg.1. num.9. ff. de Pignor. Mil-
lin. loco cit. num.6. & ſeqn. Pacif. ubi ſupr. num.191. & ſequent.*
ſive alienetur ante motum judicium, & ante ortam actio-
nem, ſive poſt: dum enim alienatur tota apotheca, vel pars
illius, non deſinit eſſe corpus univerſale, & ſic manente
eodem corpore penes emptorem, durat etiam hypotheca,
qua mediante recuperari poſſunt merces a creditoribus,
*Mareſcot. var. reſolut. libr.2. cap.117. num.8. Manent. conſ.113.
per tot. & alii apud Merlin. dict. lib.2. qu.45. num.51. Rot. d. dec.
125. num.5. & 6. apud Pacif. Cardin. Cavaler. dec.259. num.
3.* ubi dicit, quod in tali caſu merces tranſeunt cum onere
hypothecæ, quaſi fundus obligatus, *Pacif. dicta inſp.3. cap.
2. num.191. cum ſeq. Millin. dict. deciſ.224. num.6. & ſeq.* ubi,
18 quod Grex ſimiliter tanſit in emptorem cum ſua hypotheca,
quando totus, ſeu pars alienatur, *ut in l. grege, ff. de Pign.*
etiamſi emptor non retineret oves ad uſum gregis, quia hoc
non attenditur uti factum ipſius emptoris, *Rot. apud Pacif. d.
dec.125. num.12. verſ. minuſque obſtat, Merlin. de Pignor. dict.
lib.2. q.45. num.62.*

19 Item neque ceſſat hypotheca per venditionem, quando
tempore venditionis contra debitorem mota fuit lis ſuper hy-
pothecaria, *ſecundum Mareſcot. d. lib.1. cap.24. n.10.* vel quan-
do debitor ictu oculi omnes merces, vel oves alienat, & a-
lias loco venditarum non ſubrogat, etiamſi minutim vende-
ret: tum quia tunc venditio diceretur facta in fraudem cre-
ditorum, *l. omnes, §. Lucius, ff. de His, quæ in fraud. cred.*
tum etiam quia dum merciarius mercator merces omnes ven-
dit, nomen mercatoris amittit; & quando quis deſinit eſſe
mercator, merces cadunt in obligatione, *Albenſ. con.718.
Cæſ. Manent. conſ.113. per totum, & alii apud Gait. de credit.
dicto cap.4. quæſt.5. num.180. cum ſeq. & ita ſenſit Rot. in Roma-
na obligationis 26. Junii 1613. coram Card. Cavaler. in impreſſ.
dec.259. num.3. Merlin. dict. tract. de Pignor. lib.2. q.45. num.68.*
20 *& ſeq.* ubi addit, quod ſi merces per Notarium deſcriptæ
ſint in inſtrumento, ubi appoſita eſt generalis obligatio,
tranſeunt cum onere hypothecæ, etiamſi minutim alienen-
tur: quia talis deſcriptio ſpecialem, & individuam hypo-
thecam operatur, *ut ſenſit etiam Pacif. de Salv. interd. d. inſp.
3. c.5. n.101. & 102. per textum in l. eſt differentia, ff. In quib. cauſ.*
21 *pign. tac. contrah.* non tamen impeditur venditio libera: quia
tacitè hoc videtur actum, ut poſſint vendi, & aliæ ſubroga-
ri, *ut d. Bald. in d. l. cum tabernam, verſ. Item nota, quod quan-
do merces &c.*

22 An verò merces per hæredem comparatæ poſt mortem
teſtatoris veniant in generali obligatione? negat *gloſ. in dict.
leg. cum tabernam, in ver. obligatam, ff. de pign. & videtur
colligi ex dicto textu, ibi, ea quæ mortis debitoris tempore &c.
& ita per dict. textum tenet Bald. ibid. verſ. No. hic ultimo &c.*
hoc tamen non procedit, quando hæres comparavit mer-
ces cauſa explendi negotium a defuncto debitore inceptum:
qia tunc ſub hypotheca comprehenduntur, *ut declarat Bart.
in dict. leg. cum tabernam, in fin. Pacif. dict. inſp.3. cap.2. n.187.
Merlin. d. tract. de pign. lib.2. q.45. num.67. Gait. de cred. cap.4. q.
5. num.188.*

23 Quæres, an Eccleſia habeat tacitam hypothecam in bo-
nis Prælati, & aliorum adminiſtratorum? affirmant *Abb.
in cap. Epiſcopus, de Præb. & in cap. ex litteris num.11. de Pi-
gnor. Jaſ. in §. item Serviana, n.76. Inſt. de Action. Negus. de Pi-
gnor. p.2. mem.4. n.120. Lup. in rubr. de Donat. int. vir. & uxor,
Antonell. de Tempore.* *§.66. num.21. Mugnoz, de ratiocin. cap.39. num.13. & alii, quos
refert Grat. diſcep. for. cap.601. num.1. & ſeq.* ubi dicit, quod
pro damnis per Adminiſtratores illatis in bonis Eccleſiæ da-
tur tacita hypotheca a die acceptæ adminiſtrationis, non
autem a die damni illati: quemadmodum uxor habet taci-
tam hypothecam in bonis mariti pro dote reſtituenda, &
ejus adminiſtratione a die contracti matrimonii, *l. unic. §.
& ut plenius, cod. de Rei Uxor. act. c. inter corporalia, de Tran-
ſlat. Epiſc.*

S U M M A R I U M.

1 *Prior tempore potior eſt in jure: declaratur num.2. amplia-
tur num.4. 13. & 14. limitatur num.16. 21. 34. 35. 38. 45.
46. 50. 52. 56. 72. 81. 82. 84. 85. 86. 87. 89. 106. 108. 109. 110.
111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 122. 123. 141.
142. & 143.*
3 *Hypotheca tacita anterior præfertur poſteriori expreſſæ.*
4 *Quid ſi Prioritas temporis conſiſtat in hora, vel momento,
& n.9. 10. 11. & 12.*
5 *An contractus, qui primus eſt in ordine ſcripturæ præſu-
matur prior.*
6 *Dos in hypothecis habet potentius privilegium, quàm fiſ-
cus, & n.51. & 61.*
7 *Quid ſi producantur duo teſtamenta eodem die confecta, nec
appareat de prioritate.*
8 *Hypotheca contracta a Procuratore non retrotrahitur ad
diem mandati.*
9 *Quid ſi concurrant duo creditores ejuſdem diei, & nu.10.
11. & 12.*
13 *An primus ceſſionarius præferatur ſecundo.*
14 *An creditor ſub conditione præferatur aliis, qui medio tem-
pore purè contraxerunt.*
*Quando incipiat hypotheca legalis in legatis conditionalibus,
ibidem.*
15 *An anterior creditor præferatur venditori in ipſa re ven-
dita.*
*Quando venditor cenſeatur habere fidem de pretio, & quan-
do non, & n.17. & 18.*
16 *Quid ſi venditor in ipſo contractu reſervaverit ſibi domi-
nium, vel ſpecialem hypothecam, vel appoſuit pactum
reſolutivum, & n.22. & 53.*
19 *Et quid ſi venditio fiat cum pacto manus injectionis.*
20 *Et quid ſi una, & eadem res vendatur duobus.*
21 *Et quid ſi emptor in ipſo contractu paciſcitur cum vendito-
re, ut pretium ſolvendum inveſtiri debeat cum ſpeciali
hypotheca.*
*Eccleſia, & pupillus in re empta, ſeu reſtaurata cum eo-
rum pecunia præferuntur anterioribus creditoribus, ibid.*
22 *An mutuator, qui pecuniam credidit ad rem emendam,
præferatur anterioribus creditoribus, & num.24. 53. &
120.*
23 *Debitor in jure quærendo poteſt præjudicare creditoribus.*
25 *An filii pro debito Patris contracto ex cauſa alimentorum
conveniri poſſint.*
26 *Emptor ſolvens anterioribus creditoribus abſque ceſſione ju-
rium an habeat retentionem, & n.30. & 32.*
27 *Quando emptor ſolvens creditoribus venditoris acquirat a-
ctionem hypothecariam.*
28 *Quando ceſſio fieri debeat, & quando neceſſaria non ſit, &
n.29. & 33.*
29 *Quando concedatur immiſſio pro indiviſo, & n.31.*
34 *An in fructibus conſumptis creditor anterior jus ha-
beat.*
35 *Quid ſi prior creditor habeat tantùm perſonalem actionem,
& poſterior hypothecariam.*
36 *Creditor mercium an in ipſis mercibus præferatur.*
37 *Creditores defuncti an, & quando præferantur creditori-
bus hæredis in bonis defuncti, & è contra.*
38 *An, & quando is, qui privata ſcriptura nititur, præferen-
dus ſit creditoribus inſtrumentariis, & n.39. 40. 41. 42. 43.
& 44.*
45 *Quid ſi res primo creditori obligata, de voluntate primi ob-
ligetur ſecundo.*
46 *Et quid ſi primus creditor habeat ſpecialem hypothecam
in certis bonis debitoris, & in aliis generalem, & nu.47.
& 48.*
49 *Creditor non poteſt alienare rem magni valoris ſibi hypo-
thecatam pro parvo credito.*
50 *An, & quando fiſcus anterioribus creditoribus præferatur,
& n.51. & 55.*
52 *An Eccleſia, pupillus, & mulier ex cauſa dotis præferan-
tur anterioribus creditoribus in bonis per debitorem quæ-*

stiis post obligationem cum eisdem Ecclesia, pupillo, & muliere contractam, & n.53. & 54.

56 *Mulier ex causa dotis ejusque filii præferuntur anterioribus habentibus tacitam hypothecam, non autem expressam, & n.61.*

57 *An hoc privilegium competat Ecclesiæ, & aliis causis privilegiatis, ac marito.*

58 *An, & quando hujusmodi privilegium prælationis transeat in cessionarium mulieris, & n.59.*

60 *An bona retenta per viduam ex causa jurium dotalium vendi possint instantibus hæredibus viri, sive ejus creditoribus, & n.125.*

61 *Quid si quæstio sit inter duas dotes, & n.66.*

62 *Quando mulier possit res dotales æstimatas vendicare, & num.63.*

64 *An in bonis paraphernalibus, & donatione propter nuptias mulier habeat privilegium prælationis, & n.67.*

65 *An mulier præferatur ei, qui credidit ad emptionem militiæ.*

68 *Quid si mulier consentiat alienationi factæ per virum, & renunciaverit hypothecæ super re vendita, & n.69.*

70 *Quando dotis receptæ confessio censeatur facta in fraudem creditorum, & quando non, & n.71.*

72 *An creditor ex causa funeris præferatur creditoribus anterioribus, & n.73.74.77. & 80.*

75 *An creditor ex causa infirmitatis debitoris cæteris præferatur.*

78 *Quinam teneantur pro aliis funus facere, & n.79.*

80 *Quando quis censeatur adire hæreditatem defuncti, & quando non.*

81 *An creditor ex causa onerosa præferatur anteriori ex causa lucrativa.*

82 *Quid si posterior creditor haberet instrumentum veræ numerationis, & prior instrumentum nudæ confessionis, & num.83.*

84 *Creditor ex causa depositi, an, & quando cæteris præferatur.*

85 *Quinam ordo servandus sit inter creditores in simplici personali, & oblatores, & n.86.87. & 88.*

89 *Quid si secundus creditor exegit a debitore pecuniam, illamque bona fide consumpsit, & num.99. 100. 103. & 105.*

90 *Quid si pecunia extaret, & quando extare censeatur, & n.91.92.93.94.95.96.100. 103. & 104.*

95 *Quando hæres cum benef. l. & inventarii solvendo liberetur.*

96 *Quando quis teneatur exigere cautionem de restituendo prioribus, & potioribus, & n.97. & 119.*

98 *Quid si debitor debitoris coactus solvat creditori posteriori.*

99 *An fiscus, Ecclesia, & alii creditores privilegiati avocare possint pecuniam consumptam posteriori creditori solutam, & n.100.101.*

102 *An fiscus in pœnis præferatur creditoribus delinquentis, vel hæredibus occisi.*

106 *Quid si ad favorem posterioris creditoris debitor obligaverit bona feudalia, vel emphyteutica cum consensu Domini.*

107 *An super fructibus feudi possit fieri exequutio sine assensu Domini.*

108 *An in expensis inventarii, & testamenti hæres cum benef. l. & inventar. præferatur anteriori creditori.*

109 *An, & quando Pensionarius præferatur cæteris creditoribus super fructibus beneficii.*

110 *Quid si concurrat creditor quantitatis liquidæ, & alius quantitatis illiquidæ.*

111 *An creditor Societatis in bonis ejusdem Societatis cæteris creditoribus præferatur.*

112 *Quando jus anterioritatis per novationem amittatur.*

113 *An, & quando locator super fructibus, ac bonis invectis, & illatis in re locata præferatur creditoribus conductoris, & n.114.115. & 116.*

117 *Quid si anterior creditor ad instantiam posterioris creditoris ante exequutionem citatus fuit, & non docuit de suo jure.*

118 *Quando cæteris creditoribus præferatur Marescalcus, custos animalium, Hospes, vendens herbas pro pascendo grege, negotiorum gestor, Procurator, & Advocatus, & n.119.120. & 121.*

121 *Dominus tenimenti ex statuto artis Agriculturæ Urbis agere potest pro affictu contra subconductorem.*

122 *Quid si prior creditor negaverit bona, quæ possidet, fuisse in debitoris dominio.*

123 *Jus offerendi an, & quando debitori, ac posteriori creditori contra anteriorem competat, & n.124.125.126.127. 128.129.131.134.136.137.138. & 139.*

126 *An, & quando creditor possit vendere pignus.*

Quando subhastatio, & deliberatio sint nullæ, ibidem.

128 *Quando præsens, & tacens censeatur consentire.*

130 *Quando creditor teneatur cedere jura, & quando competat exceptio cedendarum actionum, & n.135.*

An per exceptionem cedendarum executio obligationis cameralis retardetur, ibid.

132 *Quando fidejussor agere possit contra alios fidejussores, & quando non, & n.133. & 134.*

139 *Depositum qualiter fieri debeat.*

140 *Quando depositum repeti possit a debitore.*

141 *Quando Mercatores Urbis præferantur cæteris creditoribus.*

142 *Quid si creditor posterior utatur beneficio compensationis.*

143 *An secundus creditor præferatur in pignore sibi dato a debitore.*

144 *Quid si plures creditores simul, & eodem tempore contraxerunt.*

CAPUT ULTIMUM.

Quando prior tempore, potior sit in jure.

Regula est, quod is, qui prior est tempore, potior et- 1
iam in jure censetur, *cap. qui prior, de Reg. Jur. in 6. l.*
si fundum, cod. qui potior. in pign. hab. quorum textuum dis- 2
positio procedit in creditore priore in hypotheca, non au-
tem in credito tantum, quia prioritas hypothecæ attenditur,
Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 22. num. 20. Gait. de credit. cap. 4. qu.
11. num. 1195. per textum in leg. creditor, qui prior, §. si primus,
ff. qui potior. in pign. hab. etiamsi hypotheca sit tantum taci- 3
ta, quia si est anterior, præfertur etiam posteriori expressæ
etiam respectu fisci, *l. si pignus, ff. Qui potior. in pign. hab. gloss.*
in l. assiduis, in ver. licet anteriores sint, vers. nam & privatus, cod. eod. tit. Negus. de Pignor. 4. membr. 2. p. num. 98. Mantic. ubi supra n. 32. Gratian. disc. for. c. 730. nu. 20. Rot. in Romana
pretii officii 8. Junii 1629. coram Coccino, & in Rom. Pecuniar.
23. Januar. 1636. coram Card. Pancirolo, prout refert Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 1. q. 2. n. 8. & q. 4. n. 28. & qu. 7. ubi dicit,
quod hypotheca tacita habet eadem commoda, quæ habet
expressa.

Amplia 1. etiamsi prioritas temporis consistat in hora, 4
vel momento, *gloss. in cap. duobus, ver. si non appareat, de Rescript. in 6. & in cap. si a sede, ver. nec appareat, de præb. eod.*
lib. ubi, quod in beneficio duobus collato eadem die, præ-
ferri debet qui in hora præcedit, *Bald. in leg. Imperator, in p.*
lect. n. 4. ff. de Stat. hom. & in l. præscriptione, n. 15. cod. si con. jus,
vel util. publ. latè Menoch. de Arbitr. Jud. cas. 48. n. 1. & seq. ubi,
quod ratione horæ, vel momenti unum rescriptum alteri
præfertur, *Ursil. ad Afflict. dec. 387. n. 5. Decian. in c. pastoralis,*
num. 16. & 17. de Rescrip. Negus. 2. memb. 5. par. num. 45. vers. nisi
secundùm eum, Genc. de censib. p. 2. c. 2. quæst. 5. art. 9. numer. 43.
unde si in eodem instrumento eadem res duobus obligata sit
per diversa, ac distincta capitula, nominatus in primo ca-
pitulo potior in pignore habetur: quia tunc tot contractus
censentur, quot sunt pacta, *secundùm Ang. in auth. de Hæred. & falc. §. etenim, & alios apud Pacif. de Salv. interd. insp.*
3. c. 2. num. 439. & seq. Merlin. loco cit. qu. 4. n. 21. Negus. de pignor.
2. memb. 5. p. num. 45. Gratian. discep. for. cap. 586. n. 33. quamvis
contrarium videatur verius *per doctrinam Bart. in leg. contractus, n. 4. cod. de fid. instr.* ubi dicit, quod antequam partes ha-
beant contractum pro perfecto, & absoluto, ex verbis pri-
mò dictis neutris aliquid jus quæritur, *& ita sensit Bald. ibidem, n. 12. Mantic. de Tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 22. n. 4.*
ubi alios refert.

Verùm, si manu ejusdem Notarii eadem die duo, vel 5
plures contractus sint celebrati, tunc primus in ordine scri-
pturæ præsumeretur prior, nisi aliud obstet, *Pacif. de Salv.*
interd. insp. 3. cap. 2. num. 481. Negus. de pignor. 2. par. membr. 2.
num. 109. Merlin. d. lib. 4. tit. 1. q. 4. num. 11. 12. 45. & seq. ubi citat
Jas. Bolognet. & Barb. in leg. 1. ff. sol. matr. Cott. in memorab. in
ver. actus, Peguer. decis. 48. numer. 3. Lazar. tractat. de Momen. cap. 18. numer. 8. & sequ. quibus adde Menoch. de Arbitr.
jud. cas. 187. num. 52. Fontanell. de pact. nup. claus. 1. num. 15. &
seq. ubi, quod quando agitur de pluribus instrumentis con-
fectis a diversis notariis, tunc illud præsumitur prius con-
fectum, quod horam certam habet; secus ubi omnia fue-
runt confecta ab eodem Notario: quia in tali casu ordo
scripturæ attendendus est non obstante horæ appositione,
& hoc

& hoc quidem procedit inter personas privatas non privilegiatas; secus si inter cæteros contractus adesset instrumentum personæ, vel causæ privilegiatæ; qoia tunc præsumptio prioritatis esset pro causa privilegiata; unde instrumentum dotis tanquam privilegiatum præsumeretur in tali casu anterius instrumento mutui, vel alterius similis contractus non privilegiati, *Ursell.conclus.119. numer.25. Neguf. dict.2. mem.5.par.num.45. per leg.in ambiguis, ff.de jur. dot.* idem dicendum est, si concurrat causa pia, vel libertatis, aut fisci, *ut tradunt DD.apud Merlin.d.q.4.n.26.& seq. Mantic. de Tacit.lib.11.tit.25.num.19.& 20.Tiraquel.de privil. piæ causæ privil.126.*

6 Notandum tamen est, quod si eodem die instrumentum dotis, & fisci scriptum sit hypotheca dotis anterior præsumitur, quia dos in hypothecis habet potentius privilegi um, quàm fiscus, *ut dict. Mantic. dict.lib.11.tit.26.num.4. & 5. post Bald.in l.dotis, cod.de jur.dot. Neguf.de pignor.2 par. memb.4. num.109.*

7 Notandum 2. quod si producantur duo testa menta eodem die confecta, nec appareat de prioritate, neutrum valet: nisi in altero eorum essent instituti venientes ab intesta to, & in altero extranei: quia tunc valebit illud, in quo venientes ab intestato instituti sunt, *Bart.in l.1.§.non autem, ff. de bon.poss.secun.tab.* idemque dicendum, si in uno esset instituta pia causa, *Afflict.dec.387.n.6.*

8 Notandum 3. quod hypotheca contracta a procuratore non retrotrahitur ad diem mandati: quia tempus contractus inspicitur, *l.qui absenti, ff.de acquir.poss.Rui.cons.5.nu.6.lib.1. Natt.cons.315.n.1.Curtius jun.cons.74.n.9.Mantic.de Tacit.lib. 11.tit.22.num.17.*

9 Sed quid, si pro una parte constat de eadem die, & certa hora, pro altera parte solùm apparet de eadem die? Resp. quod aut is, qui probat de eadem die reperitur in possessione, & tunc non debet privari, licèt alter probet de certa hora ejusdem diei; quia quamvis hora certa sit, non infert necessariò prioritatem: potuit enim esse posterior, ex quo alter probat de eadem die, *c.si a sede, de præb.in 6. Dec. in c. pastoralis, n.18. de rescript. Neguf.de pignor.2.memb.5.p.num.31.in fin.Mantic.d.lib.11.tit.22.n.15.* aut nullus possidet, vel uterque prætendit, se possidere, & tunc præfertur ille, qui probat de certa hora: quia talis probatio videtur magis certa licèt necessariò non concludat, *Dec.in dict.c.pastoralis, nu.19. Gait.de credit.c.4.n.1863.Gratian.disc.for.c.742.n.78.& seq.ubi, quod hæc est receptissima opinio, Duran.dec.29. n.2. & alii apud Merlin.d.lib.4.tit.1.q.4.n.33.& seq.* ubi ampliat, hoc procedere etiam adversus causam privilegiatam, *Menoch.de arbit. jud.lib.2.cas.48.n.26.*

10 Observa tamen quod si a sede Apostolica, vel Legato ipsius uni, & ab Ordioario alteri, eodem die idem beneficium conferatur, in dubio is, cui sedes ipsa contulit, vel Legatus erit alteri præferendus, *dict. cap.si a sede, de præben. in 6.*

11 Observa 2. quod si concurrant duo creditores ejusdem diei hypothecarii, nec ullo modo constet, quis eorum in hora, vel momento temporis sit anterior, tunc propter incertitudinem ambo sunt immittendi in possessionem bonorum debitoris, *Neguf.d.2.mem.5.p.n.31.versus fin.* subdens, quod inter ipsos creditores melior erit conditio possidentis, *per leg.si quis a multis, ff. de noxal. idem voluit Pacif. de salv. interd.insp.3.cap.2.n.432. Merlin.dict.lib.4.tit.1.q.4.n.23.& qu. 12. num.3.*

12 Observa 3. quod si io instrumento exprimeretur hora ultima diei, veluti vigesima quarta, verisimile est, aliod instrumentum, quod sine hora scriptum est, prius fuisse conscriptum, *ut rectè advertit Mantic.d.l.11.tit.22. n.13. vers.secundò est advertendum.*

13 Amplia 2. ut regula prædicta procedat etiam quoad eos, qui diversis temporibus reportarunt cessionem nominis debitoris a creditore: tunc enim primus cessionarius quoad partem sibi cessam præfertur: quia qui primo loco cessionem obtinuit prius hypothecæ jus contra debitorem acquisivit, locumque præoccupavit, cum cessio in incorporalibus sit loco traditionis, *l.fin.ubi glos.cod. Quan. fisc.vel privat.* quod etiam ex tacita mente cedentis colligitor: nam quando creditor cedit aliis, videtur cedere tantùm reliqua jura contra debitorem, deducta, ac detracta prima cessione, *Merlin. de pignor.lib.4.tit.1.q.11.Jo: Franc.a Ponte dec.34. n.25. contra Gait.de credit.c.4.n.1842.* quod proculdubio procederet, si utraque cessio facta fuerit de toto credito, quia tunc primus cessionarius omnino præfertur secundo, *ut post Franc. decis. 75.sensit Gait.loco cit.n.1845.*

14 Amplia 3. in creditore sub conditione casuali, vel mixta; nam ea purificata præfertur aliis creditoribus, qui medio tempore pendente conditione, purè contraxerunt, *Ciriac.contr.193.num.10.Gratian.disc.for.cap.856.nu.19.& sequ. Rot.dec.419.n.4.& seq.p.4.to.2.recent.* quod procedit etiam in legatis conditionalibus tam speciei, quàm in quantitate consistentibus, *latè Rot.dec.17.p.7. recent.* ubi, quod in hujusmodi legatis hypotheca legalis incipit a die mortis testatoris, non autem a die purificatæ conditionis; ratio est quia conditio casualis, vel mixta retrotrahitur ad ioitium contractus: qnicquid aliud sit in conditione potestativa, quæ retro non trahitur, & ideo tunc tempus existentis conditionis inspicitur, *l.1.& l.potior, ubi Bart.ff. Qui pot.in pign.hab.* quod intelligendum est de cooditione potestativa, quæ pendet ex potestate promissoris non autem de illa, quæ pendet ex potestate creditoris, & invito debitore impleri potest: hæc enim cum primùm existit, ad initium contractus retrotrahitur, sicut conditio casualis, *leg.qui balenum, §.amplius, ff. eod.tit. Mantic.de Tacit.lib.11.tit.33.num.28.& lib.14.titul.36. num.19.*

Amplia 4. ut anterior creditor præferatur quoque venditori in ipsamet re vendita, qoando venditor habuit fidem de pretio, *Gait.de cred.c.4.numer.1215.Cepol.caut.124. Cancer. var.par.1.cap.13. num.3.* ubi dicit, quod habere fidem de pretio, nihil aliud est, qoèm credere emptori præsentem pecuniam non habenti, quod ni solvet, *Ursel.concl.119. nu. 8. Neguf.de pignor.2.mem.5.p.n.9.& 18.vers.tamen &c.* censetur autem venditor habere fidem de pretio, si rem simpliciter tradat, seu terminum ad solvendum dederit: tunc enim statim transfertur dominium rei venditæ, *l.quod vendidi ff. de contrah.empt.§.venditæ verò res, ubi glos. communiter recepta in ver.fidem emptoris, instit.de rer.divis.* etiamsi dicatur, confido de te usque ad decem dies, quibus elapsis nolo amplius habere fidem de pretio, *secundum gl.pen.in l.incivile, C. de Rei vendic. Ang.in d.§.venditæ verò res, nu.1.* quamvis in hoc contrarium sentiat *Cancer.loco cit.* 15

Limita, ubi in ipso contractu, vel traditione rei venditor in re vendita reservavit sibi dominium, vel hypothecam specialem, vel apposuit pactum solutivum ipsius contractus: quia cum in his casibus non censeatur translatum dominium in emptorem, venditor tanquam Dominus in ipsa re vendita præfertur cæteris creditoribus, *Ursell.loco cit. Altograd. cons.9.num.62.& seq. Cephal.cons.131.num.1.& sequ. Neguf. de pignor.4.par.num.35.& seq.& par.5. memb.2. num.9. Rot. decis.107.num.2.& sequ. par.3. recent.* qnod procedit, etiamsi dominium per antecedentes claosulas in eodem instrumento priùs fuerit translatum: quia subseqoens dominii reservatio impedit, nè jus quæratur anterioribus, nisi soluto pretio venditori promisso, *Anchar.cons.434.num.3.Soc.cons. 273.num.4.lib.2. Rot.in Segninæ Castrorum, 13. Novembris 1623. coram Coccino, prout refert Merlin.d.lib.4.titul.1.q.41. num.75.& seq.* cum enim hujusmodi reservatio sit incontinenti apposita in eodem instrumento, dicitur ipsi contractui inesset anquam pars intrinseca, & formalis, *Rot.dec.194.n. 30.p.5. Recent.* 16

Idem dicendum, si emptor simulavit habere in promptu pecuniam, cum tamen non haberet, vel quando asportantur merces per emptorem associatum a famulo venditoris; quia tunc ex traditione non transfertur dominium in emptorem, *glos.in d.l.quod vendidit, Alex.in l.si cum dotem, §.fin. n. 5.solut.matr.Neguf.d.p.5.mem.2.n.9.in fin. Merlin.d. lib.4.q.41. num.10.* quod procedit, etiamsi pars pretii fuerit soluta: quia quaodo non est habita fides de pretio requiritur solutio iotegra nec solutio partis suffragatur, *Rot.dict. dec.107.num.5.p. 3. Recent.* 17

Item non censetur habita fides de pretio, si contractus fiat cum personis ignotis, vel cum factoribus, seu ministris mercatorum, vel in nundinis, in quibus de consuetudine pretium statim solvitur, *Gizzarell. decis.40. Gail.observ.15. num.8.lib.2. quos refert Gait.de credit.cap.4.num.1217.* vel si emptor statim fugam arripuit, vel post paucos dies, putà tres, vel quatuor cessit bonis; tunc enim in odium, & pœnam doli, & fraudis dominium non censetur translatum, nec habita fides de pretio, *Bald.in leg.si cum dotem, §.fin.sol. matrim. Alex. ibidem numer.5. Cepoll.caut.124. & alii apud Merlin.de Pignor.lib.4.tit.1.qu.41.num.14.Gratian. discep.for. cap.953.num.16. Mantic.de Tacit.lib.4.tit.21.num.9.* ubi dicit, quod in hoc sufficiunt conjecturæ: quemadmodum nec censetur habita fides de pretio, si venditio fuerit conditionalis, & conditio purificata non sit, *Rota dicta dec.107. par.3. Recent.* subdens, quod in dubio non præsumitur habita fides, quamvis contrarium sentiat *Alexan.in l.si cum dotem, §.fin. num.5.ff.solut.matrim.Merlin.dicto lib.4.qu.41. n.11. & seq.* idem esset, si fuerit conventum in ipso contractu venditionis domus, seu alterius rei fructiferæ, ut donec pretium 18

solvatur, emptor teneatur ad præstationem annuam affictus nomine solvendam: nam neque in tali casu censetur habita fides de pretio, quia traditio non fuit facta ad effectum transferendi dominium, sed dandi nudam detentionem conductori convenientem, *Socin.jun.cons.66.num.5.& 6.lib.2.Magon.dec.Flor.91.num.8. & Lucen.31. num.13. & sequ. Surd. decis.305. num.39.& 40. & alii apud Altograd. cons.9.num. 20.& sequ.* quod procederet, etiamsi præcesserit clausula constituti, per quam dominium transfertur, *jux.leg. quod meo ff.de Acqu.poss.* quia clausula hujusmodi, & similes intelliguntur ex mente contrahentium collatæ in tempus, quo finita erit locatio, id est in tempus soluti pretii, *latè Alex. cons.121. lib.5.*

19 Notandum est etiam, quod si venditio fiat cum manus injectione, tale pactum afficit rem ipsam, & potest auferri a quolibet successore, & possessore etiam particulari, ita ut creditor in tali casu præferatur aliis creditoribus anterioribus etiam privilegiatis, *Bald.in l.Titius,ff.de ser.export.Gratian.disc.for.c.730.n.1.& c.953.n.4.* ubi etiam dicit, quod reservatio dominii, & specialis hypothecæ, habet vim hujusmodi pacti.

20 Addit *Merlin.de Pignor.lib.4.q.203.n.1.* quod quando una, & eadem res venditur duobus, is præfertur, cui prius res tradita est *juxta l.quoties, cod.de Rei vendic.*

21 Limita 2. ubi emptor in ipso contractu paciscitur cum venditore, ut pretium solvendum investiri debeat cum speciali hypotheca ad sui favorem, & cum pacto, ut non quæratur jus aliis creditoribus: tunc enim emptor in rebus ea sua pecunia emptis habet prælationem etiam contra anteriores, *leg.licet, ubi Doctores cod.qui pot.in pign. hab. Burat. dec. 62.num.4. ubi Add.num.9.* quod in pupillo procedit, etiamsi specialis hypotheca reservata non fuerit *per textum in leg. idemque, ff.Qui pot.in pign.hab.* cujus dispositio procedit etiam in Ecclesia, quæ pupillo comparatur, *ut in d.glos. communiter recepta in l.liberos, cod.de Excus. Tut.* unde Ecclesiam, & pupillum antiquiori creditori etiam expressam hypothecam habenti in re empta, seu restaurata cum eorum pecunia esse præferendos, tradunt *omnes in c.inquirendum, extr.de Pecul.cleric. Negus.de Pignor.p.2. num.4.n.163. Afin.de exec.§.7.c.26.n.7.& 8. Mozz.de contract.tit. de Pign. & hypoth. rub.de natural.pign.n.47. Montan.de Tutel.eff.4.n.7.Rip.in l.1. n.16.ff.in quib.caus.pign.vel hypoth.tacit.contr.Genuens.in tract. de Eccles.q.283.n.1.& seq.& alii apud Gratian.disc.for.c.955.n. 9. & seq.*

22 Idem dicendum, si debitor a secundo creditore mutuam accepit pecuniam, & ea ea fundum comparavit, & convenit, ut illud prædium ei esset obligatum: quia potior erit secundus, *per dictum textum in leg.licet, ut ibid. notat gloss.*

23 *Mantic.de Tacit.lib.11.tit.25.num.12. & 13.* ubi dicit, quod præfertur etiam fisco, *Ursell.conclus.119.num.27. Gratian. c. 964.num.23.* Immò si fuerit conventum inter emptorem, & venditorem, ut res empta sit specialiter obligata pro aliquo debito ipsius emptoris, veluti pro dote uxoris, ita ut præferatur omnibus aliis etiam anterioribus creditoribus, qui in bonis ipsius emptoris generalem habent hypothecam, tale pactum in eorum præjudicium valet, sive factum fuerit ante traditionem, vel in actu traditionis, *ut dicit Negus. de Pignor.par.4. num.34. Mantic.de Tacit.lib.11.titul.23.numer. 30. Pacif. de Salv.interd.insp.3.cap.2. numer.510.& sequent.* sive post traditionem, seu in fine contractus dummodo id fiat incontinenti, & antequam contractus fuerit absolutus, hoc est antequam contrahentes divertant ad actus extraneos: nam quæ incontinenti fiunt, non dicuntur, addita, sed inesse, *l.jurisgentium §. quinimò, ff. de Pact. Merlin. de Pignor.lib.4.tit.1.q.23.num.21.& seq.* ratio est, tum quia venditor, qui est Dominus rei potest eam ponere legem, quæ sibi placet, *lege in traditionibus ff.de Pact.* tum quia licet debitor non possit præjudicare juri quæsito aliis creditoribus, tamen juri acquirendo potest præjudicare, *l.qui autem, ff.Quæ in fraud. cred.*

24 Addit *Rom.cons.40.n.6.Negus.p.5.mem.2.num.15.Socin.jun. cons.10.n.7.lib.3. Mantic.dicto lib.11. tit.23.num.21.* quod si pecunia credita fuit expressè ad rem emendam, mutuator præfertur anterioribus creditoribus etiam non reservata sibi speciali hypotheca: quamvis contrarium sentiat *Gait.d.cap. 4.num.1198.& communem dicit Surd. de alim.tit.8. privil.48.*

25 *num.4.* subdens, quod si quis mutuavit Patrifamil. frumentum, vel pecuniam, quibus familiam suam inopia laborantem sublevavit, isque non sit solvendo, filii, qui ea ea pecunia aliti fuere, tenentur solvere, *Arg.l.2.§.æquissimum, ff.ad l.Rhod.de Iac.*

26 Notandum est etiam, quod emptor solvens anterioribus creditoribus venditoris absque alia jurium cessione, si possideat, retentionem habet, quæ sufficit ad impediendam immissionem per alium creditorem posteriorem petitam, *l.qui a debitore, ff.Qui pot.in pign.hab. Mantic.dec.69.n.3.Gratian.disc.for.c.734.num.18.Merlin.d.lib.4.qu.44.num.8. Ursell. concl.119.num.53.*

27 Observa tamen, quod in tali casu emptor non succederet in locum primi creditoris quoad effectum, ut illi acquiratur actio hypothecaria: quia ad hunc effectum ultra actualem pecuniæ solutionem requiritur cessio prioris creditoris, & quod ita actum sit cum debitore, seu debitoribus, *Mantic. dec.69.n.3.Ferentill.ad Burat.dec.420.n.5.Penia dec.251.Grat. disc.for.c.963.n.20.*

28 Cessio autem fieri debet in ipso actu solutionis, sive in eodem instrumento, sive in diverso dummodò hoc fiat incontinenti coram eisdem Notario, & testibus, *lege Modestinus, ff.de solut. Ursell.concl.119.num.59. & 60. ubi citat Afflict. dec. 306. Franch.dec.369. Rota in Perusina pecuniaria 24. Januarii 1629. coram Ubaldo*; unde non servatis dictis conditionibus emptor non posset agere contra tertium possessorem, *Grat. dec. March.66.n.8.Mantic.dec.69.num.3.& in tr. de Tacit.lib. 11.tit.29.n.9.& 10.Ursell.dicta concl.119.n.54.* ex quo fit, ut non sufficiat cessio tacita quæ ex ipsa solutione resultat, *quicquid dicat Bart.in leg. Aristo.n.7.ff. Quæ res pign.&c.* nisi primo creditori notificetur, quod pecunia cum hac condicio- 29
ne, seu pacto solvitur: quia tunc censetur tali pacto consentire per receptionem pecuniæ, *Penia dec.251.n.4.& sequ. Ferentill.loco cit.n.5.* Quare si emptor convenerit cum debitore de solvendo anterioribus creditoribus ad effectum subingrediendi in eorum locum, non est necessaria aliqua cessio: quia ipsi creditores hujus pacti scientiam habentes, recipiendo pecuniam, videntur illi consentire, *ut d. Merlin. de Pignor.lib.4.q.59.n.2.*

30 Observa 2. quod retentio competit solùm pro ea summa, quæ creditoribus anterioribus fuit soluta, *juxta l. qui a debitore, ff.Qui pot.in pign.hab.* & ideò si res divisibilis sit, ac sufficiens pro primo, & secundo credito, immissio posteriori creditori non est deneganda, *Rot. apud Cenc. de censib.decis. 128.n.12.in addit.& dec.135.n.15.& dec.138.n.27.& seq.p.6.recent.Merlin.de Pignor.lib.4. q.44.n.16.& 17.* ubi dicit, quod in tali casu conceditur possessio pro indiviso: quia possessio plurium pro indiviso diversis respectibus possidentium est compatibilis, *l.3.§.ex pluribus, ff.de Acquir.poss.* quemadmodum fideicommissario petenti restitutionem hæreditatis datur etiam immissio pro indiviso cum perceptione fructuum adversus hæredem gravatum, cui competeret detractio legitimæ, aut alia, quæ sit certa ratione quotæ, *Rot. d.decis. 318.n.30.p.6.recen.& dec.7.n.10.& dec.25.n.5. apud Merlin. de legit.* quod etiam servatur in petente rem communem, *Rot. d.dec.318.n.30.*

31 Unde emens a debitore fundum pretio aureorum mille, quorum partem, putà aureos quingentos solverit ipsimet debitori, & alios quingentos creditoribus anterioribus, ipsius debitoris, potest quidem retinere fundum pro summa aureorum quingentorum soluta creditoribus anterioribus, in qua eosdem creditores anteriores repræsentat; sed quoad reliquos quingentos non poterit excludere secundos creditores cum in hac parte emens censeatur tertius possessor, & ultimus creditor, *Rot.dec.294.n.14.p.1.in recent.& dec.559.nu.5. eadem p.1.Card.Cavaler.dec.653.n.5.* ubi dicit, quod si aliud supersit, ex quo commodè omnibus satisfieri possit, pro illius rata datur actio secundo creditori, *latè Rot. d. decis.128. apud Cenc.in addit.* ubi, quod quando res pluribus creditoribus successivo tempore est hypothecata, potest posterior agere ratione suæ hypothecæ, quatenus rei hypothecatæ valor excedit creditum primi creditoris: nec tenetur in tali casu offerre pretium anteriori creditori solutum, *ut post Romshegal.de duob.reis in l.9.n.282.observat Pacif.de Salv. interd. insp.3.c.2.n.438.*

32 Observa 3. quod si emptor liberè, & absque ullo pacto pretium solverit venditori, non posset retentionem prætendere, etiamsi pretium deinde conversum fuerit in extinctionem anteriorum creditorum, quia pecunia in tali casu transit in dominium venditoris; & ideò dum venditor eam tradit anterioribus creditoribus, non dicitur solvere de aliena pecunia, sed de propria, *Jo: Franc. a Ponte cons.87. a nu. 4. usque ad fin. Magon. dec. Floren.59.numer.14. Rota apud Merlin. de Pignor.dec.93.num.12. & 13. ubi reprobatur Mant. contrarium sentiens in tract.de Tacit.& ambig. convent. lib.11. tit.29.num.5.*

Observa 4. quod si unus ex tutoribus solvat debitum pupillo, habet utilem actionem contra alium contutorem pro sua rata absque cessione pupilli, *l.1.§. si pupillis, vers. nunc tractemus, ubi gl.ff. de Tutel. & rat.distr. Merlin.*

lib. loco citat. quæstion. 70. numer. 20. ubi alios refert.

33 Observa 5. quod dispositio *d. leg. Modestinus*, quatenus in ea statuitur, quod non valet cessio post solutionem facta, non procedit, quando solvens non intelligit aliorum obligationes extinguere, *Rota dec.41.num.21.& seq. par.6.recent.* ubi exemplificat in fidejussore solvente; unde etiam post solutionem cessio jurium peti potest, quando solutio facta fuit cum reservatione cessionis jurium, vel cum protestatione: quia sufficit probare, solutionem fuisse factam alia intentione, quam ut jura extinguantur, *Surd.consf.183. Guerb.decis. 57.num.2.Ferentill.ad Burat.dec.470.num.8. Merlin.de Pignor. dicto lib.4.q.61.num.6.& 7. Gratian discep.for.cap.286. num.5.* & quando deficeret actio ad petendam cessionem, succurritur solventi ex æquitate per officium Judicis, *Gratian. cap. 793. num.20.& 22. Fontanell. decis.Catal.216.num.5. Merlin. loco cit. quæst.75.num.7.* immò dictam *leg. Modestinus*, correctam esse *per l.cum is, ff.de fidejuss.* sensit *Rot.d.dec.41. nu.24. p.6. recent.*

34 Observa 6. quod in fructibus ab emptore, vel alio bonæ fidei possessore perceptis, & jam consumptis creditor anterior nullum jus habet: quamvis secus sit, si adhuc extarent, vel percepti fuerint a malæ fidei possessore *Neguf. de Pignor.p.2.mem.2.n.7. & alii apud Gait.de credit.c.4.nu.1069. & 1832.*

35 Limita 3. ubi creditor anterior haberet tantum personalem actionem, & secundus creditor haberet hypothecariam, quia tunc posterior præfertur anteriori *l. eos, qui, ubi DD. cod. qui pot. in pign. hab.* quod procedit, etiamsi creditori anteriori in personali postea supervenerit hypotheca: quia nihilominus secundus præfertur, *Mastrill.dec.26.num. 3. Pacif.insp.3.c.2.num.520. Merlin.de pignor.lib.4.tit.1.q.22.n. 66. & 67.*

36 Observa tamen, quod in mercibus ad societatem datis præfertur creditor mercium etiam simplex chirographarius, *ut d. Merlin.d.lib.4.tit.1.q.14.n.5.*

37 Observa 2. quod creditores defuncti debitoris etiam chirographarii præferuntur creditoribus hæredis etiam hypothecam habentibus in bonis ejusdem hæredis, si intra quinquennium post aditionem numerandum petierint separationem bonorum defuncti debitoris: quo casu creditores hæredis quantumvis privilegiati nullum jus habent in bonis defuncti, nisi postquam ejusdem defuncti creditores satisfacti integrè fuerint, *lib.1.ff.de Separat.Card.decis.301.num.3. & 4. Card.Cavaler.dec.41.num.3.Altograd.cons.4.n.14.Fontanel. de pact.nupt.claus.4.glos.9.par.2.num.51.* quemadmodum in bonis hæredis præferendi sunt creditores ipsius hæredis etiam posteriores: quia hæres non potuit adeundo præjudicare juri eorumdem creditorum, *Merlin.de Pignor.d.lib.4. tit.1.qu. 35.num.11.*

38 Limita 4. quando primus est creditor ex scriptura privata non subscripta a tribus testibus, & secundus est creditor ex instrumento, seu scriptura publica, quia tunc etiam secundus præfertur primo, *leg.scripturas, & auct.si qu. is, C. Qui pot. in pign. hab.* secus si scriptura privata trium testium subscriptione munita sit, quia tunc publico instrumento posteriori præfertur, *dict.leg. scripturas, in fin. ubi DD. communiter.* Idem dicendum est quando duo tantum testes essent subscripti, & adessent alia adminicula majoris ponderis, & auctoritatis, quàm unus testis tantum: quia tunc scriptura privata operaretur etiam in præjudicium illius, qui haberet publicum instrumentum posterius, *ut post Fulgos.consil.133. column.2.tradit Gabr.commun.opin.lib.1. tit.de probat.concl.10. num.15.*

39 Notandum est autem, quod ad effectum ut is, qui privata scriptura nititur, gaudeat privilegio anterioritatis contra creditores instrumentarios, & hypothecarios, ultra subscriptionem trium testium requiritur subscriptio utriusque contrahentis in contractu ultro citroque obligatorio; licèt in scriptura, in qua unius dumtaxat obligatio continetur, sufficeret subscriptio solius obligati, seu debitoris, *Gabr. loco cit.tit. de Probat.concl.19.Genua de scriptur.privat. libr.1. qu.ult.conclus.3.num.36.& seq.* subdens, quod scribens inter ipsosmet testes connumerari non debet. Secundò testes debent esse omnes virilis sexus: mulieres enim inhabiles reputantur, *ex d.l.scripturas ibi, nisi fortè probatæ, atque integræ opinionis trium, vel amplius virorum, subscriptiones &c.* Tertiò testes, qui se subscripserunt privatæ scripturæ, quando illa negatur, recognoscere debent suas subscriptiones. Quartò illi tres testes, qui se subscripserunt, debent esse probatæ, atque integræ famæ, videlicet optimæ opinionis, & ista qualitas debet probari, *secundum Neguf. de Pignor. 2. mem.5.p.n.47.vers.tertio requiritur, Mantic.de Tacit.lib.11.tit. 24.n.9.& seq.Crav.de antiqu.temp.p.1.§.Quæritur, n.36.& seq.*

Antonell. de Tempore.

quamvis contrarium in hoc senserit *Rota apud Fenzon. decis. 48.* ubi, quod non est necessariò probanda integra testium fama, quia sufficit, quod tales a jure præsumantur. Quintò cum prioritate scripturæ concurrere etiam debet prioritas hypothecæ, *juxta textum in l.eos, qui, cod.Qui pot.in pign.hab.* Sextò in hujusmodi recognitione citandi sunt creditores instrumentarii posteriores, *ut tradunt DD. apud Gait. de cred. c.4.n.1534.* Septimò necesse est, ut testes cognoscant contrahentes scribentes, seu subscribentes, *latè Genua.ubi supra, num.17.& 18.*

40 Observa tamen, quod dispositio textus *in d.l.scripturas*, cessat cessante suspicione fraudis, & antidatæ: qua sublata nulla est differentia creditoris chirographarii, & creditoris instrumentarii in hypotheca, *Bart.in d.l.scripturas, num.3.* ubi dicit, quod si debitor confessus fuerit in judicio se antea hypothecasse, prout in scriptura privata continetur, quàm ipse contraheret per publicum instrumentum, tunc talis scriptura privata præfertur publico instrumento: *latè Gabr. comm.concl.lib.1.tit.de Prob.concl.10.n.9.& seq.Gratian. discep. for.c.391.n.7.& seq.& c.964.n.28.Mantic.de Tacit.lib.11.titul. 24.n.4.Burat.dec.719.num.8. Millin.decis.147.num.1. & sequ.* ubi dicit; quod dispositio, *d.leg.scripturas*, non habet locum quando veritas probatur ex testibus, qui fuerunt præsentes, & ex aliis documentis, *Rot. apud Fenzon. ad Stat. Urb.dec.48.& coram Seraph.dec.879.nu.2.& seq.* ubi, quod ad excludendam fraudem admittuntur etiam adminicula, *& coram Cavaler.dec.446.num.7.& apud Pacif. de Salv. interd.dec.53.n.7.*

41 Hinc infertur, quod si ex forma statuti libri mercatorum, seu Artificum habeant executionem paratam sicuti publica instrumenta cum privilegio hypothecæ præferuntur in tali casu publico instrumento posteriori: quia ex successiva partitarum descriptione excluditur præsumptio fraudis, & antidatæ, *Neguf.de Pignor.2.mem.5.p.n.47.vers.modò dubitatur. Merlin.eod.tra.lib.4.tit.1.q.15.n.31.Genua. de scriptur. privat. lib.1.q.16.concl.2.n.28.*

42 Observa 2. quod si aliqui ex testibus subscriptis decesserint, eorum recognitio non videtur necessaria, cum fieri nequeat: & ideò qui supersunt, supplere possunt recognoscendo suas, & defunctorum subscriptiones, *Cephal.consil. 270. Mantic.de Tacit.dict.lib.11.tit.24.num.11.Genua. d.lib.1. q.ult.in 3.concl.num.62. & seq. Rota apud Merlin. de Pignor. decis.17.num.6.* & si omnes testes fortè decesserint, tunc juvari potest scriptura comparatione litterarum, *Cravet. de antiquit.temp.p.1.§.Quæritur, num.54.* quod intellige, dummodo alia adminicula concurrant, ex quibus arbitrio Judicis fraus omnis excludatur, *Seraph. dec.679.num.3. & sequ. Gabr.loco cit.d.concl.10.num.12.* ubi dicit, quod unus testis de veritate unà cum alio teste, qui probet, se vidisse scribi cedulam, vel etiam concurrente comparatione litterarum, plenè in hoc casu probaret, *Rot.apud Merlin.d.dec.17.a num. 5. & apud Fenzon. dec.48. vers. verum &c.* ubi, quod non est necesse, ut omnia requisita *dict.l.scripturas*, ad unguem serventur.

43 Observa 3. quod dispositio *d.l.scripturas*, non habet locum, quando creditores sunt omnes chirographarii, tunc enim primus præfertur, quamvis præcisè illa solemnitas non concurrat, *gl.in d.l.scripturas, in ver.suum, in fin.Rot. apud Merlin.de Pignor.dec.17.n.13.idem Merlin. d.tract.lib.4.tit.1. q.15.n.10.33.& seq.Genua.de scrip.privat.lib.1.q.ult.concl.3.nu. 108.& seq.*

44 Observa 4. quod dispositio *d.leg scripturas*, requirentis subscriptionem trium testium locum habet, quando contractus excederet libram auri, aliàs sufficiunt duo, *juxta tex.in l.ubi numerus, ff.de Testib.& ita tenuit Alex.cons.181.n. 5.vers.secundò respondeo, lib.2. per textum in auct. at si contractus, cod.de fid.instr.in & Auct.de instr.caut. & fid.§.fin.* libra verò septuaginta duobus solidis, seu aureis antiquitus constabat, hodie verò nonaginta sex aureos continet, *ut d.Bart. in Rubr.de veter.numism.pot.lib.11.* vel secundùm alios centum, & septem, vel centum & viginti, *vide Grat. disc.for. c.51.num.1.& seq.*

45 Limita 5. quando res obligata primo creditori obligatur secundo de voluntate primi: quia tunc secundus erit potior primo, & ei præfertur, *l.creditor, 12.§.fin. ubi glos. Bart.& Bald.ff.Qui pot.in pign.hab.Neguf.de pignor.2. mem.5.p. nu.30. Merlin.d.lib.4.tit.1.q.18.n.3.& seq.*

46 Limita 6. ubi primus creditor haberet specialem hypothecam in quibusdam bonis debitoris, & in aliis generalem: tunc enim ex æquitate tenetur excutere bona specialiter obligata, & si ea ad debitum sufficiunt, non potest agere contra posteriores habentes vel specialem, vel generalem hypothecam, *l.2.cod.de Pignor.Merlin.d.lib.4.tit.1.qu.19.& 21.*

Gait. de Cred. cap. 4. num. 1544. Cravet. cons. 77. num. 16. Pacif. de Salv. interd. insp. 3. cap. 3. num. 69. & 70. Surd. dec. 44. num. 1. & seq. Rot. dec. 573. num. 3. par. 3. recent. quod procedit etiam, quando agitur utili salviano, Surd. dec. 44. num. 14. Merlin. loco cit. dict. q. 21. num. 23. quicquid dicat Pacif. loco proximè cit. & etiam in causa dotis, Surd. ibid. n. 5. Pacif. ubi sup. d. n. 70. Rot. dec. 431. num. 2. p. 5. tom. 2. recent. Cravet. cons. 77. n. 16. & est communis opinio, quamvis contrarium sentiat Merlin. d. qu. 21. num. 57.

47 Observa tamen, quod dispositio d. l. 2. cod. de Pign. introducta fuit favore non ipsius debitoris, sed secundi, & posterioris creditoris: & ideo quando agitur contra debitorem, opponi non potest excussionis exceptio, Surd. d. dec. 44. n. 10. Pacif. d. insp. 3. c. 3. n. 83. Zacch. ad Gallef. de oblig. cam. qu. 6. in fin. Merlin. d. q. 21. n. 27.

48 Observa 2. quod dispositio d. l. 2. non habet locum, quando in contractu, seu instrumento adest guarentigia vel obligatio cameralis, vel clausula illa, ita quod specialitas generalitati non deroget, vel quid simile, Pacif. insp. 3. cap. 3. numer. 86. 87. & 88. Gait. dict. cap. 4. num. 1541. Cacheran. decis. 159. num. 7. Zacch. ad Gallef. de oblig. ca. quæst. 6. in fin. Surd. decis. 44. num. 17. vers. plures autem, Rot. dec. 57. num. 2. apud Pacif. & dec. 449. num. 8. par. 3. recen. & in Macera. Salviani 11. Martii 1647. coram Card. Corrado, apud Merlin. de Pignor. dec. 144. numer. 12. idem dicendum, quando hæc exceptio opposita fuit post litem contestatam, est enim dilatoria, & opponi debet ab initio, leg. penul. ubi Sal. & leg. fin. cod. de except. vel si constaret, specialem hypothecam inutilem esse, ut quia eadem res alteri prius fuerit hypothecata, vel quia in ea nullum jus habet debitor, tunc enim cessat quoque dispositio d. leg. 2. ut dict. Surd. d. dec. 44. num 20. & 21. Merlin. d. qu. 21. num. 51. & 52.

49 Observa 3. quod non potest creditor alienare rem magni valoris sibi hypothecatam pro parvo credito: & ideò debitore offerente rem super qua possit satisfieri, debet ad ejus distractionem procedere, interdicta alienatione rei magni valoris, Bartol. in leg. alio, num. 13. ff. de alim. cibar. leg. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. quæst. 21. num. 19. ubi cit. Ann. all. 141. Ric. in Corect. decis. 482. & Novar. apud Ric. decisio. 2498. par. 7.

50 Limita 7. in fisco, qui licèt sit posterior tempore, præfertur tamen anterioribus creditoribus tacitam, vel etiam expressam hypothecam habentibus in bonis acquisitis post obligationem cum fisco contractam, l. si is, qui, ubi Bart. ff. de jur. fisc. Mantic. de Tacit. dict. lib. 11. tit. 25. num. 6. & 7. ubi etiam dicit, quod hoc est privilegium fisci: quia regulariter prior tempore est potior in hypotheca non tantum quoad bona quæsita, sed etiam quoad quærenda, leg. fin. cod. quæ res pign. oblig. &c.

51 Notandum tamen est, quod hoc privilegium habet locum, quando anterior creditor non habet nisi privilegium temporis; secus si haberet duplex privilegium, & ita intelligendus est text. in l. fin. ff. Qui pot. in pign. hab. qui videtur contrarius, ibi enim privatus ultra prioritatem temporis habebat etiam privilegium tutelæ, & ideò præfertur fisco in bonis postea quæsitis, ut notat gl. in d. l. si is, qui ver. respondisse, Bart. ibid. n. 1. Hinc si fiscus cum dote contendat, ei præferri non debet, quia duplex habet privilegium, scilicet tacitæ hypothecæ, & prælationis in tacita hypotheca, juxta l. assiduis, cod. qui pot. in pign. hab. Mantic. d. tit. 25. nu. 11. Cancer. var. p. 1. c. 9. n. 3.

52 Notandum 2. quod eodem privilegio gaudent alii creditores ex causa privilegiata contra creditores ex causa non privilegiata: posteriores enim in tali casu præferuntur prioribus in bonis postea quæsitis, secundum Sali. in l. 2. ff. Qui pot. in pign. Brun. de cess. bon. q. 11. n. 4. & alios apud Merlin. d. lib. 1. q. 24. n. 13. Pacif. insp. 3. c. 2. n. 465. ubi exemplificat in Ecclesia pupillo, & dote.

53 Hinc si venditor pro pretio reservaverit sibi specialem hypothecam in re vendita, non præfertur uxori emptoris, cui prius bona mariti fuerunt hypothecata, licèt præferatur cæteris creditoribus, secundum Spec. in tit. de oblig. & sol. §. 1. nu. 45. Afflict. dec. 306. num. 5. Cephal. consil. 131. num. 3. Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 26. num. 17. ubi dicit, quod mulier ex causa dotis præfertur posterioribus creditoribus, qui crediderunt ad rem emendam, vel renovandam cum pacto expresso, quod res pro eorum credito sit obligata, per textum in §. his consequens, auth. de æqual. dot. Contrarium tamen tenuit coram Cardin. Seraphin. decis. 661. & coram Orano in Romana pecuniaria 4. Maii 1597. & coram Burat. decis. 223. num. 1. & sequ. Ursell. conclus. 119. num. 8. & in fisco dixit idem Mantic. d. lib. 11. tit. 25. num. 12. & 13. nec obstare videtur textus in d. §. his consequens; quia procedit, quando quis simpliciter pecuniam credidit ad rem emendam, vel reparandam; secus si specialem hypothecam sibi reservaverit, quia tunc omnibus præferendus est, juxta leg. licèt, cod. Qui pot. in pign. hab. auth. quod obtinet, cod. de pignor. glos. in leg. assiduis, ver. licèt anteriores sint, vers. vel dic. quod præfertur, cod. qui pot. in pign. hab.

Quare neque præferenda est mulier creditoribus anterioribus expressam hypothecam habentibus super bonis per debitorem quæsitis post contractam tacitam, vel expressam hypothecam dotis, quia dos non censetur privilegiata nisi in casibus a jure expressis, & in non expressis standum est regulæ juris communis dictanti, dotem non præferri creditori expressam anteriorem habenti, secundum communem, & veriorem opinionem, quam sequitur Crot. in l. 1. numer. 24. ubi etiam Marian. Socin. num. 20. Bolognet. num. 68. ff. sol. matrim. & alii, quos refert, & sequitur Gait. de credit. c. 4. n. 102. & seq. de quo latius mox dicemus; idemque videtur dicendum de Ecclesia, & pupillo, ex traditis per Manticam de Tacit. lib. 22. tit. 8. n. 34. ubi dicit, quod Ecclesia in temporalibus utitur jure communi, nisi aliud sit specialiter constitutum, juxta c. 1. de alien. feud. 54

Notandum 3. quod si prior creditor agit contra fiscum tenetur probare, bona fuisse primò quæsitas & si fiscus agit contra primum creditorem, debet similiter probare, quod ea bona postea fuerint quæsita, secundum Bart. in d. l. si is, qui n. 3. ff. de jur. fisc. Negus. 2. mem. 5. p. a. 43. quamvis contrarium sentiat Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 1. q. 24. n. 18. & sequ. ubi dicit, quod privatus agens contra fiscum posteriorem creditorem, non tenetur probare acquisitionem fuisse factam, antequam debitor cum fisco contraxit; prior enim creditor fundatam habet intentionem in regula, qui prior est in tempore, potior est in jure; & ideò fiscus, qui se fundat in exceptione regulæ, debet probare, se esse in casu limitationis, & privilegii, juxta l. 1. ubi Paul. de Castr. ff. de except. 55

Limita 8. in muliere ex causa dotis, quæ sive habeat tacitam hypothecam, sive expressam posteriorem, præfertur anterioribus creditoribus habentibus tacitam hypothecam etiam privilegiatis, l. assiduis, ubi DD. communiter, cod. Qui pot. in pign. hab. item tacita hypotheca dotis præfertur etiam posteriori expressæ, Negus. de pignor. 2. p. mem. 4. n. 98. & alii apud Mantic. d. lib. 11. tit. 26. nu. 22. & hanc esse magis communem dicit Cancer. p. 1. cap. 9. n. 2. subdens, nu. 10. quod in ista bonorum dotalium hypotheca inspicitur tempus contracti matrimonii, non autem dotis solutæ, juxta l. 1. ff. Qui pot. in pign. hab. quemadmodum pupillus habens similiter tacitam hypothecam in bonis Tutoris præfertur expressæ posteriori etiam fisci, juxta textum in l. 1. & ibi gloss. cod. Rem. alien. ger. quod quidem privilegium extenditur ad filios mulieris ejus hæredes, qui nati sunt ex illo matrimonio; pro quo data fuit dos; secus si essent nati ex alio matrimonio, Alex. cons. 58. n. 4. lib. 7. Cancer. loco cit. num. 13. Mantic. ubi supra, n. 15. ubi de communi. 56

Idem privilegium competere Ecclesiæ, & aliis causis privilegiatis, dicit Rip. in l. privilegia n. 31. ff. de privileg. credit. quem refert Cancer. d. c. 9. n. 2. 57

Maritus vero licèt ipse etiam habeat privilegium tacitæ hypothecæ, ut dotem sibi promissam facilius consequi possit, juxta leg. un. §. & ut plenius, cod. de Rei uxor. act. non tamen habet hoc privilegium, ut anterioribus creditoribus præferatur, Ang. in leg. 1. ff. sol. matr. Mantic. de Tacit. libr. 11. tit. 26. num. 33. & seq. ubi etiam dicit, quod nec extraneus dotans hoc privilegium habet, etiamsi dotem sibi reddi soluto matrimonio stipulatus fuerit, Gait. de credit. cap. 4. nu. 1590. & sequ.

An verò hoc privilegium prælationis transeat in cessionarium mulieris? affirmativè respondeo, per text. in l. fin. cod. de privil. fisc. ubi privilegium fisci potest transferri per cessionem, ut ibid. not. Bart. & alii. 58

Nec obstat textus in leg. ex pluribus, ff. de admin. tut. ubi quod privilegium pupilli non transit in cessionarium pupilli: quia ibi sermo est de privilegio, quod conceditur personæ propter personam, & hoc quidem non transit in cessionarium: secus est in privilegio, quod conceditur personæ propter causam, hoc enim est transmissibile, ut probat textus in d. leg. fin. cod. de Privil. fisc. latè Gait. dict. cap. 4. numer. 1702. & seq. ubi dicit, quod fiscus privilegium non habet ob personam repræsentatam per fiscum, sed ob causam ob quam fiscus denominatur. Ex quo fit, ut privilegium prælationis mulieri concessum transeat etiam in cessionarium: quia hujusmodi privilegium conceditur mulieri ob causam dotis, ut constat ex leg. 1. ibi, dotis causa semper, & ubique præcipua est &c. ff. sol. mat. & l. assiduis, ibi, cum penè mulieribus tota substantia in dote constituta est, & ibi, quam pro dote resti-

restituenda dedimus, cod. Qui pot. in pign. hab. l. fin. ibi cum enim scimus, favore dotium & antiquos juris conditores severitatem legis sæpius mollire, cod. ad Senatusc. Vellejan.

59 Hæc tamen conclusio intelligenda est, ut procedat in cessione, quæ fit ex necessitate ex utraque parte: tunc enim privilegium prælationis transit in Cessionarium; secus ubi cessio fieret ex voluntate, *Bart. in l. post dotem, n. 35. sol. matr. Afflict. dec. 306. n. 6. & 7. latè Gait. d. c. 4. a n. 1671. usque ad num.* 1714. ubi etiam dicit, quod cessio semper dicitur necessaria ex parte utriusque, quando solutio fit per secundum creditorem, vel per alium interesse habentem, *Scacc. de Commer. & camb. §. 2. gl. 5. n. 81. & seq.*

60 Observa tamen, quod vidua retinens, seu possidens bona mariti ex causa jurium dotalium, instantibus hæredibus viri, sive ejus creditoribus etiam posterioribus debet præstare patientiam, ut hujusmodi bona vendantur, ut ex pretio satisfiat ipsi viduæ, & aliis creditoribus juxta eorum gradum, *leg. a Divo Pio, §. quod si res, ff. de Re jud. Anton. Oliban. p. 1. lib. 3. in add. ad ff. fuerat, de Action. num. 41. in fin. quem refert, & sequitur Cancer. var. p. 1. c. 9. n. 195. & p. 3. c. 17. num. 420.*

61 Observa 2. quod si creditor, & mulier habeant expressam, tunc prior in tempore potior est jure: in hoc enim mulier non reperitur privilegiata, ut præferatur creditori anteriori habenti expressam, sed tantum tacitam, *ut supra diximus, & constat ex l. fin. ubi glos. & DD. cod. qui pot. in pign. hab. glos. communiter recepta in lege penul. ff. de Relig. & sumpt. fund. Surd. decisione* 512. *num. 1. Pacif. de Salvian. interd. insp. 3. cap. 4. num. 122. & ita de consuetudine servatur, ut dict. Bart. ibidem num. 6. Ang. in §. fuerat, num. 33. inst. de act. & hanc magis communem dicit Alex. cons. 58. num. 8. lib. 7. Neguf. 2. par. mem. 4. num. 98. latè Mantica de Tacit. lib. 11. tit. 26. num.* 32. ita etiam, quando quæstio est inter duas dotes, prior præfertur *ut in dict. lege assiduis, ubi Bald. & alii* nisi extent res datæ in dotem a secunda uxore, quia in iis præfertur secunda, & ejus filii, *auct. si quid ex rebus, cod. qui pot. in pign. hab. Gait. de Credit. cap. 4. num. 1652. & seq.* quemadmodum inter fiscum, & mulierem prioritas etiam temporis attenditur, *l. quamvis, ubi Bart. & alii, cod. de privil. fisc. Ang. loco cit. num. 33. Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 26. num. 6.* quamvis contrarium sentiat *gl. in d. l. quamvis, ver. prævenit.* ubi dicit, quod hæc lex correcta fuit per citat. *l. assiduis, cod. Qui pot. in pign. hab.*

62 Observa 3. quod in rebus dotalibus, etiam si æstimatæ fuerint, mulieri competit hypothecaria, & rei vendicatio, præfertur creditoribus etiam anterioribus, etiam privilegiatis, nec ei ulla currit præscriptio, nisi ea tempore ea quo potuit actionem movere, *l. in rebus, cod. de jur. dot.* quod est speciale in muliere, *ut d. Bart. in d. l. si is, qui num. 2. ff. de jur. fisc. Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 26. n. 26.*

63 Notandum tamen est quod quando res dotales *inæstimatæ* traduntur marito, semper quidem locum habet dispositio *d. l. in rebus*; si verò datæ fuerint æstimatæ ea æstimatione, quæ facit emptionem, *juxta legem quoties, cod. eod. tit. de jur. dot.* tunc demum poterit mulier res hujusmodi æstimatas vendicare, si maritus solvendo non sit, *ut post Novell. de Dot. p. 8. privil. 7. Mascard. concl. 616. & alios scripsit Gait. d. c. 4. num. 1656. & seq.*

64 Observa 4. quod in bonis paraphernalibus, & in donatione propter nuptias mulier non habet privilegium prælationis, datur tamen hypothecaria, *dict. leg. assiduis, juncta glos. ibidem, in ver. suo tempori, Neguf. 2. par. mem. 4. num. 63. Alex. cons. 36. num. 5. lib. 6. Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 26. num.* 48. & 49.

65 Observa 5. quod mulier non præfertur ei, qui credidit ad emptionem militiæ, *leg. ultim. cum auct. quæ subiicitur cod. de Pignor.* quod intellige, quando hypotheca dotis est posterior: secus si sit anterior, quia tunc præfertur mulier, *Neguf. de Pignor. p. 2. mem. 4. num. 164. versic. intellige tamen, & p. 5. mem. 2. num. 25. vers. sed dubium est &c. Mantic. dict. lib. 11. tit. 26. num. 38.*

66 Observa 6. quod si duæ dotes ex eadem substantia petantur, quarum una debeatur actione ex testamento, putà quia fuit legata, altera verò debeatur actione de dote, quia videlicet soluto matrimonio debet restitui uxori, vel ejus filiis, præferenda est hæc dos, quæ debetur actione de dote, etiamsi posterior sit; tum quia privilegium prælationis conceditur hypothecæ, quæ inest actioni de dote, *leg. 1. cod. de Rei uxor. act.* tum quia prælatio datur mulieribus non pro lucro, sed nè rebus suis fraudentur, & damnum patiantur, *ut constat ex dict. leg. assiduis*; mulier verò, quæ agit actione ex testamento, de lucro contendit; & ideo altera mulier, quæ dotem repetit, præferenda est, *ita Neguf. 2. p. mem. 4. nu.* 97. *Mantic. dict. lib. 11. tit. 26. num. 45. & 46. Gait. de Credit. d. c. 4. num. 1664.*

Observa 7. quod si uxor ageret ad donationem propter 67 nuptias, quæ in Regno vocatur antefactum, non animo lucrandi, sed ageret ad illam tamquam sibi specialiter obligatam pro dote, non solum haberet hypothecam, sed etiam prælationem, *Neguf. de Pignor. dict. par. 2. mem. 4. numer. 65. & 66.* ubi etiam dicit, quod donatio propter nuptias non datur solùm propter lucra nuptialia, sed etiam pro majori securitate dotis *juxta leg. fin. §. sancimus, cod. de Donat. ant. nupt. Mantic. loco cit. dict. tit. 26. num. 50. Gait. d. cap. 4. nu. 1667. & seqq.*

Observa 8. quod si uxor consentiat alienationi factæ per 68 virum, & renunciaverit juri hypothecæ super re vendita, hæc renunciatio etiam verbis generalibus facta non extenditur ad alias personas, neque ad alias res, vel contractus, *leg. jubemus, cod. ad Vellejan.* Unde mulier in tali casu non potest agere hypothecaria super illa re, quando maritus habet alia bona, ex quibus mulieri consuli possit; secus si non supersunt alia bona mariti: tunc enim non solùm mulier, sed ejus hæredes super re vendita agere possunt hypothecaria, renunciatione non obstante, etiamsi mulier de hujusmodi renunciatione nunquam conquesta fuerit, *auct. sive a me, cod. eod. tit. Novell. de Dot. par. 7. privil. 1. post num. 15. Paris. cons. 75. lib. 3. Ursill. ad Afflict. dec. 311. num. 3. & 4. Alvar. Valasc. consul. 127. vol. 2. & alii apud Cancer. var. lib. 3. c. 15. n. 511. & seq.*

An verò mulier renuncians suæ hypothecæ cum jura- 69 mento, possit in casu prædicto agere hypothecaria super re alienata per virum? affirmat *glos. in auct. si qua mulier cod. ad Vellejan. Cancer. loco cit. Ursill. ad Afflict. dec. 311. num. 4.* contrarium tamen tenent *Canon. in cap. pervenit, de empt. & vend. Bart. in dict. auct. si qua mulier, Afflict. dict. decis. 311. num. 4. per textum in cap. cum contingat, cap. si verò, de Jurejur. & cap. licet, eod. tit. in 6.* nisi uxor ad se obligandum, metu, vel dolo fuerit inducta: quia tunc posset agere, obtenta absolutione a juramento, *capite secundo, & dicto cap. si verò, de jurejur. latè Galganet. ad statut. Urb. c. 151. vers. nec minus lib. 1.*

Observa 9. quod dotis receptæ confessio facta per virum 70 constante matrimonio regulariter non probat veram numerationem, cum præsumatur facta in fraudem donationis prohibitæ inter virum, & uxorem, *l. 1. & tot. tit. ff. & cod. de Donat. int. vir. & uxor.* quamvis confessio hujusmodi facta fuerit etiam ad favorem Soceri, & non solius uxoris, *Rot. in Romana dotis, seu restitutionis in integrum 27. Junii 1629. coram Merlino, & coram Coccino decis. 451. num. 2. & coram Burat. decis. 612. num. 1. & 2.* quæ quidem donatio cum sit simulata, & præsumpta, non confirmatur juramento, *latè Rot. dec. 55. num. 10. & seq. p. 6. Recent. Mantic. lib. 11. tit. 20. nu. 37. & seq.* ubi dicit, quod si maritus nulla præcedente promissione constante matrimonio confessus fuerit, se dotem recepisse, intelligitur hujusmodi confessio facta in fraudem creditorum: quemadmodum præsumitur etiam facta in fraudem, quando maritus non esset solvendo, vel dote soluta desineret esse solvendo *Gratian. disc. for. c. 362. n. 21. & sequ.* & hæc quidem confessio anterioribus creditoribus minimè noceret; sed neque futuris creditoribus, si aliqua sint indicia, ex quibus coniici possit, id fuisse cogitatum, *l. sed si maritus, ff. Qui & a quib. &c.* secus esset, si confessio facta sit ante contractum matrimonium, vel tempore, quo contrahitur, vel ante conjunctionem copulæ carnalis, quia tunc fraus non præsumitur, *Castr. cons. 383. n. 1. lib. 2. quem refert, & sequitur Mantic. loco cit. num. 39.* ubi, quod tunc talis confessio præjudicat etiam anterioribus creditoribus, qui non habent expressam hypothecam: & posterioribus, qui eam habent tacitam vel expressam: idemque dicendum, quando concurrerent adminicula, & conjecturæ, putà promissio dotis facta ante contractum matrimonium, exhibitio alimentorum respectu uxoris, & similia: quia eo casu confessio doris facta per virum etiam constante matrimonio probat veram numerationem etiam in præjudicium tertii *Greg. dec. 62. Rot. dec. 24. n. 3. & seq. p. 7. recent. Affl. dec. 402. n. 9. Gabr. commu. concl. lib. 3. de jur. dot. conclus. 4. Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 20. n. 52. & tit. 27. num. 6. Gratian. discep. for. cap. 984. num. 25. Gait. de Cred. c. 4. n. 1809. & seq. Ferentill. ad Burat. dec. 108. nu. 20. Coval. qu. 432.*

Dixi, *ante contractum matrimonium*, quia instrumen- 71 tum dotale confectum post matrimonium præsumitur simulatum, & in fraudem creditorum: & ideo illa dotis confessio eo casu solutionem non probat præsertim concurrentibus conjecturis: ex quibus suaderi possit simulatio, *Burat. decis. 612. num. 3. & seq. Rot. apud Merlin. de Pign. dec. 23.*

num.3.& seq. ubi etiam, quod in judicio civili sola suspicio falsi, & simulati habetur pro falso, & simulato.

72 Limita 9. in creditore ex causa funeris: hic enim præfertur creditoribus anterioribus etiam ex causa dotis, vel alia causa quantumvis privilegiata, etiam habentibus expressam hypothecam, l.fin.§.in computatione, cod.de Iur. delib.leg. impensa,45.ff.de Relig.& sumpt.fun.gl.in d.leg.fin.§.in computatione, ver.funus, Aret.in §.fin.inst.ad leg.Falc.Gait.d.c.4.nu.1932. Rip.de Remed.præscr.con.post.n.133.Surd.dec.112.& 225.Fontanell.de pact.nupt.claus.6.gl.2.p.5.n.26.& seq. Grat. discep.for. cap.94.n.2.& seq.Pacif.de Salv.interd.insp.3.c.4.num.81.& seq. Beltram.ad Gregor.dec.421.n.14.vers.contrarium, Rota S. Severini dotis, seu Salviani 4. Maii 1640. coram Dunozet, apud Merlin.dec.33.n.22.& seq.Cancer.var.p.1.c.9.n.9. ubi etiam dicit, quod vestes lugubres uxoris, & familiæ, privilegium funeris habent, & ita sensit etiam Rota dec.399.num. 23.& seq.par.5.tom.1.Recent. quæ quidem opinio verior est, & magis communis, quicquid dicat glos.in dict.leg.impensa, ff.de Relig.& sumpt.fun. Negus.memb.2.par.5.n.28.Mantic.de Tacit.lib.11.tit.23.num.23.& seq.titul.26.num.16. & alii asserentes, creditorem ex hujusmodi causa præferri creditoribus anterioribus in personali, non autem in expressa hypotheca.

73 Et hoc quidem privilegium non tantum habet locum in hærede cum beneficio legis, & inventarii, juxta cit.l.fin.§. in computatione, sed etiam respectu tertii expendentis in funere, ut constat ex l. Neratius, ibi, si verò alius funeraverit &c.ff.de Relig.& sumpt.fun.leg.si filiusfam.31.eod.tit.ibi qui servum alienum, vel ancillam sepelivit, habet adversus Dominum funerariam actionem: hæc actio non est annua sed perpetua, & heredi, cæterisque successoribus, & in successores datur, Surd.dec.255.n.28.Grat.d.c.94.n.9. vers.quia verior, Rot. in S.Severini dotis 4.Maii 1640. coram Dunozet. ratio est, tum quia impensa funeris est quasi debitum hæreditatis, Peregr.de fideicom.art.40.n.19.Grat.loco cit.n.28. tum etiam quia concurrit in tali casu utilitas publica, nè cadavera insepulta remaneant, ex quo fœtor, horror, aeris corruptio, ac pestilentiæ prodeunt, l.si quis, ff.de Relig.& sumpt.fun. leg.Neratius, ff.eod.Surd.dict.dec.255.num.15. & ideò creditor ex hujusmodi causa præferri debet, quia utilitas publica præfertur contractibus privatorum, leg.utilitas,3.cod.de Primipil.lib.12.

74 Addit Surd.dec.55.n.9. quod mutuans hæredi pecuniam debet similiter aliis præferri, si constat, expensas funeris fuisse factas statim post mutuum receptum.

75 Idem dicendum est in creditore ex causa ultimæ infirmitatis ipsius debitoris, ex qua decessit, quia hujusmodi expensæ veniunt appellatione funeralium, eamdemque sortiuntur in omnibus naturam, atque privilegium: interest enim Reip. ut homines conserventur, suadetque humana pietas, ut in infirmitate totis viribus adjuventur; Unde Medicorum mercedes, medicamenta ab Aromatariis præstita, ac cæteræ impensæ aliis omnibus creditis præferri debent, Fontanell. de Pact.nupt.d.p.5.n.27.in fin.Mantic.d.lib.11.titul.23.num.26. Gait.de Cred.d.cap.4.n.1824.& 1910.& seq.Surd.dec.112.n.7. & dec.255.n.25.& 26.Beltram.ad Greg.dec.421.n.14.Rota in d. S.Severini, & in Romana hæreditatis 14.Decembris 1646.coram Arguellee, apud Merlin.loco cit.dec.137.Grat.d.c.94.n.16. Ursel.concl.119.num.34.Cancer var.lib.1.c.15.num.9.subdens, quod medicamenta aliarum infirmitatum hoc privilegium non habent.

76 Nec obstat, quòd dos etiamsi hæc etiam respiciat publicam utilitatem præfertur creditoribus anterioribus habentibus hypothecam tacitam tantùm, non autem expressam, ut supra diximus; quia respondetur, quod impensa funeris est magis privilegiata, quàm causa dotis: in funere enim ultra publicam utilitatem concurrit etiam pietas erga humanum genus, ut rectè animadvertit Merlin.d.lib.4.tit.1.q.17.n. 15.16.& 17. Rip.loco cit.d.cap.4.num.133.Surd.dec.255.numer. 15. item causa funerariæ dicitur utilitas publica in communi, & in quolibet particulari, publica verò utilitas principaliter præfertur publicæ secundariò ut est causa dotis, prout concludunt communiter scribentes in l.1.ff.solut.matrim.Gait.d. cap.4.n.1916.

77 Supradicta tamen conclusio intelligenda est in impensis necessariis tantùm, iis videlicet, quæ debuissent fieri juxta consuetudinem regionis, ac personæ qualitatem, ac quantitatem patrimonii, l.si quis, ff.de Relig.& sumpt.fun. non autem in superfluis, vel pro pompa factis, Fontanell. loco cit.num.30.& sequ. ubi id Judicis arbitrio remittit, & alii apud Merlin.dict.lib.4.tit.1.qu.17.num.25.& seq.Surd.d.decis. 255.num.28.& seq. Ursell.concl.119.num.33.Spec.in tit.de sepult.num.13.

Notandum est etiam quod Pater pro filio cogitur funus 78 facere, uxor pro marito, Dominus pro servo, Ecclesia pro suo Parocho, & vicini, vel alii comparochiani pro vicino, l.quod si nulla, ff.de Relig.& sumpt.fun. & tradunt DD. apud Surd.d.dec.255.n.12. item Successor in beneficio tenetur ad impensas funeris, ac infirmitatis prædecessoris, secundum veriorem sententiam, quam sequuntur Calder. cons.1.& 2. de solut.Cepol.cons.51.Fusc.sing.58.& alii, quos refert, & sequitur Grat.disc.for.c.94.n.20.& seq. ubi etiam notat, quod si expensæ factæ fuerint per consanguineos, & nepotes, datur repetitio contra Successorem, & Ecclesiam, dummodò protestati sint, se illas fecisse animo repetendi, l.at si quis, §.sed interdum, ff.de Relig.& sumpt.fun. quod intellige, quando defunctus nihil habet, ut declarat Rebuff.de sent.provision.in præfat.n.57.quem refert Grat.loco cit.n.25.

Successor quoque in feudo, fideicommisso, & majoratu 79 tenetur funerare priorem possessorem, si defunctus nulla reliquit bona, quia impensæ funeris ad hæreditatem, cujus est quasi debitum spectat, Afflict.in c.1.n.15.in tit.An agn.vel fil. Ant.Padil.in l.unum ex familia, §.si de Falcidia, n.11.ff.de l.2. quos refert Peregr.de fideic. art.40.nu.19. quæ quidem opinio humanior est: & ideò in praxi sequenda, l.quod si nulla, ff. de Relig.& sumpt.fun.

Notandum 2. quod licèt proximior vendendo, vel alium 80 actum faciendo circa bona hæreditaria, videatur adire, tamen fallit, quando id facit causa funeris, l.pro hærede, ubi glos.& Bart.ff.de acquir.vel omitt.hæred.l.at si quis, §.plerique ff.de Relig.& sumpt.fun. cogitur enim proximior, vel hæres scriptus ante aditam hæreditatem vendere bona hæreditaria, & funus facere, Surd.d.dec.255.n.12.& seq. ubi etiam dicit, quod qui in funus impendit invito, & prohibente hærede potest nihilominus ab illo repetere.

Limita 10. in creditore ex causa onerosa: hic enim præ- 81 fertur anteriori ex causa lucrativa, ut d.Cuman.in l. privilegia, ff.de Privil.cred.quem refert, & sequitur Capic. dec.78.nu. 7. hoc tamen intelligendum est de creditoribus ex titulo lucrativo, qui habent solum personalem actionem; secus quando habent etiam hypothecariam: tunc enim si anteriores sint, præferuntur posterioribus etiam ex causa onerosa, Mantic.de Tacit.lib.11.tit.22.n.23.Gait.c.4.n.1235.& sequ.Pacif.de Salv.inter.insp.3.c.2.n.466.& seq. Merlin.d.lib.4.tit.1.qu. 25.num.1.& seq.Rota apud eumdem Merlin.post tract. de Pign. dec.50.num.54.

Limita 11. quando posterior creditor habet instrumen- 82 tum veræ numerationis, & prior instrumentum nudæ confessionis: quia tunc posterior præfertur, secundum Bald.in l. diversis, n.2.cod.Qui pot.in pign.hab.Grat.dec.March.125.n.5. & alios apud Ursil.ad Afflict.dec.402.n.9. hæc tamen limitatio locum habere potest ubi non esset lapsum tempus quo potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ: quia sicut potest debitor hanc exceptionem proponere, ita & creditores, l.si cui, ubi Bald.cod.de Non.numer.pecun. Mantic. d.lib.11.tit. 23.num.27.vers. Neque illa ratio, Tiraquell.de retract. lignag. §.1.glos.18.num.91. secus esset, si elapsum fuerit tempus a jure præscriptum ad opponendam hujusmodi exceptionem: quia tunc prius instrumentum etiam nudæ confessionis præfertur, Mantic.loco cit.Gait.cap.4.n.1827.Merlin.d.lib.4.tit.1. q.26.num.11.

Observa tamen, quod si confessio esset simulata, lapsus 83 temporis nihil potest officere, quia obstat exceptio simulationis, quæ est perpetua, glos.in l.si sub specie, cod.de Postulat.Bart.ibidem num.1.& alii apud Mantic. loco cit.lib.11.tit. 20.num.29.

Limita 12. in creditore ex causa depositi veri, & regula- 84 ris videlicet si pecuniæ reperitur apud Campsorem in sacculo obsignata: hic enim præfertur omnibus creditoribus anterioribus etiam hypothecariis: quia deponens in tali casu adhuc retinet dominium pecuniæ in depositum traditæ, l.cum fundus, §.servum tuum, vers.quod ad peculiares, ff.si cert.pet. secus esset in deposito irregulari, putà quia numerata fuit pecunia: tunc enim translatum fuit dominium in campsorem, ita ut solùm ad tantumdem teneatur, l.Lucius, & l.die sponsaliorum, §.1.ff.Depos. quo casu deponens non habet privilegium prælationis contra creditores hypothecarios, Bald. in l.fin.n.4.cod.depos.Mantic.de Tacit.lib.10.tit.10.n.38. Pacif. insp.3.c.2.n.266.& seq.Merlin.de Pignor.d.lib.4.tit.1.q.27.nu.4. & seq. quamvis præferatur cæteris creditoribus in simplici personali etiam privilegiatis dummodò deponens usuras non receperit, l.si hominem, §.quoties, ubi Bart.ff.Depos. Mantic. loco cit.n.37. exceptis creditoribus ex causa dotis, vel funeris, gl.in d.§.quoties, quam sequitur Merlin. loco cit.n.7. & si plures sint, qui ità deposuerint, non est prior in jure qui fuit 85 prior in tempore, sed simul admittuntur sicut alii creditores in sim-

in simplici personali, l. Privilegia, ff. de privil. credit. Bartol. & alii in d. §. quoties, Merlin. d. lib. 4. q. 27. n. 3. & 8. ubi dicit, quod tunc bona dividuntur per solidum, & libram, Mant. de Tacit. d. lib. 10. tit. 10. n. 38. illi verò, qui usuras acceperunt postponi debent, ut d. Bald. in l. ult. n. 4. cod. de depos. Mantic. ubi supra, vers. cæterum &c.

86 Idem dicimus in schedulis sigillatis oblationum, quæ inter se non recipiunt prioritatem, aut posterioritatem, quia tales oblationes habent respectum ad tempus earum aperitionis, latè Rot. dec. 376. p. 4. to. 1. recent. ubi, quod præfertur is, qui de tempore, quo aperiuntur, major oblator fuit repertus, etiam si schedulæ sub diversis diebus fuerint consignatæ.

87 Notandum est etiam, quod inter creditores habentes tantùm personalem præferendus est fiscus, venditor in ipsa re vendita, ac sponsus in rebus donatis sponsæ: item creditor ex causa onerosa, pauper, & qui primò exegit, gl. in d. leg. privilegia, ver. ex causa, ubi etiam dicit, quod inter privilegiatos præfertur magis privilegiatus, Merlin. de Pign. libr. 4. tit. 1. q. 33. & q. 36. n. 10. & seq. Gait. d. c. 4. n. 2045. & seq. & in append. ejusdem c. 4. n. 126. & seq. item, qui mutuam dedit pecuniam ad rem emendam seu reficiendam præfertur in re empta, seu meliorata cæteris personalem habentibus, gl. in d. §. quoties, Bart. in l. interdum, n. 4. ff. Qui potior in pign. hab. Gait. loco cit. num. 1199.

88 Notandum 2. quod textus in d. l. privilegia, habet locum in obligationibus ad dandum, in quibus non habetur ratio prioritatis, vel potioritatis inter creditores habentes actionem personalem tantum; secus in obligationibus, quæ consistunt in faciendo, quia tunc qui prior est tempore, potior est in jure, Bald. in l. in operis, ff. locat. Mantic. d. lib. 11. tit. 22. n. 21. unde famulus, qui se conduxit duobus successivè, tenetur servire primo, ut dicit Bald. ibid.

89 Limita 13. ubi secundus creditor ex causa onerosa exegit a debitore pecuniam, illamque bona fide consumpsit, vel cum aliis suis pecuniis commiscuit: hæc enim commixtio operatur de jure consumptionem; & ideò non potest anterior creditor etiam hypothecarius, & aliàs potior hujusmodi pecuniam avocare a secundo creditore, l. pupillus, ff. Quæ in fraud. cred. Afflict. dec. 190. n. 6. Marescot. var. lib. 2. c. 36. nu. 7. Capic. dec. 78. n. 2. Bost. in tit. de fisco, n. 35. Honded. cons. 18. n. 66. lib. 1. Cephal. cons. 86. n. 11. Seraph. dec. 1074. n. 3. Grat. disc. for. c. 304. nu. latè Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. p. 6. & 7. ubi addit, quod filius non tenetur imputare in suam legitimam, vel trebellianicam pecunias consumptas, sed tantùm non consumptas, Rot. dec. 443. n. 8. p. 4. recent. & coram Penia decis. 262. n. 1. & apud Merlin. post tract. de Pignor. dec. 100. n. 23. Ursill. concl. 119. n. 15. Cancer. var. resol. lib. 2. c. 6. n. 178. & hanc sententiam in praxi receptissimam esse latè comprobat Gait. de cred. c. 4. n. 1299. & seq. ubi dicit, quod cum res sit consumpta, & amplius non extet, cessat propterea hypotheca, ac rei vendicatio, atque etiam condictio ex lege, juxta leg. si alieni nummi, ff. de solut. ubi dicitur, quod si alieni nummi inscio, vel invito Domino solvantur, & ita mixti sint, ut discerni ab aliis non possint, ejus fiunt, qui accepit: aliàs totus mundus litibus involveretur, & civile commercium vel tolleretur, vel impediretur, ut observat etiam Scacc. in tractat. de Commerc. & Camb. §. 2. gl. 5. num. 442. & ita judicavit Regium Consilium Neap. teste Afflict. dec. 190. n. 6. & 7. quamvis contrarium sentiat Bart. in d. l. Pupillus, ff. Quæ in fraud. cred. ut ibidem not. Alban. n. 2. quem sequuti sunt Ursil. ad Afflict. decis. 190. n. 5. Ciriac. contr. 338. n. 18. lib. 2. & alii apud Ric. in Prax. for. Eccl. p. 2. res. 375. Pacif. de Salv. interd. insp. 3. cap. 2. nu. 257. asserentes, quod in tali casu datur creditori anteriori condictio, ex leg. fin. §. etsi præfatam, vers. sin verò creditores, cod. de jur. delib. & ita sentiunt alii apud Merlin. de Pign. lib. 4. tit. 1. q. 28. num. 10.

90 Secus esset, si pecunia non esset consumpta, sed adhuc extaret, vel creditum in solutum datum, non fuit exactum: quia tunc ab anteriore creditore avocari potest, Bart. in leg. pupillus, n. 1. ff. Quæ in fraud. cred. Ciriac. contr. 338. n. 19. libr. 2. Gait. d. c. 4. n. 1316. Merlin. d. q. 28. n. 21. ver. Infertur 2. quia in hujusmodi pecunia non consumpta competit hypotheca, l. Idemque in fin. ff. Qui pot. in pign. hab. l. si fundus, §. in vindicatione, ff. de Pign. vel condictio indebiti, vel sine causa, vel condictio ex lege, ut d. glos. in l. si non expedierit, §. 1. ver. communicandum, ff. de bon. auct. jud. possid. ubi Bart. Affl. d. dec. 190. num. 2.

Idem dicendum respectu creditoris ex causa lucrativa: ab hoc enim potest primus creditor avocare pecuniam, etjamsi bona fide illam consumpserit, non quidem per hypothecariam, quia ea non datur in pecunia consumpta, & non extāte, sed cōdictione ex lege, latè Font. d. claus. 5. gl. 8. p. 7. n. 54.

91 Dicitur autem pecunia extare, quando illa obsignata, vel in sacco clausa datur alicui, ut eadem specie, & numero reddatur, ita ut illius dominium non transferatur, nec possessio, juxta terminos l. Lucius Titius Sempronio, & l. licet deponere, §. rei depositæ, ff. Depos. Fontanell. de Pact. nupt. dict. claus. 5. glos. 8. p. 7. num. 7. & seq. ubi etiam dicit, quod quando pecunia datur, seu deponitur, non ut eadem specie, & numero, sed ut tantundem reddatur, tunc super hujusmodi pecunia sic deposita non durat amplius hypotheca, cum transierit a principio in dominium depositarii, ut propterea ad ipsum periculum spectet, non autem ad deponentem, l. pignus, cod. de Pignor. act. l. incendium, cod. si cert. pet. & utrobique DD. latè Hond. cons. 44. lib. 2.

92 Item dicitur pecunia extare, quando solutio est facta procuratori, qui adhuc pecuniam non reddidit suo principali: eo enim casu cessat ratio æquitatis a Doctoribus considerata commercii non impediendi, ut post Guttier. & Surd. d. idem Fontanell. loco cit. d. p. 7. n. 33. vel si data fuerit cautio de restituendo, Ursil. ad Afflict. d. dec. 190. n. 5. & alii apud Merlin. d. lib. 4. tit. 1. q. 28. n. 22. Rot. dec. 33. n. 11. apud Pacif. de Salvia. interd. & dec. 50. n. 63. apud Merlin. post tract. de Pignor. Ursell. d. concl. 119. n. 16. & 17. vel si eam posterior creditor mala fide consumpserit: in hoc enim casu pecuniæ dominium non transfertur, sed semper extare præsumitur, Surd. cons. 4. nu. 43. & seq. vol. 1. quem refert, & sequitur Gait. de credit. d. c. 4. nu. 1319. & seq. Marescot. var. lib. 2. cap. 36. num. 8. Pacif. de Salu. interd. d. inspect. 3. cap. 2. num. 250. & 258. cum seq. ubi dicit, quod in tali casu durat hypotheca, & competit salvianum interdictum.

93 Præsumitur verò mala fides, quando secundus creditor sciens, adesse alios creditores, & debitorem non esse solvendo illicò pecuniam exactam expendit: vel si non obstante denunciatione crediti anterioris exegerit, dummodò in denunciatione fides de credito hujusmodi facta sit: vel si lite mota per anteriorem exactio fieret a posteriori, modo anterior non fuerit negligens in prosequendo litem, & ex hoc instantia esset perempta, Ursell. d. concl. 119. n. 17. vers. secus tamen si solutio, Gait. loco cit. n. 1321. & seq. subdens, quod quando violenter exegit, carcerato debitore, dubitans de anteriore, omninò datur revocatoria, ut sensit etiam Ceph. cons. 86. n. 10. Pen. dec. 262. n. 1. & seq. ubi, quod potest anterior creditor avocare pecuniam a secundo creditore, quando in secundo creditore non adest omninò bona fides, vel primus fuit circumventus.

Ex quo infertur, quod si creditor aliquid ultra suum creditum exegerit, tenebitur priori creditori excessum restituere per conditionem indebiti, quia in hoc casu creditor præsumitur esse in mala fide, l. Tutores, ff. de condit. indeb. Affl. d. dec. 190. n. 3. in fin.

94 Potest quoque anterior creditor pecuniam posteriori solutam avocare, quando tempore solutionis par fuit omnium creditorum diligencia, & debitor per gratificationem solvit secundo creditori, Rot. dec. 443. n. 8. p. 4. to. 1. recent. Seraphin. dec. 1074. n. 2. Burat. dec. 687. n. 2. Marescot. var. d. lib. 2. c. 36. n. 3. Ursill. ad Afflict. dec. 190. n. 7. & si par esset conditio, seu causa omnium creditorum, tunc communicatur quod est solutum, juxta textum in l. si non expedierit, §. si pupillus, ff. de bon. auct. jud. poss. quia debitor gratificando videtur dolum committere, Gait. ubi supra, n. 1327. & 1342. idem dicendum, quando fit solutio per decoctum, & non superest, unde satisfiat anteriori creditori: quia ista etiam solutio mala fide facta præsumitur, Penia. dec. 262. n. 3. Seraph. d. dec. 1074. nu. 4. Marescot. d. lib. 2. c. 36. n. 4. idem esset, si pecunia soluta fuit sine præjudicio partium, quia tunc etiam censetur extare, licèt sit consumpta: non enim potuit bona fide consumi, ex quo non præcessit causa habilis, & titulus legitimus ad translationem dominii, ut post Surd. cons. 4. n. 40. & sequ. Eugen. cons. 89. n. 51. & seq. Cost. de Rem. subsist. rem. 37. num. 2. Guttier. pract. qq. lib. 3. c. 101. n. 12. & alios d. Cancer. var. lib. 2. c. 6. n. 191. Fontanell. loco cit. d. gl. 8. p. 6. n. 39.

95 Idem dicendum, ubi hæres debitoris cum beneficio, l. & inventarii posteriori creditori pecuniam solvit: quia hoc etiam casu datur actio anteriori creditori pro avocatione pecuniæ posteriori solutæ, l. fin. §. etsi præfatam, cod. de jur. delib. alioquin anterior creditor actionem, & spem recuperandi amitteret, cum talis hæres solvendo bona fide creditoribus primò venientibus etiam posterioribus liberetur, ita ut neque emens ab herede cum tali beneficio possit in tali casu molestari a creditoribus anterioribus super re hæreditaria empta, juxta textum in d. §. etsi præfatam, ut post Caroc. dec. 109. n. 46. & seq. & alios observat Gait. d. c. 4. n. 1355. Rot. apud Merlin. de Pignor. dec. 65. n. 3.

96 Notandum tamen est, quod si hæres sciat, adesse credi-

tores

tores anteriores, & solverit posterioribus, tenetur de suo ob malam fidem: data enim scientia prædicta debet hæres exigere cautionem de restituendo prioribus, & potioribus, *Ursell.d.concl.*119.*num.*19.*Merlin.d.q.*28.*num.*32.*Gait.d.cap.*4.*num.*1357.*& seq.* ubi etiam dicunt, quod in tali casu non competit creditoribus anterioribus privilegium, aut beneficium avocandi pecuniam solutam, cum habeant hæredem obligatum.

97 Ita etiam emptor, qui de pretio rei emptæ promisit solvere creditoribus anterioribus venditoris, potest solvere creditoribus primò venientibus, si ignoret, extare alios creditores, ita ut non teneatur in tali casu exigere cautionem de restituendo prioribus, & potioribus, *Greg.dec.*511.*num.*18. *Rot.dec.*443.*n.*1.*p.*4.*tom.*1.*recent.* secus tamen esset, si sciverit, adesse anteriores, quia tunc solvendo posterioribus, nullo modo liberatur, non procurata, seu exacta dicta cautione, *Seraph.dec.*1019.*&* 1311.*n.*3. *Rota apud Merlin. de Pign.dec.*102.*n.*15.*idem Merlin.ibid.d.lib.*4.*tit.*1.*q.*38.*n.*1.*& seq.* quibus adde *Millin.dec.*189.*Ursell.concl.*119.*n.*20. ubi, quod hujusmodi cautio regulariter non exigitur nisi in judicio universalis discussionis, vel quando de aliis anterioribus creditoribus constaret, *Duran.dec.*421.*nu.*13. ubi, quod quando plures creditores concurrunt, poterit debitor ad se liberandum facere depositum cum conditione, quod pecunia non consignetur nisi prioribus, & potioribus, ac præstita cautione de restituendo prioribus, & potioribus, & ita sentiunt etiam *Rim.jun.cons.*666.*n.*43.*Boer.dec.*106.*& alii apud Merlin. de Pignor.lib.*4.*q.*34.*n.*9.*& q.*83.*n.*76.

98 Notandum 2. quod debitor debitoris, si coactus solvat uni creditori etiam posteriori, non potest vexari ab anterioribus ad iteratam solutionem, quamvis sciverit, adesse anteriores, *Gait.d.c.*4.*n.*1364.*& decisum refert Merlin. ubi sup.d.q.*28.*n.*15.*in fin.& n.*30.

99 Notandum 3. quod fiscus potest avocare pecuniam posteriori creditori solutam etiam consumptam; *l.pecunia,cod.de privil.fisc.* sive pecunia soluta fuerit creditori habenti titulum lucrativum, sive onerosum, *Covar.pract.c.*29.*n.*3.*Carocc.dec.*109.*n.*45.*& alii apud Gait.d.c.*4.*nu.*1303.*& seq. Grat. discep.foren.c.*304.*n.*5.*Marescot.var.lib.*2.*c.*36.*n.*6. quod procedit ex particulari fisci privilegio, *ut d.Bald.in d.l.pecunia, Bart.in leg.pupillus, n.*1.*ff.quæ in fraud.credit.* idemque privilegium ad Ecclesiam, creditorem dotis, & quemcumque alium creditorem privilegiatum extendit *glos.in d.l.pecunia, ver.causa,Cephal.cons.*86.*n.*9.*Cancer.var.lib.*2 *c.*6.*n.*178. *Capicc.dec.*78.*n.*5.*Ciriac.controv.*339.*nu.*15.*&* 16. *& communem dicit Gait.d.c.*4.*n.*1312.*& seq.Genuens.in tract. de Eccles.q.*602. & de pupillo est *textus in l.si non expedierit, §.quod si utroque, ff.de bon.auct.Jud.poss.*

100 Observa tamen, quod non potest repeti pecunia posteriori creditori soluta, nisi fiat discussio bonorum debitoris citatis creditoribus interesse habentibus, aliter actio non competit, *latè Ursell.d.concl.*119.*nu.*17.*in fin.Cephal.cons.*86.*n.*8.*& seq.Merlin.d.q.*28.*n.*7.*&* 19.*Grat.disc.for.c.*304. *num.*5. idque probatur *ex d.l.si non expedierit, §.quod si utroque, ibi, sed si nihil sit in bonis, non esse iniquum, adversus creditorem dandam repetitionem quasi indebiti soluti.*

101 Observa 2. quod hoc vocationis privilegium fisco non competit, cum agit ex persona privati, in cujus locum successit, *Bart.in l.interdum, §.fiscus, ff.de jur.fisc.& in leg.rescriptum num.*1.*in fin.ff.de Pact. Mantic.de Tacit. libr.*11.*titul.*18.*num.*30. *Gait.loco citat.num.*1309.*per text. in leg. fiscus, ff.de jur.fisc.*

102 Observa 3. quod fiscus pro pœnis, quæ propter maleficia debentur, nullo privilegio uti potest adversus creditores, *Neguf.de Pignor.*4.*memb.*2.*p.n.*115.*Mantic.ubi supra, n.*31.*& alii apud Grat.d.c.*304.*n.*9. *&* 10. nisi essent creditores ejusdem tituli, id est ex maleficio, putà si aliqua quantitas debeatur fisco propter homicidium, & aliqua debeatur hæredibus occisi: quia tunc fiscus præfertur, *Bald.in l.rescriptum, n.*2.*versus fin.ff.de Pact.quem sequuntur Anton.de Butr.cons.*61.*nu.*3. *Alex.in d.leg.rescriptum, n.*8.*&* 9.*Neguf.de Pignor.par.*2.*memb.*4.*n.*115.*& seq. Mantic.loco cit.d.tit.*18.*num.*33. *Clar.in Prax.crim.§.fin. q.*78.*vers. vidi quandoque &c.* quod tamen non servatur in praxi, secundum quam uterque ad ratam concurrit, & æqualiter admittitur, *ut d. Peregr. de jur.fisc. lib.*4.*tit.ult.de Pœn.& mul.n.*12.*quem refert, & sequitur Caball. resol.crim.cas.*202.*n.*10.*& seq.* subdens, quod si ex eodem delicto, & ex eadem sententia pars prætendens interesse, & fiscus pœnam, concurrant, præfertur pars pro interesse, & emenda damni: quemadmodum fidejussor de repræsentando reum sub certa pœna, condemnatus ad ejusdem pœnæ solutionem ob fugam ipsius rei, præferendus est in bonis ejusdem Rei, si contingat, illum aliqua pœna affici, vel ejus bona confiscari, *ut post Bocc.cons.*57.*n.*52. *Peregr.de jur. fisc.lib.*6.*tit.*6.*n.*5.*tenuit Grat.disc. for.c.*304.*nu.*18. quia in fiscum transeunt omnes actiones, quibus tenebatur Reus, cui successit, *l.cum fisco, ff.ad Syllan.*

103 Observa 4. quod privilegium avocandi pecuniam cessat, ubi creditores essent pares privilegio, & causa, *l. pupillus, ff.Quæ in fraud.cred.l.si non expedierit, §.si pupillus, ff.de Bon. auct.jud.poss.& ibidem Bart. Merlin.d.q.*28.*n.*18. ubi, quod solutio facta uni creditori altero negligente, non revocatur, sed utroque instante in subsidium communicatur quod est solutum: secus si alter eorum esset magis privilegiatus: quia tunc daretur avocatio, *Carocc.dec.*109.*n.*18. *Valenz. cons.*64. *quos refert Gait.d.c.*4.*n.*1314.*& seq.*

104 Observa 5. quod neque avocatio datur, si carcerato debitore ad instantiam posterioris creditoris, alius debitori pecuniam mutuò dederit, vel illam deposuerit, ut a carceribus liberaretur: tunc enim posterior exigens nullo pacto molestari potest ab anterioribus, sive pecunia fuerit consumpta, sive adhuc extet in posse ejusdem creditoris posterioris: tum quia in hoc casu nulla intervenit fraus, cum per hujusmodi exactionem patrimonium debitoris haud fuerit diminutum in damnum anteriorum: tum quia dominium pecuniæ mutuatæ, licèt transierit in debitorem, tamen affectum fuit modali causa, ut eadem pecunia solveretur creditori carceranti: & ideò recipiens mutuum tenetur convertere pecuniam mutuatam in causam in mutuo expressam, *Gasp.Thesaur.q.*16.*l.*2.*quem refert, & sequitur Gait. de credit. d.c.*4.*n.*1330. *cum pluribus sequ.* subdens, quod si pecuniam depositam creditor posterior non exegerit, tunc præferuntur creditores anteriores per illam momentaneam acquisitionem factam ex mutuo, dummodò vigore hujusmodi depositi debitor fuerit a carceribus liberatus: alioquin præfertur deponens ex capite causæ non sequutæ, *per textum in leg. cum te, cod.de Pact.int.empt. & vendit.* quamvis contrarium sentiant *Rimin.jun.in §.*1.*n.*115.*Inst. per quas person. nob. acqu. quem refert Merlin.d.lib.*4.*q.*28.*n.*29.

105 Observa 6. quod creditoribus personalibus, id est habentibus solùm personalem actionem absque hypotheca, non competit hujusmodi privilegium avocandi pecuniam ab aliis creditoribus: quia in eis deficit fundamentum potestatis avocandi, quod consistit in hypotheca, *latè Fontanel.de pact. nupt.claus.*5.*glos.*8.*p.*6.*n.*28.*& seq.* ubi etiam observat, quod hodiè vix reperiuntur creditores personales tantùm, idest, quibus solùm debitor sit personaliter obligatus, cum omnes contrahant cum hypotheca.

106 Limita 14. in creditore posteriore, cui debitor obligavit bona feudalia, vel emphyteutica cum assensu Domini: hic enim in dictis bonis feudalibus, sive emphyteuticis præfertur anteriori sine assensu, *Afflict.dec.*286.*Vinc. de Franch. dec.*64.*&* 75.*Gait.d.c.*4.*n.*1852.*& seq.* quod intellige, quando est expressum, quod bona hujusmodi alienari nequeant sine Domini assensu, *ut d. Merlin.de Pignor.lib.*4. *tit.*1.*qu.*31. subdens, quod si omnes creditores haberent assensum super feudis, & ageretur de feudo titulato, præfertur creditor habens specialem assensum super feudo hujusmodi titulato, reservato jure cæteris creditoribus super aliis feudis non titulatis.

107 Notandum verò est, quod super fructibus feudi potest fieri exequutio ad instantiam creditorum etiam sine assensu Domini, deducta tamen portione pro præstando servitio, & pro alimonia feudatarii, & si fructus non sufficiant, potest cogi feudatarius ad vendendum feudum, *Gait. d.c.*4.*nu.*1856.*& seq.Franch.dec.*704.

108 Limita 15. in expensis inventarii, & testamenti, in quibus hæres cum beneficio legis, & inventarii præfertur omnibus creditoribus etiam expressam hypothecam habentibus, *leg.fin.§.in computatione, cod.de jur.delib.Gratian. discep.for.c.*94.*num.*7.

109 Limita 16. in Pensionario, qui super fructibus beneficii, super quo imposita est pensio, in concursu præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus, *Merlin.de Pignor.dict. lib.*4.*tit.*1.*q.*37.*ubi citat Garc.de benef.p.*1.*c.*5.*n.*236. *Marchesa. de commiss.p.*2.*c.*4.*de commiss.app.n.*69. quod procedit, quando clerico debitori eo tempore, & momento simul, quo obtinuit gratiam, & titulum, seu collationem beneficii, injunctum fuit onus solvendæ pensionis annualis in favorem tertiæ personæ: tunc enim Pensionarius in beneficii fructibus præferri debet; ratio est, quia quando debitor acquirit aliquam rem sub pacto, & conditione, ut alteri tertio res ipsa sit hypothecata, per hoc pactum incontinenti, & in ipso acquisitionis initio, & origine appositum debitor præjudicare potest suis creditoribus anterioribus privilegiatis, & hypothecariis, cum res ipsa in eum transeat cum illo onere,

qua-

qualitate, conditione, & causa: quemadmodum pari ratione Dominus proprietatis pro suis pensionibus præfertur creditoribus emphyteutæ super re emphyteutica, quia cum tali pacto, & conditione debitor rem ipsam acquisivit, *arg. leg. qui autem, ff. Quæ in fraud. credit. leg. non fraudantur, ff. de Reg. jur.* secus esset, si debitor post obtentum beneficium impositioni pensionis ad favorem tertii consenserit, quia tunc creditores hypothecarii anteriores Clerici præferuntur ipsi Pensionario super fructibus beneficii: non enim potest debitor super re jam acquisita ex facto suo voluntario disponere in præjudicium suorum creditorum, *ita Neguſ. de Pignor. 4. par. princ. verſ. Quarto quæro, num. 33. & sequ. Vincent. de Franch. dec. 97. Card. Tusc. pract. concluſ. tom. 4. litt. H. concluſ. 128. Parlador. in Sesquicentur. differ. 57. num. 9. Pacif. de Salv. interd. insp. 3. cap. 2. num. 510. & 512. Fontanel. de Pact. nupt. tom. 2. clauſul. 7. gloſ. 2. par. 8. num. 78. & seq. Card. Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 23. num. 30. & 31. & alii quos refert, & sequitur Franciſcus Salgado in Labyrinth. credit. par. 1. cap. 42. n. 22. & seq.* subdens, *num. 36.* quod si creditores anteriores non sint hypothecarii, sed tantùm chirographarii, tunc cessante fraude Pensionarius tanquam hypothecarius creditor illis in beneficii fructibus præferendus est.

110 Limita 17. in creditore quantitatis liquidæ, qui licèt sit posterior, præfertur anteriori creditori quantitatis illiquidæ, *Fab. dec. 12. cod. Qui pot. in pign. hab. quem refert Urſell. d. concl. 119. num. 44.*

111 Limita 18. in creditore societatis sive cum hypotheca, sive sine: hic enim licèt posterior sit, in bonis ejusdem societatis præfertur quibuscunque etiam privilegiatis creditoribus socii, qui nomine proprio contraxit: quia creditor socii non potest plus prætendere, quàm ipse, socius verò nihil aliud prætendere potest, quàm suam partem, seu portionem; hæc autem partitio antequam fiat, deduci prius debet a rebus societatis, seu communibus æs alienum *leg. omne æs alienum, ff. pro soc.* cum non sit in bonis, nisi id, quod superest deducto ære alieno, *leg. subſignatum, ff. de verb. ſignif.* & ideò creditores societatis quantumvis posteriores, sunt præferendi, *ita Fontanell. de Pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. p. 2. num. 52. & seq. & resolvit Rot. in Rom. Pecuniaria 30. Martii 1620. coram Remboldo, ut refert Gratian. cap. 964. Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 1. quæſt. 41. num. 20. & seq.* nisi creditor socii haberet specialem hypothecam super aliqua re, quæ postea fuerit posita in capitale societatis, quia tunc transiret cum isto onere hypothecæ, ita ut talis creditor respectu Capitalis præferri debeat aliis creditoribus societatis *Fontanell. ubi supra, num. 61. Burat. deciſ. 719. num. 2. Merlin. loco cit. num. 29.* idemque dicendum, si creditor ante societatem mutuò dederit, vel aliàs solverit uni ex sociis pecuniam cum pacto expresso, quod merces emendæ eidem creditori specialiter sint obligatæ: quia tunc etiam præferendus esset creditoribus ipsius societatis, *Burat. dict. deciſion. 719. num. 1. & sequ. Decian. reſponſ. 51. in final. libr. 1. latè Gratian. dict. cap. 964. numer. 8. & sequ.* ubi etiam dicit, quod circumscripta ejusmodi conventione merces emptæ de pecunia dotali, in subsidium efficiuntur dotales, quando maritus non est solvendo, *juxta textum in leg. uxor marito, ff. de Donat. int. vir. & uxor.*

112 Limita 19. quando jus anterioritatis esset per delegationem, seu novationem extinctum: quia tunc posterior esset anteriori præferendus, *Fab. deciſion. 19. cod. Qui pot. in pignor. hab. Rota in Romana anterioritatis 23. Junii 1603. coram Penia, ut refert Urſell. concluſ. 119. num. 46. & 50.* ubi dicit, quod si quis in contractu secundo loco facto sibi jus anterioritatis, & hypothecæ non reservaverit, censetur illud amisisse.

113 Limita 20. in locatore, qui in fructibus prædii locati præfertur creditoribus anterioribus Conductoris, *l. in prædii, ff. quib. caſ. pign. vel hyp. Gait. de Credit. c. 4. n. 1580. & seq. Decian. conſ. 50. n. 4. lib. 3. quem refert Urſell. concluſ. 119. nu. 12.* etiamsi fructus amoti fuerint a fundo, & in alium locum delati, *leg. sicut, cod. de act. & oblig. Jaſ. in §. item Serviana, nu. 66. inſt. de act. Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 15. n. 23.* quod procedit tam in fructibus naturalibus, quàm industrialibus, *Menoch. de Adipiſc. poſſ. remed. 3. num. 117. Grat. diſc. for. c. 953. n. 2.* & ratio est, quia fructus tunc fiunt coloni, quando pensio est soluta, *Bart. in l. si servus communis, § locavi, n. 3. ff. de furt.* ubi dicit, quod non soluta pensione non potest conductor fructus vendere.

114 An verò locator præferatur creditoribus anterioribus super rebus invectis, & illatis in domo locata? Respond. affirmativè, si locavit domum ad conservandum bona ibi illata, putà si locaverit horreum ad conservandum frumentum; secus si locaverint ad inhabitandum, *ita Bart. in leg. interdum, num. 2. ff. qui pot. in pign. hab. Jaſ. in dicto §. item Serviana, num. 60. Ludov. deciſ. Peruſ. 85. num. 4. par. 2. Mar. Mut. super consuet. Panormit. cap. 34. num. 6. Carpan. super ſtatut. mediol. cap. 232. num. 34. par. 1. & cap. 390. num. 6. par. 2. & alii apud Gratian. diſcep. for. cap. 713. num. 2. & sequ. Gait. de Credit. cap. 4. num. 1586.* quando enim in horreo reponuntur bona utiliter geritur etiam negotium creditorum, & ideò pro conservatione dari debet prælatio conservanti: quæ ratio cessat, quando simpliciter locatur domus ad inhabitandum, *ut observat Grat. loco cit. & c. 68. n. 4.*

Observa tamen, quod non potest locator prætendere 115
prælationem in fructibus pro assecuratione pensionis futuræ, sed tantum pro pensione ejusdem anni, *Rot. in Romana diſcuſſionis 26. Januar. 1615. coram Ubaldo, quam refert Urſell. d. concl. 119. n. 13. Grat. c. 953. n. 19. & 20.*

Quæres, an locator præferatur ei, qui semen posuit? 116
affirmat *Urſell. loco proximè cit.* contraria tamen opinio verior est: quia licèt locator præferendus sit in fructibus prædii, quia tamen fructus intelliguntur deductis impensis, quæ eorumdem fructuum quærendorum, colligendorum, & conservandorum causa fiunt, *l. si a Patre, in fin. ff. de petit. hæred.* ideò expensa tritici prius deduci debet, atque adeò creditor ex hujusmodi causa præferendus est, *ut latè probat Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 23. n. 11. & seq.*

Limita 21. quando anterior creditor ad instantiam poste- 117
rioris ante exequutionem personaliter citatus non docuit de jure suæ anterioritatis intra tempus a Judice præfixum: tunc enim posterior præfertur, quia anterior in tali casu jus suum amisit, *leg. si eo tempore, ubi Sal. cod. de Remiſſ. pign. Bart. in l. 2. n. 3. cod. de Eden. & l. sicut, §. non videtur, num. 2. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. ſolut. Seraph. dec. 994. num. 2. & seq. Urſell. concluſ. 119. num. 21.*

Limita 22. in Marescalco, qui equum curavit, & in cu- 118
stode animalium, sive in hospite, qui illis alimenta præbuit: isti enim omnibus aliis creditoribus super hujusmodi animalibus sunt præferendi: quia per eos vita animalium conservatur, *arg. l. interdum, ff. qui pot. in pign. hab. Surd. de alim. tit. 8. privil. 62. n. 12. & seq.* ubi etiam dicit, quod repetens talia alimenta, non tenetur probare, quod ea præstiterit, quia præsumitur præstitisse, ex quo penes se retinuit, *Urſell. d. concl. 119. n. 35. Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 23. n. 1. Rot. dec. 114. num. 1. par. 4. tom. 2. Recen.* ubi, quod vendens herbas pro pascendo grege præfertur creditoribus anterioribus in pretio, seu pecunia redacta ex ejusdem gregis venditione, si constet, gregem herbas prædictas fuisse depastum: pretium enim succedit loco gregis, cum hæc sit natura corporis universalis, ut pretium loco rei succedat, *juxta l. si rem, & pretium, ff. de petit. hæred.*

Simile privilegium concessum est negotiorum gestori 119
hæreditatis jacentis, Advocato, Procuratori, & sollicitatori eò quòd hæreditatem, seu patrimonium debitoris industria, ac labore conservaverint, seu juvaverint, vel auxerint: unde eorum salaria ante alia credita solvenda sunt ita, ut non teneantur cavere de restituendo prioribus, & potioribus, *Gait. de Credit. cap. 4. num. 1566. & seq. Rota in Romana salarii 1. Junii 1569. coram Oradino, & in Bellucana diſcuſſionis 24. Maii 1574. coram Cardin. Lancellotto ſenior. ut refert Urſell. loco cit. num. 38. & seq.* subdens, quod cautio hujusmodi non exigitur ab eo, quem verè constat, aliis esse præferendum, *Alciat. Reg. 3. præſump. 43. n. 6. Grat. diſc. for. c. 257. n. 17. & seq.*

Idem dicendum est, ubi quis pro melioratione alicujus 120
rei pecuniam credidit, vel impendit: nam is quoque aliis anterioribus creditoribus præfertur, *d. l. interdum, ff. Qui pot. in pign. hab. Jaſ. in l. creditor, num. 1. & seq. ff. si cert. pet. Alc. conſ. 117. n. 5. lib. 8. Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 23. n. 22.* quod etiam procedit, si quis crediderit in cibaria nautarum, vel ut naulum, aut merces horreum, vel areæ, vel jumentorum vecturæ exolverentur, *l. Hujus enim, ff. eod. tit. latè Gait. de credit. c. 4. n. 1555. & seq.*

Notandum est etiam, quod *ex statuto Artis Agriculturæ* 121
Urbis c. 73. licet Domino Tenimenti pro satisfactione affictus, seu pensionis agere contra animalia pascentia, & commorantia, vel quomodocunque affidata, vel lata frumenta in eodem Tenimento, *ut observat Ferentill. ad Burat. deciſ. 503.* ubi etiam dicit, quod ex vi dicti statuti subconductor tenetur ad integram pensionem affictus debitam a primo conductore, quando totum Tenimentum, seu Casale sublocatur; secus si sublocaretur aliqua pars, quia tunc conductor tenetur tantùm pro rata, *Rota coram Penia dec. 567.* subdens, quod in hoc casu Dominus Tenimenti de suo credito docere debet.

Limita 23. quando prior creditor negat, bona, quæ pos- 122

sidet,

sidet, fuisse in debitoris dominio: tunc enim convictus de mendacio non auditur super prioritate temporis, sed tenetur bona restituere posteriori creditori in pœnam mendacii, *auth. item possessor, cod. Qui pot. in pign. hab.* potest tamen dimissa possessione agere contra posteriorem creditorem, & bona recuperare, *Neguς. de pignor. 5. p. mem. 2. n. 26. Affli. dec. 18. Gail. c. 4. n. 1820.* hoc tamen procedit, quando secundus creditor fuisset gravatus onere probandi ob prædictam negationem, *ut post Rom. cons. 59. col. pen. & cons. 70. col. 5. & alios d. Grat. disc. for. c. 109. n. 57.* ubi etiam notat, prædictam pœnam non habere locum, quando adesset justa causa ignorantiæ; Unde si antequam convincatur de mendacio, revocet negationem, & fateatur, non est amovendus a possessione, *ut d. Grat. cons. 37. nu. 13. & seq. lib. 2. Menoch. cons. 2. in fin. Jas. in §. omnium, n. 92. inst. de Act. & alii apud Merlin. de Pign. lib. 4. tit. 1. q. 20. n. 11.*

123 Limita 24. in jure offerendi, in quo posterior creditor, si possideat, præfertur priori: quia cum par sit causa prioris, & posterioris in offerendo, per consequens melior est conditio possessoris, *Neguς. d. 5. p. mem. 3. n. 18. Pacif. de Salv. interd. insp. 5. c. un. n. 36. Merlin. de Pignor. lib. 4. q. 56. n. 4. & alii*, si verò neque primus, neque secundus creditor possideret, prior offerendo debitum posteriori præfertur: quia cum in cæteris par sit eorum causa, prior in tempore, potior haberi debet, *Salic. in l. cum notissimi §. eodem jure, n. 7. cod. de præscrip. 30. annorum, Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 28. nu. 18. & 19. Neguς. loco cit. n. 19.* quod eò magis procederet, si prior possideret, *l. 3. §. 1. qui pot. in pign. &c.*

124 Observa tamen, quod creditori chirographario, qui non habet jus pignoris, vel hypothecæ, jus offerendi non competit, *l. cum tibi, ubi glos. in ver. nam chirographario, cod. qui pot. in pign. hab.* nisi fortè possideat: tunc enim posset offerre: quia quilibet possessor sive justus, sive injustus jus offerendi habet, *l. Paulus, §. qui pignoris, ubi Bart. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. sol. & tradunt DD. apud Merlin. de Pignor. lib. 4. q. 46. n. 3. & 4. & q. 65. n. 11. & seq.*

125 Observa 2. quod creditores mariti possunt dotem offerre uxori soluto matrimonio, *l. cum tibi, cod. Qui pot. in pign. hab.* etiamsi intendat recuperare res dotales quæ viro prævia æstimatione fuerunt traditæ, *juxta l. in rebus, cod de jur. dot. ut sensit Socin. cons. 224. lib. 2. Covar. pract. qq. c. 28. Rol. cons. 92. in fin. lib. 2. & alii apud Merlin. d. lib. 4. cap. 67. num. 2. & 6.* si verò mulier agat constante matrimonio contra creditores mariti vergentis ad inopiam, tunc non tenetur pecuniam a creditoribus oblatam recipere, nisi ipsa consentiat; præsertim si mulier bona mariti sibi hypothecata possideat: quod ex speciali dotis privilegio constitutum est, ut ex fructibus bonorum mariti se ipsam, & filios ac maritum alere possit, *l. ubi adhuc. cod. de jur. dot.* alioquin dotes facillimè consumerentur, & mulieres remanerent indotatæ, *ita colligitur ex d. l. cum tibi*, ducto argumento a contrario sensu: nam ibi dicitur, quod creditores offerentes dotem uxori post mortem mariti, possunt res pignori obligatas avocare: ex quo per contrarium sensum arguitur, quod constante matrimonio non possunt res hujusmodi avocare: quod quidem argumentum fortissimum est, *ut constat ex leg. 1. §. hujus rei, ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisd.* ita ut quod probatur per tale argumentum, dicatur probari per textum, & casum legis, *Duran. dec. 445. n. 55. Spec. in tit. de Dot. post divort. restit. §. formatis, n. 19.* ubi etiam dicit, quod mulier bona mariti in tali casu alienare non potest, sed loco pignoris ea tenere debet: quia hujusmodi repetitio dotis non fit ad effectum plenæ restitutionis, *ut observat etiam Bart. in l. si constante, nu. 88. ff. solut. matrim. Afflict. dec. 199. Neguς. de Pignor. p. 5. mem. 1. nu. 31. & hæc est verior, & magis communis sententia teste Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 30. per tot. ubi quamplures refert*: quod quidem procedit, si bona mariti stabilia sint, ex quibus mulier percipere possit fructus pro alimentis, secus si essent mobilia: tunc enim creditoribus esset permittendum dotem offerre: quia similiter uxor pro substinendis oneribus matrimonii eadem bona deberet in pecuniam convertere, *Bald. Novell. de Dot. par. 6. privil. 47. vers. & ideo posset dici, Mantica ubi sup. num. 27.*

126 Observa 3. quod jus offerendi non competit posteriori creditori, ubi anterior creditor pignus, vel rem hypothecatam extraneo emptori jure creditoris legitimè vendiderit, *l. 1. & 2. ubi DD. cod. Si antiq. credit. &c.*

Dixi, *extraneo emptori*, quia secus esset, si venderetur pignus hæredi, vel fidejussori debitoris, vel alteri posteriori creditori, *leg. cum secundus, §. 1. ff. de Distract. pign. juncta glos. in dict. l. 1. cod. si antiq. cred. &c. & in leg. 2. cod. de Repud. hæred.*

Dixi, *iure creditoris*, quia potest creditor vendere pignus ex tacita licentia sibi a lege concessa in ipsa pignoris, seu hypothecæ constitutione, *lib. 4. ff. de Pignor. act.* dummodò prius denuntiaverit debitori, ut pignus redimat, seu debitum solvat, & post denunciationem, lapsum fuerit biennium, *juxta l. 3. §. sin autem nulla pactio, cod. de iur. dom. impetr.* si verò debitor expressam dederit creditori licentiam vendendi, vel se in forma Cameræ, vel guarentigiæ obligaverit, non sunt servandæ hujusmodi solemnitates denunciationis, & biennii, sed illicò potest pignus vendi, *d. l. 3. §. sancimus, Duran. dec. 445. num. 8. & seq.* ubi etiam dicit, quod potest vendi pignus, quamvis expresè cautum sit, nè illud alienetur: sed in tali casu præcedere debent tres distinctæ denunciationes, *juxta textum in d. l. 4. vers. ubi verò, ff. de Pign. act.* cum lapsu biennii, ut supra diximus: non enim potest renunciari huic beneficio, quod creditor possit vendere pignus: idque propter publicam utilitatem introductum est, quia alioquin creditores pecuniam non mutuarent, *Bart. in d. l. 4. n. 1. & 2. ff. de Pignor. act. Ang. in §. contra autem, vers. fin. inst. Quib. alien. lic. &c.* ubi etiam dicit, quod creditor vendens non tenetur de evictione.

Talis autem venditio facta a primo creditore ideò excludit secundum creditorem ab offerendi beneficio, quia facultas, seu licentia vendendi sibi tacitè a lege concessa in ipsa pignoris constitutione, præcessit obligationem, & hypothecam secundi creditoris; unde in tali casu transfertur in emptorem dominium non affectum hypotheca secundi creditoris, *Neguς. de Pignor. par. 5. memb. 3. num. 4. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 121. num. 5. Duran. d. dec. 445. num. 10. 28. & seq.* subdens, hoc procedere, etiam si venditio fiat judicialiter, & sub hasta, per Judicem instante creditore, *Rot. dec. 657. num. 2. & seq. par. 4. tom. 3. recent.* & ideò cum in tali casu extinguatur hypotheca secundi creditoris, cessare etiam debet jus offerendi, quod sine hypotheca non datur, *ut d. Cravet. cons. 298. num. 8. per textum in d. leg. 1. cod. si antiqu. cred.* & hoc præcipuè procederet, ubi debitor in constitutione hypothecæ conveniret cum primo creditore, ut ei liceat post moram commissam pignus, seu bona hypothecata accipere in solutum pro satisfactione sui crediti: quia si deinde creditor a debitore pignus accipiat in solutum, cessabit similiter jus offerendi in secundo creditore, cum dicta facultas accipiendi in solutum præcesserit hypothecam secundi creditoris, *Duran. ibidem numer. 33. & 84. Rot. apud Merlin. de Pignor. decis. 62. num. 4. Thesaur. decis. 157. numer. 2.*

Secus esset, si debitor post constitutam hypothecam secundi creditoris bona hypothecata venderet, vel in solutum daret primo creditori, nulla præcedente conventione ab initio: quia in tali casu secundo creditori jus offerendi non denegatur, *d. l. 1. cod. si antiq. cred.* quia quando debitor vendit, vel in solutum dat, transfert dominium in emptorem affectum hypotheca secundi creditoris, quæ per talem venditionem minimè resolvitur, *ut d. Neguς. & Menoch. locis cit.* unde si post dationem in solutum primus creditor vendat extraneo, potest secundus creditor illi extraneo offerre, sicut poterat offerre priori creditori, qui prius emerat a debitore, *d. leg. 1. ubi Bart. cod. si antiq. credit.* quia tunc primus creditor non vendit jure creditoris, cum jam per dationem in solutum desierit esse creditor, *leg. si cum venditor, ff. de evict.* sed dicitur facta jure venditoris, hoc est jure debitoris, qui ei vendidit, in ipsum per dictam venditionem, seu in solutum dationem translato cum eodem onere hypothecæ posterioris creditoris, *ut tradunt DD. in l. 1. cod. si antiq. cred. Corn. consil. 245. num. 13. vol. 2. Gratian. dec. March. 66. Duran. dec. 445. nu. 22. & seq.*

Dixi, *legitimè*, quia jus offerendi non cessat, ubi primus creditor venderet ante tempus, vel aliter non servata forma juris, vel pacti, *l. 2. & ibi glos. cod. si antiq. credit. &c. Neguς. d. p. 5. memb. 3. n. 5. vers. tertiò restringitur, Merlin. d. lib. 4. q. 45. n. 29.* vel si in subhastatione non intervenerint tres oblatores, *Rot. dec. 113. num. 14. par. 7. recent.* vel si primus creditor per interpositam personam emeret pignus, quod ipse vendidit: idem enim est emere per se ipsum, vel per alium; unde etiam in tali casu poterit secundus creditor offerre, *Bald. in leg. ordo, cod. de exeut. rei iudic. Duran. loco cit. Rot. apud Merlin. de Pignor. decis. 61. per tot.* ubi, quod deliberatio est nulla, quando facta fuit creditori simulatè per interpositam personam.

Item nec jus offerendi cessaret, si venditio facta fuerit viliori pretio, interveniente tamen læsione ultra dimidiam veri pretii, *juxta l. 2. cod. de Rescind. vend. & probat textus in l. fin. §. sin autem minus, ibi, aliis autem debitoris creditoribus &c. cod. de ir. dom. impetr. Franch. dec. 224. quem refert Merlin. d. q. 5. num. 55.*

Obser-

127 Observa 4. quod si debitor esset pupillus, minor, vel absens ex causa Reipubl. vel ex alia legitima causa, potest petere restitutionem in integrum adversus hujusmodi venditionem factam per creditorem: qua restitutione in integrum obtenta debitor ad offerendum admittitur, *l. si creditor, ff. de Distract. pign. Neguſ. d. 5. p. mem. 3. n. 6. verſ. ſeptimo reſtringitur, Merlin. d. lib. 4. q. 45. n. 51. & 52.*

128 Observa 5. quod si in subhastatione, seu deliberatione rei hypothecatæ secundus creditor fuit citatus, & non obtulit, amittit jus offerendi, nè rerum dominia semper sint in incerto, *l. ſi eo tempore, cod. de Remiſſ. pign. Rota apud Merlin. de Pignor. dec. 61. n. 5. Mantic. dec. 126. n. 1.* secus si tantùm præsens fuerit: præsens enim, & tacens non videtur in præjudicialibus consentire, *l. ſicut, ff. non videtur, ubi Bartol. ff. Quib. mod. Pign. vel hyp. ſolv. Dyn. in capite is, qui, de Reg. jur. in 6. Bero. conſ. 190. n. 30. vol. 1. Cephal. conſ. 235. n. 29. & alii apud Surd. dec. 302. n. 3. & ſeq. quicquid dicat Theſaur. dec. 157. nu. 11.* nisi fortè ageretur de causa libertatis, seu manumissionis, Religionis, seu Ecclesiæ, seu de causa pauperum, vel fisci: vel nisi creditor tacuerit animo decipiendi, tunc enim si præsens sit, & taceat jus sui pignoris remittere videtur, *Neguſ. de Pignor. p. 6. mem. 3. n. 23. & ſeq.*

129 Observa 6. quod cessat etiam jus offerendi, ubi primus creditor possidet rem hypothecatam non uti creditor, sed quia illa fuit ei uti tertio, & tanquam plus offerenti à Judice legitimè addita prævia subhastatione: quia primus creditor non debet esse deterioris conditionis, quàm quilibet alius extraneus licitator *l. a Divo Pio, §. ſi poſt additum, ff. de Re jud. Felician. de Cenſib. lib. 2. c. 2. n. 13. Pignatell. contr. 93. n. 6. quos refert, & ſequitur Merlin. d. lib. 4. q. 47. n. 3. & alii apud Duran. d. dec. 445. num. 86. & 87. ubi de magis communi Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 28. num. 27. Rot. dec. 407. num. 26. p. 5. tom. 1. Recent.* quamvis contrarium *poſt Sal. teneat Neguſ. de Pign. p. 5. mem. 3. num. 7.*

130 Observa 7. quod creditor tenetur quidem cedere jura justo possessori offerenti *l. mulier, ff. qui pot. in Pign. hab.* non autem injusto, *ut probat idem textus, ibi, an ſi ei juſtus poſſeſſor offerat &c. ducto argumento a contrario ſenſu*, quare injustus possessor potest quidem offerre ad effectum liberandi pignus, non autem ad effectum obtinendi cessionem jurium *l. nulla, ubi gloſ. cod. de ſolut. Caſtr. in l. ſi res obligata, n. 4. in fin. ff. de l. 1. Capic. dec. 202. ſub n. 5. & alii apud Scacc. de camb. § 2. gloſ. 5. nu. 87. Merlin. de Pignor. d. lib. 4. q. 65. n. 11. & ſeq. & q. 76. n. 12.* nec justo possessori competeret exceptio cedendarum actionum, si creditor aliqua bona pro suo credito obligata absque dolo, & fraude liberaverit, & ideò nequeat possessori cedere jura contra bona liberata, *Bald. in l. jubemus, cod. ad Vellejan. Neguſ. de Pignor. p. 5. mem. 3. n. 29. Grat. dec. March. 215. n. 5. & ſeq. Merlin. d. lib. 4. q. 68. n. 6.* & ideo satis est, ut creditor cedat jura talia, qualia habet, *ut dicunt DD. citati*, nec obstat *textus in l. Stichum, §. ſi creditor a debitore, ff. de ſolut.* quia diversa est ratio inter fidejussorem, de quo est in *d. textu*, & possessorem; nam fidejussor intercessit contemplatione beneficii cedendarum; possessor verò non accepit possessionem hac mente, ut jura sibi cederentur à creditore agente hypothecaria, sed potius illud venit extra considerationem intellectus, ut ait *Bald. in d. l. jubemus, in fin. Neguſ. loco cit. nu. 29.* & ideo cum creditor teneatur fidejussori cedere actionem, *juxt. l. 2. cod. de fidejuſſ.* justè repellitur exceptione cedendarum actionum, si ex culpa sua nequeat fidejussori actionem cedere, *ut d. Bart. in d. §. ſi creditor a debitore, & in l. ſi ſtipulatus, §. ſi ex duobus, ff. de fidejuſſ.* ubi addit, hoc præcipuè habere locum, quando creditor liberasset pignora, aut hypothecas acceptas a debitore, & postea ageret contra fidejussores offerentes, seu solventes, & petentes cessionem: tunc enim indistinctè obstaret exceptio cedendarum, quia fidejussores semper videntur intercedere contemplatione bonorum debitoris tam præsentium, quàm futurorum, *l. fin. cod. Quæres pign. obli. poſſ. Neguſ. ubi ſupra n. 37.* unde si creditor liberavit principalem debitorem insciis fidejussoribus, & deinde fidejussores ad solvendum astrinxerint, possunt fidejussores indebitè solutum repetere, tum quia liberato principali debitore censentur etiam liberati fidejussores, *l. fin. ff. de Pact.* tum etiam quia nequit in tali casu creditor actiones contra debitorem principalem cedere, *ut obſervat Boccac. de Societ. offic. n. 131.* Hinc etiam fit, ut si pupillus post pubertatem legitimi curatoris auctoritate alterum ex tutoribus liberaverit, non potest totum petere ab altero Contutore, quia sibi obstat exceptio cedendarum; idemque dicendum in Administratore Reipubl. liberato ab ipsa Repubi. quia neque alter poterit conveniri pro parte alterius, qui liberationem obtinuit, *leg. ſi pupillus, ff. de admin. Tut.* quod procedit etiam quando agitur vigore obligationis cameralis: quia hæc obligatio non tollit beneficium cedendarum: immò per hujusmodi exceptionem ipsa executio obligationis cameralis retardatur, *Bald. in auth. præſente, n. 4. cod. de fidejuſſ. Boccac. loco cit. Zacch. ad Galleſ. de oblig. camer. q. 17. n. 66. Rot. apud eundem Zacch. dec. 22. n. 5.* nisi expressè huic beneficio renuncietur, *Merlin. d. lib. 4. q. 72. n. 28. & ſeq.*

Secus esset, quando nulla dari, vel considerari potest culpa creditoris, videlicet si fidejussor expressè renunciavit beneficio cedendarum, vel si unus fidejussor fuerit liberatus de consensu alterius fidejussoris, tunc enim ipsimet fidejussori imputandum est, *gloſ. communiter recepta in l. niſi, ff. de Pact.* vel si creditor non possit cedere actionem ex natura obligationis, quia nulla sibi competit actio, putà si fidejussor, quem creditor liberavit, erat tutus exceptione qualis est mulier, quæ habet beneficium Vellejani, *l. 1. & ſeq. ff. Ad Vellejan.* vel si cessio fieri non potest facto ipsius debitoris, putà si debitor dederat duos fidejussores, & deinde solvat creditori partem debiti, pacto inito, quod per hujusmodi solutionem liberetur unus ex fidejussoribus: hoc enim a jure debitori permissum est *in l. in iis, §. ſi duos, ff. de ſolut. Neguſ. in 2. p. 3. mem. 5. p. princ. n. 23. Alex. in l. quidam, num. 7. in fin. ff. ſi cert. pet.* & ideò in his casibus non obstat exceptio cedendarum, *Neguſ. de Pign. p. 4. mem. 3. n. 36. Caroc. de oblat. q. 22. nu. 3. & ſeq. Soc. conſ. 200. n. 1. & 2. lib. 2. Burat. dec. 97. n. 2. & alii apud Merlin. de Pign. lib. 4. q. 72. n. 18. & ſeq. poſt Bart. in l. ſi ſtipulatus, §. ſi ex duobus, ff. de fidejuſſ.* ubi etiam dicit, quod cessaret exceptio cedendarum, si creditor est paratus dimittere fidejussori quantum sua interest propter alium fidejussorem liberatum.

Idem dicendum, ubi duo fidejusserunt diversis temporibus: nam si creditor liberet secundum fidejussorem, poterit absque impedimento agere contra primum: quia primus fidejussor non intercessit contemplatione secundi, & ideò non potest petere, ut sibi fiat cessio, *Bart. in d. §. ſi ex duobus, ſub n. 3. ubi etiam Ang. Caſtr. & Imol. Rota apud Pacif. de Salv. interd. inſp. 3. c. 2. & poſt tract. dec. 163. nu. 1. & 2.* nisi ab initio fuerit conventum cum ipso fidejussore, ut daretur alius confidejussor: quia tunc obstat exceptio cedendarum, *Gratian. diſc. for. c. 286. n. 8. Merlin. d. lib. 4. q. 72. n. 13. & ſeq. Rot. dec. 617. n. 2. & ſeq. p. 5. tom. 2. Recent.* quemadmodum hæc exceptio haberet locum, si creditor liberavit primum fidejussorem, & ageret contra secundum: quia secundus censetur se obligasse contemplatione primi, dummodò notitiam habuerit hujusmodi obligationis, *Bart. loco cit. Neguſ. de Pign. p. 5. mem. 3. n. 36. Merlin. ubi ſup. n. 17. Seraph. dec. 865. n. 1.*

Addunt Doctores quod mulier, quæ liberavit aliqua bona viri agendo contra tertium possessorem, vel contra fidejussorem, vel correum principaliter obligatum ad dotem, non repellitur exceptione cedendarum: hoc enim est speciale in dote, *per textum in l. jubemus, ubi Bart. cod. ad Vellejan. Neguſ. d. p. 5. mem. 3. n. 31. Merlin. d. lib. 4. q. 68. n. 8. & ſeq. & q. 73. nu. 3.* ubi dicit, quod dispositio, *d. l. jubemus*, habet locum etiam quando mulier liberavit aliquem ex pluribus reis debendi, aut fidejussorem.

Observa 8. quod si creditor conveniat hypothecaria sim- 131
plicem possessorem pro duobus creditis, quorum unum est altero anterius, possessor non potest offerre unum sine altero, sed tenetur utrumque offerre secus esset, si alius creditor possideret, quia non teneretur offerre, nisi creditum, quod est anterius suo, *ut d. Neguſ. d. p. 5. mem. 3. n. 33. & 34.* ubi etiam notat, quod nec fidejussor tenetur creditori offerre creditum cum debitore contractum post fidejussionem: & ideò creditor hoc casu nequit retinere pignus vigore secundi crediti: quia fidejussor videtur intercessisse contemplatione bonorum acquisitorum, & acquirendorum ab ipso debitore pro sua indemnitate, *Bart. in d. l. ſi ſtipulatur, §. ſi ex duobus, ff. de fidejuſſ.* unde non tenetur redimere bona quorum respectu se obligavit, ab aliis obligationibus post ex contractis: quæ ratio cessat in creditis contractis ante fidejussionem præstitam: quia tunc bona erant affecta obligatione antecedenti, *Morot. de jur. offer. num. 65. Caroc. de oblat. par. 2. q. 21. nu. 5. quos refert, & ſequitur Merlin. de Pignor. lib. 4. qu. 70. num. 16.* subdens *num. 18.* quod quando anterius creditum esset solum chirographarium, non posset creditor pignus retinere contra fidejussorem solventem creditum, pro quo intercessit.

Notandum est autem, quod is, qui cogitur aliquid sol- 132
vere propter propriam culpam, & maleficium contraveniendo dispositioni legis, non potest reportare cessionem translativam jurium, & acquirere facultatem repetendi solutum ab aliis obligatis ex contractu, vel quasi, quia in pœnalibus solutio parit effectum duntaxat liberationis citra repetitionem, *Bart. in l. 1. §. ſi plures, in fin. ff. de eo, per quem fact.*

erit

erit &c. Bald. in l.1. in fin. cod. de condict. furt. Rota dec. 77. num.
133 *36. & 37. p. 6. Recent.* Idemque dicendum est, si fidejussor solverit debitum, ad quod non poterat astringi confidejussor, aut correus, putà si censum extinxerit, vel sciens non opposuit legitimas exceptiones, putà præscriptionis, vel alias similes, quia neque tunc poterit uti cessione actionum, nec alio modo repetere a confidejussoribus, *Mantic. de Tacit. lib. 16. tit. 15. n. 1. & 2. Merlin. d. lib. 4. q. 70. n. 42. & 44. Rota coram Burat. dec. 645. n. 1. & seq. & apud Cenc. de censib. dec. 83. n. 3.* quod procedit, etiamsi hujusmodi exceptiones fidejussor opposuerit, & nihilominus Judex eas admittere noluerit, *Fontanell. dec. Catalon. 216. n. 9. & seq.*

134 Illud etiam memoriæ commendandum est, quod fidejussor emens pignus a creditore, tenetur illud oblato pretio restituere debitori unà cum fructibus ab eodem fidejussore perceptis, *l. 1. cod. de Dol. leg. si mandato 59. §. Paulus, ff. mandat.* quia in tali casu videtur magis luere, quàm emere, propter fidem debitori, pro quo fidejussit, debitam, *Grat. disc. for. c. 459. n. 26.* si verò emeret censum seu nomen, & jus reddituus, poterit annuas responsiones tam a principali debitore, quàm a confidejussore exigere: cum hac tamen distinctione quod contra principalem debitorem potest agere ad integrum censum: contra verò confidejussorem non ad integrum censum, sed ad id, quod superest, deducta ejus rata *§. si plures, Instit. de fidejuss. Burat. dec. 645. n. 10. Cenc. de censib. p. 2. c. 2. q. 2. art. 5. n. 2. & seq. Rota apud eumdem dec. 178. Gratian. c. 459. n. 19. & seq. Fontanel. de Pact. nup. claus. 4. gl. 18. p. 3. nu. 70. & seq. & dec. Catalon. 216. n. 7.* quod procedit etiam in eo, qui diverso tempore fidejussit, dummodò in instrumento actum fuerit cum fidejussore, ut alius daretur confidejussor, *ut supra diximus, Neguſ. de pign. p. 5. memb. 3. n. 46. Seraph. dec. 865. n. 1.* & ideo si secundus fidejussor emat censum cum cessione jurium, non poterit a primo fidejussore solidum petere, quia primus, censetur fidejussisse contemplatione secundi, & sub spe mutui periculi, *ut tradunt DD. apud Cenc. de cens. p. 2. c. 2. q. 2. art. 5. n. 8.* secus si prior fidejussor non accessit contemplatione posterioris: quia tunc posterior, qui diverso tempore intervenit, si solvat integrum debitum, & reportet a creditore cessionem jurium, poterit integraliter, & in solidum repetere quicquid solvit, nec poterit repelli a primo fidejussore exceptione cedendarum, aut divisionis, *Spec. in tit. de Renun. & concl. n. 13. Ang. in §. si plures, n. 2. vers. quæro an hoc, Inst. de fidejuss. & alii apud Cenc. loco cit. n. 5. & sequ. Rot. dec. 617. n. 5. & seq. p. 5. tom 2. recen. Seraph. d. dec. 865. nu. 1.* subdens, quod non dicitur prior fidejussor accessisse contemplatione secundi, quando actum est cum solo creditore de dando secundo.

135 Addit *Rol. cons. 88. n. 2. lib. 4. Maur. de fidejuss. p. 2. sect. 5. c. 5. n. 2. quos refert Merlin. d. lib. 4. q. 72. n. 21.* quod si fidejussor conventus a creditore negaverit, se esse fidejussorem, in pœnam mendacii perdit jus petendi cessionem jurium ab eodem creditore.

136 Observa 9. quod juri offerendi præscribitur spatio 30. annorum, *l. juxta l. cum notissimi, §. eodem jure, ubi DD. communiter, cod. de Præscrip. 30. vel 40. ann.* quando videlicet deducitur per modum actionis, putà si primus creditor possidet rem hypothecatam, cui debitor vel secundus creditor possunt offerre intra dictum spatium 30. annorum; secus esset, quando jus offerendi per modum exceptionis competeret debitori, vel secundo creditori possidenti, vel etiam alteri tertio possessori extraneo, qui possunt conveniri a primo creditore hypothecaria; tunc enim juri offerendi nunquam præscribitur *ita Ang. in §. actionum, n. 119. in fin. de Action. Neguſ. de Pign. p. 5. mem. 3. n. 52. & alii apud Gabr. comm. concl. lib. 5. tit. de Præscrip. concl. 7. n. 1. & seq.* nisi in pignore adjectum esset pactum legis commissoriæ, quia tunc juri offerendi nullo modo præscriberetur in odium creditoris, cum hujusmodi pactum improbetur in pignoribus *l. 1. cod. de Pact. Pign. Neguſ. loco cit. n. 53.* idem dicendum, quando pignus est frugiferum, nam cum fructus creditor computare debeat in sortem, lapsu temporis debitum extinguitur: quo extincto cessat causa pignoris, ac bona fides, sine qua de jure Canonico non datur præscriptio, *Bald. in cons. 322. in fin. vol. 1. Alex. cons. 54. nu. 7. vol. 6. Fulg. cons. 123. Barba. cons. 22. col. 7. vol. 4. Merlin. de pign. lib. 4. q. 80. n. 41. Sylv. in ver. præscriptio 2. n. 16. & alii apud Gabr. ubi supr. n. 9.*

137 Observa 10. quod licèt possessor, qui rem hypothecatam melioravit, possit offerre anteriori creditori æstimationem rei petitæ detractis melioramentis, hoc tamen haud permissum est simplici possessori, qui rem nullo modo melioravit, sed tunc facienda est oblatio de toto credito, etiamsi res non esset tanti valoris, *latè Neguſ. de Pignor. p. 5. memb. 4. nu. 21. & seq. Merlin. eodem tract. lib. 4. q. 81. Ciriac. contr. 194. n. 1. & seq.* ratio diversitatis est, quia qui fecit melioramenta, nititur duplici vinculo, videlicet possessionis, & melioramentorum, pro quibus datur retentio rei, quæ non daretur pro simplici possessione: duo autem vincula magis stringunt, *auth. itaque, cod. commun. de success. Neguſ. loco cit. n. 22. in fin.* vel quia, cum pro melioramentis detur retentio, in pari causa melior debet esse conditio possidentis, *ut dict. Morot. in tract. de Jur. offer. num. 15. vers. quia cum par, quem refert Merlin. loco cit. num. 3.*

Observa 11. quod ad oblationem validè faciendam plu- 138
res requiruntur conditiones, prima est, ut oblatio sit realis, non verbalis: secunda, ut fiat congruo loco, & tempore: tertia, ut sit pura, non conditionalis: quarta, ut sit specialis, non generalis: quinta, ut sit integralis, & de toto debito: sexta, ut fiat apud personam idoneam solemniter citato, vel præsente creditore, *ita DD. in l. acceptam, cod. de usur. & in l. obsignatione, cod. de solut.* Si verò realis oblatio fieri nequeat, non est reiicienda oblatio verbalis, putà si offeratur res immobilis, vel equus, aut quid simile, *ut post Bart. & alios dict. Neguſ. de Pign. in 2. par. 3. memb. 5. par. princ. num. 3.*

Observa 12. quod ad effectum succedendi in jus primi 139
creditoris non sufficit offerre, ac deponere, sed requiritur etiam obsignatio, hoc est prius pecunia numeranda est, & deinde reponenda in sacculo, & signo obsignanda, ac deponenda penes idoneam personam, *l. 1. §. si pecunia, ff. depos. l. fin. ff. de leg. commiss. l. obsignatione, cod. de solut.* ubi etiam, quod oblatio, & obsignatio ipso jure liberat debitorem, *l. 1. cod. Qui pot. in pign. hab.* ratio est, quia per oblationem, & depositionem sine obsignatione transfertur dominium, & possessio in Depositarium; & ideo non est propriè depositum, cum Depositarius possit convertere in tali casu pecuniam in suos usus, *l. Lucius Titius Sempronio, juncta leg. die sponsaliorum, §. qui pecuniam, ff. depos.* propterea debitor per hujusmodi propositum non consequitur totalem liberationem; quinimò potest creditor tali oblatione non obstante petere a debitore, qui obtulit, pecuniam sibi debitam, *Bart. in l. si debitor, ff. de solut. Neguſ. in 3. p. 3. memb. 5. p. princ. n. 5. Merlin. de Pign. lib. 4. q. 90. n. 12. & q. 92. n. 3.* ubi dicit, quod depositum sine obsignatione non habet vim solutionis. Quando verò depositum fit cum obsignatione, non transit in depositarium facultas disponendi, & si disponeret, non solùm tenetur depositi, sed etiam furti, *l. si sacculum, ubi Bart. ff. de depos. gloss. in l. Aristot. ver. pignus, ff. Quæ res pignor. vel hypot. &c. & ibidem Bart. n. 1. Neguſ. de Pignor. in 3. par. 3. mem. 5. p. princip. n. 8. Merlin. eod. tract. lib. 4. q. 88. nu. 50. & sequ.* ubi etiam dicit, quod obsignatio habet vim traditionis, & propterea periculum pecuniæ transit in damnum creditoris, *l. quod si neque, §. 1. ff. de peric. & comm. rei vend. juncta d. l. obsignatione, cod. de solut.*

Observa 13. quod depositum factum a debitore repeti po- 140
test, si creditor recusavit recipere, vel depositum adhuc non acceptavit, *l. acceptam, in fin. ubi Bald. & alii, cod. de usur. Mant. de Tacit. lib. 10. tit. 4. n. 7. Rot. apud Merlin. de Pign. dec. 109. n. 18. & seq.*

Limita 25. in mercatoribus, qui *ex Constitutione S. Pii V.* 141
præferuntur cæteris creditoribus etiam hypothecariis, & anterioribus, pro vestibus ex eorum fundaco emptis a Prælatis decedentibus in Romana Curia, *Rot. in Romana mercium 18. Novembris 1607. coram Ortembergo*, ubi, quod inter vestes continentur etiam sacræ pro celebratione Divinorum officiorum, *Burat. dec. 610.* ubi, quod nomine Prælatorum veniunt Abbates etiam Commendatarii, *& dec. 715.* subdens, quod mercatoribus prædictis præferuntur creditores pro cibariis, & victu, *Ferentil. ibid. n. 7.*

Limitatur 26. in creditore posteriore, qui utitur benefi- 142
cio compensationis, tunc enim compensando præfertur anteriori, *latè Scac. de commer. & camb. §. 2. glos. 5. n. 417. & sequ.* ubi dicit, quod si ego sum creditor tui ex causa cambii in aureis 500. sine hypotheca, & tu ex alia causa es creditor mei in aliis aureis 500. & Petrus est similiter creditor tui in aureis 500. cum hypotheca, & obligatione omnium tuorum bonorum, ego præferendus sum Petro in istis aureis 500. quamvis Petrus sit creditor anterior, & hypothecarius, quia debiti ad debitum fit compensatio ipso jure sine ministerio hominis, *l. 4. & l. fin. cod. de compensat.*

Addit *Strach. in tract. de Decoct. tit. qui pot. in bon. decoct.* 143
hab. n. 11. quem refert Scac. loco cit. n. 438. quod secundus creditor in re mobili, quæ loco pignoris ei data fuit a debitore, præfertur primo, sic æquitate negotiationis, & commercii suadente: alioquin secundus creditor non credidisset, & ita sensit *Gait. d. c. 4. n. 1067. & 1833.* ubi citat *Pyrr. Maur. Arr. de Retent. n. 24. Ceph. cons. 762. n. 25. vol. 5.*

Quæ-

144 Quæres, an detur prælatio in pignore, quando creditores simul eodem tempore, & momento contraxerint? Resp. negativè, sed tunc omnes simul pro rata admittuntur ad ejusdem pignoris valorem, *l. idemque, ff. Qui pot. in pign. hab.* ita ut si omnibus non sufficiat, diminutionem pro rata crediti omnes pati teneantur, *l. 6 fundus, §. si duo, ubi DD. ff. de Pign.* Nec refert, quod aliquis prius nominetur in instrumento, quia prius ac posterius non datur in eadem scriptura, cum uno eodemque instanti instrumentum partium consensu perficiatur, & eodem momento æqualiter omnium contrahentium jus nascatur, *Bart. & alii in l. lecta, ff. si cert. pet. Rot. dec. 756. n. 8. p. 1. Divers. Menoch. lib. 3. præsump. 134. n. 23. Cancer. var. lib. 2. c. 7. de Pact. n. 302. Afflict. dec. 306. n. 10. & alii apud Grat. disc. for. tom. 1. c. 175. n. 7.*

Ita etiam si plures fidejussores simul; & eodem tempore supra modum solvissent; nullus in repetitione præfertur, sed omnibus simul pro rata datur repetitio, *l. cum duo, ubi gl. in ver. posterior, ff. de condit. indeb.*

Similiter quando testator pluribus diversa, & inæqualia legata reliquit, quorum quantitas patrimonii vires excedit, reducuntur omnium legata ad vires patrimonii, facta singulorum diminutione pro rata, *juxt. leg. in quantitate, §. fin. & leg. quærebatur, ff. ad l. falc. leg. si verò composita, ff. de milit. testam. leg. si pluribus ff. de legat. 1. Parlador. lib. 1. rer. quotidianor. c. 18. Vincen. de Franch. dec. 336. Escobar. in tract. de Ratiocin. comput. 10. per tot. & alii apud Salgado in Labyrintho creditor. par. 2. cap. 4. num. 2. & 3.* ubi etiam dicit, quod si aliquis ex legatariis partem integram fuit consequutus, aliis excessum restituere tenetur, *per tex. in l. 2. §. 1. ff. de condit. indeb.*

F I N I S.

SOLI DEO HONOR, ET GLORIA.

INDEX
RERUM NOTABILIUM

Quæ in hoc tractatu continentur.

A



Ali-

Index Rerum Notabilium.

singu-

Dona-

coo-

Pœni-

Index Rerum Notabilium.

Index Rerum Notabilium.

S

F I N I S.